solē visibilē ꝙ nox recesserit: sic nō ante possibile est
videre solē intelligibilē ꝙ nox infidelitatis recesse-
Similitudo. rit. Et sicut soli vidēt solem visibilē apud quos dies
est. Sic soli solem vidēt intelligibilē apud quos spi
ritualit est dies de illuīōe ꝛ irradiatōe ipsiꝰ. ¶ Am
plius: sicut cecus est corpe qui solem istum corpo-
reum atqꝫ visibilē videre non pōt: sic cecus est corde
qui solem intelligibilē corde videre nō preualet. ce-
ci igitur intus et corde sunt. hoc est ꝙtu ad spiritua
K lia oīs hmōi erronei. Quare nō aliter disputant de
spūalibus ꝙ ceci de coloribus ꝛ visibilibus. assertio
eorū oīs et ꝯtradictio de spūalibꝰ assertio ꝛ cōtradi-
ctio est cecorū de coloribus. ¶ Amplꝰ. Sicut cū ter
ra vel nube vel luna interposita inter aspicientē ꝛ solē
non cōtingit aspicientē ad solem videre nisi interpo
situm: sic ꝛ oīs hmōi erronei cū inter eos ꝛ veritatem
salutarē iterposita sint infidelitatis sue mēdatia. nō
est possibile eos videre nisi illa. Interpositis aūt ꝓ-
hibētibus nō ꝑuenit aspectus eoꝝ ad ipam verita
tem: sicut dicit Salomon ꝓuerbioꝝ. 18. Nō recipit
stultus verba prudētie nisi ea dixeris que versant in
corde eius. Et qm̄ ipossibile est ab itellectu materiali
L atqꝫ possibili aliqd videri seu cognosci. nisi irradia-
tione sua sup illud et apparitione forme sue in illo:
qm̄ ipe est velut speculū itelligibile ac noscibile for-
marū intelligibiliū. Hoc est in quo resultare ꝛ pingi
quodāmodo hn̄t oēs forme intelligibiles resulta
tione ꝛ pictura soli cōuenientibꝰ. Manifestū est cōse-
quenter. qꝛ nec in quassato intellectu nec in declina-
to nec per iterpositionē ꝓhibito quēadmodū nec in
speculo qd est dispositionū seu cōparationū istarū.
Intellectꝰ hereticus Manifestū est tibi. qꝛ intellectu heretico. cum loco
tersiōis ꝛ puritatis habeat crassitudinē ꝛ imūditiā:
loco directe oppositiōis ad veritatē salutarē habe-
at declinationē ab ea ꝛ auersionē. loco libere vie seu
transitus habeat iterpositū ꝓhibens ab eo irradia-
tionē ab ipa veritate salutari. Manifestū est ibi qꝛ
impossibile in hmōi itellectu fieri descriptionē seu
apparitionē hmōi veritatis. Et qm̄ nō solū sol in lu
M mine suo ꝛ ex lumine videt ꝙ infundit vidētibꝰ. Sed
etiā oēs res alia ꝛ ꝙtū ad sensus exteriores. ꝛ ꝙtū
ad intellectū materialē. Quāto fortius necesse est:
vt sol intelligētie atqꝫ iusticie nō videat nisi in lumi-
ne ꝛ ex lumine quod ipe infundit vidētibus. ꝛ hoc in
fusiōe gratuita ac liberali nō irratiōali seu natura-
li qualis est effusio luminis a sole. ꝛ caloris ab igne
quoꝝ potētie irrationales atqꝫ seruiles noiant. Ir-
ratiōales quidē q absqꝫ discretiōe ꝛ distinctiōe eque
bonis ꝛ malis ꝛ ad bona ꝛ ad mala operant. eque eī
illuminat sol. eq̄ fundit lumē suū rapiētibꝰ ꝛ occidē
tibus ceterasqꝫ maleficia ꝑpetrātibꝰ vt pie agentibꝰ.
Seruiles vero qꝛ vt alibi didicistis nulla opat ꝑ mo
dum seruientis. Cuiꝰ non est vel aliud vel aliē facere
N ꝙ acceperit in mādatis: nō eni habet ignis in ꝑtāte
vt alicubi ab adustiōe caueat vel vt nūꝗ aliquid ma
gis aut minꝰ calefaciat. Sed totū facit ex necessita-
te nichil aūt ex ꝓpa libertate. Vtrūqꝫ aūt ab altissi-
mo deo longe est in vltimo elōgatiōis. et ꝓpter hoc
oīa bona que ex ipo nobis sunt dona sunt largita
tis ipsius et beneficia pietatis. ¶ Amplꝰ. Si fides
esset naturalis eadē esset apud oēs. in eis eni q na
turaliter sunt in hoībus nō inuenit diuersitas: aut
cōtrarietas. Quia igitur tanta est cōtra fidē dissen-
sio tanta cōtra ipam ꝯtradictio tāta demū eiꝰ igno-
rantia pene in maiori parte hoim. qꝛ nec dum venit
ad largissimā barbariē occidētalē ꝛ aquilonalē. cū
in natura nō possit esse vacuū. Manifestū est ipsam
esse ex diuine bonitatis electiōe gratuitūqꝫ ipius do
nū. Hec igit ꝛ alia multa sunt ridicula heretice stul-
ticie: quibꝰ magis ridēda ꝛ irridēda apparēt hereti
coꝝ deliramēta: ꝙ disputatiōe digna: cum in eis q
dei sunt oīno aīales sint. ꝛ ꝓpē hoc aīaliter seu bru-
taliter de ipis latrātes ꝛ more pueroꝝ insanientium
aūt egroꝝ aliena loquētiū instarqꝫ cecoꝝ vt dixīmꝰ
de his que nunꝗ viderūt fantasias suas delirantiū.
His aūt ita se habētibus trāsitū ad alia faciemus.
¶ Docet fidem esse ex necessitate vnā: ꝛ in qua neces-
se est vniri populū dei. acuteqꝫ ostēdit fidem in seipa
vnā esse fm̄ essentiā suam: neqꝫ eam diuersificari ꝓ-
pter diuersitatē creditoꝝ. Itemqꝫ vnā esse vnitate
creditoꝝ nō qua illa vnū sunt: sed qua vna sunt id est
cōmunia in credētibus. Et articulos fidei quosdā
radices esse: quosdam ramos.

POstꝗ autē patefecimus fidē hanc de qua
hic agimus primā esse atqꝫ initialē ꝛ quasi
capitalē dei altissimi honorificētiam que B
caput mētis humane id est intellectū ad Intellectꝰ
adorādū venerādū ipm pmū icuruat ꝛ iclinat. Sed ē caput hūa
post hoc vt declaremus ipam esse ex necessitate vnā ne veritat
in qua necesse est vniri et adunari populū dei q vere
est populus sanctoꝝ cetus seu cōgregatio ipm ve-
ra religiōe colētiū. Dicamꝰ igitur qꝛ fides vno mo-
do vna est in seipa scd̄m essentiā suā: non eni oportet
vt diuersificet ꝓpter diuersitatē creditoꝝ aut vt mul
tiplicet ꝓpter multitudinē eorūdē: et hoc est qm̄ nō
est ab ipsis. sed est diuine bn̄ficētie gratuitū donū et
gratia infusa desup. Si aūt esset a rebus necessario
sequerēt dispositiōes rerū in vnitate ꝛ multitudie et
in idētitate ac diuersitate. ¶ Quēadmodū eī arith-
metica ꝛ geometria diuerse sciētie sunt ꝓpter diuer
sitatē rerū de quibꝰ sunt ꝛ etiā a quibꝰ sunt velut vm-
bre ꝛ imagines eaꝝ relucētes in speculo itellectuꝫ.
Sic necessario fides ac credulitates que a rebꝰ sunt
aut eedem sunt pro idētitate earū. aut diuerse ꝓ di-
uersitate ipaꝝ. Vis aūt itellectiua qm̄ nō est ab ip-
sis rebus sed ab vno datore oīm bonoꝝ. ideo non di
uersarū rerū dispositiōes sequit vt diximus sed imi
tatur vnitatē cause sue manēs vna ꝛ eadē nō obsistē-
te diuersitate vel multitudie itelligibilium. Sic ꝛ fi-
des ab vno et eodē datore deo vna psistit ꝛ eadē non B
impediēte diuersitate vel multitudine creditoꝝ seu Fides vna
credibiliū. Euidēs aūt exēplū est in ꝟtute visibili et
visiōibus que ex eadē causa vna est qua fides ꝛ vis i-
tellectiua. Ille ꝟo diuerse ꝛ multe ꝓpter candē cau-
sam qua arithmetica ꝛ geometria. Fides autē cau-
tiōaria seu pignoraria hꝰ est ꝓbatiōibꝰ suasa vel ex- Fides cau
torta. qm̄ a rebus est quēadmodū ꝛ sciētie inortue se- tionaria.
quitur dispositionē rerū. et ꝓpter hoc diuersat atqꝫ
multiplicat scd̄m diuersitatē atqꝫ multitudinē rerū
de quibus ꝛ a quibꝰ est. ¶ Secundo modo fides vna C
est vnitate creditoꝝ nō qua illa vnū sunt: sed qua vna

Fides ex rotatio diuersificatur.
Articuli fidei.
Quidā vt radices.
Quidā vt rami.

sunt id est cōmunia in credētibus. Cōmunia aūt credendorū que vsualiter articuli fidei vocanť. Alia sūt velut radices p̄mitiue ⁊ fundamenta p̄maria. Alia sunt sicut rami descēdētes ab h̄mōi radicib⁹: et sicut partes diuisiōis quas tibi noīabim⁹ ⁊ numerabim⁹ in sequētib⁹. ꝙ aūt certus sit numer⁹ h̄mōi credēdorum ⁊ determiatus inde manifestū est. Si eni īfinita sunt. infinitas aut intrāsibilis est. intransibilis inq̄ non solū doctrina ⁊ eruditiōe: sed cogitatu ⁊ narratione. Quare neq̧ ad narrationē h̄mōi credendorum sufficient doctores neq̧ ad auditionem vel cogitationē eoꝝ sufficient homines: multominus igiť ad credulitatem ipsoꝝ ⁊ cognitionū. Impossibile ē igitur hominib⁹ credulitas eoꝝ ⁊ cognitio. Credulitatem autem causalium necesse est esse fundamentū religionis vt positū est. Manifeste igiť consequens est religionē non posse fundari in īfinitis credēdis.

D Cum corda hoīm in quibus solū fundata est religio credulitatem infinitam siue infinitorum portare nō possit. Et ipsi oparij seu fundatores hoc ē doctores ⁊ predicatores fundamentum huiusmodi inducēdo neq̧ p̄dicando neq̧ simpliciter narrādo p̄tacere nullo modo sufficiant. Neq̧ eni virt⁹ humana ad enarrationem infinitorum sufficit. ⁊ etiā si sufficeret tempus hoc faciendi in vita ista non haberent Cum tēpus vite istius finitum sit. Infinitis aūt narrationibus quantumcūq̧ breuibus tempus finitum sufficere non posset: eo ꝙ nullum īfinitum infinita tanta quacunq̧ quantitate demonstrata continere possit. Si eni posuerimus a omnium credendorum ⁊ cogitatu ⁊ narratu breuissimum quale est deum eē cum omnium credendoꝝ aliorum narratiōes ipsi aut eq̄les aut maiores sint ex necessitate. necessario tēpus narrationis oīm aliorum simul sumptum cōtinebit infinita tempora tanta vel maiora q̄tum est temp⁹ narrationis. a. nec breuioris narrationis inuenire possit. a. cum nec breuior articulus sit ipo. Ponere igitur infinita eē h̄mōi de q̄bus loq̄mur est destruere credulitatē eoꝝ q̄ sūt fūdamētū religiōis: ⁊ ꝑpť hoc religionē infundabilē facē. ¶ Quare ⁊ iedificabilem. Hoc igiť est destruere religionē. ⁊ auferre etiam de medio doctrinam ac predicationem fidei atq̧

Cp̄s finitū

E religionis. Restat igiť finita esse ⁊ determinata numero credenda ista fundamētalia seu fundatoria religionis. Sicut autem religio vna ⁊ cōmunis debet esse in hominibus sic necessario vnum ⁊ idem ipsius fundamentū oportet esse ī eisdem. Non est aūt dubium quin vnam ⁊ cōmunem oporteat esse religionē qua deus colatur eiq̧ placeatur ⁊ seruiatur ab hominibus. Q; enim religionem vnam oporteat esse in omnibus qui religionis capaces sunt inde manifestū est. quam nec debitā vite honestatem cuiq̄ non obseruare licitū est. nec debitum deo cultum eidē nō impendere. Quicunq̧ ḡ sic deo debitus cultus. illū necesse est fidem ab omnibus exhiberi: non eni debitus est ei simpliciter cultus q̄ pōt ei sine iniuria subtrahi vel denegari. ¶ Iuxta hāc viam manifestum ē

F esse debitā vite honestatem q̄ sine dehonestatiōe ac deturpatione vite potest non seruari. Non seruari liq̄ ab eo qui capax est h̄mōi honestatis. Eodē modo intelligimus de cultu. Quia ꝑcul dubio nonē simpliciter deo debitus: qui a quocūq̧ qui idoneus est ad ip̄m colendum potest eidem absq̧ iiuria denegari. Quare necesse est vnā atq̧ ꝯmunem fidem fundamentum religionis esse in omnibus. Cum nulli vnq̄ licitum esse possit aliam vitam agere: nisi qua deus colitur: qua ei placetur atq̧ seruitur. ¶ Unam igiť esse catholicam fidem quam latine vniuersalem dicimus seu cōmunem necesse est vnius atq̧ cōmunis religionis fūdamentū. Amp̄. vna est veritas rerū diuinalium in se quam non diuersificat nec variat ī aliquo diuersitas hominum vel varietas eorum. Non enim pēdet vllo modorū veritas rerum h̄mōi ex hominibus vel dispositionibus eorum. vnius autē veritatis vna est apprehensio q̄tum ad apprehensum vel apprehensa licet modi apprehensionum varij. Quia igitur ista apprehensio ꝑpter causas q̄s diximus non potest esse in cōmunitate hominū nisi credulitas. Necessario vna id est cōmunis est credulitas h̄mōi rerum si qua est in cōmunitate hominū sicut ⁊ cōmunis est veritas: credulitas inq̄ subter quā tanq̄ fundamentum edificandus sit diuinus cultus veraq̧ religio. Super errores eni neq̧ sincerus cultus. neq̧ vera religio nullo modo fundari potest. cū errorum pertinax in rebus huius blasphemia sit et impietas aduersus deum. Eadem via est ostendere quia ꝯmunis est vera credulitas de rebus aliisq̧ diuinalibus. Eadem eni ē veritas aliarum reꝝ ad religionē ꝑtinentium: eadem inq̄ apud omnes ⁊ omnino ꝯmunis. De communi aūt oibus veritate cōmunis est necessario nulla credulitas. Quare manifestum est de rebus ad religionem ꝑtinētibus sicut cōmunis est ⁊ eadem apud omnes veritas. sic cōmunē esse vera credulitatem ⁊ eandē apud omnes. Quicquid aūt contra veram credulitatem est. error ē. Cōsequens igitur est omnem credulitatē q̄ communi fidei contradicit errorem esse impietatis. ⁊ iō gladio ⁊ igne exterminanda. Amp̄. Creator vnus est ꝑ oēm modum in se ⁊ q̄cquid est in seipso creator equaliter est omnibus. ¶ Quidq̄d igiť debeť ei ꝑpter se debetur ei ab omnibus cōiter. Similiter ipsa natura hominum eadem est apud omnes quare quecunq̧ debentur creatori ratione nature vel naturalium ⁊ iure naturaliter ⁊ cōmuniter ei debenť ab omnibus ⁊ apud omnes. ¶ Quare cultus q̄ deo debetur naturaliter. siue ꝑpter sui ipsius excellētiam siue ꝑpter donorū ⁊ beneficiorum naturaliū obligationē communis est ⁊ idem est apud omnes. Quare ⁊ credulitas vera de rebus omnibus ad cultū eius ⁊ religionem veram ꝑtinentibus. q̄ fundamentū est eius cultus ei debiti ⁊ vere religionis eadē est q̄tum ad credita apud omnes. licet in modo credendi possit esse multa varietas. ¶ Diligenter igiť intende in secundas istas radices. q᷑ iste euidenter cogūt vnam esse veram fidem ⁊ communē apud omnes. videlicet cōmunitas ⁊ identitas veritat; credende. Cōmunitas ⁊ identitas debiti ⁊ obligationis q̄bus vniuersitas hominum seu species humana obligata est ad colēdum ⁊ honorificandum creatorem. ¶ Et attende q᷑ sicut nulli fas est qui soluēdo sit debitū cultus ⁊ honorificentiam creatori non soluere vel negare: Ita nec veritatem eius vel rerum ad ipsum ꝑtinentiū siue ad cultū ⁊ honorificentiam ei⁹ ꝑtinaciter discredere vel contradicere quod est corde vel ore negare. ¶ Et ideo nec a cōmuni fide nec a cōmuni cultu licz cuiq̄ recedere vel ꝑtinaciter aberrare. ¶ Amp̄. Aut aliqua sunt seruitia q̄ communiter exhibēda sūt deo ab omnibus hominibus ⁊ quibus sine dei blasphemia contradici nō pōt. Q̄d si dixerit nulla eē h̄mōi. Sequitur ḡ nullum hominem habere verā religio-

Margin letters: G (beside "Unam igiť"), H (beside "Super errores"), I (beside "quecunq̧ debentur"), K (beside "Diligenter"), L (beside "Amp̄. Aut").

dem siue diuinum cultum. Si enī absqꝫ dei ꝯtumelia
ꝛ blasphemia pōt dici vel ab vno vel a pluribus de
quocunqꝫ seruitio quod ipi deo altissimo non debe
tur: q̄ ꝓcul dubio nullum ei seruitiū ꝓ certo debetur.
Si enī aliquod ei deberetur de illo non posset dici si
ne dei iniuria quin ipsi deberetur. Quare si de quo-
M liber seruitio pōt dici sine dei iniuria quod ipsi nō de
beat ꝓcerto nullum ei debet. Amp. Certum est eui-
denter qꝫ sine dei iniuria ꝛ ꝯtumelia non posset dici
deum nō esse adorandū: venerandū: orandū: ꝛ multa
sunt his similia. Quare manifestū est aliqua eē ser-
uitia q̄ necesse habent omnes homies deo recogno-
Seruitia deo exhibē da necessario, scere ꝛ ꝯfiteri ꝛ exhibere. Hec aūt infinita eē nō possūt
Quī si infinita essēt nō solū exhiberi nō possēt. sꝫ neqꝫ ēt
cognosci: neqꝫ nūerari: neqꝫ noiari. Certa igit eṁūe
ro determinata sunt seruitia q̄ communitas hominū
ex necessitate tenet impendere deo altissimo. ¶ Ho-
N rum aūt aggregatio est integer diuinus cultus qui
scꝫ ex necessitate deo exhibendus est. hoc est p̄ter vo
luntaria ꝛ super erogata. Quia vero diuini cultus
operibus tāqꝫ effectibus respondent affectiōes tan
q̄ coꝛum cāe: iterū ipsis affectionibus apprehen-
siones eadē comparatiōe ꝛ nūero necesse est diui-
ni cultus opibus sub esse certas ꝛ determinatas ap-
prehensiones: ex quibus ꝓcedant affectiones q̄ cau-
se sunt operum diuini cultus. ¶ He aūt apprehēsio-
nes non pñt esse certitudines in cōmunitate homi-
num ꝓpter breuitatem intellectus ꝛ paucitatem ex
ercitationis vulgi omniumqꝫ simplicium ꝛ idocto
rum. ¶ Quare ex necessitate hmōi apphensiōes nō
sunt nisi credulitates ac opiniones: que quoniam
paria sunt in eis q̄ ad veram religionē ꝛ cultū diui-
num pertinent: necessario pncipia ꝛ fundamenta et
radices illius sunt. ¶ Manifestum igit est certas eē
ꝛ determinatas numero apprehensiōes de his que
pertinent ad fundamentum religionis. ¶ Quare ꝛ
Articu. fidei. ipsa apprehensa. Hec aūt sunt que vocantur articu
li fidei. ¶ Ex quo ꝯsequens est vt quemadmodum
nullus hominum exceptus est nisi puilegio dyabo-
lico: quod est pertinax in deum blasphemialis con
tumelia eiusdemqꝫ sacrilega negatio: exceptus inqꝫ
ab operationibus deo ex necessitate debitis. Sic ne
qꝫ ab affectionibus ex quibus debent esse hmōi ope
rationes. ¶ Quare neqꝫ apprehensionib' q̄ causāt
hmōi affectiones. Hec autem sunt sicut iam dixim'
apprehensiones radicales fidei articulorum et cre-
P dulitates ipsorum. ¶ Quare manifestū est a credu-
litate articulorum fidei nullum hominē credulita-
tis capacem esse exceptum: immo ad illam eodem
iure teneri oēs ꝛ singulos quo tenetur ad ipsam re-
ligionem atqꝫ diuinum cultum. ¶ Et hi articuli sūt
fides que creditur scꝫ fides catholica id est vniuersa
lis in qua sola necesse est adunari ꝛ vniri oīs qui
ad veram religionem eligunt ꝛ aggregant populo
Fides catholica. sanctorū. ¶ Amp. Nulli dubium est neminem deū
colere nisi qui credit ipsum esse: et nisi qui credit de
illo ea ꝓpter q̄ merito debetur eidē cultus quē ipse
impēdit verbi grā. Nemo exhibet ei seruitutis offi
Q ciū nisi q̄ credit et reputat eū diuinū. ¶ Similiter ne-
Latrie cultus. mo ipendit ei latrie cultū. nisi q̄ credit ipsū esse deū
Et iuxta hūc modū nemo orat vel adorat illū nisi q̄
credit se eū posse et velle iuuare. Et ita se habꝫ per
singulas partes diuini cultus ac vere religionis.
¶ Quare manifestū ē cū generaliter ꝓportionabi-
les sint ptes similes et coꝝ tota: qꝫ integrato diuino

cultu. hoc est ex oīb' debitis deo seruitijs aggrega
to subest ex necessitate fides integra: hoc est ex oīb'
articulis aggregata ad quoꝝ credulitatem necessa
rio tenent quiqꝫ ad exhibitionē diuini cultus ꝛ vere
religiōis obseruātiā obligati sūt. ¶ Amp. Nullo ꝓ-
uilegio exēptus ē itellectus humanus a cultu diui R
no ꝛ vera religiōe quēadmodū neqꝫ affect'. Ea aūt
que intellectu sūt hoc est aprehēsiones pncipia sūt
ꝛ cause ꝛ fūdamēta eoꝝ q̄ sūt i affectu. Similiter ea
que sūt in affectu hoc est affectiones cause sūt ꝛ pri-
cipia atqꝫ fundamēta eoꝝ q̄ sūt i effectu. i. opatiōe.
¶ Quare religio intellectus causa est et principiū
atqꝫ fundamētū totius sequentis religionis atqꝫ di
uini cultus. Religio autē intellectus nō pōt esse ni-
si apprehēsio. Apphensio vero in cōmunitate homi
nū nō potest esse certitudo ꝓpter causas quas dixi-
mus. ¶ Quare credulitas necessario religio est in-
tellectus. ¶ Necesse autē est omnē intellectū capa- S
cē religiōis religiosū eē: ne ꝛ deo iniurietur. ꝛ ne pe
nā tante iniurie debitam merito incurrat. In omni
igitur intellectu humano necesse est fundari creduli
tatē religiosam: intellectu inqꝫ qui capax est illius.
Quod dicimus ꝓpter puulos ꝛ alios impeditos.
Hec aūt credulitas qꝫ necessario est de his q̄ pariūt
in nobis affectiōes ex qb' sūt operatiōes diuini cul
tus necessario ē de reb' q̄s diximus ꝛ de similib'. Ma
nifestū ē igr iā ex his vnā eē necessitate credulitatē
religiosā ꝛ fūdamētū religiōis: ꝛ hāc eē de certis ar
ticulis ꝛ numero determinatis. i qua necesse est vni
ri omnes veros religiosos. verosqꝫ dei cultores.
Que vnitio nō ē nisi cōcordia cōfessionis et creduli-
tatis in huiusmodi articulis. ¶ Amp. Omne obsequi
um qđ deo ipēdit. aut ipēdit ei ex amore recto ꝛ pu T
ro q̄ est gratuit'. aut ipēdit ei ex timore reuerentie
scilicet vl' offēse. aut ex timore pene. aut ex pudore
aut ex spe venie vl' gratie. aut spe remunerationis.
¶ Quod si ex amore credit igr eū esse bonū q̄ ei hoc
impendit. Nulli enī ipendit rectus amor ꝛ pur' ab
aliq̄ nisi credat illū esse bonū ꝛ merito bonitatis sue
hmōi amore esse dignū. Seruitiū aūt ꝛ cultus q̄ itui
tu solo bonitatis ipsius eidē ipendunt sincerissimi
sūt atqꝫ rectissimi. ꝛ in eis precipuus atqꝫ potissim'
amor ē amor in quo actus. Amor ei habu' seu virt'
nō ꝓprie seruitiū sed magis seruitus. licet spōtanea
ꝛ iocūda atqꝫ iō libera dicēda ē. Arma enī nō dicim'
V armorū seruitiū. ex quo quicūqꝫ ꝓcedūt obseqa so-
la gratuita sūt hoc est gratis ipensa. Et ꝓpter hoc
sola ipa sūt dona ꝛ munera quare sola merito digna
imo qđ amplius ē in eis solū locū habet remunera-
tio. qm̄ remuneratio nō dicit nisi respectu muneris
seu munerationis pcedētis. Remuneratio enī ē re-
flexa seu reciproca in pmuneratorē seu pdonatorē
muneratio. Qui enim non gratis sed ex necessitate
quacunqꝫ seruit: siue ex timore siue ex pudore: siue
spe mercedis: siue ex pacto seu ex quocūqꝫ alio debi
to: non ꝓprie remunerandus dicendus est. sed ma-
gis ei preciū opere sue elocate reddēdū. Sed de hoc
alibi. ¶ Reuertamur igit ꝛ dicamus. quia quibus
innotuit diuina bonitas que est bonitas in vltimo ꝑ
omnē modum redundātissimam: et implens omnia
secula pro modo capacitatis et possibilitatis eoꝝ
vel potius profunditas ea perfundens perfusione
largissima qꝫ rerum in ipsa est colunt eam amore pu-
ro et recto. ꝛ propter hoc colunt eam gratis. non est
capiunt secula habundantia inundationis ipsius.

se ꝙ velut ꝓfusionẽ tenuẽ. ꝛaptione ꝑmodicã illius.
¶ Et vt ad vnũ dicam⁹. totu qḋ apparet ꝛ qḋ est bo
nitatis i vniuersa serie seculoꝝ ꝛ in ipo vniuerso a
summo vsqꝫ deorsuꝫ. nõ ẽ nisi vestigiũ tenuissime ipsi
sionis. ꝛ velut vmbra dissimilis apparitionis abis
salis bonitatis illi⁹. qua nec assequit loq̃la: nec atti
git cogitat⁹. Qꝛ igit non ẽ possibile vt ametur de⁹
amore isto sincerissimo atqꝫ gratuito: nisi ꝛcognoscat
aut credat eẽ bonus ꝛ amore hmõi dignus. Manife
stũ estqꝫ ex amore hmõi nõ potest coli deus absqꝫ ap
prehensione vel certitudinis vel credulitatis qua
X apprehẽdat ei⁹ bonitas. ¶ Et ad hũc modũ se habꝫ
de timore ꝛ pudore ꝛ de aliis affectionibus q̃s no
minauim⁹. videlicet qꝛ necesse est vnãquãqꝫ hmõi af
Affectus fectionũ habere apphensionẽ pambulã ꝛ apprehen
sũ certũ. verbi gratia. queadmodũ amor quẽ nomi
nauim⁹ hꝫ apphensionẽ bonitatis pambulã et bo
nitatem apphẽsam: sic timor habet apphẽsionẽ po
tẽtie vel iusticie: ꝛ potentiã ꝛ iusticiã apprehensam.
¶ Similiter pudor apprehẽsionẽ sapiẽtie. ꝛ sapien
tiã apphẽsã ꝛ ita de aliis. ¶ Manifestũ igit ẽ ex his
Y qꝛ cultui diuino integro exteriori: q̃ ẽ vniuersitas ser
uitiorũ: qb⁹ deus colitur substãtie ex necessitate cer
tus numer⁹ affectionũ causãtiũ cultũ exteriorẽ ope
rũ. ꝛ huic subest certus numerus apphẽsionũ. q̃ sunt
fides q̃ creditur de certis ꝛ determinatis apphensis.
¶ Ampli⁹. Quoꝝ negatio ꝛ incredulitas suppliciis
vindicãda ꝛ exterminãda ẽ eorũ credulitas ꝛ cõces
sio necessaria ẽ necessitate debiti siue obligationis
atqꝫ salutis. Et itellegio necessitatẽ obligatiõis ꝛ sa
lutis vnũquẽqꝫ q̃ capax ẽ teneri ad hmõi credulita
tẽ: ꝛ non aliter eidẽ esse salutẽ ab eterna perditione.
¶ Quia ergo certa ꝛ determinata numero sũt quo
rũ icredulitas ꝛ negatio vindicãda est vt diximus: ꝛ
Z hic ꝓprie vocat articuli fidei. ¶ Ad quoꝝ scꝫ credu
litatẽ nos arctat duplex necessitas. quã dixim⁹ neces
Religio de se ẽ certos ꝛ nũero determinatos eẽ articulos fidei:
cor huma- alioquin ipsa fides im possibilis esset. hoc est ienar
ne vite. rabilis: indocibilis: icr edibilis: icõcessibilis: ꝛ pro
pter hoc nulla. quare ꝛ religio nulla q̃ ẽ tot⁹ decor ꝛ
Incapaci- totũ decus hũane vite. ꝛ totũ meritũ remuneratio
tas excusat nis ac felicitatis eterne. ꝛ qm̃ absqꝫ hmõi articuloꝝ
credulitate: vel eorũdẽ ꝯcessione: nulli hoim ẽ excu
satio. nisi sola incapacitas vt iã dixim⁹. necesse ẽ vni
uersitatẽ hoim adunari ꝛ vniri. cõcordia ꝛ confessiõe
credulitatis in hmõi articuloꝝ fidẽ ꝑtinaciãqꝫ icre
dulitatis ꝛ negatiõis eoꝝ gladio ꝛ igne esse extermi
nandã ꝛ tollẽdã de medio hominũ: tãq̃ execrabilissi
mã dei cõtumeliã: tãq̃ radicẽ pditiõis pestilẽtissimã
¶ Si quis autẽ dixerit quia ẽ necesse aliq̃ nullo mo
do cõiter ab hoibus credi sꝫ quedã ab vno et quedã
B ab alio ꝛ sic de ceteris. Error iste duobus modis de
struit. Primũ quia istã diuersitatẽ necesse ẽ esse pro
pter diuersitatẽ hoim: qua alii quorũdam capaces
sũt. q̃ alii propter breuitatẽ intellectus. aut paucita
tem experientie: aut defectum doctrine: aut gře nõ
capiũt explicite ꝛ expresse. hoc est in particulari. Sꝫ
nullũ est gen⁹ hominũ adeo tardũ intellectu natura
liter qḋ saltẽ vniuersali ꝛ generali credulitate. q̃cq̃d
ad fũdamentum vere religionis ꝑtinet capere non
possit. Nullus eñi est omnino i oibus q̃ credere non
possit verũ esse quicquid sacris eloquiis cõtinet: q̃c
quid spũ dei edocti homines docuerũt credẽdum es
se. Similiter verũ esse de deo quicquid prophete de
ipso crediderũt vel prophetauerũt. Nullus ẽ adeo
pertinax. qui nõ facile acquiescat vt credat imitan
dos esse sãctos ꝛ sapiẽtes viros. imitãdos inq̃ ꝛ fide
ꝛ morib⁹. ꝛ q̃ nõ facile credat hmõi hom ines videre
vel nosse veritatẽ quã idocti ꝛ vulgares homines nõ
dũ sufficiũt. ¶ Qui aũt sic credit: credit vtiqꝫ creduli B
tate vniuersali q̃cq̃d credẽdum ẽ i talibus. Nulli eñi
licet credere in sacris eloquiis mẽdatiũ aliqḋ con
tineri. vel spiritu dei doctos hoies mentitos in aliq̃
fuisse. Similiter nulli licet credere sãctos ꝛ sapien
tes viros in fide vera aut morib⁹ errare. Manifestũ
igit qꝛ in vniuersali credulitate credẽdorũ salutari
um vnicẽda ẽ cõmunitas hoim. Et qꝛ nullus est excu
satus q̃ntaqꝫ tarditate intellectus ab hmõi creduli
tate. Paruulos eñi ꝛ moriones ad furiosos ceteri Tarditas
qꝫ hmõi passionib⁹ alienatos seu mente captos: tã Intellect⁹
q̃ naturali ipossibilitate ꝓhibitos: ꝛ omnino idoci nõ excusat
biles dũ his passionibus laborãt nec credere nec di
scredere aliq̃d teneri dicimus. ¶ Attende igit ꝛ vide
qꝛ vir sapiẽs q̃ nouit ꝛ credit i particulari siue expli C
cite ꝛ expresse. singulos fidei articulos: ꝛ vir simplex
qui paucos credit in singulari ꝛ expresse. Sꝫ cũ cre
dit verũ eẽ in vniuersali q̃cq̃d ille vir sapiẽs credit.
hmõi nõ est diuersus i fide ab ipo sapiẽte: ꝛ si forte i
mõ fidei. Eadẽ eñi credit licet alio mõ. credit enim
oĩa i vniuersali q̃ vir ille sapiẽs credit i particulari
siue singulari. ¶ Nũq̃ aũt vel dictũ vl cogitatũ fuit
alteri⁹ fidei esse maiores ꝛ alteri⁹ fidei minores seu
subditos credẽtes. Quis maiores ꝛ veri⁹ ꝛ certius ꝛ
etiã i ꝑticulari singula crederẽt credẽdorũ. Mino
res vo pauca i singulari aliaqꝫ ꝛ alia min⁹ firmiter
minusqꝫ lucide. vna quoqꝫ ꝛ vni⁹ ẽ dei fides hebreo
rũ. nõ obstãte diuersitate: quã dixim⁹ vna fides moy
si ꝛ populi cui dux ipe ꝓpositus erat. ¶ Quia igitur
sicut iam oñdimus i vniuersali saltẽ necesse hꝫ cre
dere cõmunitas hominũ pncipia seu fũdamẽta reli
giõis: ꝛ hoc absqꝫ cõtradictiõe ꝛ repugnãtia. Nec
obsistit diuersitas credulitatis in particulari. q̃ ali
us aliũ articulũ i particulari capit. aut etiã eundeꝫ
articulũ alius magis alius min⁹. Manifestum est
vnã debere esse ex necessitate i mũdo isto catholicã
seu cõmunẽ fidẽ certorũ determinatoꝝ numero ar
ticuloꝝ. ¶ Et qꝛ illa duas habet differentias creden D
di: vt dixim⁹ siue duos modos q̃s nominauim⁹. vni
uersalẽ siue in vniuersali. ꝛ particularem siue in par
ticulari. Manifestũ ẽ ex antecedẽtibus. qꝛ duobus
modis ab ea recedit ꝛ aberrat. videlicet. quia vl nõ
credit vna esse fide quã tenet ꝛ pdicat ecclesia sãcto
rũ ꝛ ecclesia catholica: vel aliq̃d tale. q̃ñqꝫ in vniuer
sali vel ꝑtinaciter nõ credit. vel ꝑtinaciter discredi
tur aut eius cõtrariũ credit. eodẽ mõ ꝛ in ꝑticulari
videlicet si vni ex articulis nõ acquiescit ꝑtinaciter
et si ab eo taliter dissentit. ¶ Secund⁹ aũt mod⁹ de
structionis istius erroris est qꝛ affectiones ex quib⁹
sunt opera religiõis q̃ supra nominauim⁹ commu
nes sũt omni genere hominuꝫ. videlicet gratitudo ꝛ
spes ꝛ timor ꝛ alia. Quare apprehensiones ex qui
bus sũt hmõi affectiones necessario cõmunes sunt
omni generi hominũ. ¶ Manifestũ igit ẽ ea que ꝑ
tinẽt ad fundamẽtũ religionis communia esse om
ni generi hominum. et nullo modo esse diuisibilia
nisi sicut diximus: videlicet vt in solo modo credẽdi
non autem in creditis sit apud eos diuersitas. Nul
lo aũt modo in ipsis creditis repugnantia vel con
trarietas. Manifestũ aũt fiet quod dicimus. Si ea
ipa de qb⁹ fides a nobis exigit nominem⁹ ꝛ enũerem⁹.

¶ Credere esse ipsius creatoris est radicale fū
damētum omniū credēdorum: quo sublato nihil de
ipso credit neqꝫ colitur: neqꝫ timetur: neqꝫ amat de
us sine hoc primario articulo: qui est caput omniū
& vere fidei fundamētū. scilicet vt credamus esse de
um deinde enī sequit vt credamus ipsum esse solum.
Postea vt credamus trinum in psonis.

Dicamus igitur primū. ꝙ radicale funda-
mentum omniū credēdorū est eē ipsi creatoris. Hoc enī sublato nihil de eo credit ꝓ
Fundamē-tum credē-dorum. pter qḋ cult⁹ ei v lhonorificētia impēdat.
¶ Nullus ei honor: null⁹ amor: impendetur. Et ite-
rum nulla spes erit & breuiter dicendo nulla de eo fi-
A ducia. Quare nec curabit nec cogitabit etiā. videō
manifestū ē incredulitatē huius articuli atqꝫ nega-
tionē ipsius. destructionē esse diuini cult⁹. & subuer
sionē toti⁹ religiosi edificij. ¶ Manifestū igit ē hūc
esse articulū pmariū & fūdamentū atqꝫ caput fidei ꝗ
credit vt sepe diximus. & nulli hominū posse esse ex
cusationē de eius ptinaci incredulitate aut negatio
ne. preter illas excusationes quas diximus. ¶ Post
hūc sequit cōsequenter vnitas siue solitudo ipsius
in nobilitate & supereminentia sua. ꝓpter qḋ cōsequē-
ter credēdū est ipm creatorē esse vnū solū. & non esse
B e regione vel ex aduerso aliū vllo modorum. ¶ Sed
ipsū solū esse & pncipiū & principē vniuersitatis ac
singularis & vniuersalis imperij dnm omniū seculo
Manichei rū. Cōtra quē articulū blasphemāt nephandissimi
manichei. ꝗ duo principia videlicꝫ maloꝝ & bonoꝝ
& duos pncipes lucis & tenebrarū. & duos principa
tus siue regna duasqꝫ vniuersitates siue duo vniuer
sa bonorū & maloꝝ vesanissima ptinacia mentiunt.
Nō intelligētes. qꝛ vtrūqꝫ scꝫ pncipium & pncipē. & ēt
regnū seu pncipatū ponūt dimidiū. & cōsequēter nul
lū. qḋ nos alibi declaramus. Impossibile ei esse pn
cipiū absolute cui est compar aliud. Omnis ei mul
titudo ante se habet vnitatē. & oia cōtraria necessa-
rio habēt ante se idē aliud. ¶ Quare impossibile est
vt aliqḋ eorū sit principiū absolute. Principiū enim
C absolute & primū ē absolute. Nō enī ē principiū nisi
sit primū. oñi ei nō pmo ē pncipiū aliḋ. & iḋ nō pn-
Principiū cipio ē pmū aliud. Hūc aūt errorē & alios hmōi suf
ficiēter & irrefragabiliter destruximus i eo tractatu
quē de principio & pncipe vniuersitatis scripsimus.
Ubi euidēter oñdimus. qꝛ pncipiū vniuersitatis est
de⁹ viuus verus & sol⁹. Quāta aūt blasphemia. qñ-
taqꝫ dei contumelia sit. deū ptiri pmediū. & auferre
medietatē sui esse regni qꝫ sui & glorie & attribuere eā
inimico ei⁹ capitali implacabili & ipassibili p omnē
modū ꝗ nō videt nihil videt. ¶ Qḋ ꝓculdubio facis-
unt dementissimi manichei. Quorū psidiā deo adiu
uante. adeo euidēti & appropriata destructione sub
ruere proponimus vt de eorū insania etiam vulga-
D ribus & indoctis hominibus satisfaciamus. Tertio
loco sequitur. trinitas personarum siue personalis
quam ꝗ nō credit. cum non minus sit vna queqꝫ per
sonarū ꝙ ipsa essentia diuina vllo modorum supra
omnem estimationem detrahit glorie diuine specia
liter autem psone quā esse negat. immo i vna qꝫqꝫ su
pra modū blasphemat contra singulas. Et sicut su-
pra diximus nullum vestigium illi relinquit nominis
diuini cultus aut honoris Cum eodem iure personis
& debito equali diuinus honor sacerqꝫ cultus omni
bus illis debeatur personis. ¶ Amp. Si deū negaret
deum creasse mundum non est dubium quin intole-
rabiliter blasphemaret. cū igit incōparabilit ma
ior sit gloria ipse filius genitori suo ꝙ mūdus crea
tori & tanto vtiqꝫ maior quanto ipse filius maior Locus a
est mūdo a parte incomparabilitatis nequius blas maiori.
phemat qui negat deū patrē genuisse filium ꝙ qui E
negat eum creasse mundum. ¶ Et ad hūc modū est
ostendere de spū scō qui ē primū & maximū donum
largitatis ipsi⁹. Ex quo apparet quātū diuine largi
tati detrahit qui huiusmodi donū ex eo non procede
re contendit. ¶ Cū enī oia alia dona comparatione
istius nihil sint. manifestum est ꝙ quasi nihil diuine
largitati relinquit comparatione eius quod ei de-
trahit. qui donum spiritussancti eidem auferre pre
sumit. ¶ Amplius. Si ausus fuerit dicere ꝓpheta.
Delectasti me domine in factura tua: quāto fortius
dicere potuit. delectasti me domine i genitura tua. F
propter filiū & in processura tua ꝓpter spiritū san-
ctū. Ex his igit manifestū ē tibi. qꝛ ꝗcūqꝫ de deo cre-
dēda sunt. aut sūt per se hoc est sine respectu & cōpa
ratione rerū aliarū. aut nō. & si fuerint p se partim sūt
ea ꝗ diximus. partim cōsequētia ex his. ¶ Et conse
quētia vocamus eternitatem simplicem ipassibilita
tē equalitatē psonarū inuicē. Et multa alia ꝗ posito
fūdamēto trinitatis ex necessitate sequētur psonas
vl aliquā vl aliqs ex ipsis sicut i pnominato tractatu
declarauimus. ¶ Uerū tria hec ꝗ premisimus prin Tria fun
cipalia sūt radices ac fūdamēta alioꝝ. videlicet esse mētalia
ipsius creatoris & solitudo seu singularitas nobili-
tatis ac supereminentie sue deinde trinitatis perso
nalis. ¶ Et attēde diligenter quia aliquāt en⁹ ince- G
pim⁹ aperire tibi viam qua cognoscit ꝗ necessitas
nos vrgeat & arcet de credenda trinitate personaꝝ.
¶ Eorū vero ꝗ de deo sūt & de ipo dicunt respectiue
& cōparatiōe rerū aliarū. prima & radicalia sunt po
tētia & sapiētia & bonitas siue benignitas ¶ Oia enī
alia cōsequētia horū sūt sicut qḋ dicit creator. quod
dicit pater. qḋ dicit nutrici⁹. qḋ dr saluator. qḋ dici
tur lux vel dux hominū & similia. ¶ Et ex apprehen-
sione vel credulitate horū trium oriunt oēs partes
diuini cult⁹. ¶ Ex altitudine enī et supeminētia po-
tētie oriūtur adoratio & veneratio atqꝫ purifica- Adoratio
tio & sacrificatio. ¶ Et adoratio nihil aliud est ꝙ sub quid
iectio. interior vel exterior. & humiliatio nra qua
nos eidem subesse ad saluandū & parēdū iure plenis
simo ac singularissimo recognoscim⁹. ¶ Sic ex ado
ratione sequūt alie partes. equales sūt incuruatio
genu flectio. ꝓstratio. Ad hec etiā pertinēt petitio H
nes & orationes. depcatiōes ꝗ ad ista p se referūt & ꝗ
de dominātissima potentia eius scilicet nra subie-
ctione ad ipsam expressā faciūt itentionē. Hmōi eī
orationes & adoratiōes sūt. Ueneratio vero est qua
ad ipsū non nisi purificati. neqꝫ ad eius seruitium
accedere presumim⁹. Et pertinet ad ipsam etiam
loca sacra intrare & sacra cōtrectare ꝗ alias hoc est
sine pparatione hui⁹ declinamus. Pertinet etiam
ad hāc venerationē locorū sāctorū mūdicia decor et
magnificētia. Similiter vasoꝝ & ornamētorū eodem
modo & luminarū apparat⁹. ptinet etiā ad eandem
cancionū celebritas. psalmodiarūqꝫ & lectionū. nec I
nō & tota festiuitas musicalis. ¶ Purificatio vero Timor er-
& sacrificatio adeo note sūt vt psēti declaratiōe non ga deum
egeant. ¶ Ex sapientia vero qua omnia ad nudum
lucidissime intuetur deus oriuntur timor. & pudor
& sollicitudines. quas timor & pudor pariunt. & alie
affectiones ab eisdem genite. quibus deo displicet

cia declinātur. ⁊ eidē placētia querunt̄ ⁊ sūt. Nō enī
potest firma seu fixa et lucida esse de aspectu siue in-
tuitu dei. sup oēs cogitatiōes nostras affectiōes et
opatiōes credulitas. quin timorē ⁊ pudorē incutiat
et formidādorū ⁊ erubescēdorū: et alias affectiōes
que sequūt̄ ex his ⁊ comitant̄ easdē. ¶ Omnia eni ī
oculis dei agere ⁊ hoc impudēter ⁊ intimorate: non
K est hōis qui credat eū aspicere ⁊ videre. ¶ Attende
aūt in his duob⁹ videlz potentia ⁊ sapiētia: q̄nte im
pietatis sit ptinacia qua male sētitur de alterutro
Incompa- eoꝝ. ¶ Qui eñ credit de dei potētia ꝙ ea superior
rabilis sit aliis: aut et eq̄lis vt ꝙ aliꝗ subditi esse debeam⁹: ꝓ
dei potētia culdubio vl' totū honorē suū eidē aufert. vl' dimidi-
um partē vt dixim⁹. Et quicq̄d dicit ei non eē subdi-
tū q̄ntū i se ē aufert illi. Similiter ⁊ q̄ negat deū oīa
Deus ad videre ad nudū ⁊ lucidū: iugiterq̄ intueri. multū au-
nudum et lu fert ei de sapiētia sua q̄ntū in ipo ē: ⁊ p cōsequens di-
cidum oīa cit ipz esse vel in pte cecū vl' quādoq̄ occupatuz aut
videt dormiētē. ¶ Hec aūt oīa aperte cōtumelie sūt cōtra
diuinā potentiā ⁊ sapiētiam: ⁊ ꝓpterq̄ blasphemie. ⁊ i-
deo hereses. ¶ Quare cōtraria eorū articuli erunt
fidei. Omniū eñ duorū oppositoruz q̄rum alterum
ē heresis: necesse est reliquum esse articulū fidei. Et
si aliud ē subuersiuum religionis. reliquum ē edifi-
catiuuz eiusdē. ¶ De bonitate vero i primis oritur
amor vt diximus: cū in seipsa bonitas considerata
M fuerit: ⁊ firma ac lucida credulitate apphēsa. ¶ Cū
autē ad effectus ⁊ operatiōes relata fuerit seu com
parata: inuenim⁹ quattuor ei⁹ cōparationes ⁊ noia
tiones. ¶ Et primum vocat̄ gratuita beneficentia:
ex qua oriunt̄ quattuor ptes diuini cult⁹: ex vna ra-
dice virtutis ꝓcedentes. que interdū nominat̄ deuo
tio: sed apertius gratitudo. ¶ Haruz prima est gra-
N tiaꝝ actio. Secūda benedictio: que est bonoꝝ ipreca
Gratiaruz tio. Tertia est laudatio: que ē benefactoris magnifi
actio. catio. Quarta est glorificatio que ē ꝑdicatio publi
catio: seu diuulgatio: seu diffamatio benefactoris:
⁊ beneficioruz ad alios. Glia eñ nihil aliud est q̄ cla
ra sublimis ⁊ lata fama. Secundo nominatur mise
Gloria. ricordia in q̄ntū vel lenit vel tollit miserea: ex q̄ ori-
unt̄ multe partes diuini cultus: ex vni⁹ virtutis ra
dice procidentes: que spes venie ⁊ gratie nominat̄.
¶ Harum prima est depcatio: hec ē ꝓ malis lenien
O dis ⁊ tollendis. Secunda est oratio que est ꝓ bonis
Depcatio obtinēdis. Tertia est afflictio vt ieiuniū et alie ma-
cerationes. ¶ Quarta ē oblatio seu sacrificiū. Qu i-
ta elemosyna que est miseratiōis queccūq̄ subuētio.
hec est tā spiritualis q̄ tēporalis. ¶ Et iste quiq̄ p-
tes tūc ex misericordia dei circa ꝑnominatam virtu
tem oriunt̄: cū ad impetrandā veniā vel gratiaz re-
ferunt̄ hoc est cū ad hoc sūt. Tertio nominatur iu-
sticia: ex q̄ per donū timoris oritur declinatio a ma
P lis ꝓteritis: ⁊ penitentia cū partibus suis: ⁊ hoc est
cū ista duo ad effugiēdam diuine iusticie vltionē re
ferunt̄. ¶ Quarto nominat̄ magnifica largitas ob
sequiorum remuneratrix: ex qua oritur spes remu-
nerationis: ⁊ ex ea omne obsequiuz diuini cultus: in
quantuz ipsum via est ad mercedem eternaz. hoc est
instrum p eā tēditur ⁊ intendit̄ ad ipsā: nō enim du-
bium esse tibi debet: quin eadez opera exteriora diui
ni cultus possint esse ex diuersis virtutum radicib⁹:
⁊ propter fines varios ⁊ diuersos. Idem enim sacri
ficiū offerri pōt deo altissimo: ⁊ ob honorē ipsius tñ
⁊ ꝓpter ipetrādā veniā tñ: et ad ipetrādā gratiam
tñ: ⁊ obtinendum eternā remunerationez tñ: ⁊ quā

doq̄ propter hoc omnia simul q̄ placet offerenti.
¶ Considera igitur diligenter ista quattuor et radi
cem ipsorum diuinam bonitatem. et apparebit ti-
bi euidenter quia necesse est vt credatur diuina boni-
tas: et vt concedat̄ ab his quibus nulla est excusa-
tionum quas diximus. ¶ Et quia heresis est credere
vel deum non esse bonum: vel minus bonū: hoc est
Q ex parte non bonum: vel mutabiliter bonuz: vl' non
esse maxime bonū. ¶ Eodē modo ptinaciter errare
circa gratuitam beneficētiā eius: vt credatur vel nō
esse beneficijs vel bonū quodcūq̄ obtineri nō ab eo
vel per euz: ⁊ iterum non gratis euz benefacere qui
bus vult: sed necessitate heretica: proculdubio falsi
tas est: quare cōtrariū necessario catholica veritas
est. Iuxta hūc modū sūt errores ⁊ negationes: circa
iusticiā et misericordiaz remunerationis magnifi
cētiaz. ¶ Qui enim ptinaciter credūt: deū a deo mi
sericordez esse vt peccata nō requirat: vel adeo iu-
stū: vt penitentes nō recipiat: vel adeo ꝓdiguz: vel
auaruz: aut incōsideratuz largitorez: vt obsequia si
bi impensa non curet: ⁊ cultores seruitoresq̄ suos:
potius q̄ alios non respciat: neq̄ remuneret: nō nisi
magna dei contumelia atq̄ blasphemia hec credūt.
Quare contra necessario credenda sunt: tanq̄ par-
tes ⁊ articuli fidei. ¶ Iā igitur declarauimus tibi q̄
in his que dei sunt cōsistunt due partes fidei. ⁊ quia
vna pars articuloruz est in his que sunt ei p se: hoc Articuli.
est sine respectu ⁊ cōparatione rerum aliarum: ⁊ no
minauimus tibi principalia ⁊ radicalia i his. Et as-
signamus etiam tibi partes diuini cultus: ⁊ virtu-
tes seu affectiones ex quibus oriunt̄. ¶ Et nomina-
uimus: ⁊ numerauimus tibi de deo: ea in quibus et
error pertinax: negatio seu cōtradictio heresis sūt
atq̄ blasphemia. ¶ Manifestum igitur tibi esse de- R
bet ex his quia due partes fidei. que creditur inueni
untur apud creatorem: et ꝙ sunt articuli fidei prin-
cipales atq̄ primariꝗ circa eum. ⁊ quia nulli est ex-
cusatio quin teneatur ad credulitatem ipsorum: et
quia nulli phas est contradicere vel negare aliquē Fides ca-
ex illis: nisi in casibus quos diximus. ¶ Ex quo con- tholica.
sequēs est fidem huiōi articulorum esse catholicam:
id est vniuersalem. hoc est ad quam sine vlla excusa-
tione tenet̄ vniuersitas hominū siue excusatiōe ⁊ ꝯdi
catione ptinaci. ¶ Apparere etiaz tibi debet ex his S
q̄ adeo apte sunt in his contumelie et blasphemie Cōtumelia
negationum ⁊ contradictionū. vt gladio ⁊ igne ext- et blasphe
minande sint. et credulitas istorū articuloruz etiaz mia in deū
supplicijs iniungēda. atq̄ indicenda duab⁹ de cau-
sis. Videlicet. quia vicina sunt ac ꝓxima intellectui
humano: non impedito ⁊ nō alienato. Et quia nō ni
si incredulitate eorū cultus diuinus veraq̄ religio
fundari potest. relinquit̄ autez ex his vt tertia pars
fidei circa res alias sit: i qua nihil ꝑeminet: id ē nihil
numinis ē in q̄cunq̄ alia re. hoc ē nihil diuie excellē
cie vl' nobilitatis. ⁊ ideo nihil dignū honorificentia
diuini cult⁹ ⁊ ꝓpter hoc nulli alie rei quicq̄ esse diui
ni cult⁹ aut honorificētie impendēdū. Terciū ē mūdi
nouitas cū vniuersis q̄ in eo sūt. ¶ Quartū ē eiusdē
renouatio. ¶ Quintū nouitas animarū humanarū
in corpib⁹ suis ⁊ origo. Sextū immortalitas earum.
Septimū singularitas corporū earum contra plu
ralitatē pictagoricā. ¶ Octauū resurrectio corpoꝝ.
Nonum iudiciū. ¶ Decimum retributio bonoruz ⁊
malorū. Undecimū infernus. ¶ Duodecimū purga
toriū. De his duodeci inuenies errores ipietatis ra-

apud philosophos ꝙ apud hereticos: quorum de-
structiones etiā describere ꝓponimus tractatu vno
⁊ singulari si auxiliū ⁊ spaciū dederit dñs. ¶ Preter
hoc sūt sacramēta: ꝟtutes: gratia: ⁊ liberū arbitriū:
de quibꝰ etiā multa nephāda latrare nō cessāt here-
C tici. ¶ Et nos de his quattuor ꝓut desuꝑ excepimus
duobꝰ tractatibꝰ cōpletis nos expediuimꝰ: scʒ de sa
cris ⁊ libero arbitrio atq; gratia. De virtutibus ve
ro quā ꝙ multa ⁊ varia scripserimꝰ: tractatū tñ com
plere occupationibꝰ ⁊ peccatis faciētibꝰ nōdū ꝑmis
si sumꝰ. Reuertamur aūt ad id in quo eramus ⁊ dica
mus: quia in his partibꝰ fidei ꝗs nominamꝰ ī ꝓcedē
tibus: facile ē obuiare cōtradicētibus: ⁊ ꝑ viā ꝓba-
tionis ora eoꝝ obstruere: hoc ē ī radicabilibus ⁊ pri
mitiuis ꝓpter ꝓpinquitatē ⁊ vicinitatē suā ad intel
lectū humanū: verū in cōsequētibꝰ nō ita se habet re

Vicinitas fidei cum intellectu humano.

gula. Valde eñ sūt remota ab intellectu humano ⁊
valde improbabilia humanatio seu incarnatio filij
dei. passio eiusdē: ⁊ mors. Resurrectio ⁊ in celū ascē
sio: ⁊ ad dexterā patris cōsessio: talia mlta valde lō
D ge a nr̃o itellectu iueniunt̄ in fide catholica. ¶ Qui
igr̄ his cōtradicūt: videlicet incarnationi filij dei et
passioni eiusdē cōtra deiꝰ bonitatem blasphemant.

Fons diuine largitatis.

¶ Nō in fōte quidē ⁊ radice sua: sed ī ramo maximo
ipsius ⁊ deuiatiōe. Dū eñ de fōte largitatis diuine
tm̄ donū negāt ꝓcedere potuisse. de fōte misericor-
die tātā elemosynā: de abyssali fōte illo bonitatis tā
tā vndā efluere potuisse: de imēsa fornace illa ⁊ ca-
mino charitatis diuine tātā flāmā emicare potuis-
se sine dubio: ⁊ ī fontis etiā imēsitatē nepharie blas-
phemāt: dū inundationi eius mēsuras ⁊ limites po-
nāt. ¶ Necesse eñ est fontē cui nō est mēsura: neq; nu
merus cui nō ē finis: neq; limes aut terminus sibi si

Qualiter blasphemia cōmittatur in deum.

milē inundationē habere cū voluerit cū liberꝫ habe
at fluere ꝓut voluerit: hoc est q̄ntū voluerit ⁊ quo-
mō voluerit. Manifestū est ex his: q: cōtra imensita
tē fornacis diuine charitatis mētiunt̄: ⁊ eiusdē flā-
mā: ⁊ cōtra īfinitatē: ⁊ diuitias largitatis diuine di-
minuūt eius donum. Sic ⁊ in iniuriaꝫ magnitudinis
misericordie dei attenuāt eiꝰ elemosynā. Eodē mo-
mō ⁊ ī contumeliā copiositatis fōtis abyssalis diui
ne bonitatis restringūt eiꝰ inundationē. Cū incarna
tio filij dei sit velut flāma de camino ⁊ fornace diui-
ne dilectiōis emicās: ⁊ velut elemosyna de imensita
te misericordie dei humano generi erogata: ⁊ velut
donū de diuitijs diuine largitatis eidē donatū: ⁊ ve
lut vnda de fōte diuine bonitatis suꝑ genꝰ humanū
emanās. ¶ Nō aduertūt ceci ⁊ miseri q: ois fōs iux-
ta modū sue possibilitatis atq; diuitiarū dignis ⁊ in
digētibus elargit̄. ¶ Et ois misericordia iuxta pos

Immensa dei misericordia.

sibilitatē facultatū ī pauperes ⁊ miseros se profun
dit. Et ois ignis luminositatē suā: flāmas ī recepta
bilia ꝑ mō sue virtutis diffūdit. Et generaliter ocu
lis suis: si tñ oculos habere dicēdi sūt: vbiq; istud cō
spiciūt: quia vnaqueq; natura iuxta modū sue vir-
tutis operat̄: ⁊ larga est virtutis ⁊ operationis sue
in omne receptibile illiꝰ q̄tū potest q̄tumq; ꝑmitti
tur sicut apparet in sole. Qui tota qua potest largi
tate luminositatem suā atq; calorē diffūdit circum-
quaq;. Ad hāc igitur dementiam deuenerunt vt ī fō
te largitatis negēt eē largitatē. qd tamē oculis suis
vidēt ī oībꝰ riuulis creaturarū ipsiꝰ. hos igit̄ mēda
ces facit vniuersitas creaturarū largitate sua ⁊ ꝓ-
fusione clamās cōtra eos ⁊ ꝑdicans atq; testificans
largitatē creatoris. Quā largitas ipsaꝝ creaturaꝝ
non est nisi indicium et testimoniū largitatis ipsius
fontis: de quo oēs creature hauriunt ⁊ vt large sint
⁊ ꝙ largiātur. ¶ Insani ⁊ miseri nō vident qd stilla E
pietatis operata sit in multis virorū sanctoꝝ: vide
licet vt se venderēt ꝓ redēptione egenoꝝ: ⁊ captiui
tati addicerētur ꝓ liberatione ipsoꝝ: qd ergo mi-
rū si fons totius pietatis tale quid facere potuit in
rege glorie ⁊ dño seculoꝝ? Si scintilla dilectiōis hec
in matre potest vt ꝓ liberādo submerso filio se det ī
periculū submersionis: saliens inq̄ post filiuꝫ: quid
debuit facere caminꝰ infinitus dilectiōis ⁊ fornax
immensa charitatis in deo qui charitas est ꝓ libera
tione totius generis humani in abyssum ꝑditionis
submersi? ¶ Amplius: quis pastor eo modico qd hʒ F
amoris ad oues suas nō dat semetipsū ī periculum.

Pastor bonus.

pugnās cōtra lupos: ⁊ leones aliasq; bestias inimi-
cas gregi suo: et hoc tanto ꝓmptius atq; libentius:
quāto ipse melior fuerit atq; fidelior. ¶ Quid ergo
mirū si deus qui charitas est: ⁊ sācti amoris fōs vni
cus videns lacerari gregē suuꝫ: ⁊ vndiq; deuorari a
bestijs infernalibus descendit aduersus eas in pu-
gnā qualem decuit et opus fuit. ¶ Similiter quis
rex videns ciuitatem suam ⁊ regnū ab hostibus va-
stari: populumq; suum cateruatim trucidari ⁊ capti
uari: nō aduersus eos consurgat in preliuꝫ ⁊ hoc tā
to facilius atq; libentius: quanto ipse fuerit sancti-
or: iustior: tantoq; honorificentius: quāto fuerit po
testate sublimior. Regalis enim officij ipletio nō G
solum honori regio non detrahit: sed etiam illuꝫ ad
auget ⁊ amplificat ac illustrat. ¶ Quid ergo decuit fa
cere regem regum et dominum dominantium im-
mo quid debuit ex regali officio videns tantam ꝑ-
teriu regni sui: genus scʒ humanū vastari: diripi ca-
ptiuari ab hostibus suis infernalibus scʒ? An non
debuit in tanto regni sui discrimine regale implere
officium quod est pugnare pro regno? ¶ Quid er-
go mirum si se accinxit ad prelium. si arma assūpsit
et induit: quibus decuit vti pro regno: et hoc vt
dicebat et exposcebat lex illius certaminis. ¶ Q. si
dixerit quia nō oportebat vt diuina sublimitas vsq;
ī nostram miseriam descēderet ꝓpter hoc cū q; susci
pet. cū solo ꝟbo genꝰ humanū liberare posset ac re
parare. Nos iam respondimꝰ ad hoc ī eo tractatu
quē vocamꝰ. Cur deus hō: ⁊ ad alia oīa q̄ mouē pos
sēt icredulos vel alios ipitos. verū ex incidenti ita
diximꝰ hic. vt palā faceremꝰ ꝙ icreduli in eo ipō ꝙ
credūt se honorare deum. cōtumeliā ei faciūt ⁊ blas
phemāt aduersꝰ ipm. Magnitudo eñ doni honor
ē dātis ⁊ magnitudo elemosyne honor ē erogātis. ⁊
magnitudo flāme honor est camini siue fornacis. et
magnitudo inūdatiōis honor ē fōtis. ¶ Qr igit̄ be
neficiū incarnatiōis filij dei: donū ē dei largientis.
quo maiꝰ ī thesauris dei iueniri nō potuit. ⁊ elemo
syna qua miserie generis humani sanande atq; rele
uāde efficatior atq; cōuenientior erogari nō potuit ⁊
flāma diuie charitatis q̄ calefaciēdo atq; viuificā-
do gñi humano de camio ⁊ fornace diuie dilectiōis
ardētior siue feruētior emicare nō potuit. Similit̄
⁊ inundatio. q̄ de fōte aq̄rū viuētiū lauādo generi hu
mano. ⁊ extīguēdis eiꝰ incendijs efficatior manare
nō potuit. Manifestuꝫ ē quia ī iniuriā ⁊ cōtumeliā
ipsius fōtis vniuersalis bonoꝝ. bñficiū dominice ī-
carnationis negant increduli. cum honor fontis sit
magnitudo et magnificētia emanatiōis. Verū qm̄
nō est intētionis nostre atq; ꝓposita in hoc tractatu

singulos fidei articulos astruere probationibus: sz
fidez ipsã piã atq3 veridicaz: ⁊ salutarem in vniuersa
li stabilire: reuertamur ad ipsam: ⁊ stabiliam⁹ ipã3
probationibus vniuersalib⁹: ⁊ nulli ex articulis ap
B propriatis. ¶ Incipiamus igit̃ ⁊ dicam⁹: quia fides
Fides — hic sola habet testimoniũ ⁊ cõfirmationẽ miraculo-
ruz: nulla eñ gens: n ulla secta habet miracula: pre
Fidei miracula — ter eam que fidem istam habet. Et fidem istam sem-
per comitata sũt: ⁊ secuta miracula: que ab ipso abel
filio ade continuata sunt: vsq3 ad legez: dataz p moy
sen: ⁊ in gente hebreorũ mirabiliter multiplicata: ⁊
ab exitu egypti vsq3 ad ingressũm terre pmissionis
comitata sunt: ⁊ consolata sunt gentem hebreorum.
Nec deseruerũt eam: donec ipsa deseruit fidem istã:
tunc eñ cum ipsa fide in apostolis et aliis ex iudea
credẽtibus trãslata sunt ad ecclesiaz: ex iudeis: ⁊ gẽ-
tibus congregatam: ⁊ perseuerantez: videant p dei
gratiaz in eadem vsq3 in hodiernum diem: ita vt eã
posita poni videantur: ⁊ remota remoueri q̃si ipsius
fidei sunt effectus: ⁊ testimonia inseparabiliter illam
comitãtia. Nec ei ydolatre quos paganos vulgo di
Idolatre — cim⁹: neq3 gens machometi quos sarracenos voca
mus: neq3 fidei neq3 heretici leguz aut sectaruz sua-
Sarraceni — ruz vllum habent miraculi testimonium. ¶ Miracu
Miraculũ quid — la autẽ appellamus virtutis dei admirandas ope-
rationes isolitas cursuiq3 nature cõtrarias. ¶ Qua-
C les sũt suscitatiões mortuorũ illuminationes ceco-
ruz: mũdatiões leprosoꝝ: curationes demoniacoꝝ
effugationes et religationes demonum et similia.
¶ Quia gratiaz mirificoruz operuz testimoniis hãc
solã ꝯfirmare: nec ab initio cessauit: nec adhuc cessat
misericors deus: necesse est hãc solã esse veridicam
ipsiq3 placidaz fidem: ad hãc eñ confirmandam: ⁊ fi
unt: ⁊ fieri petũt miracula. vnde rebelles: ⁊ incredu
li qui sermonibus sãctorũ virorum credere non vo-
lebant: miraculis inducebant̃: ⁊ vsq3 ad hodie indu
D cunt̃ ad fidem. ¶ Amp̃. Et in nomine ipsius domini
ihesu xp̃i crucifixi: ⁊ mortui aliis: mortui ab ei⁹ aduẽ
tu manifeste sũt suscitati: ⁊ p ap̃los: ⁊ p viros sãctos
hodie suscitantur: ipsi etiã idẽ apostoli ⁊ martyres: ⁊
cõfessores mortui: ⁊ mortuos suscitant: ⁊ alia mira-
bilia operant̃: ⁊ ad ipsos iam mortuos viri fideles:
pro impetrandis miraculis sepe recurrunt: ⁊ obti-
nent fieri ea p ipsos. Apparet igit̃ fidem hanc: nõ so
Mortui infideles — luz in viuis: sed etiam in mortuis fidelibus habere
miracula. Infideles vero: sicut nec viui apud deum
fideles viui — quicunq3 possũt: sic mortui nec se possunt: nec alios
adiuuare: apparet etiaz ex hoc veritas fidei istius
cu fideles etiaz mortui miraculis attestãtur: ⁊ quaz
viui tenuerant: etiam post mortẽ miraculis appro
bãt ⁊ ꝯfirmãt. ¶ Amp̃. Hec est q̃ sola p̃dicat ea q̃ ma
xime dei honorem suadeant. Maxime eius timorez
incutiãt. Maxime spem in eo erigant ⁊ confirment:
⁊ qð plus est ea sola est: que potẽtie dei in nullo de-
trahit: cum oĩs secta perditionis eidez: ex toto detra
hat: vel ex parte. multa eñ dicit hmõi secta creato-
rem nõ posse: vel nõ aliter posse ea facere q̃ faciat.
¶ Sola fides aũt catholica libertatez potẽtie ei⁹: ⁊
E credit: ⁊ cõcedit in vltimo: similiter amplitudinem
⁊ fortitudinem: que tria simul accepta: videlicet li-
bertas: fortitudo: ⁊ amplitudo potẽtie: ⁊ hoc in vlti
mo: ratio sũt siue explicatio omnipotentie lucida ⁊
perfecta. ¶ Est eñ omnipotẽtia verissima ratione
potentia libera in vltimo libertatis: ⁊ fortis in vlti
mo fortitudinis: ⁊ ampla in vltimo amplitudinis.

¶ Sapientie vero ipsius: ⁊ multe cõtumeliosissime — Sapiẽtie
detrahunt: ⁊ multi forte non detrahunt: sed omnes — dei quomo
generaliter heretici: ⁊ increduli eiusdem detrahunt — do detraha
bonitati: aut enim male sentiunt de iusticia ipsius si — tur
cut qui dixerunt ipsum: nunq̃ requirere vel vidica-
re peccata: aut saltem eternis ea non vindicaturum
suppliciis. Aut de ipsius misericordia: sicut qui di-
xerunt non esse reuersionem animabus post lapsuz
⁊ hii destruxerunt penitentiam: ⁊ omnem aliam vi-
am reuersionis ad deum. Alii de beneficentia eius
tanto nequius: tantoq3 perniciosius senserunt: quan — Misericor
to maiora eiusdem beneficia discredere ausi sunt et — die
negare: qualia sunt beneficiuz incarnatiõis filii dei: — bñficẽtie
⁊ redemptionis generis humani: reparatio est ipsi
us: ⁊ ad gratiaz: ⁊ gloriam: alii contra liberalitatez
ei⁹ ⁊ largitatẽ: ⁊ indulgẽtie blasphemare nõ verẽt̃. Qui
negant eum esse remuneratorem suorum sibiq3 fa-
mulantium. ¶ Similiter: ⁊ contra gratuitam ac na-
turalẽ eius beneficentiam: multi enim in dei iniuri- — F
am delirauerunt attribuentes dona: quibus in mũ — Liberalitas
do isto vtuntur: vel fato: vel stellis: vel aliis euiden-
tie: dicentes herbas: ⁊ planetas: fruges ⁊ fructus nõ
a deo creari: sed terram ex se ipsa huiusmodi produ
cere. ¶ Vides igitur: quia sola fides catholica decli
nat dei contumelias ⁊ honoris sui diminutiões: so-
la sentiens de ipso magnifice: ⁊ decẽ ipsum: sola ipsa
est qua ipse honorificatur absq3 detractione sui ho-
ris et contumelia. Omni autem alia secta inhono-
ratur: ⁊ dehonestatur damnabiliter. ¶ Quare mani
festũ ẽ hãc solã esse veridicã: ⁊ ei acceptabilẽ fidem.
¶ Amp̃. q2 necesse ẽ tales eẽ app̃hẽsiões fidei q̃ affe — G
ctiões necessarias pariãt ac religiosas: spes aũt ve
nie et gratie: ⁊ glie q̃ ẽ adoptionis ⁊ hereditatis eter
ne ex alia credulitate vel app̃hensione generari nõ
potest: q̃ ex credulitate magnitudinis misericordie
dei: eius inq̃ magnitudinis qua miseriã nostrã assu
mere dignat⁹ est: et nostre miserie mire consortium.
¶ Nulla eni via magis suaderi communitati gene
ris hũani potuit: deũ nos glorie sue velle habere cõ
sortes q̃ per hoc q2 miserie nostre consortium inuit.
¶ Qua eñ via euidẽtius ostendi potuit homib⁹ q2
secum vellet eos deus beate ⁊ gloriose viuere: q̃ per
hoc q2 cũ eis voluit misere ⁊ ignominiose viuere: ⁊ qð
plus est etiam mori. ¶ Quid ingentius imprimere — Nota
potuit cordi humano q2 communicanda esset ei diui
ne glorie beatitudo q̃ ipsius humãe miserie in filio — Spes
dei facta communicatio. ¶ Deinde quid a deo spem — venie
venie erigere potuit: quid a deo de misericordia dei — a deo
firmare fiduciam quo signo vel argumẽto verisimi
lius probari potuit cordi humano deum velle par-
cere et misereri hominibus: quoniam per hoc q2 pa
trem misericordiarum proprio filio vt eis parceret: nõ
pepercit: ⁊ ipse filius vt immunes et illesi ipsi abirẽt
latrociniorum ipsorum dignatus est perferre suspẽ
dium. ¶ Manifestum igitur est ex his quantum de⁹
voluerit homines esse suos socios in gloria sua: q̃-
bus ⁊ ipse voluit esse socius in eorum tanta miseria
hec igitur argumenta: hec signa sunt que nulluz lo-
cum desiderationi: nullum mutationi vel dubietati
relinquunt in corde humano cum ipsa credita fue-
rit credulitate firma ⁊ lucida. Desperationis inq̃ — H
vel dubitatis de venia: vel gratia: vel gloria quãtacũ
q3 econtrario deterreat magnitudo vel multitudo
peccatoꝝ. ¶ Credulitas igit̃ horuz ẽ q̃ ruinam despe
rationis penitus p̃hibet: ⁊ aduertit: ⁊ spem magni-
ficã: velut colũnam firmissimã i corde hũano erigit

⁊ confirmat ad religionis edificium supportanduꝫ.
¶ Hec credulitas est que corda subuersa erigere: erecta portare sola sufficit ⁊ fulcire. ¶ Quapropter ex
necessitate i omni corde i quo edificanda est religio:
necesse ē vt fundamētuꝫ firmissimū supponēda. Ad
hūc modū est ostēdere ⁊ de affectione amoris: quia
sola fides catholica ea cōtinet ⁊ predicat que illam
qualē: ⁊ quātā deo ⁊ incitēt ⁊ inflāment. ¶ Sicut enim
I ignis ignē maxie generat: ⁊ applicatiōe sua seu cō-
tactu que ignibilia ⁊ succensibilia sūt maxie inflam
mat ⁊ ignit: sic ignis diuie dilectiōis tāto beneficio
nobis exhibite p credulitateꝫ cordib⁹ hominuꝫ ap-
plicatus ignē sancte dilectiōis in deum maxime in
illis generat: eaqꝫ amore viuifico maxime incēdit ⁊
inflāmat. ¶ Et alia oīa bn̄ficia velut scintille et pru
nule per modice ad calefaciēdū seu inflammāda cor
humanū: bn̄ficiū vo incarnationis atqꝫ redēptiōis
nō solū ē sicut mōs igne⁹ cordib⁹ nostris inflāman-
dis per credulitatē apposit⁹: immo incōparabiliter
maior ignis q̄ esset tot⁹ mūd⁹ si tot⁹ arderet. Quā
to eñ maior ē fili⁹ dei toto mūdo: tāto corda huma
na magis calefacere debꝫ ⁊ inflāmare per hanc cre
dulitatē eis applicit⁹ q̄ tot⁹ mūdus corpa nostra si
Filius dei totus arderet. ¶ Est enim filius dei beneficium nobis
collatum inq̄tū nobis ⁊ p nobis datus: quid autē
sūt torres ⁊ faces aliiqꝫ ignes ad calefaciēda corpo
K ra calore sensibili: hec sūt beneficia ad calefacienda
Ignis. corda calore spirituali: hic aūt calor amor ē. ¶ Ma-
nifestū igitur est: q2 si totus mundus arderet: modi
cus ignis esset ad calefaciendū corp⁹ quodcūqꝫ: im-
mo nullus comparatione huius beneficij: ad calefa
cienduꝫ corda humana. ¶ Manifestuꝫ igit̄ est: quia
maior ignis calefaciendis aut inflāmandis cordi-
bus nostris adhiberi non potuit. q̄ beneficiū domi
nice incarnatiōis ⁊ passionis. hūc aūt ista sola fides
seu credulitas eisdeꝫ adhibet. ¶ Quia vero alia bn̄
ficia corporibus aliarū gentiū applicantur. que vt
dixim⁹ nisi modice scintille sūt ad istū ignē. ¶ Mani
festū est omnes alias gentes ab amore diuino fri-
gidas esse comparatione xp̄ianorum: et ideo mor-
tuas: cum calor ille solus sit viuificus ⁊ vitalis quia
ergo nulla secta: que huic articulo contradicat adhi
bet ignē cordi humano qui ipsum amore dei calere:
vt oportet faciat. Manifestū est quia nulla alia cre-
dulitas cor humanū viuificat. Manifestum igitur
est quia sola ista fides viuifica est. ¶ Amp. q2 sola ista
fides vt diximus et fulcimentum spei prestat contra
ruinam desperationis ⁊ finem amoris nectit quo ad
deū trahimur contra pondus proprie corruptiōis.
Manifestum quia hac sola fide prestantur nobis ⁊
fulcimentum ne cadamus: ⁊ adiutoriū quo ad deū
ascendamus. Hec autē est summa religionis videlꝫ
immobiliter: perseuerare contra impulsus tentatio
num: et sursum iugiter ascendere: deoqꝫ inseparabi-
liter adherere. ¶ Trahimur autem sursuꝫ: et deo ad
Amore deo adherem⁹ herem⁹ amore: fulcimur autē vt dixim⁹ spe. ¶ Qua
re manifestum est hanc solā fidem esse deo placidaꝫ
Spe fulcimur. et hominibus salutarem: per quam nobis sūma ve
re religionis puenit: ⁊ ex q̄ sola eiusdē fabrica tota
L consurgit. ¶ Amplius. Est et firmissime in deo sp e
randum est: et ardentissime diligendus est a nobis.
¶ Omnes autē alie secte: omnesqꝫ errores aut fulci
menta spei prorsus tollunt vt diximus: aut debilia
fulcimenta adhibent instar festucaruꝫ aut palearuꝫ
que fulcire ⁊ cor humanuꝫ: supportare nullo modo
sufficiunt. ¶ Et similiter scintillulas ⁊ prunulas mo
dicorum beneficiorū cordibus nostris calefaciēdis
adhibent: aut omnino nihil incentiuuꝫ amoris i de-
um cordibus nostris apponunt. ¶ Quare manife-
stū est hāc solam esse credulitateꝫ seu fidem: q̄ et cor
Fidei virt⁹ da humana debita firmitate subpodiat: ⁊ substētat.
⁊ quāto decet amore īflāmat. Necesse igitur ē ipsā
vere ac debite i deū spei debiteqꝫ i deuꝫ dilectionis
M esse principiuꝫ ac fundamentū. ¶ Et ad huc moduꝫ
manifestum est q2 ex ipsa est similiter maximus dei ti
mor: dū per eā creditur: ⁊ iusticia ei⁹ in vltimo distri
cta: ī cōtumaces atqꝫ rebelles eiusqꝫ vīdicta: ⁊ eter-
na eē duratiōe ⁊ incogitabilia acerbitate: et ad hūc
moduꝫ se habet de aliis que dei sunt: ea enim sola cre-
ditur immensitas eoꝝ que supra nominata sunt: at-
qꝫ magnificentie absqꝫ diminutione sicut prediximus
Quare ipsa sola ē que rectas ac quietas affectiōes
in deum generat i cordib⁹ humanis. Alie vero oēs
credulitates: aut eas tollūt penit⁹: aut pariūt dimi
nutas diminutione deo iniuriosa ⁊ cōtumeliosa vt
i aꝫ p p̄te ostēdim⁹. ¶ Amp. Quid ē fides recta: nisi
digna ⁊ debita corpptinēt ad fūdamētū religiōis cre
dulitas. hec igit̄ est q̄ de deo credit̄ ⁊ qō credēdū ē: ⁊
sicut credēdum est ad colē dum ipm. ¶ Etsi habu-
N erit diminutionē vel imperfectionē vel errorē credu-
litas: necesse est habere similia ⁊ affectiones et opa
tiones que ex ipsa credulitate sūt. Quia igit̄ incul-
Blasphemia in cultu dei diminuto. tu diminuto et error ⁊ blasphemia est: et defect⁹ ne-
cessarie p̄tis graue peccatū in deū. Necesse est cre-
dulitatem pnominatā: que fundmētum est diuini cul
tus ac vere religionis purā esse ⁊ liberā ab errore fal
sitatis: ⁊ integrā hoc ē sine diminutione p̄tis huius
videlicꝫ necessarie quā diximus: huiōi aūt credulitas
videlꝫ de deo et his q̄ ei⁹ sūt: que nec errorē habeant
falsitatis: nec diminutionē necessarie p̄tis inotesce-
re nō potuit nisi pphecia seu reuelatiōe diuina: q̄re
manifestū est fidē seu credulitatē que fundamētum
est vere religōis ⁊ principiū diuini cultus p se esse ex p
pheria vel reuelatiōe diuina: hec aūt est sola catho-
lica. Nulla enim alia secta pphetiis solis in p̄te ista
innititur: ⁊ si qua innititur: inq̄tū innititur cōcordat
huic fidei: ⁊ propter hoc in parte ista non errat: dum
modo ppheticorum eloquiorum intelligentiaꝫ nō
Judei propheticorum eloquiorū mali interpretes. peruertat. Quod propter iudeos dicim⁹ qui i mul-
tis fidei articulis recte sentiunt: fideiqꝫ catholice cō
sentiunt. inducti testimoniis prophetarum. verum
vbi dissentiunt: ipsa prophetarum eloquia: non
tam falsa q̄ et ridiculosa interpretatione errori suo
aptare conatur. ¶ Amplius: prophetis et aposto-
O lis non est creditum in articulis fidei nisi miraculo-
rum testimoniis. Miracula autem omnia eius sūt
testimonia cuius ⁊ opera. Dei igitur testimonia sūt
cum eius solius manifeste ipsa sunt opera. Recepti
igitur sunt omnes catholice fidei articuli et crediti
dei testimoniis. Dei autem testimonia non possunt
esse falsa i aliquo. Dei igitur testimoniis crediti sūt
articuli fidei recepti: quare ⁊ ipsi omnes veri ex ne-
cessitate. Dei enim testimonium non potest habere
quod verum non est nisi forte de falsitate sua. ¶ Am
plius: apparet ex hoc: quia quicquid credit ecclesia
catholica i articulis fidei sue: deo testificante credit
¶ Quare etiam si erraret in aliquo: quod tamen im-
possibile est: nō ei esset imputādū: s3 deo testificāti: se-
cure igr̄ sola credit q̄ deuꝫ sola testē hꝫ credulitatis
sue: et cui⁹ credulitas nō nisi deo imputari pōt. ¶ De

claratū igitur est ex his: qꝛ hui⁹ fidei soli⁹ deus ꝟita-
tis: imo deus ꝟitas testis est. Et cū hoc etiā mani-
festū est: qꝛ ecclīa catholica deo soli credit: siue cre-
dat ꝑ miracula: siue credat ꝑ reuelationem. Siñali-
ter eñ in oībus ⁊ vbiq̧ illi credit cuius testimonio
credit. ¶ Quare manifestū ecclīam catholicā soli
D deo credere: fideiq̧ catholice solū ipm̄ esse datorē.
⁊ idō esse veridicā ꝑ oīa ac salutarē. ¶ Quare oēm
Fides
sectā ꝯriā seu ꝯdicentē: sectā esse erroris atq̧ ꝑditio
nis. ¶ Amplius. Ista fides sola captiuat ⁊ in seruitutē
redigit oēm intellm̄ hūanū in obsequiū deo ad cre-
dendā ꝟitatē quā nō capit: imo cui q̄si naturaliter ꝯ-
dicit atq̧ rebellat. ¶ Primū aūt obsequioꝝ diuino
rū est ipsius intellēs: qđ non pōt esse nisi quoddā cre
dere vt supra ostendim⁹. ¶ Quare fides ista ꝑmum
obsequioꝝ exhibet deo. Ipsa igitur est ex necessitate
ꝑmū ꝑncipiū diuinoꝝ obsequioꝝ atq̧ diuini cult⁹.
¶ Amplius. Ipsa est que intellectū q̄ vtiq̧ caput huma
ne mentis est ꝑmo inclinat et incuruat ꝑ obedientiā
diuine auctoritati: ad recipiendā humiliter verita
tem eoꝝ q̄ ꝑtinent ad cultū ⁊ honorificentiā diuinā.
Quare ꝑma veneratio ⁊ adoratio hoc est ꝑma pri
mi capitis icuruatio ad deū. i. ad maiestatē seu au-
ctoritatē diuinā ex ea est. ¶ Ipsa igitur est ꝑncipiū
Fides.
primum diuine venerationis ⁊ cultus. Et propter
C hoc manifestum est: quia credita eius siue appre-
hensa sunt ea, quorum apprehensio seu credulitas
parit in credentibus affectiones: ex quibus est ex-
terior. id ē forinsecarum operationum ⁊ obsequio-
rum diuini cultus.

¶ Supradicta omnia per epilogū quendā: ac
enumerationē repetens: paulatim ad legis mentio
nem delabitur: ipsamq̧ ꝑmū finiens: septem eius par
tes facit ex quibus q̄ttuor esse dicit: que de substan
tia legis non sunt. s. testimonia: exempla: comiatio-
nes: ⁊ ꝑmissiones. Postea ostendit obligatiōes: a-
gendi quedam: ⁊ quedam declinādi nō cessare ser-
mone: ⁊ scriptura cessantibus: legemq̧ ipsam esse
in anima. Mox pulchra de legibus subiungit pul-
chro ⁊ eleganti ordine: ostenditq̧ nihil fuisse in to
ta lege hebreorum: quod non haberet causam ra-
tionabilem.

Iam igitur expediuimus nos auxilio dei
de his q̄ ꝑposueramus hic dicere de fi-
de: ⁊ declarauimus: qꝛ fides vno modo,
intentione vna virtus est fortificans i
tellectum humanū, ꝯtra firmitatē seu
debilitatē credulitatis reꝝ salutarium hoc est. quo-
rum salutaris et necessaria est credulitas. Et quia
ipsa est rectitudo: erigens ipm̄ a claudicatione sua
qua non pōt ambulare ꝑ viam veritatis: absq̧ sub
podiaculo seu sustentaculo: vel euidentie ipsius ve
ritatis vel ꝑbationis firme: vel saltē suasionis pro
B babilis. ¶ Et qꝛ ipsa est armatura eiusdem ꝑtegēs
ipm̄ aduersus iacula ꝑpriaꝝ obmurmurationū ꝑ-
priorum sensuū sapientie humane: ac mūdane que
iacula vocamus ⁊ cogitationes fidei cōtrarias q̄s
ipse intellectus humanus contra fidem seipsum se
pe obmurmurat ⁊ obsusurrat. Similiter suggestio
nes sensuum corporalium argumenta philosopho
rum ⁊ hereticorum ⁊ alias contradictiones homi-
num. ¶ Nouissime vero hec armatura est ꝑtegēs
intellectum humanarum contra vrgentissimas pi-
culosissimasq̧ ipugnationes blasphemiarū. ¶ Qui

bus sanctissimorum: ac fortissimorum virorum in-
tellectus incredibiliter infestantur. ¶ Ex quibus oī
bus elucescit: quia ipsa est etiam velut gladius exa Fides gla
cutus ⁊ elimatus in manu ipsius intellectus. Exa- dius acut⁹
cuatus ad dissecandas ⁊ disperdendas prenomina
torum hostium acies. Elimatus vt splendeat ad ir-
rumpendas ⁊ diluendas tenebras quas huius ho-
stes tanq̄ genus tenebrarum ingerunt. ¶ Et patefe
cimus etiam cum his: quia ipsa est sola deo digna
credulitas: ⁊ quia ipsa est caput religionis ⁊ funda
mentum. Et quia ipsa est totius sacri cultus diuine
q̧ honorificentie principium: inclinans ⁊ incuruās
caput mentis: id est intellectum in venerationem ⁊
adorationem diuine veritatis ⁊ auctoritatis per o
bedientiam credendi. propter quod ipsa est inꝑmis
sanctificās intellectum humanum: atq̧ purificans
ab erroribus impietatis: ⁊ sanctificans ipsum deo
altissimo. ¶ Mortificans ipꝫ ꝯtrum ad ea q̄ sua sūt
vt non scđm se deo credant: sed supra se ⁊ contra se-
ipm̄. Et ostēdimus insuꝑ q̧ articuli fidei huius ad ē
res: hac fide credite diuidunt in tres ꝑtes. Et qꝛ ip Articuli fi
sorum articulorum alij sunt radicales ⁊ primitiui dei
facilisq̧ probationis atq̧ suasionis. Alij vero sunt
consequens ⁊ longe deriuationis: ⁊ propter hoc dif
ficilis suasionis propter elongationem suam: mul-
tam ab intellectu humano. Et q̧ omne gen⁹ homi-
num quod capax est credulitatis necesse est aduna-
ri ⁊ vniri in fidem huiusmodi articulorum. Et hoc
concordia ⁊ sensione credulitatis ipsorum. Certum
etiam fecimus: quia omnis secta contradicens his
articulis destruit religionem: aut in toto aut in ꝑ-
te. Fecimus etiam sciri: quia omnis erronea secta
que contra fidem hanc se erigit: genus humanum i
ruinam desperationis ꝯtrum in ipsa est precipitat.
⁊ in mortifero gelicidio a calore diuini amoris de
reliquit. Et quia huiusmodi fidei dator ⁊ doctor te
stificator: ⁊ approbator semper est deus. ¶ Consequēs A
igitur est post omnia hec vt aggrediamur loqui de
lege iuxta qđ proposuimus ⁊ promisimus. Dicam⁹ Lex quid.
igitur: quia lex verissima ratione nihil aliud est q̄
honestas legibilis: id est descripta religionis ⁊ pre
ceptis. Iuxta quod dictum videtur: lex est scriptū:
assistens honestis prohibensq̧ contrarium. ¶ Pro Non omne
prie vero non omne mandatum honestatis dicitur mandatū
lex: siue preceptio sit siue prohibitio. Et tamē vsua honestatis
liter omne ius scriptum dicitur lex: vt ergo proprie est lex
legem diffiniamus. Lex est honestas integra seu cō
pleta legibilis ⁊ descripta litteris ⁊ obseruantie i-
perate. licet eñ: tullius ⁊ seneca aliiq̧ q̄ plures ho- Tullius
nestatez litteris descripserunt: scripta eorum tamē Seneca
nemo legem dicit. Nec lex cuiusq̄ proprie dicitur.
nisi vel eius qui eam imperauit vel eius qui ad po
pulum eam tulit. Unde lex hebreorum: ⁊ dei dicitur
⁊ moysi. Lex autem populi aliter dicitur: qui eidē Lex a ligā-
videlicet subiectus est ⁊ ad quem lata est. vnde ⁊ le do
gem a ligando nonnulli dictam esse voluerunt pro
eo q̧ ei obseruande alligati sunt hi quibus data ē.
¶ Alia vero intentione lex dicitur: liber huius de-
scriptionis. ¶ Sunt autem partes legis huius se-
ptem. ¶ Quarum est testimonia: ⁊ hec sunt verita-
tis. ⁊ ideo credenda. ¶ Secunda sunt mandata: et B
hec sunt honestatis: ⁊ ideo adimplenda. ¶ Tertia
sunt iudicia et hoc equitatis: et ideo parēdum eis.
¶ Quarta sunt exempla ⁊ hec imitanda.
¶ Quinta promissiones premiorū ⁊ hec speranda,

¶ Sexta cōminationes penaꝝ. scȝ vel suppliciorꝝ et hec timenda. ¶ Septima cerimonie reȝ honorificētie ⁊ cultus diui: ⁊ he reuerende: ac venerāde. ¶ Attende diligenter: septem istas partes. q̄ he sunt ꝓprie intentiões eaꝝ quas posuimus. Et scito quia quattuor illaꝝ: non sunt de substantia legis ꝓprie veȝ testimonia exempla ꝯminationes ⁊ ꝓmissiões. Non em̄ pōt dici ꝓprie lex qua nihil imperatꝰ vl̄ ꝓhibetur. Certum aūt est: q: narratio veritatis q̄ assertio hystorica tm̄ est nichil imperat aut ꝓhibet: Sil̄r neq̄ exempla viroꝝ bonorum siue malorum. Eodem modo neq̄ ꝯminatiões: neq̄ ꝓmissiones: verū fortissima sunt adiutoria ad legē suscipiēdā ⁊ obseruandā sapiētie diuine lex hebreoꝝ ⁊ edita ē ⁊ descripta. Post narrationē em̄ historicā q̄ descripsit lic. deū in ṗncipio creasse oīa celum ⁊ terram ⁊ hominem supposuit exempla diuine iusticie contra peccantem primū hoīem. Deinde inundationē diluuiū ꝯtra totū genus humanū: postea subuersionem sodomoꝝ: postea flagellationem egypti: ⁊ egyptioꝝ. Interseruit etiam his narrationibus exempla diuine pietatis ⁊ beneficientie: in abraā ysaac ⁊ iacob. ⁊ vt ꝑ cominatiões deterrerentꝰ a trāsgressionibus. ꝑ ꝓmissiones allicerentꝰ ad obedientiam ꝑ exempla ꝓuocarentꝰ ⁊ animarentur ad totam legis obseruantiam ꝑ testimonia docerentꝰ solum deum esse colendum qui oīa creauerat. oīa ꝯseruat. ⁊ cuius solo nutu ⁊ beneplacito bona vel mala ꝓueniunt quibuscunq̄. Adiuuabant etiā populū illum testimonia: vt ⁊ ꝓmissionibus crederent ⁊ cominatiōibus: ⁊ vt nihil numinis in alio eē crederent q̄ in eo: quē celū ⁊ terram ⁊ oīa creasse legebant. Et ideo nec in celo: nec in stellis: nec in terra: nec in mari: neq̄ in aere: neq̄ in igne: nec in alioꝝ quicq̄ numinis esse aperte cognoscerent. Quare diuinū cultū nulli nisi soli creatori scirent esse ipendendū. ¶ Hec igiꝰ fuit prudentia legislatori a deo inspirata: vt vnum deū oīa creasse ṗmū doceret ⁊ scriberet q̄tenus eternitatē pariter ⁊ diuinitatē ab oībus aliis remoueret. Et sic idolatrie nullū locū relinqueret. Eternitatē em̄ ⁊ diuinitatē ⁊ celis: ⁊ celestis: ⁊ elemētis tā babiloni q̄ egyptū inter quos populus hebreorū nutritus fuerat attribuebant. Et ꝓpter hoc diuini cultꝰ eis honorificentiā ipendebant. Hoc ē testimonium veritatis in ipso veteris legis initio diuina sapientia ordine rectissimo posuit. Ut ab his qui legerent legem eius: errores tante impietatis ꝓsus abraderet: vt nihil numinis eā habere appareret q̄ de nihilo facta esse tāte auctoritatis testimonio cōstaret. Sed totā diuinitatē: totāq̄ gloriā deitatis ei soli in esse non dubitaretur. Qui oīpotentie sue virtute de non esse ad esse cuncta adduxerat. ⁊ ne in nō esse iterū euanescens recidant retinet ⁊ cōseruat. cuius solo bn̄ placito sunt q̄ sunt. ⁊ sicut sunt. premissum igiꝰ fuit hoc fundamentū fidei salutaris: vt creature oēs honore diuino ⁊ cultu cognoscerentꝰ indigne: vaneq̄ ⁊ inutiliter coli eas sciretur: q̄ nihil possent nisi q̄tū esset dine dignatio bonitatis. Et nos de hoc in tractatu de idolatria dispōne: q̄ ꝯuenit dicemus. ¶ Interim aūt reuertamur ad declarandū de lege ⁊ de legibus ⁊ dicamus q: lex sicut ꝓprie liber nō dr̄. i. scriptura visibilis. ita vt scriptura audibilis vt ita loquamur. Signū tm̄ ⁊ vitas siue res nunq̄ in voce nomē cōicant. Q: igiꝰ tam scriptura visibilis regulaꝝ honestatis q̄ ipsa lex vt ita dicamus audibilis. i. vbū audibilia hmōi rerū: nō dr̄ vl̄ lex vl̄ regule nisi ea figura vl̄ tropo q̄ nomē ipsiꝰ rei: ⁊ vitatis signo vel imagini eiusdē iponiꝰ: sicut imago petri petrꝰ dr̄. ⁊ petrus scribi vl̄ legi dr̄: vbi nomē eius scribiꝰ aut legiꝰ. Amp̄. Q: sole res sūt q̄ imperanꝰ aut ꝓhibenꝰ. Solarū em̄ rerū est fieri vel non fieri nō ꝓprie sermonū aut mādatoꝝ. Qui em̄ imperat currere. nō vbū iperat: sed cursum ipsū neq̄ q̄ obedit vbū currendi facit: sed cursum ipm̄ ꝓpue: sic̄ igiꝰ ꝓprie res vl̄ fieri vl̄ obmitti dr̄. ita ꝓprie imperari ⁊ ꝓhiberi: q̄re etiā ꝓprie iperata ⁊ ꝓhibita sunt res: figurate vo sermones. Precepta igiꝰ ⁊ mandata ⁊ lex. ṗmo ⁊ ꝓprie leguntur: sicut ⁊ intelliguntur. Res em̄ sunt ꝓprie quaꝝ ꝓprie et ṗmo intellectus ⁊ cognitio queriꝰ. Amp̄. Si sermones audibiles vt scripti sunt. Lex aūt ṗcepta ꝓprie. Multo fortius sermones intelligibiles. hoc ē sermones in mente qui proprie sunt rerum signa tanq̄ naturalia ⁊ rerum naturales imagines aut similitudines. Amplꝰ. Nullo existente sermone: nulloq̄ loquente: si soli sermones audibiles essent lex: nulla esset lex. Eodem mō deletis seu destructis oībus libris: nulla esset lex scripta. Quare si lex non hȝ nisi has duas intentiones. Nulla erit lex oīno duobus istis cōibus ꝯtingentibus. Et ita nulla erit ꝓuaricatio nullū pctm̄. ¶ Amp̄. Regule honestatis q̄les sunt deū esse honorandum: deū esse timendū: deum esse adorandū: oē hoīem esse diligendū: oī hoī ꝯsulendū: siue ille regule scripte sint exterius siue non: ⁊ siue audiantur exterius siue non: vere sunt ⁊ tenēde. Et obligatus est vnusquisq̄ debito honorandi deum: debitoq̄ timēdi eū: siue legat hoc foris scriptum siue nō: ⁊ siue audiat hec foris siue nō. Et ad hunc modū se hȝ de aliis q̄ sunt debita per se: ⁊ veȝ sit q̄ maior notitia altitudinis ⁊ potentie dei debitū honoris atq̄ timoris ad eū ⁊ obligationē auget. ¶ Manifestū igiꝰ est q: ⁊ regule honestatis ⁊ debita siue obligationes agēdi q̄dā ⁊ declinādi q̄daȝ sunt cessantibꝰ oī sermōe atq̄ scriptura. ⁊ q: ꝓuaricatio ⁊ pctm̄ sil̄r sunt absq̄ his: q̄re q̄dā lex ex necessitate est preter hoc. ¶ Amp̄. Tota honestas indubitanter in aīa est: honestas inq̄ vite humane ⁊ moꝝ. Honestas aūt vite ⁊ regulata est ⁊ ordinata ⁊ moderata. Non aūt regulata est vel moderata vel ordīata nisi hōestate: nec decora nisi hōestate. ¶ Quare totū id q̄ ordinat regulat moderatur ⁊ decorat vitā humanā: in aīa est. est igiꝰ ṗter sermones atq̄ scripturā cū illa foris sint. Cū igiꝰ vere lex sit: q̄ ordinat regulat moderat atq̄ decorat vitā humanā. Manifestū est veram legē esse in aīa. Amp̄. quid ē lex vera nisi ars q̄dā aut sapientia recte honestateq̄ viuendi. Omnis aūt ars ⁊ omnis sapientia in anima est: quare si vere dictum est: q: vera lex ars ē ⁊ sapiā recte honesteq̄ viuēdi vere lex est: ⁊ vā natura lex in aīa. ¶ His aūt oībus rōnibus nihil ad p̄sens astruere intendimus. nisi q̄ merito: ⁊ nō minꝰ ꝓprie: imo magꝰ ꝓprie magisq̄ veraciter lex dr̄ q̄ est in mēte q̄ q̄ ē i scripto vel voce. His aūt ita se hn̄tibus dicamꝰ: q: duo sunt ex q̄bꝰ ē vite hūane decor q̄ ⁊ honestas dr̄. Et eoꝝ alterū est in intellctu tm̄. vt regule ipse honestatꝭ q̄les nōnullas iā posuimꝰ. Et alterū est partim in itellectu: ⁊ partim in affectu veȝ virtutes. Quarum quedam sunt in intellectu ⁊ in nostra apprehensiua superiori ⁊ nobili: quedam vero in affectu: hoc est in vi nostra motiua nobili.

Ordo veteris testamenti.

Legislatoris moysi prudentia in scribendo.

B

C

D

Lex i mēte magis q̄ i scripto.

Omnes nãq3 regule assertiones sunt ꝟitatis. ⁊ iõ
vbi assertio ⁊ veritas: ibi ⁊ regule. Ueritas aũt vt
alibi diximus. sic est ad intellm̃ qui est visus interi-
or ac spũalis: sicut lux ⁊ color ad exteriorẽ visu3: vñ
quẽadmodũ solũ lucidũ: vel coloratũ est visibile ex
terius. Sic solũ verũ visibile interius scibile vel co
gnoscibile. Assertio vero ĩclinatio ꝓpria est q̃ neces
sario cadit sup verꝫ vel falsum. Nec põt vllo modo
esse assertio: q̃ nõ sit vera aut falsa nec h3 locũ in af
ctu: sicut nec eius oppositũ qđ est negatio. Affectio
nes vero nec vere nec false sunt: sicut timor vł amor
sed reuera bone: vel male sunt: ⁊ iuste vel iniuste: et
laudande vel vituperãde. Quicqđ aũt est verũ vel
falsum necesse pertenet ad intellm̃. Qꝛ enĩ veritas
ad intellm̃ pertinet: vt iã ondimus. iõ ⁊ falsitas de
necessitate: qm̃ opposita naturalr̃ circa idem sunt.
Locus igit̃ ꝓprius regularꝫ honestatis ⁊ recepta-
culũ intellˢ ẽ: ⁊ eius ꝓpria sunt q̃cunq3 veritate lu-
cent tanq̃ luce veritatis supradiante ꝑfusa. ¶ Et q̃
cunq3 falsitate tenebrescunt tanq̃ luce veritatis pri
uata. Lux enĩ ⁊ tenebre circa eundẽ visum: siue spi-
rituales sint: siue corporales circa vero visum cor-
poralem corporales. Circa spiritualem vero spiri-
tuales. ¶ Quoniam autem honestas exterior: non
est nisi ex honestate interiori: eo ꝙ honestas exteri-
or: non est nisi opera virtutum. opera aũt virtutum
numero eq̃lia sunt virtutibus. Manifestũ: ꝙ est ho
nestas exterior. i. opera ꝟtutũ exteriora: necessario
E rñdent honestati intereriori. i. virtutibus pari nũe-
ra. ¶ Amplius qꝛ p̃cepta non sunt nisi de operibus
virtutũ: hoc est q̃ sunt vel esse debent virtutũ. Silr̃
⁊ ꝓhibitiões nõ sũt nisi de opib⁹ eodẽ mõ viciorꝫ o-
pera viorꝫ ⁊ virtutũ numero equalia sunt viciis ⁊ ꝟ
tutibus. Silr̃ ⁊ regule p̃ceptis ⁊ ꝓhibitionib⁹ nu-
mero equales sunt. qm̃ iuxta vnamq̃q3 rõnem ho-
nestatis est rñdens ei p̃ceptum aut ꝓhibitio. Quẽ
admodũ iuxta regulam q̃ dr̃. deus diligendus: est p̃
ceptũ de diligẽdo deũ: ⁊ iuxta regulã q̃ dicit. neminẽ
esse odiendũ: est ꝓhibitio de nõ odiendo ꝓximũ. Et
est manifstum: hic siue generales sint regule siue spe
ciales. cum nos intendimus hoc de specialibus re-
gulis ⁊ operibus. p̃ceptis ⁊ ꝓhibitiõibus. Ex vna-
quaq3 enĩ regula p̃ceptum vel ꝓhibitio oritur: tan
q̃ ex sua causa. quare enĩ diligendus est deus. iõ p̃-
cipitur diligi. Et qꝛ non est odiendus ꝓximus. iõ ꝓ
hibetur odiri: qꝛ igitur vera lex honestatis ac deco
ris vite: q̃ per se vere ꝓprie naturaliterq3 lex est. id
est naturaliter legibili⁹ siue lecta. non ex signis po
sitis tñ: sed inscriptione naturali insita ⁊ impressa
cordibus humanis. naturaliterq3. i. iure ipso natu-
re ligans ad sui obseruationem ⁊ adimpletionem.
F Ligans inq̃ vinculo indissolubili ⁊ indispensabili
¶ Manifestũ est qꝛ vera ꝓprieq3 ac per se lex inna-
teq3 dilectionis ac ligationis quã nec solui possibi
le est: nec ꝯtra cã ⁊ dispensari est integra: ac perfecta
aggregatio reꝫ honestatis specialiũ: iuxta species
virtutũ ⁊ numerũ ipsarũ. Et hec lex ẽ ius diuinum
hoc ẽ diuina auctoritate humano generi ipositũ ⁊
ei⁹ inscriptione quasi digito suo inscriptũ: ⁊ est ius
naturale. qꝛ naturaliter: cum hoibus ⁊ in eis nascit̃
⁊ naturã humanã iseparabiliter comitat̃. Et ideo
vere lex est: qꝛ lex est simpliciter semꝑ ⁊ ad omnes a
cuius obseruatione non est exemptio. Ex q̃ manife
stum est: qꝛ p̃cepta vel ꝓhibitiones q̃cunq3 sunt vł
facta sunt: preter hanc non sunt lex simpliciter: sed
cui ⁊ qñ. ⁊ iõ nec vere lex: nec simplr̃ lex. Amplius.
Qm̃ qđ natura tale ⁊ qđ per se tale magꝭ tale. Ma
nifestũ est: quia quod in anima est naturaliter. ma-
gis est lex. ⁊ magis ꝓprie q̃ qđ est in scripto vel vo
ce. Amp̃. qꝛ sicut diximus tota honestas virtutũ lex
est. descriptio aũt oĩs vera ⁊ ꝓpria adequat̃ rebus
⁊ numero sermonũ ⁊ equalitate. Necesse est legem
exteriorem scriptam: siue rebus siue mandatis de-
scribatur. honestati virtutum adequari: ⁊ regulas
exteriores regulis interioribus: mãdatisq3 manda- G
data silr̃. Quare est consequens euidenter legem ꝑ
fectã. i. integrã discriptionẽ honestatis vere: ac pro
prie hoc est ꝙ vere: ac ꝑfecte honestas est: regulas
⁊ mandata continere ad numerꝫ virtutum. ¶ Mani
festum etiam est ex his q̃ diximus regulas oẽs ho-
nestatis esse naturaliter apud intellm̃. ꝓpter iamdi
ctas causas: ⁊ quodammõ naturaliter iscriptas eẽ
in ipso: precepta vero ⁊ ꝓhibitiones partim fieri a-
pud intellectũ ⁊ partim apud affectũ. Et hoc est qm̃
eodem iure ꝑ oẽm modum subiecti sunt iperio crea
toris: eodemq3 ꝓrsus obedientie debito obligati.
Nihil enĩ priuilegũ: nihil exemptionis: nihil peni-
tus libertatis h3 alteruter eorꝫ aduersus creatorẽ.
Et ꝓpter hoc: sicut eadẽ auctoritate p̃ceptũ est itel
lectũ credere deo: ⁊ affectũ diligere vel timere deũ.
Sic pari obedientie debito ꝑ oĩa tenetur intellect⁹
deo credere ⁊ affectus ip̃m diligere vł timere. Nec
refert an ista q̃ dicimus ad hoiem referant̃ ratiõe
dictarꝫ viriũ: an ad ipsas vires. Pro eodẽ enĩ repu
tamus ⁊ intellectum credere ⁊ hoiem in intellectu H
siue ꝑ intellectũ: ⁊ de affectu silr̃ intelligim⁹. ¶ Am-
plius. Qm̃ iam alibi declarauimus tres esse speci
es virtutum: videlicet naturales: quales sunt na-
turalis mansuetudo: naturalis magnanimitas: na
turalis verecũdia: naturalis pietas. Et iste homi-
nibus naturaliter indite sunt. Et malitia vel boni-
tate ꝯplexiõis ipediũt̃ vel adiuuãt̃: ⁊ qñq3 aliq̃ earꝫ
qñq3 vna sola ex his aut ipedit̃ aut adiuuat̃. Et hoc
manifestum fit per operationes earum: que secun-
dum impedimentum aut adiumentum complexio-
nis que est a parte corporis: aut tardiores ⁊ rario-
res exeunt: aut frequentiores ⁊ maiores. ¶ Alias
vero ostendimus esse consuetudinales: que ex fre-
quentia operationum acquiruntur ⁊ gignuntur: et
ꝙ naturales sint quasi pedes: sed pedes lesi multi-
plicibus occasionibus; non solum malitia comple-
xionis vt diximus: sed etiam corruptione: que pec-
cato primorum parentum in totum gen⁹ humanu3
transfusa est ⁊ transducta. In adam vero pedes isti I
⁊ sani ⁊ recti omni modo fuerũt ante peccatum. Et Adam
propter hoc per viam morum honestatis naturalis
scilicet huiusmodi pedibus ambulare recte poterat
absq3 claudicatione ⁊ offensione lapidis peccati. q̃-
si per planum nature: nunc quemadmodum gressi-
biles erant exterius: hoc est secundu3 corpus per vi
am sensibilem. Ita ⁊ gressibiles essent interius per
viam intelligibilem quam diximus planum hone-
statis naturalis. Cõsuetudinales ꝟo sicut lignei pe-
des sunt ⁊ alia subpodiacula atq3 adiumẽta que oc
casionatis ⁊ lesis pedibus ad adiuuandum ac quo
quomodo perficiendum gressum adhibent̃. Terti- K
as vero patefecimus esse theologicas. hoc est diui-
nas seu diuinales quas. Jacobus apostolus vo-
cat data optima: et dona perfecta descendentia a
patre luminum. Jacobi primo. Et nos vsuali

Margin notes (left column):
Z Tertio.
Ueritas ad intellm̃ pertinet. Intellect⁹.
Lex spiritalis ⁊ corporalis.
Ex vnaquaq3 regula preceptum vł ꝓhibitio oritur.
Lex impressa cordib⁹ humanis.
Ius diuinu3 dei iscriptione inscriptum.
A legꝭ obseruatione nõ ẽ exẽptio

Jacobus. ꝟo theologicas atq̧ gratuitas ꝯsueuim⁹ noiare.
¶ Hec vero sunt sicut alie spūales diuine bonitatis
artificio qb⁹ dignatiōis sue beneplacito fuerint ap
posite: atq̧ insite ad volandū: nō solū ad volandum
non soluꝫ ī sublime btitudinis: ⁊ glie sue: sed ad vi-
uendū: ita sublimiter atq̧ nobiliter: vt ad hanc vi-
tam ipera ta honestatis naturalis ambulatio. Hec
vero ad illā volatus merito noietur. Uita ꝟo q̄ ni-
hil hꝫ pfectiōis aut decoris nisi a pte ꝟtutum ꝯsue
tudinaliū: nec volatus est: nec ambulatio recta: sed
latio q̄dā nugatoria: mixta ex aliq̄ pte ambulatio-
nis ⁊ alterius motus. Ligneis pedibus eñ aut his
hmōi subpodiaculis: nō solū nō volat: sed neq̧ re-
cte etiā ambulat. ¶ Intēde igit in hec tria gña vir-
tutū ⁊ videbis: qꝛ pfectiōes sunt viriū aīe humane
naturaliū: sed ꝯm magis ⁊ minus. Naturales eī na
ture pfectiōes sunt atq̧ ꝯplete q̄ꝺtū ad naturā: hoc
est ita vt natura nō habeat qd eis adijciat: verūtñ
ꝯparatione diuinaliū q̄si in ales sunt: ⁊ tanto a no-
bilitate eaꝝ distantes: q̄to pedes ab alijs vt dixim⁹
⁊ recta ambulatio a volatu: ꝯsuetudinales ꝟo ad-
iumenta q̄dā sunt: vt diximus: ⁊ nec nobilitate aut
pfectione vnq̄ naturalibus adequāde: pauce eī nu
mero sunt ꝓpter paucitatē exercitationis ⁊ tpis: q̄
bus indigent ad sui gñationē. vix eñ inuenit: si tñ
inuenitur: qd nō credimus a deo etate grādeuus a
deoq̧ ammodo strenuus: ⁊ corpore validus: q̄ in oī
actu honesto incōcusse se exercuerit vel ea frequētī
am habuerit: vt ex ei⁹ exercitio ꝟtutē acq̄sierit cō-
gruentē. Et hoc mō oēs ꝯsuetudinales ꝟtutes tā-
tis: ⁊ tā varijs obtineri exercitijs. ¶ Attēde igit di-
L ligenter: qꝛ ꝟtutes naturales ⁊ opatiōes eaꝝ eisdē
noīantur noibus: quibus ꝯsuetudinales ⁊ opatio-
nes eaꝝ: ꝓpter qd multis visum ē qꝛ opatiōes haꝝ
oīm ꝟtutū nō differūt specie nullo mō: sed ꝯm ma-
gis aut minus ꝟbi gratia. Credere siue sit ex virtu
Uirt⁹ theologica. te desup infusa: hoc ē gratuita seu theologica: siue
ex probatione: siue suasiōe: siue ex natura: siue ex as-
suefactione: vnum est specie. Ueruntamen magis
credit atq̧ nobilius qui ex fide gratuita q̄ qui alia
M ¶ Nos autē iam hoc declarauim⁹ in superioribus
declaratione euidēti: q̄ manifestū ē: lumina descen
dentia desup a patre luminū: alteri⁹ modi eē ꝓrsus
q̄ lumina ascendētia: imo verius esse vmbras a re-
bus creatis. Et aliter ꝯm spēm lucere speculū itelle
ctus ⁊ sup irradiatione: vel p̄mi luminis: vel alioꝝ
luminū q̄ sūt supra: ipam etiā sub p̄mo tanq̄ media
aliter ex ascensu illuminationū q̄ reflectunt a rebus
creatis: ⁊ p organa sensuū īfundit se speculo itells.
N ¶ Patefecimus ēt qꝛ fides infusa desup vna est nō
obstāte quātacūq̧ credibiliū diuersitate. ¶ Qm̄ se-
quit vnitatem luminis a quo fluit sup intellm. Fi-
des ꝟo q̄ est a rebus ipsis tanq̄ vmbra vel imago
ipsaꝝ diuersa est: p diuersitate credibiliū: sequit eī
dispositiones credibiliū in identitate ⁊ diuersitate
tanq̄ cāꝝ ipsoꝝ. Eadē dicimus ⁊ de alijs. Dilectio
eñ desup infusa: dilectio a rebus: impossibile est q̄
sint eiusdē speciei ꝓpter eandē cām q̄ ⁊ fides. Et ad
hunc modū se hꝫ de alijs. Jā igit manifestū esse ti-
bi dꝫ ex his qꝛ qꝛ ꝯplementū ⁊ pfectio honestatꝭ sūt
ipse ꝟtutes gratuite. ita vt eas hñtibus alie: non
Uirtutes. sint necessarie q̄ꝺtū ad necessitatē pfectiōis. Uerun
tñ alie adiumenta nō modica p̄stant opari volenti
bus. Posita eñ fide gratuita siue desup infusa nō
est necessaria alia credulitas aīe hūane siue ad pfe-
ctionē honestatis siue ad decorē q̄ placeat creatori.
Manifeste tñ verū est: qꝛ q̄ hꝫ lumē hmōi fidei. ⁊ hꝫ
cū hoc lumina suasionū seu ꝓbationū cū lumine fi-
dei q̄ ex ipsis est erit expeditior: ⁊ ad cogitādū fideꝫ
hoc est fidei articulos ⁊ ad p̄dicādos atq̧ docēdos O
Et sicut ex vno lumine hꝫ q̄s sufficientiā ad regen-
dos gressus suos: si alia apponant: licet minora. qꝛ
⁊ ex hoc fiet expeditior in gubernatione gressuū suo
rū ita ⁊ hic. hñs eñ fidē hmōi: hoc est desup infusā
hꝫ vtiq̧ lumen q̄ regat gress⁹ intellꝰ sui in eis q̄ pti
nēt ad fundamentū religionis. Si tñ lumia q̄ p̄diri
mus ꝓbationū ⁊ miraculoꝝ addita fuerint huic fi-
dei: erit adiut⁹ in multo ad regēdos hmōi gressus.
¶ Reuertamur aūt ⁊ dicamus: qꝛ si sint hmōi virtu
tes de necessitate pfecte. virtutes dico naturales.
¶ Manifestū est qꝛ ab eis incipit pfectio hmōi tan P
q̄ a fūdamēto. ꝯplementū aūt ac pfectio eius ē de- Uirtutes
cus ꝟtutū gratuitaꝝ: ⁊ he sunt in fine pfectiōis ꝯm gratuite.
spēm. nō dico ꝯm gradū. Qm̄ in vita ista nō inueni
tur species virtutum sublimior aut nobilior: sed
in vna quaq̧ earum specierum inuenitur graduū
multa diuersitas ⁊ varietas. non enim omnes fides
gratuite eq̄les sunt. nec omnes qui hmōi fide cre-
dūt eq̄liter credūt: sꝫ ⁊ alij magꝭ alij min⁹: ⁊ alij luci
di⁹ alij min⁹ clare. et iteꝝ: alij forti⁹ alij debili⁹: ⁊ hꝫ
hunc modū se hꝫ res in alijs. ¶ De ꝯsuetudialibus
ꝟo manifestū est: qꝛ de necessitate huius pfectiōis
nullatenus sunt: tū qꝛ ex alijs p se hoc est talibus na-
turalibus ⁊ gratuitis. Manifestū e si pfecte eē ho-
nestū q̄ eas habuerit: tū qꝛ nūq̄ oēs ꝯsuetudinales
in aīa vna inueniunt. Neq̧ possibile est iuenire ꝓ-
pter humane vite breuitatē. ⁊ humane nature infir
mitatē vt diximus. q̄re nō esset possibile viꝝ pfecte
honestatis iuenire vita hac. Frustra igit indit⁹ eēt
naturalr honestatis appetitus mētibus humanis
cū ab eo sint naturali ipossibilitate ꝓhibite. Et ita Q
aliud esse naturalr frustra qd est manifeste ipossibi Natura ni-
le. Naturā eñ aliq̄d frustra facere. etiā in vno indi- hil frustra
uiduoꝝ: nedū in tota spē oīpotentissima dei sapien operatur.
tia q̄ ipa amministratur: ⁊ regitur nullatenus pmit
tit. Cōsiderem⁹ igit hanc pfectionē: q̄ a natalibus
ꝟtutibus icipiēs gratuitus ꝯsumat. ¶ Qꝛ igr sine
hac pfectōe: nec volat ī sublime eterne btitudis nec
sublimiter viuitur nec deo acceptabilr. Manifestū
est: qꝛ hec est pfectio modis oībus necessaria atq̧
sufficiens: ⁊ ad vite decorē: ⁊ ad meritum eterne fe
licitatis. Et de qua non licet aliquid detrahi ⁊ cui
nihil necesse est supaddi. lex igitur que hāc pfectio-
nem mandatis ⁊ regulis p̄cise describit: ē lex neces
sarie ac salutaris perfectionis. ¶ Et manifestū ē
quia hec vnica est ⁊ sola: ⁊ quia impossibile est aliā
esse: earundem enim virtutum impossibile est di-
uersas esse regulas ⁊ mandata: cum vnius virtutꝭ
non sit nisi vna regula: ⁊ vnum mandatum. quo ei⁹
operatio precipitur. Sicut ⁊ vni⁹ viciū regula vna
qua dicitur esse declinādum: ⁊ vna prohibitio: qua R
eius operatio prohibetur. ¶ Amplius. Eiusdem
honestatis impossibile est esse diuersas descriptio-
nes per regulas ⁊ mandata: quia si fuerint diuer-
se regule. cū nulla rla honestatis aliq̄d dicat nisi ꝟ
tutē illā esse seruandā siue tenendā de q̄ rla illa est.
silr cū nllo p̄cepto cuiuscūq̧ ꝟtut' aliq̄d dicat vl p̄
cipiat nisi fieri op⁹ illi⁹ ꝟtutis c⁹ ē. māifestū ē rlas
illas ⁊ mādata nō esse diuersa nisi voce ten⁹. cū res
eedē per oīa subsint illis. ¶ Amp̄. Sicut vna ꝟtus

ad suã rõnẽ ꝛ ꝑceptũ:sic tota honestas ad legẽ totã ¶ Quid enĩ est vna regula ꝛ mãdatũ ad suã ꝟtutẽ hoc est tota lex ad totã honestatẽ. Qualis enĩ ps ẽt vna ꝟtus totius honestatis:talis ps est vnius ꝟtutis regula ꝛ ꝑceptũ totius legis:totã honestatẽ mãdatis ꝛ regulis ꝑscribẽtis. ¶ Quare sicut vnius ꝟtutis nõ est nisi vna regula ꝛ ꝑceptũ. ita vni⁹ honestatis nõ est nisi vna lex. Si enĩ possent esse due vel plures: accideret ista multitudo necessario ĩ regulis ꝛ mãdatis. Qm̃ si nõ esset in regulis ꝛ mãdatis cũ ex eisdẽ regulis ꝛ mãdatis ĩpossibile sit leges eẽ diuersas: ĩpossibile est ꝙ accidat ista multitudo in lege. Jã igit̃ certificatũ est ex his vnã esse ꝛ solã legẽ:ꝛ aliaꝫ ĩpossibile eẽ salutarẽ atqꝫ ꝑfectã. Sicut vnã ꝛ solã honestatẽ aggregatã: ex oĩbus ꝟtutib⁹ naturalib⁹.s.ꝛ gratuitiꝫ:sine qb⁹ nec recte viuit̃:nec deo acceptabiliter:nec apud ipm̃ remunerabiliter. ¶ Hec lex euãgelica est: ꝯtinẽs naturales regulas honestatis:naturaliaqꝫ ꝑcepta ꝛ ꝓhibitões:ꝛ insup est ꝯtinẽs gratuite regulas honestatis ꝑceptaqꝫ et ꝓhibitões ipius: vt queadmodũ honestas ipsa tota atqꝫ ꝑfecta:ex naturali gratuita cõsistit. ¶ Sicut lex salutaris ꝑfectionis ac ꝑfecte honestatis est ex vtriusqꝫ regulis ꝛ mãdatis:hoc ẽ ꝓhibitionibus ꝛ ꝑceptis. ¶ Quid aũt ista honestas atqꝫ ꝑfectio euãgelica sit:iuxta ꝙ ipsa ꝟitas dt Mathei. v. Nõ veni legẽ soluere sed adiplere. nõ demõstratiõe indiget:sed sola enarratõe. Naturalẽ enĩ honestatem: sola ꝯtinẽt mãdata legis moralis. Oĩa enĩ illa innata sunt ꝛ inscripta naturaliter. hũano cordi. ¶ Qꝛ igit̃ euãgelica ꝑfectio naturalẽ nõ euacuauit. sed gratuitã addidit. Eã enĩ seruari voluit ꝛ mãdauit. Euangelica igitur honestas: vtraqꝫ ꝯtinet naturalẽ.s.q̃ in veteris legis moralitas. ꝛ gratuitã q̃ ꝓpa est euãgelica supadditio ꝛ ꝯplementũ ¶ Amp. Sicut nõ est honestas:sed ps honestatis: cui deest ps maior honestatis atqꝫ nobilior:ita nec lex est q̃ maiorẽ ꝑtem ac nobiliorẽ regulaꝝ:ꝛ mandatoꝝ honestatis non ꝯtinet. Quare manifestũ est legẽ moysi nõ legẽ fuisse ꝑfectã:sed legis partẽ. Et illã inictalẽ atqꝫ ꝑmariã: ꝛ ad gratuitã ꝑfectionẽ introductoriam. Et pueroꝝ atqꝫ incipientiũ elemẽtariã:ꝛ hoc q̃tũ ad moralia sola dicimus. Moralia inq̃ q̃ diximus q̃ sũt de necessitate honestatis. ¶ Ex q̃ manifestũ est: ꝛ legẽ machometi multominꝰ legẽ eẽ vl' posse dici.q̃ multo pauciora naturalis ꝯtinet honestatis:de gratuita ꝟo apud vtrũqꝫ nihil. ¶ Cũ ei ꝓpls hebreorum vix alphabetũ naturalis honestatis capere sufficeret. frustra idẽ gratuite ꝑfectiõis eminẽtia traderet̃. ¶ Machometus ꝟo pauca de honestate:multa ꝟo de inhonestate: ꝛ vicioꝝ feditate delirამentis suis imiscuit. ¶ Quia igit̃ euãgeliũ ꝓpe lex est:sola regulas ꝛ mãdata hui⁹salutaris itegre ꝙ ꝑfectionis ꝯt nẽs. Manifestũ est: solũ euãgeliũ legẽ esse itegre honestatis:solãqꝫ salutarem:solãqꝫ legẽ ꝑfectã:sicut dt Jacob⁹ i.i. Qui aũt ꝓspexerit in lege ꝑfecte libertatis. Uer⁹ ei lex iperfecta erat vt ondimus: ꝛ apls attestat̃ in. vij. ad hebreos dicẽs. Nihil ad ꝑfectũ adduxit lex. ¶ Et lex seruitutis erat:sicut ipsemet testat̃ in. viij. ad Rom. dicẽs. Nõ accepistis spm̃ seruitutis iteꝝ in timore. Et in. iiij. ad galathas. Nõ sum⁹ ancille filij:sed libere. ¶ Uide aũt ne erres in noie euãgeliũ. Euangeliũ enĩ dt interdũ ipa historia gestoꝝ dñi saluatoris:imo nec hystoria:sed ps hystorie. Nõ enĩ scripta sunt nisi ad modicũ gesta eius:sicut testat̃ Johannes in vltimo. Sed vere doctrinã suã euangeliũ vocat. Paulus i scdo scde ad thymotheũ. De regulis enĩ ꝑfecte honestatis: ꝛ euãgelice ꝑfectionis nihil obmisit:quod non diceret ꝛ pene nihil ꝑtermisit de illis q̃ ñ scriberet:tñ ꝛ aliquid ꝑtermisit. Que enĩ ꝟtutis est vel naẗalis: vel ĝtuita: quã in epl'is suis ꝑtermisit. ¶ Qꝫ aũt ꝛ lex ista eterna sit ꝛ euãgeliũ eternũ:ꝛ mãdata eterna:facile est declarare. Uide ꝑ singulas regulas:ꝛ videbis eternã ꝟitatẽ ipoꝝ ꝛ obligationẽ seu debitũ:a qb⁹ neminẽ vnq̃ possibile fuit absolui vel eximi. Contra quã:nec puilegiũ: nec dispẽsatio nẽ:vnq̃ possibile fuit dari. Jn singulis ĝ regularuꝫ videbis veritatẽ eternã:sicut euidenter apparet in vno quoqꝫ istoꝝ: veꝫ deũ esse diligendũ:deum esse timendũ:deũ esse honorandũ:deũ eẽ adorãdũ. ¶ Manifestũ etiã est tibi: qꝛ nunq̃ possibile fuit aliquem exemptũ esse a debito ꝛ obligatiõe alicuius istoꝝ. Nulli enĩ licere vnq̃ potuit:nõ diligere:vl' nõ timere deũ:ꝛ ita de vno quoqꝫ alioꝝ. ¶ Hec igit̃ lex est q̃ nõ recipit abrogationẽ:neqꝫ derogationẽ:nec exemptionẽ:nec dispensationẽ:vllo tpe. ¶ Et ꝓpter hoc ꝛ regule eius sunt ꝟitatis eterne:ꝛ mãdata eiusdẽ obligationis eterne. Et hec est intẽtio nr̃a in eo q̃ eã vocamus euangeliũ eternũ: vl' mãdata eterna. ¶ Qꝫ aũt supra tetigimus ꝛ diximus. q̃dã ꝟtutes esse naturales:hoc est naturalr̃ inditas: ꝛ eas ꝑfectas fuisse in adam ante pctm̃. Silr̃ intelligimus:ꝛ nobis inditas:verũtñ multũ lesas atqꝫ depssas: et pene oĩo sopitas:atqꝫ sepultas imersiõe aĩalitat̃: siue originalis corruptõis. Ueꝝ exercitio ꝛ ꝯsuetudine ꝯgruentibus multũ eas adiuuari atqꝫ ꝓficere ipso sensu experientie manifestũ est. Ad eã tñ ꝑfectionẽ naturalẽ suã quã in adã eas habuisse diximꝰ:nec vna eaꝝ in vita ista quãtacũqꝫ exercitatiõe peruenit: aut ꝯtingit. Naturales igit̃ ꝟtutes vocam⁹ ꝛ q̃les in nobis sunt naturalr̃:ꝛ q̃les laudabiliũ opeꝝ exercitio ipse efficiunt̃. nõ enĩ dubitam⁹ naturalr̃ mãsuetos exercitio eoꝝ q̃ mãsuetudis sunt: in ipsa mãsuetudie ꝓficere ꝛ augeri. Silr̃ ꝛ naturales pios exercitio eoꝝ q̃ pietatis sunt: in ipa pietate naturali ꝓficere ꝛ augeri. Uerũ an augeat̃ ipsa ꝟtus naturalis an liberet̃ potius: ꝛ q̃si detumulet̃ ꝛ detegat̃ ab imersione q̃ diximus:ꝛ ita erumpat in opa maiora ac frequẽtia nullo mõ imutata apud se. Quẽadmodũ si hõ ligatus: diruptis aut solutis vinculis incipiat ambulare:cũ ꝟtus ei⁹ gressibilis i nullo mutata sit apd se:sed liberata tm̃. An nouus habitus acq̃situs vel ĝnat⁹:si hmõi exercitiũ:questio est alibi discutienda ꝛ determinãda. Uerũtñ ꝙ veri similius:hic nobis ad pñs vr̃ est vt dicamus:qꝛ magis ꝓficiunt ipse naturales ꝟtutes ꝛ suaꝝ opationũ exercitio:ꝙ noui habitus ex illa frequẽtia generentur. Alioqn nullus habitus posset in se ꝓficere vel augeri quantacũqꝫ frequẽtia opationũ suarũ. Si ꝑ illam alicuius nouus habitus gignerct̃. Sequeret̃ etiã ex hoc dispositionẽ nõ posse firmari vl' ꝯuerti in habitũ:sꝫ poti⁹ nouũ habitũ assuefactiõe generari. Et de hmõi habitu:sic dt de nouo generato. Et de modo se habere necesse esset:videlicꝫ ꝙ ipse similiter frequentia operationum: ꝛ assuefactione non posset fieri fortior:aut firmior: aut alio mõ proficere. Jmmo frequentia operationũ ꝛ assuefactio sequens: ipm̃ nouum quendã alium habitũ generaret ꝛ sup induceret. poti ꝟo nec robur:nec aliã

Marginalia: S — Matheus — T — Moralia. Lex machometi. — U — Jacobus. — X — Paulus — Joannes. — Y — Uirtutes naturales i adã ꝑfecte. Jn nobis sopite quodammodo — Z

pfectionē adijceret: ⁊ de isto secūdo habitu eadem
Uirtutes simr quō restaret. ¶ Uerisimilius igitur est ꝟtutes
naturales naturales suaꝝ operationū frequētia ⁊ exercitio ꝑ
exercitio ꝑ ficere ⁊ meliorari multiplr. ⁊ ipsas quodāmō fieri
ficiunt. prōptiores ⁊ faciliores ⁊ expeditiores ad opatio-
B nes suas. Et has expeditiōes seu ꝓptitudines ad
operationes nōnulli vocauerūt habitus. verissimū
aūt est q: expeditus ⁊ facilis ad frequētiam opatio
nū: nō aliter differt a potētia ꝙ fons plenus ⁊ redū
dare parat⁹ a fonte simplr. potētia eñ fontē opera
tionū dicit simplr: habit⁹ vero plenitudinē dicit fō-
tis. Si quis aūt dixerit q: hīt⁹ ī potētia aq̄ est ī fon
te. verisilr dicit. Et hoc ī his q̄ de foris totalr adue
niūt. ⁊ q̄i infundanᷓ: vt post modū refundanᷓ. Stu-
dio eñ ⁊ expientia atq̄ doctrina ⁊ reuelatione q̄dā
sciētie īfunduntᷓ. q̄ cū recepte fiunt scientes quidem
pmo faciunt. Deinde doctores ⁊ q̄ discēdo quodā-
C mō īfuse fuerāt docēdo post modū refundūtᷓ. ¶ In
his aūt q̄ ad habitus sunt ⁊ q̄ ab intus. i. ex īdita co
piositate fluunt nō aliter est: habit⁹ eñ in hmōi nō
est nisi expeditio ⁊ habilitas: ⁊ sicut purgatio ipsi⁹
Origina- fontis. ¶ Originalis eñ feculētia fluxū īpedit ꝟtu
lis feculen tū naturaliū. faciēs ⁊ vt minor ac rarior sit emana-
tia. tio opationū: ⁊ vt minus merita. purgaᷓ aūt huius
alueus ad modicū declinatione viciosaꝝ opationū
⁊ ꝓpriaꝝ assuefactione. Quēadmodū si fons redū
datione sua ⁊ fluxu obstacula ipsi⁹ fluxus: ⁊ obices
aliquatenus irrūpat ⁊ expellat: ⁊ de sordibus obui
D antib⁹ aliq̄d diluat ac deleat. Sctificatiōe ꝟo ⁊ gra
tie plenitudine purgaᷓ: atq̄ mundatur: vt libere co
piose atq̄ sincere fluat. Manifestū igiᷓ est ex his. q̄
tum differāt ab inuicē habitus in his q̄ ab intus et
de se. i. de ꝓpria copiositate fluūt: ⁊ his q̄ de aliena
⁊ supinfusa. ꝟtutes aūt naturales fontes sunt indi
te ⁊ īnate copiositatis. Silr ⁊ gratuite. Cōsuetudi-
nales aūt p̄haurire videnᷓ p̄cedenti frequētia ⁊ as-
suefactiōe opationes q̄s posthmodū quasi de pleno
eructent atq̄ refundūt. ¶ Differūt igiᷓ ea q̄ diximus
quēadmodū purgatio seu liberatio aluei ⁊ īpletio
eiusdē. ¶ Reuertamur aūt ad id in q̄ eramus ⁊ di-
camus. quia iam planum est ex his q̄ diximus quia
hec lex de qua hic intendimus sola est integra perfe
cte honestatis discriptio: sola sine diminutione re-
gulas ⁊ mandata oīa ꝯtinens honestatis. Et ꝓpter
hoc sola lex veri nois. q: vero sola oīm ꝟtutum ag
gregatio siue totalitas vera honestas: imo ipsa ve
ritas honestatis interne q̄ mentē hūanā vestit atq̄
E venustat. Manifestū est q: ipsa est ⁊ lex veritas: et
Lex. lex ꝟitatis. ¶ Lex eñ significatiōis lex sermonū est
et scripturaꝝ. Hec autē est q̄ mētē humanā sua ipsa
veritate absq̄ medio bñ ordinat atq̄ ꝯstituit. bñq̄
ordinatā ac ꝯstitutā. instar ciuitatis q̄ iustissime ac
sanctissime legis statutis amministraᷓ: ⁊ regitur.
¶ Hec etiaꝫ est lex cuius obseruantia exterior deco-
rem ⁊ rectitudo totius vite ⁊ ꝯuersatiōis hūane ve
rus decor ac vera rectitudo. q: oīne eius contrariū
verissime prauitas ē. ⁊ sancto idecēs ac repugnās
Lex hebre- spūali pulchritudini turpitudo. ¶ Apparet etiā ex
orum. his. q: lex hebreoꝝ inq̄tū vetus. non lex integra est
F vt diximus: sed pars legis. Nō eñ tota agregatio
mandatoꝝ q̄ in quinq̄ libris moysi ꝯtinenᷓ: ad legē
veterē ptinet: inq̄tū veterem: imo multa sunt ibi et⁹
de q̄ nunc loq̄mur euāgelice perfectionis mādata.
Quēadmodū nec oēs hebrei tpis illius ad vet⁹ te-
stamentū ptinebāt. vt dicit Aug. imo erant in ꝑplo

illo q̄ ad nouū ptinēt. Uetus igiᷓ lex sm vnā inten Uetus lex.
tionē dr lex: ꝑplo veteri tradita. s. tota aggregatio
mandatoꝝ q̄ in q̄nq̄ libris moysi continenᷓ. Scdm
aliā vero intentionē dr naturalis vcꝫ q̄ naturalr ho
nestatis regulas ꝯtinet ⁊ mādata. ꝓpter hoc auteꝫ
vetus dr q: oībus aliis antiq̄or est: quēadmodū ho
nestas naturalis antiq̄or est ⁊ nata ⁊ tpe honestate
grē. Tertia intētione dr vet⁹ lex aggregatio māda
toꝝ puerili ꝑplo ꝓpter ipsam puerilitatē suā tradi G
ta. Quā ipsa hmōi puerilitas vetustas spūalis est
hoc est ad mortē eternā festinās vicinās seu ꝓpin
quans. ¶ Iā igiᷓ expediti sum⁹ auxilio dei de his q̄
ꝓposueramus dicere in declaratiōe q: ⁊ lex veritas
⁊ lex ꝟitatis ꝟissime dr ⁊ fecimus manifestū. q: ip
sa vnica est quemadmodū ⁊ honestas pfecta vnica
Post hoc prosequamur immūditias legales et dicemus: quia immunditias legales itelligimus: quas lex immūditias reputabat et nominabat. ¶ Harum prima erat corporalis: sicut stercoris et fimi: et ab hac voluit deus: vt se obseruaret populus Hebreo⁊: ita etiam vt egestiones et purgationes ventris vniusquisq; baculo fodiens abscōderet: et hec plurib⁹ de causis. ¶ Primū: propter dei honorem: sicut legitur Deuteronomii. 23. Dominus deus tuus ambulat in medio castrorum. ¶ Secūdo: propter prouocationē et exemplū aliarum gentiū: vt videntes populum israel declinare immūditias: et mūditiam sectari prouocarentur ad ritus et consuetudines eorū. ¶ Tertio: vt honor etiam esset castris eorum: vt ipsi et hoc in ipsis castris suis aliquid turpe facere vererentur. ¶ Quarto: salubritas contra corruptionē fetoris. ¶ Quinto: necessitas per quam oportebat eos diu esse in loco vno: quod vtiq; facere nō possit tāta populi multitudo: nisi eis ab egestorum fetore cauerentur. ¶ Hac etiam de causa carnes in deserto non comedebant: quia fetor tot et tanto⁊ cadauerū tāteq; carnificine eos frequēter debito castra mutare cōpelleret. ¶ Secunda immūditia erat velut quedam irregularitas respectu tabernaculi: qua scilicet prohibebatur: quis intrare tabernaculū nisi purificatus. Et hoc erat immūditia qua immūdi dicebātur: qui tetigissent mortuū vel mortui sepulchrū: vel qđcūq; de illis que lex tāgi prohibebat: & quod est mirabilius: q: ipsi qui tangebant ea quibus aliū mundabant: & ipi qui alios mūdabant: etiam mūdādo immundi fiebant. Et hoc est quod legitur Numeri decimonono. Omnis qui tetigerit aquas expiatiōis immūdus erit vsq; ad vesperam. Et intelligitur hoc: qui tetigerit p se siue aspergēdo alios: nisi q̄ aspersus inde fuerit. ¶ Tertia immūditia et sola vere immunditia: immūditia est peccati & culpe. Immūditia vero animaliū immunditia erit irregularitatis corporalis: et irregularitatis quidem: q: nō admittebantur ad sacrificiū vel esum. ¶ Quattuor igitur indicata sunt immūda in viris & mulieribus: videlicet mulier mēstruata: leprosus: seminifluus: nocturna illusione pollutus: & isti quattuor immūdi erant per se et in se. ¶ Quintū: qui tetigisset immundum. Preter hec autē vasa quedam ex alia causa.

[Margin: A — B — Fetor egestionis. — Immundicia eo⁊ qui mortuū tetigissent. — C — Quattuor inmunda.]

¶ Eandē rem ꝓsequitur aperto ordine ac stilo: ac primū de menstruata muliere: que immūda erat ex veteri Hebreorum ritu.

Incipiamus igitur ab ipsis hoībus postmodū dicturi de aliis. Et primū de muliere menstruata. Hec igitur imūda reputata est scdm quosdā ex cōsuetudine et lege gentis sabeorū: que adeo eas execrabatur tempore menstro⁊: vt non nisi igne purgari posse eas crederet. Et propter hoc comburebātur vestimenta eorum: & omne quod tetigissent tēpore menstruali. ¶ Qui vero ritus iste ita inoleuerat in egypto: & in terra ꝓmissionis nō potuit auerti ab eo ex toto populus Judeo⁊. Et ideo legislator fecit super hoc: q̄ in gente tam dure ceruicis fieri potuit mutans ritum simul et mitigans: quē radicit⁹ extirpare nequiuit. Judicauit igitur eas immundas. qđ quidem fieri necesse erat: propter inueteratā consuetudinē. Sed cum ablutione aque mūdari eas: et ea que tetigissent illuuit. in quo multū detraxit veteri consuetudini. Non est autem dubitandum quin idolatrie qua luna colebatur p istam immunditiam multum detractum sit: cum fluxus

[Margin: D — mulier mēstruata immunda.]

E menstruorũ lune cursui deputaret: et ita hanc imun
Fluxus mẽ ditiam referrẽt in lunã. Et ꝓpter hoc addiscerẽt eã
struorum. non esse colendã: cuius opere pollutio esset ꝛ imun-
ditia. Potuit aũt esse vt mulieres menstruate ceteris
mulieribus audacius se lune cerimonijs inmiscerẽt:
reputantes se eo ipo sacris hmõi digniores: ꝙ in ip
sis luna eo tẽpore manifestius opare. Potuit etiã
esse: et hic credimus ex eis que de idolatria legim⁹:
ꝙ mulier menstruata aliquando ei imolata sit: et q:
sanguis mẽstruus crebro in eius sacrificijs offerre-
tur. Coli eni a mulierib⁹ multa auiditate solebat lu
hieremias na: sicut legitur Hieremie. 7. Mulieres aspergunt
adipem: vt faciãt placẽtas reginã celi credebant lu
F nam. Hec igit est vna causa ꝓpt quã eas imũdas iu-
dicauit lex. ¶ Secũda causa fuit vt abstinerẽt viri a
cõmixtiõe earũ diebus illis: tũ ꝓpter fetũ ne corrũ-
peret: ꝛ occasionaret venenositate sanguis illi⁹: ꝛ ne
ex feditate ea fierẽt abhoiabiles viris. ¶ Tertia cã
fuit ipe mẽstru⁹ sanguis de q̃ multa mõstrifica facie
Honor ta- bant malefici. ¶ Quarta honor ꝛ reuerẽtia tabena-
bernaculi. culi in quo posset mulierib⁹ flux⁹ cõtingere: si ad id
eo tẽpore admitterent: qua indignatiõe nulla abomi
nabilior fieri poterat tabernaculo. ¶ Quita honor
sanguis quẽ in mẽtẽ sempr ingerere volebat dñs fi-
lijs isrl̃ in detestatiõe idolatrie. ¶ Sexta causa ꝯta-
giũ ꝛ corruptela mẽstrui sanguis q̃ tante īfectionis
est: vt etiã in speculo in quo tpe illo mulier facie in-
sperexerit / feculẽtie sue manifestũ indiciũ imprimat.
Manifestũ igit est: q: ꝛ saluti aiarũ: ꝛ saluti corpoꝝ
et saluti partuũ seu fetuũ: ꝛ ipi sacramẽto matrimo
nij cõsultũ est ꝑ legẽ: q: mẽstruate imũde sunt vsq̃ ī
tẽp⁹ purgatiõis sue. Tangẽtes aũt mẽstruata ꝛ ta-
cta ab ea ꝓpter easdem causas imũda iudicata sũt:
Leprosus. sed a remotiori. ¶ Leprosus ꝟo iudicat⁹ ẽ imũdus:
G et ꝓpt feculentiã morbi: etiã ꝓpt eius ꝯtagiũ: ꝛ ꝓpt
honorẽ castrorũ atq̃ tabernaculi in quo potissimũ
Seminflu⁹. intelligim⁹ honorem dei. Seminiflu⁹ ꝟo ꝓpt ipam
spurcitiã fluxus: ꝛ ꝓpter abhoiationẽ idolatrie vene
rie in qua semen ipm huãne gñatiõis miscebant sa
crificijs: ꝛ ꝓpter honorẽ castrorũ ꝛ etiã tabernaculi
vt dixim⁹. Horruit etiã lex ꝛ horreri voluit fluxũ hu
mani seminis alibi: ꝙ in ope humane gñationis: et
hoc ꝓpt execratiões idolatrie ꝛ sodomiticas abhoi-
natiões: quas oĩno abolere ꝛ studiosissime extirpa-
re intẽdit. voluit ꝛ honorẽ haberi tabernaculo ꝛ ca-
stris ꝓpt qđ nõ nisi lotos aqua etiã sacerdotes itra-
re tabernaculũ debebãt: ꝓpter hoc etiã mẽbroꝝ de-
Membris formitas ꝛ maculositas ꝓhibita est a sacerdotibus
deformes Leuitici. 21. Si mẽbris deformes aut maculati aut
aut macu- mutilati admitterent ad ministeriũ tabernaculi: ex
lati. hoc vilipẽderent etiã tabernaculũ ꝛ ministeriũ ipsi⁹:
et in hoc dei honor minueret. Immũditie vero irre-
gularitatis mereq̃ reqrebant purificationẽ multi-
plici erat. Ad hanc ꝑtinet imũditia vasorũ sicut vas
fictile: in quo aliqđ ex octo noiatis reptilib⁹ cecidis-
set aut ꝙ aliquid de mortuis eorũ tetigisset: et ꝓpt
Leuitici. 11 hoc frangendũ sicut legit Leuit. 11. Eodẽ modo et
clibani: ꝛ fontes: cisterne: ꝛ oĩs aquarũ cõgregatio
sicut legit ibidem: in quo nõ aliud itelligi recte po-
test nisi ꝓhibitio appropinquatiõis ad idolatriaꝫ.
ideo eni ꝓhibiti sunt filij israel tangere hui⁹ aialia
vel morticina eorũ ꝓhibiti sunt necessario imolare
ea: vel comedere de imolatis. ¶ In hoc etiã: ꝙ imũ-
da iudicata sunt imũdicia que ꝓhibebat accessum
ad dei tabernaculũ: etiã tangẽtib⁹ ea ꝑcisa est etiam

eisdem oĩbus species emũdatiõis et appropinqua- H
tionis ad deum per illa: et ꝙ plus est ostensa sunt cã
diuine offensionis et indignationis: non quidẽ pro-
pter se: sed propter idolatriam que de eis fiebat. iu
xta hunc modũ erat vas quod non habebat opercu
lum nec ligaturã: sicut legit Numeri. 19. quia vasa
hmõi habere consueuerant idolatre: ꝛ etiam causa
honestatis et mundicie corporalis. Quoniã facili⁹
custodiũtur munda: que habẽt operculũ: ꝛ honesti-
us tenentur atq̃ contrectantur: que ligaturam ha-
bent de se: vtpote ansulã vel annulũ. Poterat etiaꝫ
esse vt alienas ligaturas adhiberent idolatre vasis
suis non sine aliqua cõtaminatiõe idolatrie: et vasa
volebant carere operculis: vt aliqb⁹ seruitijs ido-
latrie magis presto essent: ꝛ vt ipa reptilia idolis i-
molanda in ea irreperẽt: sicut mures mustelle atq̃
lacerte: ꝛ in eis inuenirentur. sic eni inuenta magna
accepta credebant esse dijs: vtpote electa ab eis. I
¶ Restant aũt adhuc alique reliquie idolatrie isti⁹. Idolatria.
credũt enim nõnulli insipiẽtes quedam numina no
cturna frequẽtare domos et vasa que discoopta vel
operta inueniũt: postq̃ inde comederint vel biberit
denuo replere. Si aũt coopta vel clausa siue obstru
cta ea inueniũt: inde offendi ꝛ ex hoc iminere īfortu-
nium domui: et hmõi causam dicem⁹ in tractatu de
idolatria. ¶ Mortuos autẽ generaliter tam viros Mortui im
ꝙ mulieres imũdos esse voluit lex: vt elõgaret po- mundi.
pulũ israel: ꝛ a ritu quẽ habebãt fundãdi idolatrie: K
et ab operibus maleficis ac nigromãticis: quoꝝ Nũeri. 19.
multa legimus: et ꝓpter hoc: qui tangeret mortuũ
immũdus esset: sicut legit Numerorũ. 19. Sacerdo
tes autem summi ꝓhibiti sunt ingredi ad mortuos
preterq̃ ad septẽ: sicut legit Leuitici. 21. Ad eos au
tem ingredi ꝑmissi sunt ne inhumana nimisq̃ dura
videretur lex. ¶ Merito aũt querit: quare ipi q̃ cõ- Questio.
busserant vitulã russam vel cineres ei⁹ portauerãt
vel qui alios aqua expiatiõis asperserat atq̃ mun
dauerat immũdi reputarent. Cum ex cineribus vi-
tule illius et aquis viuis: aqua expiationis confice
retur: qua oĩes huiusmodi immũdicie expiabant:
mirabile enim valde videtur: qualiter ex aqua puri
ficante ꝛ tantis emẽdationis presidijs immundicia
contraheretur. ¶ Amplius. Quicunq̃ alios asper-
gebat immũdus efficiebatur: oportebat igitur: vt
aspergeretur ab alio: sed iteꝫ aspersor ille efficerẽt
immũdus. Quare indigent necessario alio asperso
re? Et ita erit circulatio ridiculosa non habẽs finẽ
aut ibit res in infinitũ scđm rectum: et ita non suffi-
ciet numerus hominum aspersiõibus faciendis: et
erunt aspersiões inutiles. in quo videnť dicẽda ꝛ for-
te ampliora. ¶ Primũ quod voluit deus sempr me
rito reuerentiã et honorẽ ac timorem exhiberi san- Honor ex-
ctuario suo: et sanctificatis in ipso: ꝛ ꝓpter hoc vnũ hibẽd⁹ san-
quemq̃ qui tangeret aliquid ex sacris quibusdã in- ctuario.
dignum se reputare huiusmodi attactu ꝛ immundũ
esse comparatione ipsorum: et timere ne irreuerenter
ter etiam tetigisset: et peccato irreuerentie se repu-
tare pollutum. Et hoc scđm hunc intellectum: erat
immundũ fieri ex contactu mundorũ atq̃ sanctorũ:
quemadmodũ legitur Leuitici. 7. ꝙ aia polluta co
medens de carnibus hostie pacificorũ ex hoc efficie
batur adeo immũda: vt etiã morti adiudicet ibidẽ.
¶ Sed si hoc esset verũ sacerdotes semper immun- Sacerdo-
di fierent: contrectando sacrificia et quelibet sancta tes.
Ideo verisimili⁹ est atq̃ verius: vt totum istud sta-

L tutũ sit in horrorẽ peccati: ꝓpter quod hmõi sacrificiũ offerebat. ¶ Adeo ergo voluit deus populũ suũ exhorrere peccatũ istud: adeoq; fedans et maculãs auctores suos id repugnare: vt non solũ hostia que pro illo offerebat: et illud significabat inũda reputaretur et polluens contingẽtes: sed etiam ipse reliquie: vt cineres: et quicq̃d haberet aliquid eorũ admixtum: vt aqua lustrationis quã diximus.

Peccatũ horrendum.

¶ Si ergo peccatũ illud fuit peccatũ adorationis in tali: sicut nõnulli opinant siue peccatũ totius populi. merito adeo horrendũ et immũdũ iudicauit dñs: vt q̃ de hostia eius vel hostie cineribus quicq̃ tangeret: cui cineres illi cõmixti erant immũdus esset: nõ immunditia culpe vel peccati neq; immũditia corporali: sed immũditia irregularitat᷑ quã dixim᷒. que peccatũ nullatenus esset: sed peccati horrorẽ ꝛ abominationẽ ducens alioquin peccatũ esset eam imolare: et cineres eius colligere: et alios aqua expiationis aspergere seu mundare.

Purificatio.

¶ Insinuat et in hoc non aliter iuxta litterã eos qui sacrificia offerũt: sacraq; contractant et alijs ministrant aliosq; purificant. Purificari per alios indigere: et mũdatione quã alijs impẽdũt ministerio contẽtos esse non debere: imo ab alijs recipere oportere.

M ¶ In eodẽ vero capitulo hoc est numero. 19. legit expresse: mortuum eiusq; tabernaculi. totamq; suppellectilẽ immundã esse: et omes qui ingrediunt tabernaculũ illud. Et hoc ꝓpter causas quas dixim᷒: ꝛ ꝓpter alias de quibus aliquas suo loco dicemus. Iste autem immunditie quas irregularitatis diximus aqua expiationis tollebantur.

Nũeri. 19.

¶ Ostendit animalia quedam in lege prohibita immũditiam habuisse corporalẽ et legalem. Sicut porcus non tantum est suapte natura immundũ animal: sed immũditiã habet legalem: id est ꝓpter quã etiam in lege prohiberi debuit: quia mactatiõe porci gentiles et ethnici sua federa adhuc etiam cõfirmant et sanciunt.

Post hec prosequimur imũditias aialium vbi istud primũ sciendũ: qꝛ quedã animalium immũda erant inũditia corporali et

N immũditia repudiationis quã diximus ꝛ irregularitatis. Quedam vero sola immũditia irregularitatis: et hec immunditia est qua prohibita erant a dei sacrificio ꝛ ab esu humano. Nec nouum᷒ vllum de animalibus quod imundũ reputatũ sit ꝓpter solam immũditiã corporalẽ. Porcus enim de quo minus videri posset: nõ solũ immũditiam habet corporalẽ: sed etiam immunditiã illam legalẽ. Adhuc enim pagani porcos immolant: federaq; sua ꝛ pacta sacrificio porcorũ firmant. Non aliter ratum existimantes: neq; inuiolabiliter obseruandum: nisi ipsi qui paciscũtur: aut federant per inter medium porci hmõi sacrificij transierint. ¶ Et vt ex paucis alia intelligas si salubritati corporũ populi sui per hanc discretionẽ animaliũ intendere noluisset: animalia non munda vel immũda: sed salubria: vel noxia nominasset: licet verũ sit q̃ in animalib᷒ gressibilibus: et piscibus: atq; volatilibus eis pene saniora atq; salubriora elegit: mortifera multa atq; venena ab eis ꝓhibuit. Ad aliud igit intẽdebat dei prudentia: licet hec non pretermiserit.

O ¶ In hoc ergo q̃ in quadrupedibus duo signa mũditie simul coniunxit: videlicet ruminationẽ et vngule diuisionẽ: gene

Duo signa mũditie.

tali regula de᷒ hmõi populũ instruxit: vbi vero alterum deest immunditiã iudicauit: vt camelo: ꝛ cyrogrillo. Tu autem scito: qꝛ camelũ sacrificabãt idolatre et malefici: ꝛ hoc ipm legimus nos in libro de anulis septẽ planetarũ: et propter hoc etiam de cyrogrillo idem licet opinari: nec mirũ si pauca munda animalia inuenit dñs que idolatria abominabilia non fecisset: cum apud egyptios sexcenta et sexagintasex genera sacrificiorũ haberet idolatria egyptiorum: sicut dicit Diglodorus. ¶ Postmodũ vero miseratiõe deorũ redacta esse ad. xxv. precipua. Immolationẽ vero lacerte nosipsi legimus alibi: similiter et talparũ et vespertilionũ. Ad eam quoq; legimus deuenisse dementiã idolatras: vt ꝛ vespertiliones adorarẽt: sicut Isaias testatur in secũdo nostris tẽporibus prochdolor bufones adorari ab insanissimis quibusdã audiuimus. P

¶ Ex his igit patenter intellige: ꝛ mirare dei sapientiã que oĩa alia que sibi vsurpauerat idolatria abominabilia voluit esse populo suo: vt vel ea non comederent: vel nec etiam contingerẽt: vt per hoc longe fierẽt ab idolatria: et consuetudie gentiũ quas deus abominabatur: sicut et nunc ex necessitate statuendũ esset in regionibus: vbi adorare dicitur cattus: ne ibi inueniretur: et apud quem inueniret grauiter puniretur. Eodem modo et in regiõibus in quib᷒ bufo dicitur adorari: si quis bufonem inueniens non statim occideret si posset graui animaduersiõe terreret. Q

¶ Q autem quodã genus locustaꝝ eis ad esum concessit: etiam in memoriã auxilij quod eis ad debellandum egyptios celitus per locustas datum est facile videri potest.

¶ Sacrificia (inquit) peccata dicebãtur: quia pro peccatis offerebant: docetq; mortẽ et consumptionem animaliũ que imolabant fieri solitam pro consumptione et extinctione peccati. Affert etiã rationem salis in sacris ꝛ simul quomodo animalia que offerebantur nõ debeant esse maculosa: aut aliqua parte viciata. Et alia de eodem.

Nunc aũt attẽdemus ad loquẽdum de sacrificijs. Ubi primũ scire debes: qꝛ sacrificia significabãt ipa peccata: pro q̃bus offerebant: ꝛ ꝓpter hoc etiã pctã vocabant: sicut legit Osee. 4. Peccata populi mei comedẽt: et ad Roma. 8 De pctõ damnauit peccatũ: et. 2. ad Cor. 5. Eum q̃ non nouerat peccatũ: ꝓpter nobis fecit peccatũ. ꝓpter hoc ergo q̃ fiebat in sacrificijs fiebat merito sacrificiorũ in peccatis. R Crematio ergo seu cõbustio sacrificiorũ ꝛ cõsumptio: atq; mors mortẽ ꝛ consumptionẽ significabat: ꝛ efficiebat etiã peccatum. Q igit immolabat aialia: vel cremabat facto: et etiã verbo: sicut credimus dicebat: sicut moriunt vel ꝯsumunt ista aialia: sic moriant ꝛ ꝯsumant pctã pro q̃bus offero illa. Et ista intẽtio sacrificioꝝ multũ cõsona est littere legis et sicut supra dixim᷒ ipsos offerẽtes significabãt sacrificia. Et sm hoc intẽtio offerẽtiũ erat: vel esse debeat: talis mortis seu terminatiõis quam patiunt: sex aialia. supplicium meruisse me cõfiteor: et per hec sacrificia veniã mihi peto. Et iste intẽtiões valde congruunt sacrificijs q̃ offerebant pro pctõ: ꝛ pro delicto. S

¶ Debes aũt scire: q̃ in oĩ sacrificio p̃cepit dñs multa inculcatione apponi sal: ꝛ vocauit illud sal federis: sicut dicit Leuit. 2. Q in solis dei sacrificijs

Sal in sacrificijs.

Mel nõ appõit. ponebat: in sacrificijs vero idoloꝝ nõ. Mel vo ap-
poni ꝓhibuit in sacrificijs suis: eo ꝙ ponerꝫ i sacri
ficijs idoloꝝ: sicut legit Leuitici. 2. Q; aũt de sacri
ficijs precepit vt aialia offerẽda essent absq; macu
la corporis. Intelligimꝰ vt nullo mẽbro carent: nul
lum mẽbrũ viciatũ haberẽt: et hoc ꝓpt honorẽ dei
sicut legit Malachie. 1. Offer illud duci tuo: ꝙ san-
guinem hostiarũ fundi semꝑ iussit: ⁊ ꝙ comedi illuz
prohibuit: omĩno causa fuit potissime consuetudo
idolatrie. sanguinẽ enim nõ solum aialiũ: sed etiam
filioꝝ et filiarũ suarũ imolabant demõibꝰ: sicut le-
gitur in psalmo. Effuderunt sanguinẽ innocentem:
sanguinẽ filioꝝ et filiarũ suarum: quas sacrificaue
T runt sculptilibꝰ Chanaan. Et erat opinio idolatra-
rum deos suos amare sanguinẽ: quoniam vtiq; nõ
alia de causa diligebãt: nisi qꝛ i hoc maior subiectio
difficiliorq; seruitus eis impẽdebat: et etiaz honor
maior. Ipsa eni oblatiõe sanguinis qui nutrimẽtũ
vite est: ⁊ sustentatio corporis auctores ⁊ ꝯseruatores
vite sue confitebant ⁊ recognoscebãt. ¶ Quẽadmo-
Tentatio parẽtũ per serpẽtem. dum autez diabolus non fuit ꝑmissus tẽtare ꝑmos
parẽtes nisi per serpentẽ: vt eoipso qđ ꝑ serpentem
loquebat: suspecta ⁊ horrẽda esset eius locutio: ⁊ ꝓ-
pter hoc magis ab ea sibi cauerẽt: sic ⁊ sanguinẽ exi
gere ꝑmissus est: vt eoipso suspecta ⁊ horrenda red-
deretur seruitus idolatrie; ⁊ eoipo amplꝰ fugeret
quo nutrimentũ vite ⁊ sustẽtatio imolãtũ in ea pete
batur: ⁊ ipi dij eoipo efficerent odibiles: quo sãgui
V nem adoratoꝝ ⁊ cultoꝝ suoꝝ sitire: ⁊ in mortẽ eoꝝ
apte itẽdere videbant. Adeo autẽ placauit sanguis
demonibꝰ aliquãdo et apud aliq̃s idolatras: vt nec
tangi etiam nec tangere illũ auderẽt idolatre tanq̃
partẽ dijs cõsecratã: et eis solis debitam: ꝓpter qđ
et circa sanguinẽ vel ante ipm comedebãt dijs suis
sanguinẽ relinquẽtes: opinabantq; et hoc se place-
re dijs suis. Q; autẽ vel circa sanguinẽ immolãtiuz
comedebant putãtes ea hora etiã deos suos ad ebi
X bendum cõuenire sanguinẽ hmõi. Et ita in conspe-
ctu eoꝝ de sacrificijs comedẽtes dijs sanguinẽ illũ
Aial suffocatum a bestia. bibentibꝰ cõmunione forti ac federe idissolubili cõ-
stringerent. ¶ Et hoc videt potissima causa: quare
prohibiti sunt comedere animal captuz a bestia vel
suffocatũ: videlꝫ ꝓpter adimitionẽ sanguis. cũ suf-
focatio modus quidã erat imolandi demonibus: ⁊
ideo ꝓhibuit comedere suffocata. Q; autẽ legit: ꝙ
Sanguis pro anima sanguis pro aia est. intelligendũ est quãtũ ad idola
triam. Q; eni animas suas nõ poterãt dare adco-
medendũ vel bibendũ demonibꝰ salua vita corporis
dabant vicinius post aias: quasi vice aiarum videlꝫ
sanguinẽ. ¶ Uel sanguis pro aia est: hꝰ est sicut ani-
Y ma in eis aialibus: scꝫ hic est corruptibilis ⁊ destru
ctibilis: ⁊ cũ ipso sanguine perijt: ⁊ ꝓpter hoc qui co-
medit vel bibit sanguinẽ comedit aut bibit animaz
aialis illius ꝑ cõsequẽs. Uoluit igitur sic deterrere
eos a comestione sanguinis: videlꝫ ne comedentes
aut bibentes sanguinẽ: etiã simul cum illo aias ani
maliũ comedere vel bibere viderent. Uoluit etiã in
sinuare ꝙ falsi dij qui sanguinẽ comedere vel bibere
idolatris videbant sanguinẽ habebãt pro aia offe-
rentis: scꝫ vel immolãtis et hoc est dicere. Aia om-
nis in sanguine est: vel sanguis pro aia est. Sãguis
vtiq; imolatitius pro aia offerẽtis: ⁊ aia eiꝰ in san-
Z guine illo est: qꝛ in eo comedit et bibitur spũalit ab
Astutia diaboli. ipo diabolo: cui imolatur. ¶ Nec dubitandũ est illã
esse astutiã diaboli: vt ꝑ assuefactionẽ imolãdi aia-
lia: ⁊ sanguinẽ eoꝝ offerendi vellet eos iducere ad
immolãdũ seipsos ⁊ filios suos ⁊ filias: et ad offerẽ-
dum tam ꝓpriũ sanguinẽ: q̃ filioꝝ et filiarũ suarũ:
sicut et fecit vt eos plenius possideret: vel in memo
riam ꝓtectiõis siue defensiõis vel potius vindicte:
que ꝓmissa est eis. Genes. 9. vbi dicit. Carnem cum
sanguine nõ comederis. Sanguinẽ eni inquit aiaꝝ
nostraꝝ requirã de manu oim bestiarũ. et iteꝝ. Qui Genes. 9.
cunq; fuderit sanguinẽ humanũ: fundet sanguis il-
lius: et iuxta hoc posset intelligi sanguis pro aia: id
est pro vita sub hoc sensu. Sanguinẽ vestrũ requirã:
id est vitã: ⁊ qui fuderit sanguinẽ humanũ: id est qui
vitam humanã extinxerit: fundet eius sanguis: hoc
est extinguet vita eius. ¶ Illud quoq; ꝑtermittẽduz A
nõ est ꝙ peruersor imitationis simea diabolus etiaz
diuini cultus ⁊ honorificẽtie gloriã quam ꝑmos pa Astus diaboli.
tres exhibere vidit deo altissimo: a deceptis hoibꝰ
sibi suggessit impẽdi. Et his etiã non cõtentus am
pliora reqrere nõ expauit: ꝓpter hoc suggessit nõ-
nullis: vt non solũ aialia illi: sed etiã ꝓprios filios ⁊
filias imolarẽt. ¶ Insanissimꝰ eni ambitor falsi ho-
noris ⁊ glorie deo altissimo inuidit obedientiã ⁊ de-
uotionẽ abrahe: qua filiũ vnigenitũ deo voluit imo
lare: quapropt a multis eorum quos decipe potuit
nõ volũtatẽ tantũ: sed etiã imolationẽ ipsissimã at-
q; sacrilegã reqsiuit. ¶ Adipem oim sacrificioꝝ sibi
retinuit ⁊ sanctificauit deus: similiter renes atq; renũ-
culos. Cum aũt adipis: videlꝫ ꝓpter quã retentꝰ est B
videtur esse duplex. Una: qꝛ idolatre ꝯtrariũ facie-
bant: sicut legit Deut. 32. De quoꝝ victimis come-
debãt adipes: ⁊ bibebãt vinũ libaminũ. Alia causa
vt in dei sacrificijs gule detraheret: ⁊ in ipis sobrie-
tas seruaret. Tertia causa fuit honor dei: q̃ potioꝝ
ac pingui oblatione honorabat. Minueret eni dei
honor i sacrificijs si pars eius deterior offerretur.
¶ Q; aũt pectusculũ ⁊ armũ dextrũ in partez voluit Humerus dexter.
cedere sacerdotũ: causa fuit dissimulatio et elonga
tio ab idolatria: ⁊ forte ab ea parte diuiatiõis: que
adhuc spatulomãtia nũcupat. quã maxime exerce-
bãt in spatulis ⁊ extis aialiũ imolaticioꝝ. ¶ Modi
vero occidẽdi aialia imolaticia: id est iugulatio de
collatio colli intorsio: iuxta litterã nullam aliam vi
dentur habere causam q̃ elõgationẽ ab idolatria:
quia videlicet alios modos habebant idolatre oc- Idolatria.
cidendi animalia immolata.

¶ Repetẽs supradicta per epilogũ explanat alia
legalia: et ꝑmo dicit de solẽni sacrificio hircoꝝ. de-
inde rationẽ affert de vitulo ab Aaron in olocaustũ
oblato pro se et domo sua causas subiungens ali-
quas de hirco emissario et cremato.

Et qꝛ iam incipimus assignare causas sa
crificioꝝ: ⁊ expediuimus nos iam de sa
crificio agni paschalis: ⁊ dedimꝰ causam
litteralẽ ipius: ⁊ quare in ipo egressu de
egypto iussi sunt hmõi sacrificiuz offerre filij israel:
vt descẽdentes localit ab egyptijs discederẽt etiam
ritu: ritũq; valde abominabilẽ et odiosum egyptijs
suscipiẽtes iugũ simulq; diabolice seruitutis abijce-
rent. Et in ipo ritu nouo quẽ suscipiebãt cõtra erro
rem et spem egyptioꝝ vitã ac libertatẽ inuenirent.
¶ Egyptũ vero in abominatiõibus idolatrie sue ꝑ-
ditionẽ et mortẽ: ⁊ cũ his omnibus verus deus ac so- Abolatio idolatrie.
lus appareret: qui cõtrariũ egyptie ꝯsuetudini ri-
tum imperabat: quiq; cõtrario cultu ⁊ odioso falsis

dijs: et eorū cultorib⁹ suos liberabat atq̃ saluabat
dijs egyptiorū oīno contra eū: ⁊ cultores eiusdē ni
chil potētibus: et nec sibi nec cultorib⁹ suis adesse
vel pdesse valētibus: verus ac solus deus inotesce
ret euidenter. Dixim⁹ etiam alia que circa hmōi sa
crificiū dicēda erant iuxta litterā: relinquit ergo vt
ꝓsequamur alia sacrificia solēnia. ¶ Inter que val
C de solēne erat sacrificiū aut hircorū quoꝝ alter vo
Hircus. cabat dño vel dñi. Alter vero emissari⁹ ⁊ sorte elige
batur: vt esset dño vel vt esset emissari⁹: ⁊ sup quem
cadebat sors q̄ esset dñi vel dño cōburebat extra ca
stra cum vitulo: ita vt nihil eoꝝ remaneret icōbustū
nec pelles nec fimus. hircū vero emissarius statue
bat summ⁹ sacerdos viuentē corā dño: ⁊ cōfitēs vni
uersa peccata filiorū Israel: ⁊ vniuersa delicta ipu
tabat capiti eius qđ est dicere: q̄ dicebat sacerdos
ad hircū: sup caput tuū sint oīa peccata ista siue ca
piti tuo iputet ea deus ⁊ nō filijs Isrl' vel scripturā
D oīm peccatorū in vniuerso: id est cōtinentē oīa pctā
illa in vniuerso iponebat vel ligabat sup caput ei⁹.
Et tūc emittebat eum in desertū p hoiem paratum
Filij Isra- ad hoc. Credebātq̃ iuxta litterā ⁊ adhuc credūt filij
el credētes Israel: q̄ hircus ille portabat oīa peccata populi
ad litteram. in desertū. Et sicut disparebat vel deuorat⁹ a bestijs
vel forte factus siluestris ille: ita disparare ac dispi
E re credebāt peccata sua p hmōi ritū. ¶ Et q̄ porta
bat omnia pctā populi hircus ille: scdm opinionem
eorū: imūdus erat q̄ tangebat illū ⁊ adducebat i de
sertum. Quō in quirūt mūdus esset qui portantē tā
tas imūditias tetigisset: Leuit. 16. Mirabile autē
valde videt: ⁊ etiā ridiculū q̄ capiti hmōi hirci ipu
tarent oīa pctā ppli: cū innocētissim⁹ esset ⁊ imunis
ab eis: quō etiam portaret pctā populi cum illa p
pria substātia mutare nō possint. Q. si dixerit q̄s: q̄
nō portabat pctā populi sed penā pro illis: ⁊ hoc si
militer nō videt verū: q̄ liber ⁊ sanus mittebat i de
sertū. ¶ Preterea quid faciebat hircus alter q̄ offe
rebat i holocaustū: siliter p pctis toti⁹ ppli. Si enī
omnia pctā dimittebant populo p holocaustū hirci.
Quid ḡ portabat hircus emissari⁹: si vo pars pec
catorū dimittebat p holocaustū. Nō oia igitur por
F tabat hircus emissarius. ¶ Questionē etiā hȝ: qua
Aarō offe- re Aaron pro se ⁊ pro domo sua iussus est offerre vi
rebat vitu- tulū in holocaustū: qui extra castra cū hirco cōbure
lum. retur: Et videt iuxta litterā: q̄ volebat de⁹ eū esse si
ne metu de peccato vituli ꝯflatilis: quē ipe filijs Is
rael cōflauerat. In quo populo Israel materiā ⁊ oc
casionē idolatrie detrahat vel ppter hoc quod vitu
lus mltos habet labores siles officijs sacerdotib⁹: ⁊
arare triturare vehicula trahere cornib⁹ ventilare
potuit etiā esse: q̄ in suggillationē idolatrie q̄ i egy
pto bos colebat quib⁹ idolatre reliq̄a tenuisse vidē
tur: quedā de gente Iudeorū qui boues nō occidūt.
Decuit igit doctorē legis: et diuini cultus ministrū
verisq̃ dei sacerdotē. Primū exēplo suo supstitionē
hmōi euacuare: ppterq̃ purificationis spōderet mā
dato dei in eo q̄ idolatre sacrilegā cōtaminationē
reputabāt ponere: vt p hoc ad fidem reconciliatū deo
acceptū populus facili⁹ traheret: ⁊ precuntē ducē
G atq̃ doctorē suū pōtificē: videlȝ sequeret. ¶ De hir
Hirc⁹ emis co vero emissario quare in desertum emitteret. De
sarius. cause nobis iuxta litterā vident. ¶ Prima: q̄ demo
nes in desertis habitare videbant: et adhuc a mult̄
credunt. voluit de⁹ populo suo habitationē demo
num reddere horrendā ⁊ abominabilē: et ppter hoc

hircū imunditias peccatorū: portantē illuc emitti.
Voluit etiā loca habitationis demonū loca esse imū
ditiarū ⁊ peccatorū: vt longe inde faceret filios Is
rael: quasi diceret hirco. Illuc vade illuc porta im
munditias peccatorū: vbi prius locus est earū. Vo
luit etiā in hoc eis ostēdere: q̄ peccatores ⁊ peccata
pars demonū sunt: iuxta illud Partes vulpiū erūt.
et illud Funes ceciderūt mihi in preclaris. Per hir
cum aūt ideo fieri voluit: q̄ ⁊ fetidus est i se: ⁊ de pi
lis eius vestimēta nō nisi pungētia bestiolasq̃ imū Alia ratio
das generātia ac nutriētia fieri possunt. Ex his eti hirci.
am funes fortissimi fiunt. in quib⁹ facile erat intelli
gi fetorē ⁊ imūditiā ⁊ aculeos funiculosq̃ ac vincu H
la peccatorū. Vel forsitā ppter hmōi q̄ i specie hir
corum seu caprarū in desertis demones apparebant
vt ex hoc demones ipos qui i specie illa interdū ap
parebāt: hoibus imūdos esse ostenderēt. populūq̃
suū a colloquio ⁊ familiaritate ipsorū abstraheret.
¶ Sciendū est autē hunc ritū idolatrie valde fuisse
contrariū ⁊ demōibus inimicū: qui nullū anial sibi Ritus ido-
offerri volebāt: absq̃ effusione sanguinis aut cōbu latrie.
stione, aut aliqua lesione. In hoc igit ritu q̄ prece
ptis emitti hircū integrū aliquātulū elōgauit eos
ab idolatria. Voluit etiā in eodē ritu ostēdere non
esse locū peccatis nisi desertū: vt ex hoc agnosceret
popul⁹ Israel: ⁊ nō esse admittēda pctā i castra po
puli dei: ⁊ ipsa peccata causas esse: quare ipsa loca
populosa aut culta p irā dei deserta fierent. ¶ Q. I
autē extra castra: ⁊ cū fimo ⁊ pellib⁹ cōburebant hir
cus et vitul⁹ in horrorē ⁊ abominationē factū est pec
catorū. Factū est etiā contra idolatriā qua colebat
ignis. In qua ppter honorem ignis cremari sacrifi
cia nō sinebant extra castra: ne ipm deū suū. i. ignē
tanq̄ imūdū a castris suis viderent abijcere. Factū
fuit etiā ppter honorē dei ⁊ tabernaculi: ne pelles ⁊ Nota.
fimus in eius sacrificijs altaris honorē ac reuerē
tiā minuerēt: ⁊ opinione hoim cultū dei vilificarēt: ⁊
ppter hoc cōtaminata et imūda reputarent. Factū
etiā est ppter hoc: vt q̄ntū odiret deus pctā: que a ca
stris suis eijci volebat: incēdioq̃ ⁊ cōcrematione ꝯsu
mi precipiebat euidēter apparet pplo suo: et i hoc
ipm eum imitari: eiq̃ placere studerent. Q. autem
vel hircus portare peccata dicebat: vel q̄ in hirco K
cremari atq̃ cōsumi putabant: signū ibi p veritate
accepū est. Quēadmodū aliquid dicit scribi vl' pin
gi: cū eius nomē scribit aut pingit. in cordib⁹ enim
hoim aut solūmodo poterāt vere portari ⁊ crema
ri: et portari pctā. Sed q̄ sicut dixim⁹ hostie. signa
et figura erāt pctōrū. Ideo crematio ⁊ mors et eie Crematio
ctio siue fugatio hostiarū cremationē ⁊ mortē ⁊ dif hostiarū.
fugationē significabat peccatoꝝ. ppter qđ hmōi ho
stias tangi phibuit dñs: et qui tāgerēt imūdos esse
decreuit. Patēter in hoc docēs: q̄ lōge esse eos vel
let a peccatis quoꝝ hostias que signa ⁊ figura ipo
rum peccatoꝝ erant eos tangere prohibebat. ¶ Si
enī adeo horrenda erat figura peccatorū: quāto for
tius ipsa veritas eoꝝ: In hoc ergo q̄ phibiti sunt a horror pec
deo appropinquare signis peccatoꝝ: ⁊ ea que tāge cati.
re euidēter multo fortius phibiti sunt appropiqua
re veritati eorū: et eadem causa est in phibitione ta
ctus vitule ruffe et cinerū ei⁹. ¶ Oratio vero q̄ fun
debatur sup hircū hmōi fuisse videt. Sicut tu eijce
ris et lōge sis a populo isto: ita fiat de peccatis eoꝝ
vel sicut tu liber et sanus ⁊ imunis: et a morte et le
sione euadis / vel emitteris: ita liberi ⁊ imunis fiat

popul⁹ iste a peccatis. ¶ Eodē mō sup vitulum. Sicut tu cremaris atqȝ cōsumeris: ita cōsumantᷣ pctā
L populi istius. Et hoc erat dicere: imputet sacerdos
Caper emissarius. capiti capri emissarii peccatā populi: vt sicut tu in figurā ⁊ significatiōe sup caput tuū portas pctā populi: ⁊ exportas lōge seorsum ab illo: ita faciat de⁹ in veritate peccata seorsuȝ longe a populo suo: et revera fiebat ita. Non quidē ex veritate quā haberet alteruter hircorū: sed omnipotentissima misericordia dei. ¶ Ne obliuiscaris autē: qꝛ deserta oia volebāt deus eis immūda ⁊ abominabilia reddere p hircū emissariū: vide qꝛ malefici ⁊ idolatre deserta ꝑpter hoc maxime frequētabāt vt audirēt ibi respōsa demonū: eisqȝ ibidē immolarēt: sicut ⁊ adhuc multi faciunt. Unde quidā magus i libro suo de magicis dicit se transisse causa philosophādi ad loca destituta omi habitatōe: habitasseqȝ ibi cū inhabitātib⁹ lucem sex lustris annorū: ⁊ ab eisdē didicisse: que eodem libro scripsit. ¶ Tum etiā ꝑpter faunos ⁊ satyros qui in specie hircorū frequēter ibi hoībus illudebant: ⁊ adhuc illudere nō cessant.
Fauni ⁊ satyri. Uoluit etiā insinuare deus in hirco emissario: vt quēadmodū hircus emissarius absqȝ custode relinquebatᷣ in deserto exposit⁹ bestijs deserti ad deuorandū: ꝑpter pctā que in figura portabat. Si popul⁹ grauat⁹ peccatis a deo custode ac defensore suo derelict⁹: bestijs ma-
M lorū regnorū seu principū inimicarū nationū quasi quibusdā bestijs diripiēdus ac dilacerandus exponendus esset. Et in hoc prudēter eos ammonebat: vt declinarēt imunditias peccatorū si deum habere vellent custodē ac defensorem: iuxta illud Deut. 32. Dentes bestiarū immittā in eos. ¶ Et ꝙ alter cremabatur alter vero in desertū mittebatᷣ insinuabat: qꝛ peccatorū quedam fuganda erāt ⁊ longe faciēda a populo: videlicet cōtagiosa maximeqȝ declinanda: quedā vero cōsumēda ⁊ conterēda vindicta: penitentia sacrificio: vel melius itelligitᷣ de omnibus peccatis: omnia eni et fugiēda sunt et fugāda. longeqȝ facienda: et nihilominus tribus modis quos dixim⁹ consumēda. Et in ista duplici hostia duo isti modi: videlȝ declinatio peccatorū et cōsumptio eorū ostēsi sunt. Has tres hostias quas noiam⁹ qui tangebāt immūdi erant ꝑpter horrorē ⁊ abominationē pctōrum: nec ad castra denuo admittebātur: nisi loti seu
Aspersio septenaria. purificati: sicut legitᷣ in eodē Leuitici. 16. ¶ Aspersio vero illa septenaria: quā de sanguine hirci ⁊ vituli
N li faciebat pōtifex ad sanctuariū: emūdationē eius fieri significabat p hui⁹ sacrificia ab vniuersitate peccatorū que vniuersitas in septenario itelligitur: vel que tota in septenario dierū cōmittitᷣ. Fiebat autē hmōi aspersio cōtra ritū idolatrie: que sanguinē immolaticium totū apponebat demonib⁹ ad bibendū et offerētibus: nisi ꝑpter aliquas scripturas aut figuras inde faciēdas reseruaretᷣ. Hoc eni in multis idolatris factū fuisse certū habem⁹. et si totā idolatriam egyptiorū chananeorū ⁊ chaldeorū sicut in libris eorū scripta est aut nossemus aut legerem⁹ in his et alijs que absurda videntᷣ de sacrificijs legalibus vel penitus dubitaremus.

¶ Uitula ruffa offerebatᷣ pro expiando peccato adorationis vituli cōflatilis: cur eam ruffam esse voluit deus: cur cedrinū lignum isopū ⁊ coccū bis tinctum cremari pcepit cum vitula: demum dicit de sacrificio quod fiebat pro mundatione leprosi. ⁊ de sacrificio zelotypie.

Sacrificiū vero vitule ruffe hanc videtur habuisse causam. Cū eni sacrificiū vituli appropriasset iam dn̄s sacerdoti: videlicet vt offerret illū ꝓ se ac domo sua: hircū vero appropriasset populo: sicut iam diximus ex. 16. cap. Leuitᷣ. Hic vitulā pcipit offerri cōmuniter pro peccato: scȝ adorationis vituli vt quibusdā Hebreorū videtᷣ. ¶ Quia Aaron in illo O
peccato cōmunicauit populo: ⁊ ꝑpter hoc pceptuȝ est vt ruffa esset colorē scȝ habens vituli adorati: vt ipsi Aaroni ⁊ toti populo p substātiā suā ⁊ colorē rememorationē peccati illi⁹ pro quo offerēda erat faceret dolorē: qꝛ ⁊ pudorē eiusdē peccati eisdē igereret: vel ꝑpter hoc: qꝛ cineres eius cū aquis viuis in expiatione debebāt esse ⁊ sacerdotib⁹ et toti populo. ¶ Et ꝑpter hoc forsitan ruffam eam voluit esse de⁹ Uitula ruffa cur.
qꝛ sicut iste color in genere illo aialiū inuenitᷣ cōmunior. Ita hmōi sacrificij expiatio amplior: vel ideo pro ipso populo siue synagoga vacca offerebatur seu vitula: qꝛ ipm populū vaccā ⁊ vitulā vocare consueuerat dn̄s: sicut apparet ex Osee vbi dr̄. Sicut vacca lasciuiēs declinauit Isrl̄: vbi alia trāslatio habȝ quasi vacca pcussa a sylo siue cesto: ⁊ iterū eiusdem 10. Effraim vitula docta diligere trituram: et i psalmo Congregatio thaurorū in vaccis populorum. ¶ Ad idem facit ⁊ id qd̄ legitᷣ Amos. 4. Audite verbum hoc vacce pingues que estis in mōte samarie. Amos. 4.
Fortassis aūt ideo sic vocabat eos domin⁹: qꝛ vacce erant iuxta litterā idolaqȝ colebāt: sicut legitᷣ Osee 10. Uaccas bethauē coluerūt: vocat igitᷣ eos vaccas dn̄s irrisiorie: qꝛ vaccas aureas colebāt: iuxta illd̄. Similes illis fiant q faciūt ea: et oēs qui cōfidūt in eis. Et videtᷣ istud improperiū durasse ab eo tēpore: quo vitulū sub Aarō adorauerūt vsqȝ ad nouissimū ꝓphetarū. Cū ista vitula precepit etiā deus cremari lignum cedrinum isopum coccinūqȝ bis tinctum: id est sericum bis tinctum coccinei coloris. Q
¶ Quod his de causis fuisse preceptum credimus: scilicet vt virtus sacrificij ostenderetur. per lignum Lignū cedri.
enim cedri quod putredinem non recepit: sed a se eum perpetuo repellit et odorem habet suauitatis Isopum.
Per isopum quod pectus purgat et bonum odorem spargit: per coccum bis tinctum qui colorē suum indebilem seruat: ostēdebatur ꝙ sacrificiū istud cum sequela sua conseruatiuum erat filiorum Israel a putredine peccatorum: et fetore atqȝ decoloratione. Et ideo legitur in decimonono Numerorum de omnibus sacrificijs: vt sint multitudini filiorū Israel in custodiā. ¶ Cōseruatiuum etiam erat boni coloris spiritualis in eis: id est exterioris decoris i cōseruatione sua: quasi per hoc sacrificium iputribiles ifetidi biles idistinguibiles a colore suo bono R
seruarentur: iuxta quod legitur Trenorum quarto Quomodo obscuratum est aurum: mutatus est color optimus. Scd̄m Josephum vero in cocco semper intelligitur ignis: ergo iuxta ipsum in cinerib⁹ quattuor elementa quodammodo significata sunt. Per coccū quid.
In cedro terra: qꝛ ex terra crescit et valde terrestis substantie est: ac solide. In isopo aqua: quia ex pluuia sola gigni et nutriri videtur isopus: propter qd̄ in petris et petrosis crescit. in odore amborum aer Maxime scd̄m eos qui odorem non nisi vaporē esse credunt: vaporem dico resolutum a corpore odori-

fero:vnde ꝛ aroma quasi aerioma dictū dicit ysido
S rus. In cocco vero ignis vt dictum est. Comburun
Purgatio. mundi tur autem ista quatuor in rememorationē purgati
onis nouissime inferioris mundi: que per ignem fa
cienda est in honorem peccatorum: ꝛ quandam ipo
rum pro parte purgationē quia in ipsis elemētis et
abusione eorum contracta sunt. ¶ Quia igitur hec
purgatio per ignem facienda est: ideo coccus i hac
purgatione: ꝛ in purgatione leprosorū apponitur
vel ob rememorationem: ꝙ i igne deus moysi pmū
apparuit et ꝙ in igne data est lex. ¶ Quare ergo de
T quatuor elemētis sacrificium istud offerebatur deo
Sacrificiū de quattuor elemētis. altissimo tanꝙ auctori elementorum: et quia aucto
ri vel propter hoc: vt quicquid immundicie et quo
cunqꝫ quatuor elmentorū contractuꝫ esset: per hoc
sacrifium expiari intelligeretur. Ideo etiā in cedro
terram intelligi voluit. ¶ Quia cū terra mr̄ sit om
nium plantaruꝫ cedrus videtur eē primogenita fi
lia eius. Est eñ maxima plantarum magnitudine
ppetuoqꝫ crescens. Et ideo habūdanti⁹ nutrit eam
Aspersoria et isopo. terra inter ceteras filias tanꝙ primo genitam. De
ysopo aūt certum ē ꝙ ex ea faciebant aspersoria et
V aspersiones ꝛ expiationes faciēdas: sicut legitur in
quarto leuit. in expiatione leprosi. Et ideo dr̄ i psal
mo. Asperges me domine ysopo ꝛc. vt ex hoc intel
ligeretur putredo simul et fetor peccati dilui et ab
stergi. Puritasqꝫ ꝛ odoris suauitas aduenire. For
sitā aūt cineres ligni cedrini sicut apōnos cineres fa
barum aut vernicis fortioris virtutis erāt ad emū
dationem corporalem. ¶ Et ideo in cineribus illis
Sacrificium pro mūdatiōe leprosi virtus sacrificij illius quantum ad expiationem spi
ritualem commendantur. In sacrificio vero quod
offerebatur pro mundatione leprosi adhibebantur
lignum cedrinum: ysopusqꝫ ꝛ coccus bistinctus: et
passer vnus viuus. Non quidem vt ista comburerē
tur: sed vt ex eis fieret aspersorium: videlicet vt filo
coccineo ligaretur passer et ysopus et alligarent
ligno cedrino: vt lignum cedrinuꝫ esset quasi asper
sorij manubrium: ysopus vero ꝛ passer essent id qḋ
de aspersorio tingendum erat in sanguine alterius
passeris immolati ꝛ i aquis viuis: que duo scilicet
sanguis et aque viue simul debebant esse in vase fic
X tili. ¶ His ergo aquis ꝛ sanguine huius aspergeba
tur septies leprosus mundandus ab immundicia ir
regularitatis. ¶ Mundabatur autem et interdum
et a lepra per hec et alia que in eodem capitulo le
guntur. Apparet autem euidenter ex his que dixi
mus quare tria ista adhibentur in huiusmodi ritu:
scilicet propter tres corruptiones lepre. ¶ Quaruꝫ
Tres corruptiones. prima est putredinis: secunda fetoris: tertia decolo
rationis. ¶ In his ergo tribus que adhibebantur
insinuabantur mundari ab his tribus corruptioni
bus: videlicet quia omnis lepra contrahitur ab ali
quo quatuor elemētorum: licet per medium aliqḋ
Passer qd. quatuor humorum. ¶ Cum his tribus tria elemen
ta intelliguntur vt diximus. In passere cōgrue itel
ligitur aer. Insinuabat ḡ circa litterā i his q̄tuor: ꝙ
lex. scꝫ cūqꝫ q̄tuor elemētorū ꝯtracta esset lepra: ipse auc
tor elemētorū ꝑ hmōi aspōēs ꝛ alia q̄ ad hoc adhibe
bāt mūdabat eā: ꝛ hoc cū bn̄placitū ei⁹ erat. Nō eñ
Nō omnes leprosi mūdabantur. oēs leprosi mūdabāt hoc ritu: immo pauci. Et erat
notū miraculuꝫ emūdationis lepre ꝑ ritū huius in
israel ¶ Q. autē passer alligat⁹ i aspsorio viu⁹ auo
y lare i agrū dimittebat: lepraꝫ euolasse siue euanuis
Passer euolans. se significabat: vl' q̄a passer sociale aial est i volanti
bus: ꝛ mūdū scdm legē. Qui euolās ab alligatiōe

suā: ꝛ aspsiōe hui⁹ reuertebat ad cōsocios passeres
ꝛ ad gregē a quo per captionem separatuꝫ fuerat: ꝛ
vt cum eis postmodū habitaret: significabat lepro
sum a castris: ꝛ extra castra tempore aliquanto de
tentum: post aspersionem huiusmodi et emundatio
nem ad castra reuerti: ꝛ inter sanos ac mundos ad
inhabitandum admitti. ¶ Q. autem sanguine et
oleo immolaticijs. id est qui offerebantur in emun ꝫ
Passer auolans. datiōe leprosi p̄ceptū ē extremū auricule dextre: pol
licesqꝫ manus dextre ꝛ pedis dextri tingerent. Inde
videtur esse iuxta litteram: quia ibi primum lepra
dinoscitur: ꝛ sentitur: hoc est in pollicib⁹ illis: ꝛ hoc
i insensibilitate eorū: vt dicitur: ꝛ hoc iuxta litteram
dicimus: vt ergo in ipso capite suo et radice primū
percuti: ꝛ ideo radicitus purgari per huiusmodi ri
tum cognosceretur: ita preceptum est: ꝛ fieri vt ideꝫ
esset ordo purgationis: qui erat infectionis. Forsitā
autem: ꝛ in extremo auricule dextre signum aliquod
lepre apparere consueuit. Quia pars illa valde pa
rum sensibilis est. Attende autem: quia tres liquo
res huic ritui adhibebantur: videlicet aqua viua
hoc est scaturiens: ꝛ manans que maioris puritatis
est ꝙ stans seu mortua: hec ergo adhibebatur in
ablutionem: quia lepra immunditia est oleum in sa
nationem: quia lepra morbus est: ꝛ sanguis in re
pitiationem: quia interdum pro peccato et ira dei
inferebatur plaga lepre: vel quia maxime lepra est
ex corruptione sanguinis: vt sanguinem mundoruꝫ
animalium corruptio: ꝛ infectio sanguinis purga
retur. ¶ In sacrificio vero zelotipie notum erat mi
Sacrificiū zelotypie. raculum: videlicꝫ de inflatione ventris: ꝛ putrefa
ctiōe femoris mulieris corrupte sic legit numerorū
quinto Hoc autem sacrificium non erat nisi modi
cum farine ordeacee super quam fundi oleum: et
poni thus prohibuit dominus. Quod nec propter
honorem dei fiebat nec ex bona voluntate: sed solū
mō causa detegēdi occultū adulteriū. Voluitqꝫ hui⁹
sacrificio reuelari occulta adulteria mulierum: vt
adulterari metuerent: ꝛ ne mariti suspectas vxores
Farina ordeacea. occiderent. Hoc autē ex farina ordeacea sine oleo: ꝛ
thure offerebatur: vt viris esset rubori sacrificium
huius: tum propter hoc: q2 deo nō offerri ex deuo
tione ostēdebatur per hoc ipsum: q2 nec oleum: nec
thus habebat. Tum quia male erat i sexummo om
nium sacrificiorum vilissimum atqꝫ pauperrimum.
Noluit etiam sacerdotibus in parte ista dare occa
sionem cupiditatis: ꝛ hoc ne inuitarent homies ad
hmōi sacrificiū offerēdum: qḋ non tam honorificen
tia dei exigebat ꝙ virorū malicia extorquebat. Sa
B crificiū autē simile ꝛ consperse oleo illo causa fuisse
videtur: videlicet vt faceret filijs israel memoratio
nem manne quam pluerat deus in deserto: et pa
uerat eos inde. xl. annis. Habebat enim saporeꝫ pa
Numeri. xi nis oleati. Sicut legitur: Numerorum. xi. Ad hec
enim intendebat lex vt forti impressiōe infigeret ma
gnalia que pro eis fecerat dominus.

¶ De vocabulo lepre quedam premittit: ꝛ q2 de⁹
voluit castra populi sui esse munda: sine suspitione
contagij. Deinde causas affert cur in mundatione
leprosi adhibebātur quattuor: scꝫ lignum cedrinū
ysopus: coccus bis tinctus: ꝛ passer viuus.

Post hec loquimur de lepris vbi primum
ore scire oportet quia lepre nomen non iux
ta propriam intentionem accipitur hic.
Lepra dd. Lepra enim proprie letalis prurigo est

et quasi cancer vniuersalis ab intimis forficibus
serpens: et corruptionem in totum corpus diffūdēs
C ¶ Qz aūt multuz abusiue accipiat lex nomen lepre.
Appet ex ipo plano textus et serie. Primum eñ le
Lepra scabies. praz voca tscabiē: Deinde vocat leprā mūdissimā et
hōez mūdū in quo effloruerit discurrens lepra in cu
te: et operuerit omnē carnē a capite vsqz ad pedes:
non posset autē esse mūdissima: neqz hō ea infectus
mūdus: si veri nominis lepra esset. Tertio qz leprā
vocat vulnus et cicatricem ex vstione carnis vel cu
tis. ¶ Ustio autem nec ex ea lepra naturaliter oriri
posse videtur. Nihil igitur aliud hic accipiēdum ē
sub nomine et intentione lepre nisi qđ deformē et de
lepra notabilem: abhominabilisqz cohabitationis
D faciebat hominem. Uoluit eñ deus castra populi
sui munda non solum esse sed etiam apparere pro-
pter honorē suuz et gloriam et vt populus suus esset
in hoc ceteris gentibus preminens: voluit etiaz po
pulo suo cauere: nō solū a cōtagio morbi hui9 sz etiā
a suspicatione cōtagij. ¶ Qm aūt cicatricē vstiōis
potius q̄ alterius vulneris exhorruit: i suagillatio
Cultores ignis. nē idolatrie qua colebatur ignis hec fecit. ¶ Culto
res eñ ignis in veneratione ipsius vstiōes faciebāt
in carnib9 suis et cutibus. Quēadmoduz alij idola-
tre incisiōes seu incisuras: Accidit aūt plerumqz vt
vuln9 vstionis saniosū siue sanie fluens fiat. ¶ Et in
hoc casu ꝑpter corruptionē atqz putredinē nomie
lepre illđ significauit amator mundicie deus. ¶ De
Color cutis coloribus autē et ineq̄litate cutis: an sint signa de
lepre: nō taz ars medicine q̄ experientia consulēda est
E Hi qz qui cum leprosis diu cohabitauerūt: eosqz di-
iudicare consueuerunt. Uerūtamen nullaten9 dubi
tandū est signa q̄ lex assignat vera esse signa passio-
num: quas lex immūdas et lepras eē iudicabat. Le-
Alopecia. pra vero in capillis et pilis duobus modis itelligi-
tur. ¶ Et pmū vero lepra est alopicia que casum ca
pillorū et pilorū efficit: ita etiam vt p eam supcilia
depilentur. Et species ista vere lepre nomen estapđ
medicos sicut et alie. ¶ Secunda accipitur mor-
b9 corrosiuus capillorū et pilorū consumens eos et
putrefaciens paulatim: quemadmodum carnez pu
trefacit cancer siue lepra: et nō operatur ista passio
fluxum siue casum capillorum aut pilorum: sed con
sumptionem eorum a parte exteriori et finali. Et si-
F milis huic passioni ē lepra in veste et pelle. Est enim
passio corrosiua pilorū et substātie ipi9 pellis. Hec
etiā passio inuenitur in lapidib9 et parietib9. Et sup
hoc iterrogati fuim9 iā multi āni sūt de q̄dā lapide q
in se ipo ita cōsumitur in q̄dā abbatia: et dicunt eum
Lapis cancrosus. cancerosum. ¶ Nō est autem mirum si sit in vno la-
pide ex habundantia siccitatis: quia hoc accidit in
congerie lapidum: hoc est in pariete: et iam in ce-
mento: ex eiusdem habundantia siccitatis: hoc idez
videmus fieri in lignis: et hec passio potest fieri
in toto pariete: sicut in toto lapide naturaliter quia
eadem causa nata est fieri eque in toto pariete vt
vno ex lapidibus. ¶ Has ergo passiones in vesti-
Passiones in vestibus et domib9. bus et domibus lex exhorruit: tum propter salu-
britatem inhabitantium: tum propter idolatriam
pro his enim passionibus colebantur penates et la
res: vel pro hoc q eas tollerent: vl ne eas inferrent
Uoluit ergo deus vt ad sacerdotes suos pro his
passionibus recurreretur et abrasionibus atqz com-
bustionibus ablutionibusqz: et expiationib9 mūda-
rentur: aquam vero expiationis per sacerdotem
ideo adhiberi: voluit: vt huiusmodi demonia exter
minarentur: et nouo ritu voluit mundationes istas
Curatio leprosorū notuz miraculuz apud iudeos. fieri: vt a ritibus superstitionis longe fierent. Scito
autem q notum erat miraculum: et famosum cu-
ratio leprosorum apud hebreos. Species autem
lepre sm itentionē legislatoris distiguit: vt pria sit capi
tis et barbe. ¶ Secūda caluicij et recaluationis. Ter
G tia carnis et cutis. Quarta cutis et corporis: et cica-
tricis albe cuz rubore. Quinta vlceris et cicatricis.
Sexta vstionis i capite. Distinguit etiā alio ordine
Prima in corpe. Secunda in carne. Tertia in cute.
Quarta i capillatura. Quinta in veste. Sexta i do
mo. Colores vero leprarū: de quib9 lex facit mētio
nē: hi sūt: videlicet color pallidus: rubeus: albus: li
uidus: niger: et florescēs. Lepra aūt capitis: et barbe
pro eo sic nominata ē: q in eis pmū apparet. Silr
lepra caluicij et recaluicij: et recaluationis: quia in
H eis pmū vel maxime appet. Propt q̄d aūt i mūda-
Quatuor adhibebantur in mundatione leprosi. datione leprosi et leprose dom9 quattuor illa adhibē
tur: videlicz lignū cedrinū sz: ysop9: coccus bis tinct9:
et passer viuus: ex quib9 fit aspsoriū: vt lignū cedri-
nū sit quasi eius manubriū: coccus vero sit filū: et li-
gatura ipsius quo alligētur simul fasciculus ysopi:
et passer viuus vnus. Hiqz duo simul: videlcz ysopi
fasciculus: et passer velut aspsoriū intingant in aq̄
viuis: et sāguine alteri9 passeris imolati: vt īde asp-
gat qui mūdand9 ē. Propter hic adhibētur: quod
diximus i sacrificio vitule ruffe: videlicet: q ab vno
quoqz quattuor elemētorū radicaliter: et primitiue
vnaquaqz species lepre cōtrahit p humorē elemen
to congruentē: ꝑpter hoc auctori elementorū deo ri
tus iste exhibet: vt imūditia ab elementis cōtracta
hoc ritu ab ipso mūdetur. In hoc aūt ritu passer ae
Passer. ra expresse designat: licz in odore aliorum cedri: vide
licet: et ysopi: satis intelligi possit: vt supra diximus
Uerū hic illesa et integra adhibētur: ibi vero .i. in p
nominato sacrificio cōburuntur siue ꝑpter hoc: vt
maior ostendatur imūditia peccatorū q̄ spiritualis
est: q̄ imūditia lepre que corporalis est. Siue ꝑpt
I hoc: vt ostēdant tria elemēta p peccata hominū in-
quinata tandem p ignez esse purganda: et ideo cocc9
bis tinctus qui vtriqz coloris ignei est adiūcitur: vt
purgationē nouissimā p ignem esse faciēdā isinuet.
Ceterū de cedro q̄ putredinē a se perpetuo repellit.
De ysopo: quia putriduz humorem purgat: et ma-
culas faciei abstergit: odorem suauitatis spargit
merito contra lepre putredinem. Cedrus iputribi
lis: et cōtra putridū humorē: ysopus eiusdem pur-
dere debeat: an requiret deus ab isto vt diuinet fi-
dem?¶ Hic ꝓculdubio q2 non habet de humana ra-
tione quid faciat:implorare debet diuinum auxili
um vt dicit Aug. et tota instantia deprecari: vt illu
minator animarum deus viam veritatis ei osten-
dat:et cor eius applicet ei parti contradictionis:
que vera est et eidem accepta. Hic aũt credendum
est de misericordia dei quia sic pulsanti aperiat:et
ꝙ nisi vel negligentia querende veritatis:vel alia
culpa obsistat:cor eius auertet deus ne impietatꝭ
errori consentiat.¶ Idẽ sentiendũ est ꝛ in illo alio
casu videlicet:si seductor sub pretextu veri catholi
cique doctoris:simplici alicui ꝛ indocto errorem ali-
quem impietatis ꝑdicet:quia deus cor eius auer-
tet ne illi credat:nisi hoc vel negligentia eius vl̃ a
lia culpa impediat. Custodit enim dñs diligentes
se.¶ Dicimus etiã quia cũ intellect⁹ human⁹ crea
tus sit ad inquirendã ꝛ cognoscendã veritatem sa-
lutarẽ:maxie de hoc debet esse studios⁹ atqꝫ solicit⁹.
Quare neglegẽtia eius in hoc atqꝫ desidia maxie — Q
culpabilis est atqꝫ dãnabilis.¶ Amp̃. quia vnaqꝫ — Intellect⁹
virtus ad actũ ꝛ finem ꝓpriũ expeditior ẽ atqꝫ faci — humanus
lior ꝙ ad aliquem aliũ: Manifestũ est quia virtus — adqd credi
intellectiua nostra ad querẽdũ et inueniẽdũ deum — tus
quaten⁹ hic reqritur et expedit expeditior ẽ atqꝫ fa
cilior ꝙ ad querendum et inueniendũ aliquid aliud
maxime cum ꝓsto sit deus sp adiuuare conãtes ad
se.et appropinquare appropinquãtib⁹ sibi.¶ Con
sidera igr̃ ista q dixim⁹. et videbꝭ omnes errãtes in
via veritatis ꝛ ignorãtes eadez culpa naturaliter
errare et dannabiliter ignorare. Nullum ei est in-
uenire i eis q nõ sit negligẽs in vestigãdo ꝑ semet
ipsum salutarem veritatez aut inquerẽdo ab aliis
aut implorando diuinũ auxiliũ:aut in faciendo ve
ritatem. Qui em̃ negligit facere bonum quod esse
faciendum nouit meret̃ non accipere noticiam il-
lud faciendi qd nondũ nouit. De vno quoqꝫ em̃ spe — Talentum
randum est si talento intellectus tota diligentia be — intellectus
ne negotiatus fuerit in quibus per se potuit:ꝙ eti
am multipliciter ei vel augeatur velut etiam diui
ne reuelationis seu inspirationis munẽ capiat am
pliora ad que per illa pertingere non valebat: vel
etiaz quia predicetur ei doctrina vel predicatio sa
lutaris qd dicimus propter hoc:quia si aliquis es-
set seorsum ab hominib⁹ et vellet negotiari dilig̃e
ter in talento intellectus sui et consideratione visi-
bilium:facile eẽt ei inuenire causã creationis ꝛ mul
ta alia de ipso:videlicz ipsum deum esse diligendũ
honorandum et adorandum. Et si in inuentis bene
negociaretur adderet ei deus alia vel per inspira- — Nota hunc
tionem:vel per doctrinam:aut per predicationẽ ꝙ — locum
ipsemet ei ꝓcuraret. Omninoqꝫ em̃ credendũ est deũ
neminem velle deserere q ei studeat adherere. Iam
ergo satisfactũ tibi de omni adulto errãte errore
impietatis:quia iusta est eius dominatio.¶ Decla — Similitudo bona.
rauimus aũt hoc euidenti⁹:et dicemus: quia sicut
liber volũtatis est vt se auertat ab omni malo vo-
lito:et vt per consensum se non inclinet in illud ita
est et intellectus humani siue rationis:vt se auer-
tat ab omni male credito: et vt non assentiat illi:ꝛ
hoc vl̃ ex proprio lumine ei possibile ẽ vl̃ ex alieno.
Ex proprio:hoc est ꝓprie inuestigationis:ex alieno
id est diuine reuelationis:vl̃ humane eruditionis.
Sicut igitur libera voluntas damnabiliter consẽ-
tit in male volitum:sic humanus intellectus dam-
nabiliter assentit in male creditum:quare tenetur
vel ipse se corrigere vel correctionem suam per ali
ꝙ viarum quas diximus ꝓcurare:quare non licet
errare in hui⁹ nec talia ignorare:et hoc apud oẽs
nationes receptũ est. Ipsi enim idolatre dixerunt:
quia qui dubitat deos esse honorandos idiget pe- — Alia similitudo
na.¶ Amplius. sicut debitrix est libera voluntas si
ue affect⁹ sue operationis:qd est velle in bonis vo
lendis. Sic et intellectus sue operationis debitor est
in veris credẽdis seu cognoscendis:quare sicut nõ

licet affectui vel damnabilia velle vł salutaria nō
velle. Ita non licet intellectui impia falsa credere
vel salutaria vera non credere: quare nec error nec
ignorantia aliquem excusat vnq̄ a perditione om
Intellect⁹ non minus deo confor mis esse dȝ q̄ affectus — nino ¶ Amplius. si non minus tenetur deo in suis
operationibus intellectus humanus q̄ affectus.
Nunq̄ autem licet affectui amare contrarium deo
vel eis que eius sunt. Silr nunq̄ licet ei vel amare
ei contraria vel non amare ea que eius sūt: quare
nunq̄ licȝ itellectu credere cōtraria ei vel eis q̄ ei⁹
sunt. Similiter non licet credere ipsum vel ea que
eius sunt qđ enim est non amare in affectu hoc ē nō
x — credere siue nō cognoscere in intellectu. ¶ Ampli⁹
si ignorantia vel error excusaret cum omnes peccā
tes errēt ⁊ ignorēt: ⁊ tāto ampli⁹ q̄nto ampli⁹ peccāt oia
peccata essent excusabilia: ⁊ maiora magis excusa
bilia quanto maiores errores et tenebras peccan-
tibus contingunt. ¶ Vides igitur quoniam
ad hanc dementiam tandem deuenerunt vt liceat
vnicuiq̄ credere vł discredere quicquid voluerit:
et nullam esse legem positam intellectui: quare
nec affectui: ⁊ propter hoc nullam legem tenēdā es
se simpliciter: q2 quelibet potest teneri licite secun-
dum eos et contra quālibet fieri: Si enim error: et
ignorantia vbiq̄ excusent ex quo sequitur nihil es
se virtutem nihil vitiuȝ simpliciter: quia credenti
de virtute quia sit vitiū aut econuerso: erit virtuo
sum agere contra virtutem vel scđm viciuȝ simili-
ter erit virtuosum: immo religiosū sit vnicuiq̄ cre
dere secundum credulitatem suam: quantuncūq̄ i
piam vel erroneam. ¶ Amplius. Scđm hoc null⁹
errabit vel credendo vel operando: cum credendū
sit vnicuiq̄ qđ credit et operandum qđ operaꝛ se-
y Absurdum — cundum credulitatem erroris sui. Iterum eque co
letur deus secundum hoc vitiis ⁊ virtutib⁹ ⁊ eque
cōpositi erunt mores viciosi: et iudicio dei eq̄ lau-
dabiles quin eque remunerabiles postq̄ nō refert
quid agat vnusquisq̄ vł qualiter: sed solummodo
quid credat se agere vel intendat aut qualiter per
hanc viam eque colenda erunt idola vt deus altis-
simus si credātur equaliter esse colenda: et merito
Lex intellectui posita — rie atq̄ religiose negabitur deus si credatur eē ne
gandus. ¶ Appet igitur tibi manifeste ex his intel
lectui positam esse legem ⁊ limites in operationi-
bus suis ⁊ limitatum ei esse q̄d credere eidē vel di
scredere: et iterum non credere vł ignorare liceat.
Et iterum interdum ignorantiam eē dannabilem
videlicet in quibusdam ignoratis. Similiter ⁊ cre
dulitatem quorundam dānabilem eē et impiam: ⁊
propter hoc neutram excusare a tota damnatione
eos quos inuoluerit: Fortassis aūt excusat a tāta.
Nō enim tm̄ peccare videtur qui erranter vel igno
renter male agit: quantū qui scienter vel cōtra cō
scientiam. Q; aūt quibusdā visum est: q2 si aliqua
Nota — mulier viro nesciente intret lectuȝ ipsius ⁊ cogno
scat eam cum credit eē vxorem suam mariē de no-
cte: q2 non peccat excusatus per hmōi errorem vł
ignorantiam: alioquin tenerentur viri accendere
lucernas media nocte: et diligenter conspicere at-
q̄ pbare an essent vxores sue quas iuxta se inueni
rent. Q; q2 consuetum nō est fieri nec leue videtur
ad faciendum. Dixerunt q2 in hmōi casu excusat⁹
est vir: nisi forte in muliere adeo notabiles: adeoq̄
euidentes sint differentie vt ipsuȝ nisi omnino ebri
um aut dormientem errare nō sinant. Quemadmo

duȝ si vxor sit mulier gracił modiceq̄ stature. Sup
posita vero sit gigātee magnitudinȝ aut multe pi-
guedinis multeq̄ corpulentie. In hoc quippe casu
nullomodo licitum est errare vigilantibus viris. — Opinio guillelmi
¶ Nobis autē videtur aliter sentiendum quia nisi
culpa aliqua viri hoc impediat auertet de⁹ cor ei⁹
ne cognoscat mulierem sic iuxta eum iacentē: ⁊ hoc
vel infrigidando eum vel aliquam cogitationem
immittendo. vel aliter ipsum occupando: vel ipsam
mulierē terrendo: ita vt ide habeat vł aliq̄ alia via.
Modi aūt et vie innumerabiles omnipotenti deo
propriissime sunt ad custodiendum quos voluerit
custodire. Custodit ergo dominus diligentes se: si
cut legitur in psalmo. Et iterum prouerbiorum. ii.
Custodiet iustorum salutē et proteget grādientes
simpliciter. Et cum hoc aūt per similitudinem ma
trimonii spiritualis euidenter ostendi pōt. Appet — Silitudo z
enim interdum lucifer diabolus in specie dn̄i salua
uatoris. ⁊ etiam cuidam appuit nostris tēporibus
in specie crucifixi. Querimus ergo si adorasset eū — Questio
pro domino saluatore: vtrū esset excusatus p igno
rantiam in hoc adulterio spirituali. Si eñ vir su-
scipiens ad amplexum carnalem adulteraȝ credēs
eam esse vxorem suam. Silr et mulier suscipiēs ad — A simili
ulterum: credens eum esse maritum suū excusatur
p huiusmodi errorem pbabilem: ergo ⁊ in spiritu
ali adulterio est excusata anima fidelł errore proba
bili inducta suscipiens adulterum diabolū pro xp̄o
sponsa ad amplexum orationis et ad omnia alia q̄
sunt honorificentie diuine et cultus. ¶ Sequiꝛ etiā
ex his q2 talia non solum excusabunt excusabiliter: — A
sed meritorie fieri possunt videlicet si causa reddē-
di debitum cognoscat alienam: et ex charitate ⁊ cū
omen qđ non est peccatuȝ fieri possit ex charitate.
Poterit igitur adorare diabolum aīa fidelis ex a
more quā habet ad xp̄m ita seducta pbabili erro-
re vt diximus: quare meritorie poterit seruire dia
bolo cum genere idolatrie.
¶ Iuxta viam istā ⁊ sequitur p̄missam opinionem — B
vt pie et fideliter atq̄ remūerabiliter possit crede
re maiorē ptem omniū heresum. ¶ Si eñ licet ma
rito cōmisceri adulterio. per supradictū errorē vel
ignorantiā. licebit et intellectui hūano falsitatem
adulterinā hereticā scilicet p salutari catholicaq̄
veritate quasi sponsam ipsius p silem errorem ⁊ i-
gnorantiā admittere ad copulā spiritalem q̄ copu
la non ē ibi aliud q̄ credulitas siue fides. Quare
poterit intellectus humanus credere multos erro — C
res impietatis. ⁊ hoc pie et fideliter atq̄ remūera- — Opinio guillelmi
biliter cum crediderit eos eē articulos fidei. ¶ Il-
lud igr potius nobis videtur qđ etiā diuine pietati
magis consonū. vt vbi inuincibilis ē ignorātia qđ
est vbi nō habet hō de hūana ratione q̄d faciat ibi
implores diuinum auxilium ⁊ nō temere se p̄cipitet:
totum pertinet facere ad deum: vbi non habet hō
quid debite faciat: verbi gratia. Si in eam figurā
vel formam se trāsfigurauit lucifer: in qua nō pos
sit aparet homini per quod non videatur christus
neq̄ aliquid per quod dinosci valeat nō esse chri — Deus pro
stus solius dei est hoēm custodire: nec aliud ibi ho — pt⁹ auxilia
mini relictum est nisi diuinum auxilium implora- — tor
re. Nusq̄ aūt dubitandum est quin p̄sto sit auxilia — D
tor deus pie inuocantibus ipsum et etiam non inuo
cantibus nisi culpa eorum obstiterit. Quare in p̄-
misso casu dicimus: q2 deus auertet cor hominis.

et ab ĩpietate adorātis diaboli: ⁊ ab ĩpietate erroꝝ
q̄s posuim⁹ nisi culpa eoꝝ hoc ĩpedierit. Nec cogi
Loth
mur dicē q̄ loth cognoscendo ꝓpas filias suas ignorās
nō peccauit. Aut iacob cognoscendo lyā credēs se
Iacob
cognoscē rachelē. sicut nec Iudas patriarcha qui
Iudas patriarcha
credens se cognoscere scortū: nurum suam thamar
cognouit. Peccare enim potuerunt iacob ⁊ loth.
Sicut enim loth inebriari potuit: et iudas fornica
ri sic et iacob. Excusātur eñ per ignorantiam a tā
to: sed non a toto vt dici solet. Hoc est nō vt omnino
non peccauerint sed vt non tantū. Q; ergo querūt
de multitudine damnatoꝝ ad q̄d eam deus crea=
uerit: certū est: q: ex diuitijs bonitatis sue eā crea
uit: ⁊ quia multa ⁊ magnifica bona eis cōtulit: pe=
nas vero vel tormēta nisi meritas atq; iustissimas
nulli vnq̄ intulit nec in posterū illaturus est. ¶ Ap
paret ergo tibi ex his quia iusticia dei causa est dā
nationis eorum vtiq; efficiens: qua nullo iustior ex
cogitari potest. Mala vero eorū merita causa sūt
qualis materialis perditionis ipsorum quib⁹ iu
stissimo iuditio et laudandis in omnib⁹ iusticia dā
natio illa redditur. ¶ Q; autem tam multi sunt
qui damnentur: et tam pauci qui saluentur. et in
E
naturalibus et moralibus similitudinem expssam
viliorum maior copia q̄ preciosorū
inuenis. Viliorum enim et ignobilium maior sem
per est multitudo q̄ p̄ciosorū atq; nobiliorū: vt fer
ri: plumbi: q̄ auri ⁊ argenti: et lapidum ignobiliū
q̄ gemmarū: similiter quercuū q̄ cedrorū vel pal=
B
marum: eodēmodo stultorum hominumq̄ sapien=
tum: et malorum q̄ bonorū. Vides etiam in tanta
multitudine hominū paucos de illis reges vel p̄n=
cipes: et tam modicorum tanq; ignobilium regno
rum vt sunt temporalia. Quāto fortius ergo mira
ri non debes si paucis largitur p̄clara ac nobilissi
ma regna celestia? ¶ Amplius. Cū tā raros vide=
as qui regna celorū appetant vel qui currāt: tā mul=
tos aūt qui ab eis se auertunt et contraria sectan
tur: ꝓpter quid miraris si tam pauci pueniunt: tā
multi nō pueniūt ad illa. ¶ Amp. Si videres de cē
tum partibus generis humani nonagintanouē to
tis studijs ac viribus currentes per viā que ducit
ad mortem: paucos vero contrario currentes p vi
F
am que ducit ad vitam: nō mirareris si magna illa
Multitudo perditorū
multitudo tota deueniret in mortē: ⁊ sola illa pau
citas perueniret ad vitam? Sic ⁊ considera tantā
multitudinem pditorū: et videbis eam festinantē
ad mortē: e contrario vero paucitatem electorū fe=
stinantem ad vitā. Quid igitur mirū est: si vnusq;=
q; hominum ad finem peruenit ad quem totis stu=
dijs ac viribus tendit: multitudo namq; perditorū
hominum in via vite illi⁹ multitudo stulta est ⁊ vi
tam fugiens ⁊ in mortē se precipitans: et in stagnū
ignis et sulphuris se inijciens atq; in mare ⁊ abyssū
eternarum amaritudinum se demergens. Q; in ba
Iniquitas pōderosa
ratrum infernale vnusquisq; cadit: de ponderosita
te est proprie iniquitatis: q; sursum ad sublime scz e
terne beatitudinis aliqui trahuntur: de virtute est
omnipotentis diuine bonitatis. At quid inqui=
unt sustinet diuina bonitas tantā stragem hominū
quos creauit. an delectat eū tanta carnificina tor
mentorum infernalium? Respondemus quia nihil
extra ipsum delectat ipsū ꝓprie. ⁊ q: placent ei tor
menta malorum: et quia bona: aut vt pote creatu=
re eius. et propter pulchritudinē iusticie que ĩ eis
inestimabiliter ⁊ miranda est: ⁊ laudanda: quā tan=

to delectabilius intuebuntur sancti in patria q̄
hic eā cogitant vel audiant: quanto maior erit eis
ibi amor iusticie atq; cognitio q̄ hic. Similiter et
quāto maior videbitur ipsa diuine iusticie magni
tudo. ¶ Ex quibus tribus per locum a ꝓportione
ex necessitate consequitur maius esse futurū gau
dium ibi de aspectu seu intuitu pulchritudinis di=
uine iusticie q̄ ibi lucidissime conspicient q̄ eēt gau
dium ex omnibus gaudijs si cōflarētur in vnū. om
ne enim gaudiū et omnis delitia ꝓ magnitudine a
moris que in eū est: et pro magnitudine cognitio
nis que de deo est atq; pro magnitudine ipsi⁹ dele=
ctabilis magnū est. Quia igitur tria hec in patria
Gaudium diuine iusticie
ac tria sunt ꝓportionabilia seu respondentia hic. ⁊
in via infinita sunt id est supra omnē proportionē
maiora. Necesse est gaudium ex his in patria eē in
I
finitum ad gaudiū ex cōparatione ꝓportionabili=
um eorum in via. Tunc enim posuerimus duo de=
Nota
lectabilia: ⁊ duos amores: duasq; cognitiones siue
perceptiones eorū proportionabiles videlicet. vt
sicut amor p̄mi delectabilis ad amorem secūdi. ita
et cognitio siue pceptio p̄mi ad cognitionem siue p
ceptionē secūdi. Et ipsum p̄mū delectabile siĉr se
habet ad scdʒ erit necessario. vt si super oēm ꝓpor
tionem amor et pceptio p̄mi delectabilis sunt ma=
iores q̄ amor ⁊ pceptio secūdi gaudiū ex p̄mo se=
cundum amorē ⁊ pceptionē p̄mi erunt sup omnē ꝓ
portionē maius gaudio qd̄ est hic et secūdo. s̄m a=
morē ⁊ pceptionē ipsius ĩ via: verbigratia. Prim ū
Primum delectabile
delectabile ē id quod apparebit de pulchritudie di
uine iusticie in patria amor in ipsū et pceptio siue
cognitio ipsius p̄me sunt amor diuine iusticie et p=
ceptio eiusdē sunt in patria. Secūdum vero dele=
Secūdum
ctabile est illud qd̄ appet hic de pulchritudine diui
ne iusticie. Secūdo vo amor secūdaq; cognitio si=
ue pceptio sunt amor atq; pceptio diuine iusticie q̄
les sunt in via. Iam autē alibi didicisti quia eoꝝ q̄
sunt patrie seu glorie ad ea que sūt vie nulla est cō
Nota
paratio in magnitudie seu intēsiōe: q̄re amoris ad
amorē ⁊ cognitionis ad cognitionē nulla erit cōpa
tio. Silr nec ei⁹ qd̄ appebit de pulchritudine diuie
iusticie ĩ patria ad id qd̄ d̄ eadem appet in via: quē
admodū nec eius qd̄ apparebit tūc de diuina mise
ricordia ad id qd̄ de eadem nunc appet in via et ita
de alijs que desunt. Declaratū igit̄ est tibi hec q̄
delectabil' et q̄ admirāda erit diuine iusticie pul=
chritudo ⁊ carnificina tormentoꝝ infernalium et q̄
gaudio inenarrabili ⁊ omnino gaudio mūdano in
fertor a maior delectabit electos. ¶ Fiet aūt eui
dētius qd̄ dicimus litteraꝝ designatione. ¶ Nomi
nemus igit̄ id quod apparebit de pulchritudine iu
Iusticia diuina.
sticie in patria: amorē vero atq; cognitionē eiusdē
quales erunt ibi vocemus a ⁊ b gaudium vero qd̄
erit ex d. p a et b. vocemus c. Et ad hunc modum
hoc quod apparet hic de pulchritudine iusticie no
minemus h. e vero ⁊ f. amorem atq; perceptio=
nem siue cognitionem h. quales sunt in via. g vero
gaudium quod est h. per e et f. vides igitur quia d
ad h. nulla est proportio seu cōparatio in magni=
tudine seu intentione. proportionales autē sunt a
⁊ b ad c. id est similiter se habentes vt e ⁊ f ad g.
Quare permutatim proportionabiles erūt: sicut
igitur a et b ad e. ⁊ f. ita c ad g. Cum in infinitū ma
iores sūt a ⁊ b. q̄ e ⁊ f. in ĩfinitū mai⁹ erit c q̄ g. De
bes aūt scire q: a ⁊ b ⁊ c eq̄lia sunt. ⁊ generalit' oēs

apprehensiones. suis affectionibus erũt equales
i patria. vt cognitio vniuscuiusq; ibi et amor eius
ex illa cognitione ibi erũt eq̃les. Similiter ⁊ gau-
diũ omni cognitioni et amori ex quib⁹ erũt erit eq̃-
le. Et hoc quoniã vnaqueq; virt⁹ aget actũ suũ ibi
in vltimo pfectiõis sue. et iõ act⁹ et virtutes equa
les erũt ibi inuicẽ. hoc ẽ omnis actus sue virtuti ⁊
econuerso. Ex his ergo que diximus manifestũ esse
tibi debet: quia laudãda est diuina bonitas in hoc
q̃ ⁊ malis ⁊ reprobis preter esse ⁊ vitã. aliaq; bona
naturalia ⁊ innumerabilia: gratuita ⁊ temporalia

Bonitas dei

largitur. Q; autẽ ampliora nõ p̃stat. nõ ideo hoc
ẽ. quia ip̃e manũ sue retrahat largitatis. sed quia

R

ip̃i man⁹ suas aliis occupãt aut quo min⁹ recipiãt
auertunt. Sicut q̃ lumen solis sup multos nõ cadit
⁊ eos non illuminat non ex eo est q̃ sol radios suos
retrahat: sed quia ip̃i a lumine eius se auertunt.

Silitudo

¶ Si quid igitur extra semetip̃z omnipotentẽ deũ
delectare potest in tanta multitudine magnitudine
q; tormentorum infernalium eo modo quo fas est
delectationem de ipso cogitare: cur nõ delectet eũ
admiranda ibi pulchritudo iusticie sue. Similiter
et gaudium electorum suorum p̃ dei iusticia: vez q̃
erit eis magnum p̃ magnitudine cogitationis et a
moris ipsius iusticie nec non p̃ misericordia ei⁹ q̃õ
de ipsa tunc apparebit. Deinde non nisi dimidiam
bonitatem suaz impleret deus si iusticiã et in ma-
los non exerceret: quasi eni; due partes diuine bo

Mia ⁊ iusticia ptes diuine bonitatis

nitatis sunt: sicut partes ibi cogitari fas est: mise-
ricordia et iusticia videlicet secundum affectũ sint:
cum bonitas diuina impartibilis sit secunduz se in
vltimo impertibilitatis: secundum hunc errorẽ igit
aut esset apud deum occiosa misericordia: aut iusti
cia enormiter diminuta. Qõ aũt mirãtur eternita
tem penarum infernalium insipientes et incredu-
li inde est: q: solaz immẽsitatez misericordie dei cõ
siderant: ⁊ magnitudinẽ iusticie eius non attendũt
Cum eñi nec minor nec min⁹ eterna sit dei iusticia
q̃ eius misericordia: nec minor nec minus eternus
esse debet ipsius effectus in damnandos et puniendos:
q̃ effectus misericordie in saluandos et beati
ficãdos. Qua propter sicut salus ⁊ beatitudo eter
ne erunt in predestinatis: ita dãnatio ⁊ penalitatis
miseria eterna erunt in reprobis. ¶ Amp. mouet i
sipientes et incredulos q̃ peccatum momentaneũ
est: et ad modum breuis perpetratio ipsius. Qua-
liter inquiũt iusta potest esse pena eterna pro eo il

Pcti natura

lata. In quo manifestum est eos nõ cognoscere na
turam siue essentiam ipsi⁹ peccati. ¶ Peccati eñi

Sex cõparatiões

ipsius pp̃etratio: vulneratio spiritualis est ex vna
sui cõparatione. Tu aũt nosti q: non est mirum si
ex vulneratione breuissimi temporis vulnus mul-
te durationis aut etiam mors que quantum in se ẽ
perpetua est et finem non habens relinquit. ¶ Ex

Cõpatio

alia vero sui cõparatione peccati pp̃etratio casus
ẽ in profundũ. Et in hoc exemplo etiam notum est
tibi. q: nihil obsistit quin casus hui⁹ breuissimo tẽ
pore fieri possit: et tamen multo tempore vel absq;

Compatio R

exitu remanebit i profũdo qui sic cecidit. Ex tercia
etiam comparatione ipsa peccati perpetratio: si-
cut furtum est: aut rapina spiritualis vel sicut ali-
quid ex maleficiis forinsecis. Et non miraris neq;
ipsi etiam mirantur quin mutilatio vel mors que
pro illo iuste secundum leges seculares infligit p̃-
petua sit: et quod non est sanitas a mutilatione in
vita ista nisi resurrectione a morte corporis vl mi-
raculo diuine virtutis. Ex quarta vero compara-
tione peccati perpetratio: ligatio ẽ seu vinculatio

Compatio alia Q

peccantis. Natura aũt viculationis est vt breui tẽ
pore fiat Verum eiusdem natura est vt tãdiu liga-
tum teneat q̃diu vincula ipsa insoluta durauerit
et indirupta. Ex quinta quoq; cõparatione pecca
ti perpetratio quasi contractus est et emptio infer

Item alia

nalium tormentorum: nec nõ ex venditiõe qua pre
cio breuis voluptatis se ipsũ tam anima q̃ corpore
vendit insanus peccator. Cui autem dubium: quin

Peccati pp̃etratio velut cõtract⁹

ex venditione ⁊ emptione: quantũcũq; breui tẽpo-
re fiant illa: ius perpetuum rei empte acquirat em
ptori et q̃ trãsferatur res empta pp̃etua alienatio
ne et venditione. Ex sexta etiaz cõparatione pecca
ti perpetratio sicut extinctio lucerne est. Lucet eñi
salutari cognitione: et ardet vitali seu viuificabi dile

P Itẽ alia

ctione peccator anteq̃ peccet: peccando vero quasi
in spurciciã peccati se demergens semet ipsum exti
guit. ¶ Attende igit sex istas cõparationes quas
diximus ⁊ videbis non solum leuem sed ⁊ intolera
bilis stulticie ãmirationẽ incredulorũ in his. Mi-
rantur eñi q̃ ex vulneratione breuissimi temporis
remanet vulnus perpetuum vel mors: q̃ cadens in
p̃fundum diutius in eo remanet hoc est lõgiori tẽ-
pore q̃ fuerit casus eius Similiter q̃ solus est tem
pus mutilationis seu suspendũ furis q̃ temp⁹ fu-
rationis. Similiter mirabile eis videtur q̃ deten-
tio alicuius in vinculis lõgioris tp̃is ẽ q̃ ipsa liga
tio. Similiter et qõ aliquis habet ius in re empta
nisi tanto tẽp̃e q̃nto durabit emptio. Et q̃ lucerna

Amplior declaratio Q

non potest vel debet maiori tempore remanere ex-
tincta q̃ fuit tempus extinctionis sue. ¶ Hec autẽ
omnia q̃ leuiter quãq; insipienter dicãtur p̃ se eui
dens est. Addemus autẽ tibi ⁊ alia per que diuina
iusticia perpetuitate suppliciorum infernalium ẽt
lucidius declaretur. ¶ Manifestum enim est per se
quia qui addit super peccatum impenitẽtiã seu cõ
tumaciam: addit de iure ⁊ penam: ⁊ iustissime q̃tũ
durat in vno quoq; dei iniuria: tñ in eodẽ durat ⁊
pena. ¶ Quia igitur existentes in inferno sup pec-
cata sua etiam addunt impenitentiam ⁊ contuma-
ciã nunq̃ penitentes: nec vnq̃ penitere volentes: q:
cum semper durat in eis dei iniuria id est peccatũ.
quare sẽper merito durat et eis pena: ⁊ de iure etiã
meritorum ipsorum: q̃ñ propter additionẽ contu-
macie addi posset eis et pena: tandiu eñi durat in
vno quoq; dei iniuria: que non est nisi peccatum q̃
diu idem non emendatur. Alibi autẽ declaratũ est

Apud inferos nulla penitentia

q: nec penitentia nec emendatio aliqua apud infe
ros est. ¶ Amp. Quanto minus bonum est deo qõ
ei fertur: siue p̃pter qõ ipse deseritur: tanto maior
ei contumelia irrogatur. Quia igitur omne qõ
est: vel esse potest in infininum minus bonum est in
ipso quicq̃d ei preferatur: aut pro quocũq; alio de
feratur infinita ei contumelia irrogatur. In omni
autem peccato mortali aliquid ei p̃fertur: et pro il
lo deseritur: quare omi peccato mortali i̾finita deo
contumelia irrogatur. ¶ Hoc aũt est manifeste vi-
dere ex proportionibus. Si eñi p̃ferret deo duplo
minus bonum q̃ ipse sit: aut quanta ei cõtumelia
irrogaretur. Si autẽ quadruplo minus bonum ei
dem preferretur duplo maior iniuria eidẽ erroga-
retur: ⁊ ita in infinitum. Quia igitur non est repe-
rire aliquid quod non sit eo in infinitum minus bo

nū manifestum ē:qꝛ quicquid ei preferat̄ aut ꝑ q̄
cūqꝫ alio deserat̄ infinita ei cōtumelia siue iniuria
irroget̄. ¶ Jā igit̄ declaratū est tibi:qꝛ ois peccās
Infinitā pena infinite iniurie debetur — mortaliter infinitam ↄtumeliam vel iniuriā irro-
gat deo. Infinite aūt iniurie vl̄ contumelie infinita
de iure debetur pena ⁊ hoc aut intelligit̄ infinita du
ratione ⁊ ita declaratū est qđ intendebamus pro-
positum ¶ Cum enim omnis virtus hūana ad agē
dum ⁊ patiēdū finita esse videatur. non videtur ei
posse infligi infinita in acerbitate pena. Quapro-
pter īfinitate durationis compēsabitur ex necessi-
Adverte — tate acerbitatis infinitas. ¶ Amplius. Equales sūt
ex necessitate pena finite acerbitatis ⁊ īfinite dura
tionis. ⁊ pena finite durationis ⁊ infinite acerbita-
tis. Ponamus eñ φ pena infinite acerbitatis ⁊ fi
nite durationis sit pena vnius diei vel ān̄i. ⁊ suma
mus ex altera parte penā eiusdē īfinite durationis
sed finite acerbitatis. ⁊ nominemus p̄mā a. scđam. b
Dico igr̄ φ a ē in infinitum maior q̄ b. intentione
scilicet in acerbitate et hoc est qm̄ a. infinities cōti
net b. In infinitum eñ magis punitur qui punitur
a q̄ qui punitur b. Quare i infinitum magis puni
tur q̄ punitur vno a q̄ qui punit̄ duob⁹ b:et similit̄
q̄ qui punitur trib⁹ b et ita in infinitum. Quoniā
si non est ꝓportio vnius a ad vnum. b nō erit ꝓpor
Nota — tio vnius a. ad quotcūq̄. b. Quotlibet enim. b. cer-
tam habet ꝓportionem ad vnum b. sicut centupla
et mille millecupla aliis. Quia igitur ꝓportio ex-
tremorum semper cōponitur ex ꝓportionib⁹ inter
mediis si esset ꝓportio vnius a. ad qđcunqꝫ b. sicut
proportio certa ad vnū b composita:ex ꝓportioni-
bus quarum altera esset vnius a ad illa b et altera
esset illorum b ad vnum b. Ut autem ista euidenti⁹
videas Ponamus vnū hominē puniri vno a ⁊ aliū
vno b. Manifestum est quia qui punit̄ vno a in infi
nitū plus punitur q̄ qui punitur vno. b. Eodē mo-
do si duo homines punirētur duob⁹. b Uerum esset
φ i infinitum magis puniretur qui vno a puniret̄
q̄ illi duo simul sūpti. Eodē modo et q̄ tres simul
sumpti. et ita in īfinitum. Quare qui puniret̄ vno
a. eque puniretur vt infiniti īfinitis b. ¶ Non refert
Acute disputat — autem vtrū simul intelligatur infinita b. aut ꝑ suc
cessionē. Equalia enim sunt siue successiue ordina
ta siue simul itellecta. ¶ Quia ergo successiue ordi
nata infinita sūt b:sū tm̄ a pena ꝑpetua manifestū
Alia ꝑsuasio — est quod diximus. quia ꝓ vno quoqꝫ peccato morta-
li debetur pena infinita duratiōe. Amp̄. Si aliquis
peccaret ī aliquē equalē sibi ꝓculdubio aliquātū
peccaret in eū. Et si idē vl̄ silē pctm̄ ↄmitteret i ma-
iorem magis:et quanto in maiorem tanto magis
verbi gratia. Si in sacerdotem suū magis q̄ si in
equalem. Et iterum in archidyaconum grauius. ⁊ de
inde in episcopum:et ita de gradibus superiorib⁹.
quare manifestū est: quia q̄to in maiorē peccatur
tanto magis. Quare si in infinitum:et in infinitum
magis. quia igitur deus in infinitum maior est
quocunqꝫ alio:in infinitum magis peccatur:quo-
Gradus et circūstātie ꝑsonales — tiens peccatur in deum q̄ peccetur in homine eo-
dem genere peccati:verbi gratia. Si occidetur de-
us:⁊ occiditur homo qui non est deus. In infinitū
magis peccatum est occisio dei:q̄ occisio homis.
Eodem modo si cōspuitur deus et conspuitur ho-
vel percutit̄ vel vulneratur. Quare si cōtemnitur
deus ⁊ contemnitur homo:vel offenditur deus ⁊ of
fenditur homo: in infinitum maius peccatum ē tā

offensa q̄ cōtemptus dei:offensa vel contemptu ho-
minis. Quia omni peccato mortali offenditur et
cōtemnitur deus. quia eius mandatum et voluntas
preteritur. Manifestum est omni peccato mortali
in deum infinitum peccari:vel saltem in infinitum
magis q̄ peccaretur in hominē si homo offenderet̄
vel cōtemnetur. Quod si dixerit quis:qꝛ nō ex hoc
ostensum est:φ ideo omnis offensa dei vel iniuria
infinita sit. Non eñ sequitur si a est in infinitū ma
gis b. vel si a cōtinet infinita b qđ ideo a sit īfinitū.
Omnis enim linea est in infinitū hoc est supra oēm
ꝓportionem maior omni puncto vel omnis linea — An offensa dei sit infinita
continet super omnē ꝓportionem atqꝫ infinities
quodlibet pūctū vel infinita puncta:nulla tamē li
nea est infinita. Sic offensa et iniuria dei licet cōti
neat infinities similem offensam vel iniuriam ho-
minis siue in homine:non tamem est infinita:quo-
niam non est aggregata siue cōposita ex illis:sicut
neqꝫ linea ex punctis. Et reuera omne qđ cōtinet
infinita causata cōtentione siue cōtinētia aggrega
tiua siue totali:hoc est qđ cōtinet ea vt totum ptes
⁊ vt aggregatum ex illis:ex necessitate est īfinitum.
Sed dicetur forsitan φ offensa siue iniuria dei nō
est totum ad offēsas siue iniurias hominis neqꝫ ad
aggregatum ex illis. Uerum nec per hanc viam ef
fugit nec minus ꝓpter hoc necesse habet concede-
re perpetuitatem penarum:cum enim pro offensa
vel iniuria dei debebuntur infinite tante aut finite
Uerbi gratia. Esto φ pro aliqua offensa vel iniu-
ria hominis debeatur pena vnius diei. et nomine
mus illam a cum offensa dei sit in infinitum maior
offensa hominū de qua agitur. Proportionabiles
autē sint offense siue iniurie et pene eis debite:erit
ex necessitate pena debita iniurie vel offense dei in
infinitum maior a:quare etiam duobus a:et trib⁹
et ita in infinitum:erit igitur equalis infinitis a si
milis sūptis vel maior illis. Infinita aūt a siml̄ sū
pta non sunt nisi pena infinitorū dierum siue pena
rum:hoc aūt nisi pena perpetua:quare pro omni of
fensa dei mortali debetur ex necessitate pena ꝑpe-
tua. ¶ Amp̄. Obligatiōes ⁊ trāsgressiōes sēp eq̄-
les sūt ⁊ sic ꝓportionabiles. Quicūqꝫ ei eq̄lit̄ tenēt̄
ad aliquid: equaliter peccant non faciendo illud
⁊ qui duplo magis tenetur ad aliquid q̄ alius:du
plo maius peccat non faciendo illud. Si militer ⁊ — Proportionabiles
qui triplo vel q̄ quadruplo:⁊ ita in infinitū. Qua-
re que est proportio generaliter obligationis ad o — S
bligationem:ea est transgressionis siue obmissio-
nis ad transgressionem siue obmissionem. Similr̄
proportionabiles sunt culpe ⁊ pene:ita vt genera-
liter que ꝓportio culpe ad culpam:ea sit pene me — C
rite seu debite ad penam meritam seu debitā. Que — Questio de obligatiōe q̄ deo obedi recognimur
rimus ergo vtrum obligatio qua quis tenetur deo
obedire atqꝫ seruire sit finita an infinita? Q si dixe
rit finita destruitur istud duob⁹ modis. Primū qꝛ
non est finitum:qꝛ aut intransibile est debitum:aut
transit et transit seruiendo. Quia igitur debitum si
ue obligatio de qua agitur non est soluendo:hoc ē
obediendo atqꝫ seruiendo transibilis:consequens
est ex necessitate vt non sit finitum. Ratio eñ finiti
transibile est:sicut et rō infiniti intransibile. Q[illegible] ut
impossibile sit transiri vel transire huius debitū in
de manifestum est:qꝛ si transiret vel transiretur in
aliqua creatura:necessario ꝑficeretur eius transi
tus in aliqua hora vel instanti. Esset igitur tunc ꝑ

G audientes. ¶ Quemadmoduz se habet in facto: dauid ⁊ vrie qd legit͛ in. xi. ij. Reguz: vbi dicūt q dauid qui vtiq̧ proditor erat in facto illo: et adulter atq̧ homicida signat christum: vrias autem vir sanctus ⁊ fidelis dyabolū. ¶ Et iteruz adulteria illa copula dd: ⁊ bersabee .pditi one: ⁊ homicidio execrabilis significat sactissimuz matrimonium: ⁊ immaculatissimam copulaz christi ⁊ ecclesie de gētibus: auribus multorū multā indignationem ingerūt: fideq̧ sacrarum expositionū: aut penitus in eis abrogant: aut multū ledunt. Primuz: q: istud nō est factū ad significanduz: nec verisimile est multis q propter hoc sit scriptum.

Similitudo i.ppria

H ¶ Si autē ita dicerent: quomodo rex dauid bersabee adamauit ⁊ p amore ipsius morteʒ viri procurauit: quomodo illam regali cōnubio honorauit: ⁊ regali solio exaltauit: sic rex celorum christus dn̄s synagogaʒ adamauit: ⁊ procurata morte magistratus seu principatus eius: cui velut marito suberat eā ɔnubio suo spirituali honorauit: et celestis regni solio sublimauit. Si inq̄ de modo tantuʒ aut similitudine mentionem facerent: ⁊ ipsam similitudinem decenter ac diligenter ,psequentes exponerent absq̧ offensione vlla audientium hoc fieret. ¶ Eodēmodo de ecclesia de gentibus. q procurata morte diaboli morte scʒ spirituali: cui velut marito suberat. vnde ⁊ vocabat ipsuʒ bahalim qd interpretatur vir meus q sic: et sic effecit: non solum pacifice: sed gratanter etiam audiretur: verbum ergo significandi estqd in parte ista grauiter offēdit auditores atq̧ lectores. Quāq̄ veruʒ sit: q omniū duorum similium: quorū alterū est intellectui nostro propiquius nobisq̧ notius signū naturale est minus noti: atq̧ ab intellectu nostro remotioris. ¶ Signum inq̄ est naturali illius: ⁊ velut liberi in quo legitur. vnde ⁊ quasi natura docente altero ad alterum declarādū vtimur: hoc ergo mō sacri doctores ⁊ expositores sane ⁊ absq̧ offendiculo vllo dicere possunt: q: factuʒ illud de bersabee: factum significauit ecclesie de gētibus: significauit ,ppria similitudine tanq̄ naturali designatione.

Similitudo recta

Sēsus spiritalis

¶ Licet aūt spiritui sācto: et scriptoribus eius notioribus similibus vti ad minus nota significāda ⁊ declaranda: secundo ,ppter rerū multam dissimilitudinem: ⁊ nimiaʒ: vbi magis violenta est significatio in ipis q̄ rerū significatarum expositio. ¶ Et i hoc erant imperiti: multi qui nesciunt qualiter tractandū sit verbum veritatis: sed igenium suuʒ vt ait hieronymus: facere nolunt ecclesie

I sacrificium: et ,ppter hoc dixit sup Abac. Tropologia libera est: ⁊ his tm̄ legibus circūscripta: vt pietatem sequatur in intelligentie sermonisq̧ cōtextu nec in rebus multum inter se contrariis violenta sit copulandis: tertiuʒ ē ignorātia explicandi prosequendiq̧ similitudines ex quo defectu accidit: ⁊ illud qd diximus vt nō credatur expositionibus. ¶ Maxime vbi ex similitudine potissimum significant. Cessante nāq̧ i his rerū similitudie cessat: ⁊ significatio au-

Tropologia violēta

Scādalose similitudines

K dictorum. ¶ Quartū est ignorantia eius: videlicʒ q solū sine ɔtio significat: sicut accidit i somniis q̄ exposuit ioseph. i. xl. ⁊. xli. Genesis. Tres enim ,ppagines: ⁊ tria canistra panum ,ppter numerum tantum significauerūt tres dies: de quibus ibi agitur: ⁊ solus ternarius q̄trū ad dies illos significat. ¶ Erraret em̄ intollerabiliter qui canistra vl ,ppagines in significationē dierum detorquere vellet propter hoc dictū ē: quia sacra scriptura ē velut cithara in qua non omnia sonāt. ¶ Dicemus aūt tibi super hoc sermones vniuersales duos. ¶ Primū: quia tanta ē ɔtinētia seu ɔtēt⁹ sacrorū his: ⁊ i his significationibus: vt nullo modo videri possint: nisi diuine sapientie artificio i vnū volumē collecta: vniuersalit͛ ei expositiones salutarem doctrinam resonāt: ⁊ in eis ammirabiliter sibi consonant: quibus vtitur ecclesia sanctorum.

L ¶ Non igitur casu factum est: vt ita ordinaretur: vt ita sibi inuicem consequens et consona esse in tāta varietate expositionū sacra scriptura: vt absq̧ vlla discrepātia in vnam cōcordiaʒ sacre doctrine concordarēt om̄es eiusdē libri: omnesq̧ librorū partes: vt vnam veritatē catholicā ac salutarem cōcorditer resonarēt: vniuersalitas eniʒ in reb⁹ omnibus signū est ,puidentie et artis. ¶ Secundū ē quia quēadmoduʒ ex dei bonitate factū est: et absq̧ vlla dubitatione credendū: vt omnia opera sua fecerit ,ppter omnem bonum vsū ⁊ vtilitateʒ que ex eis quacūq̧ industria elici possunt. Sic om̄ia dicta sua siue eloquia ,ppter omnē bonū vsum ⁊ vtilitatē qui ex eis quacūq̧ industria elici possunt ⁊ dicta voluit esse ⁊ scripta. Quare ,ppter omneʒ illuminationem intellectus humani: ac ,ppter omnē edificationē ecclesie sue que inde elici possūt: ea voluit esse ⁊ dicta et scripta: ,ppter omnē igitur intellectū ad eruditionem nostrā salutarē pertinentē qui inde elici potest voluit ea dicta esse et scripta. Attēde igitur diligenter istas duas radices: et videbis euidenter non humano sensu nō fortuito casu sacram scripturā editā esse et scriptam seu ordinatam. ¶ Sed sapientie celestis artificio admirādo videbis etiā ad magisterium diuine pietatis pertineri vt omnes libri eiusdem ,ppter omnem eruditionem et edificationem q̄ inde elici potest scripti sūt. Alioquin restrictior esset intētio eius in parte ista q̄ eius largitas patiatur.

Varietas expositionum

Uniuersalitas

Sacra scriptura mirabili artificio cōstat.

Proponens destruere et subuertere delirameta legis machometice et legis ipsius ridiculositatem i impossibilitatē i fraudulentiā aperire i quedā de ipso seductore ⁊ audacissimo impostore machometo premittit i de gēte Ismaelitica i de nestoriano i Sergio monacho ipsius machometi preceptore i deq̧ Sarraceni sq vere sūt agareni: q: ex agar p Ismaelē orti sunt.

Postq̄ autē auxilio dei ostēdimus intelligentiaʒ litteralē: legis hebreorū in his in quib⁹ videbatur absurda et nullo mō cōueniēs sapientie tanti ,pphete nedū sapientie dei et declarauim⁹ omnes causas p̄ceptionis et ,phibitionis in huius: et hoc rationib⁹ exemplis atq̧ similitudi nib⁹. Et quia illis necessitas induxit ecclesiā dei: vt apud eaʒ pars huius ,phibitionis. ⁊ p̄ceptionis ppetuo staret: sicut ,phibitio stigmatū ⁊ characterū seu figurarum. Similiter augurioruʒ ⁊ somnium diuinationuʒ obseruationum que quolibet mō vergūt in idolatriā: ⁊ patefacimus insup: q: preter intelligētiā litteralē: in eadē lege est ois intellectus ad salutareʒ eruditionē ptinens: qui ex ea elici potest: non qui p q̄cūq̧ violentiaʒ l'rēq̧ repugnantiam eidem abusiue iponi potest. ¶ Huiusem̄ intorsiones scripture nō expositiōes eiusdē sūt: sed abusiue impositiones: et q: diuine bonitatis intētio fuit de scriptura sacra: vt ois intellectus salutaris eruditionis qui ex ea conuenienter: vt diximus elici posset in ea intelligeretur: ⁊ q: omneʒ huius intellectū ip-

Prohibitio characterum.

se intellexit eũ. Quẽadmodũ in omni creatura sua intendit oĩe bonũ qđ ex ea siue p eã puenire põt intẽtius. Et ppter oĩe illud bonũ creauit eam sic ⁊ ppter omnẽ hui⁹ intellectũ sacrã scripturaꝫ inspirauit aut edidit. ¶ Postq̃ inq̃ de his omnibus p ut de diuine largitatis dignatiõe excedim⁹ expediti sumus. Accedem⁹ iuxta pmissuꝫ ad destructionẽ deliramẽtoꝝ ⁊ insaniarũ machometi q̃ nomẽ legis intolerabili abusione vsurparũt. ¶ Hãc aũt abusionẽ induxit seducto pplo p ipm ⁊ insipiẽtiũ multitudo q̃ ipm vt pphetam ⁊ mendacissima figmẽta ei⁹ vt lege suscepit. Scito igitur i pmis hunc fuisse de genere abrae p ysmaelẽ q̃ institutor gentis arabum fuit vt dicit iosephus ⁊ ab ipso ysmahele gens arabum magnificanda accepit. Iuxta pmissionẽ dei dicentis ad abrahã. Genes. xvi. Filium ancille faciaꝫ in gentẽ magnã: q2 semẽ tuũ est. Et iteꝝ ad agar in eodem eiusdẽ. Surge ⁊ tolle puerum ⁊ tene manũ eius: q2 in gentẽ magnã faciã eum. Et iteꝝ eiusdẽ. xvij. Ad abrahã. Sup ismael quoq3 exaudiui te. Ecce bñdicam ei ⁊ augebo ⁊ multiplicabo eum valde duodecim duces generabit ⁊ faciã illum crescere i gentem magnam. ¶ Que pmissiones implende p pte videri possunt ex eo q legit. vij. Iudicũ de bello ꝯ madianitas. totus ille cũ exercitus madianitarũ de gente ismahel fuit ſm narrationem methodij. Ante tpa vero caroli magni adeo multiplicata est gens ismahelitaꝝ: adeoq3 dilatatũ regnũ ei⁹: vt ⁊ totã hispaniã sup iorẽ totã puinciã: totãq3 aquitaniã ⁊ fere vsq3 ad bituricã ⁊ andeganeñ. dioc: occuparent: donec misericors deus p pfatum pncipẽ vsq3 ad fines regnoꝝ hispanie q̃ xpianitas: nunc eo auctore obtinet bellis mirabilib⁹ ⁊ triumphis nobilibus eos expugnans diffugauit. In nouissimis vero diebus dixit pnominatus martyr filios ismahelis exituros de deserto tanta multitudine ⁊ fortitudine futuros: vt toti mundo dominent: ⁊ ipm regnum xpianoꝝ occupent ⁊ pplm xpianum peccata facientibus dira seruitute opprimant: ⁊ affligant aliquot annis: donec misericors deus pplm suũ respiciens visitet: ⁊ p regem xpianoꝝ: tunc futurum de tanta eripiat seruitute: subijciens versa vice filios ysmahelis xpiani ppli seruituti. ¶ Et hec erit summa ac nouissima gentis illius exaltatio ⁊ altitudo. Tanta eñ virtute opprimetur ⁊ affligetur a populo dei q de cetero non adijciet vt resurgat iuxta sepe nominati martyris narrationem. Incepit aũt pestis huius taꝫ ridiculose tãq3 perniciose secte tpibus eraclij imperatoris vacillante: tunc romano imperio ⁊ ad occasum vergẽte: barbaris nationibus illud vndiq3 multiplici rebellatione concutientibus regni a terrarum: iugum eius abijcientibus ⁊ se erigentibus cõtra illud a quo tempore vsq3 hodie: nec lacerari desijt: nec discerpi. Nec auteꝫ opinetis ipsum fuisse machometum philosophuꝫ qui vocatus est albategin. Huius enim librum de astrologia plato tiburtin⁹ ex arabico eloquio transtulit in latinum que liber illius nobilitas philosophica atq3 profundas solum nomẽ machometi ipsum habuisse: commune tamen homine illo: ne dicã rusticano: sed vt ait quidam verissime vaccino atq3 porcino comprobat euidenter. Absit enim vt tantus philosophus ita desiperet itaq3 peculariter sentiret. Creditur a nonnullis: quia iste machometus a sergio monacho nestorij heretici discipulo seductus sit: ⁊ in heresim illam ductus que ꝯtra diuinitatem domini nostri iesu christi blasphemauit. Naturam enim diuinam in christo domino: ⁊ in deo patre eternam generationem aperte ⁊ sepe negat in lege sua. Iste autem sergius postq̃ damnati sunt Eutices ⁊ nestorius magister eius in synodo constantinopolitana. pro eo scilicet q duplicem naturam in christo diuinam. scilicet. ⁊ humanam esse negabãt. Transtulit se in arabiam vbi vitam heremiticam simulans: ⁊ tãte religiositatis: ac sanctitatis appuit vt machometus ipm habere doctorem voluerit: ⁊ illum gabrielem archangelum iterdum vocauerit: abscondens ⁊ reuelare non audens: q insanias q̃s hoĩb⁹ deceptis tradebat ab homine didicisset. Has eñ pmissiones tenens gens ysmahelitarum ex traditione ysmahelis. Sperauit eas ſp in aliquo gentis sue adimplendas esse. Quẽadmodum gens hebreorum pmissiones factas abrahe ysaac ⁊ iacob. ¶ Methodius autem martyr in libello reuelationis sue q̃ facta est ei in remotione carcere: oranti ad dñm vt reuelaret ei de pmis ⁊ nouissimis mũdi ea que scripta in canone scripture: dicit istas pmissiones factas de ysmahele ipletas fuisse in machometo qui ⁊ machometh ⁊ blasphumo ⁊ narradasch vocatus est. Gens enim ysmahelitarum ⁊ regnum: gens arabum: ⁊ gens sarracenorum: sed nomen sarracenorum falso sibi vsurpant a sara tanq̃ filij sare per ysmahelem. cum tñ nihil cognationis: sed solũ adoptionem ad saram habent: sicut legitur Genes. xvi. Alij autẽ dicunt eos vocatos sarracenos a sarram ciuitate in qua pmũ vel maxime gens illa vel creuit vel dominata est. Vere aũt agareni sunt: qui ex agar per ysmahelem descenderunt. Hic ergo legis abrahe latorem se dixit: ⁊ ipm abraham sarracenum fuisse euidenter asserit i lege sua. ¶ Quoniam autem studiose predicauit vnum verum: ac solum deum esse: ⁊ idolatriam potenter in gladio: ac strennue exterminauit. Sodomiticam spurcitiam interdixit: ⁊ alia quedam honestauit ⁊ quedam inhonesta prohibuit. Multi de sapientib⁹ gentis sue crediderunt eum: ⁊ credunt adhuc verum dei: ac fidem fuisse prophetam. Et que iniqua videntur in lege eius: genti illi magis permisse: pro decipientia: ⁊ ruditate sua quam iniunxisse. Absurdaq3 ⁊ ridiculosa plurima in lege eius inueniuntur. Non dixisse: nec scripsisse: nec sensisse. sed magis ab inimicis veritatis partim inserta fuisse. Partim vero aut imperitia: aut negligentia discipulorum ipsius discordiaq3 ⁊ contradictiõe eorundem aut mutata esse aut aliter corrupta. Et de ista cõtradictione atq3 discordia multa leges in libello disputationum cuiusdam christiani ⁊ cuiusdam sarraceni. Qui tacitis nominibus suis de legibus suis disputant: vtroq3 legem suam defendente: ⁊ legem alterius impugnante. ¶ Omni modo enim improbabile est ⁊ procul a veritate videtur hominem qui se dei prophetam: eiusq3 legislatorem dicebat: atq3 ridiculosa deliramenta: tam spurca dogmata genti alicui tradere ausum fuisse nisi forte vel mente captus: vel alia occasione decipiens extiterit. ¶ Quia igitur ⁊ de vita eius ⁊ de gestis apud alios multa leguntur ⁊ preter intentionem esset pñtis ppositi. Q: etiam gens sarracenoꝝ istas isanias q̃s i lege eius legim⁹ venerant vt diuia oracula p dei pphetã ad se missa ⁊ seruat vt dei mãdata. Destruem⁹ eas oñdẽtes

Marginal notes (left): M — Deliramẽta machometa. — Machomet⁹ de genere abrahe. — N — Gẽs ismahelitica. — O — Secta machometi quando. — Alter machometus phũs. — Sergi⁹ monachus. — P

Marginal notes (right): Eutices et nestorius. — Q — Methodi⁹ — Sarraceni — Agareni. — R — S — Lex machometica

ridiculositatem eorū ꝛ impossibilitatem vidixim⁹. ¶ In hac ergo lege ꝛ mendatijs: multa vera inserta sunt. ꝛ malis bona ꝯmixta: vel malignitate fallēdi vcȝ: vt aut falsis ꝓpter vera crederent: aut vt mala ꝓpter bona reciperent. Cuius insipientiam immo vesaniam: cuius ꝓ̄sumptionem ꝛ ausum nemo potest intelligens non mirari.

¶ Ostendit primo machometum qui suis nō nisi carnalem felicitatem. scȝ delitias vite huius et maximas voluptates promisit: non intellexisse felicitatem future vite: quia cum cibos illis lautissimos ꝓmiserit ꝛ corporis nutrimenta delicatissima: nihil aliud ꝓmisit ꝙ̄ laboriosum ꝛ miserum cōflictum contra ruinam: ac defectionem corporis et subtiliter argumentatur: ꝙ desideria cum delitijs crescunt: ꝛ ꝙ spirituales delitie non possunt carnalibus copulari.

T Paradisus machometi.

licet affectui vel damnabilia velle vel salutaria nõ velle. Ita non licet intellectui impia falsa credere vel salutaria vera non credere: quare nec error nec ignorantia aliquem excusat vnq̄ a perditione om nino ¶ Amplius. si non minus tenetur deo in suis operationibus intellectus humanus ꝙ affectus. (Intellect⁹ non minus deo confor mis esse dz ꝙ affectus) Nunq̄ autem licet affectui amare contrarium deo vel eis que eius sunt. Sic nunq̄ licet ei vel amare ei contraria vel non amare ea que eius sũt: quare nunq̄ licz itellectu credere cõtraria ei vel eis q̄ ei⁹ sunt. Similiter non licet credere ipsum vel ea que eius sunt qḋ enim est non amare in affectu hoc ē nõ credere siue nõcognoscere in intellectu. ¶ Ampli⁹ (x) si ignorantia vel error accusaret cum omnes peccã tes errẽt ⁊ ignorẽt: ⁊ tãto ampli⁹ q̃nto ampli⁹ peccãt oĩa peccat a essent excusabilia: ⁊ maiora magis excusa bilia quanto maiores errores et tenebras peccan tibus contingunt. ¶ Uides igitur quoniam ad hanc dementiam tandem deuenerunt vt liceat vnicuiq̧ credere vel discredere quicquid voluerit: et nullam esse legem positam intellectui: quare nec affectui: ⁊ propter hoc nullam legem tenẽdã es se simpliciter: q: quelibet potest teneri licite secun dum eos et contra quelibet fieri: Si enim error et ignorantia vbiq̧ excusent ex quo sequitur nihil es se virtutem nihil vitium simpliciter: quia credenti de virtute quia sit vitiũ aut econuerso: erit virtuo sum agere contra virtutem vel scḋm vicium simili ter erit virtuosum. immo religiosũ sit vnicuiq̧ cre dere secundum credulitatem suam: quantuncũq̧ ĩ piam vel erroneam. ¶ Amplius. Scḋm hoc nul⁹ errabit vel credendo vel operando: cum credendũ sit vnicuiq̧ qḋ credit et operandum qḋ operat̃ se (y) cundum credulitatem erroris sui. Iterum eque co (Absurdum) letur deus secundum hoc vitijs ⁊ virtutib⁹ ⁊ eque cõpositi erunt mores viciosi: et iudicio dei eq̄ lau dabiles quin eque remunerabiles postq̄ nõ refert quid agat vnusquisq̧ vel qualiter: sed solummodo quid credat se agere vel intendat aut qualiter per hanc viam eque colenda erunt idola vt deus altis simus si credãtur equaliter esse colenda: et merito (Lex intelle ctui posita) rie atq̧ religiose negabitur deus si credatur eē ne gandus. ¶ Appet igitur tibi manifeste ex hiis intel lectui positam esse legem ⁊ limites in operationi bus suis ⁊ limitatum ei esse qḋ credere eidẽ vel di scredere: et iterum non credere vel ignorare liceat. Et iterum interdum ignorantiam eē dannabilem videlicet in quibusdam ignorãtis. Similiter ⁊ cre dulitatem quorundam dãnabilem eē et impiam: ⁊ propter hoc neutram excusare a tota damnatione eos quos inuoluerit: Fortassis aũt excusat a tãta. Nõ enim tm̃ peccare videtur qui erranter vel igno ranter male agit: quantũ qui scienter vel cõtra cõ scientiam. Q̄ aũt quibusdã visum est: q: si aliqua (Nota) mulier viro nesciente intret lectum ipsius ⁊ cogno scat eam cum credit eē vxorem suam maxie de no cte: q: non peccat excusatus per hm̃oi errorem vel ignorantiam: alioquin tenerentur viri accendere lucernas media nocte: et diligenter conspicere at q̧ pbare an essent vxores sue quas iuxta se inueni rent. Q̄ q: consuetum nõ est fieri nec leue videtur ad faciendum. Dixerunt q: in hm̃oi casu excusat⁹ est vir: nisi forte in muliere adeo notabiles: adeoq̧ euidentes sint differentie vt ipsum nisi omnino ebri um aut dormientem errare nõ sinant. Quemadmo dum si vxor sit mulier gracil modiceq̧ stature. Sup posita vero sit gigãtee magnitudinis aut multe pi guedinis multeq̧ corpulentie. In hoc quippe casu nullomodo licitum est errare vigilantibus viris. (Opinio guillelmi) ¶ Nobis autẽ videtur aliter sentiendum quia nisi culpa aliqua viri hoc impediat auertet de⁹ cor ei⁹ ne cognoscat mulierem sic iuxta eum iacentẽ: ⁊ hoc vel infrigidando eum vel aliquam cogitationem immittendo. vel aliter ipsum occupando: vel ipam mulierẽ terrendo: ita vt ide habeat vel aliq̄ alia via. Modi aũt et vie innumerabiles omnipotenti deo propitiissime sunt ad custodiendum quos voluerit custodire. Custodit ergo dominus diligentes se: si cut legitur in psalmo. Et iterum prouerbiorum. ij. Custodiet iustorum salutẽ et proteget grãdientes simpliciter. Et cum hoc aũt per similitudinem ma trimonij spiritualis euidenter ostendi põt. Appet (Similitudo z) enim interdum lucifer diabolus in specie dñi salua toris. ⁊ etiam cuidam appuit nostris tẽporibus in specie crucifixi. Querimus ergo si adorasset eũ (Questio) pro domino saluatore: vtrũ esset excusatus p igno rantiam in hoc adulterio spirituali. Si eñ vir su scipiens ad amplexum carnalem adulteram credẽs eam esse vxorem suam. Sic et mulier suscipiẽs ad (A simile) ulterum: credens eum esse maritum suũ excusatur p huiusmodi errorem pbabilem: ergo ⁊ in spiritu ali adulterio est excusata anima fidel errore proba bili inducta suscipiens adulterum diabolũ pro xp̄o sponsa ad amplexum orationis et ad omnia alia q̄ sunt honorificentie diuine et cultus. ¶ Sequit̃ etiã (A) ex hiis q: talia non solum excusabunt excusabiliter: sed meritorie fieri possunt videlicet si causa reddẽ di debitum cognoscat alienam: et ex charitate: cũ omen qḋ non est peccatum fieri possit ex charitate. Poterit igitur adorare diabolum aĩa fidelis ex a more quã habet ad xp̄m ita seducta pbabili erro re vt diximus: quare meritorie poterit seruire dia bolo cum genere idolatrie. ¶ Iuxta viam istã ⁊ sequitur pmissam opinionem (B) vt pie et fideliter atq̧ remũerabiliter possit crede re maiorẽ ptem omniũ heresum. ¶ Si eñ licet ma rito cõmisceri adulterio. per supradictũ errorẽ vel ignorantiã. licebit et intellectui hũano falsitatem adulterinã heretirã scilicet p salutari catholicaq̧ veritate quasi sponsam ipius p silem errorem ⁊ i gnorantiã admittere ad copulã spiritalem q̄ copu la non ē ibi aliud ꝙ credulitas siue fides. Quare poterit intellectus humanus credere multos erro (C) res impietatis. ⁊ hoc pie et fideliter atq̧ remũera biliter cum crediderit eos eē articulos fidei. ¶ Il (Opinio guillelmi) lud igit̃ potius nobis videtur qḋ etiã diuine pietati magis consonũ. vt vbi inuincibilis ē ignorãtia qḋ est vbi nõ habet hõ de hũana ratione qḋ faciat ibi ipso: et diuinum auxilium ⁊ nõ temere se pcipitet: totum pertinet facere ad deum: vbi non habet hõ quid debite faciat: verbi gratia. Si in eam figurã vel formam se trãsfigurauit lucifer: in qua nõ pos sit aparet homini per quod non videatur christus neq̧ aliquid per quod dinosci valeat nõ esse chri (Deus pro p⁹ auxilia tor) stus solius dei est hoĩm custodire: nec aliud ibi ho mini relictum est nisi diuinum auxilium implora re. Nusq̄ aũt dubitandum est quin p̄sto sit auxilia (D) tor deus pie inuocantibus ipsum et etiam non inuo cantibus nisi culpa eorum obstiterit. Quare in p̄ misso casu dicimus: q: deus auertet cor hominis.

et ab ipietate adorfois diaboli: τ ab ipietate erroꝝ
q̃s posuim⁹ nisi culpa eoꝝ hoc ipedierit. Nec cogi
Loth mur dicẽ q loth cognoscendo ꝓpᷓs filias sꝫ ignorãt
nõ peccauit. Aut iacob cognoscendo lyã credẽs se
Jacob cognoscẽ rachelẽ. sicut neqꝫ Judas patriarcha qui
Judas patriarcha credens se cognoscere scortũ: nurum suam thamar
cognouit. Peccare enim potuerunt iacob τ loth.
Sicut enim loth inebriari potuit: et iudas fornica
ri sic et iacob. Excusãtur em̃ per ignorantiam a [illegible]
to: sed non a toto vt dici solet. Hoc est nõ vt omino
non peccauerint sed vt non tantũ. Qꝫ ergo querũt
de multitudine damnatoꝝ ad q̃d eam deus crea-
uerit: certuꝫ est: q2 ex diuitiis bonitatis sue eã crea
uit: τ quia multa τ magnifica bona eis cõtulit: pe-
nas vero vel tormẽta nisi meritas atqꝫ iustissimas
nulli vnq̃ intulit nec in posterũ illaturus est. ¶ Ap
paret ergo tibi ex his quia iusticia dei causa est dã
nationis eorum vtiqꝫ efficiens: qua nullo iustior ex
cogitari potest. Mala vero eorũ merita causa sũt
qualis materialis predictionis ipsorum quib⁹ iu
stissimo iuditio et laudande in omnib⁹ iusticia dã-
natio illa redditur. ¶ Qꝫ autem tam multi sunt
qui damnentur: et tam pauci qui saluentur. et in
E naturalibus et moralibus similitudinem expssam
Vilioꝝ maior copia q̃ p̃ciosoꝝ inuenis. Viliorum enim et ignobilium maior sem
per est multitudo q̃ p̃ciosorũ atqꝫ nobiliorũ: vt fer
ri: plumbi: q̃ auri τ argenti: et lapidum ignobiliũ
q̃ gemmarũ: similiter quercuũ q̃ cedrorũ vel pal-
A marum: eodẽmodo stultorum hominumq̃ sapien-
tum: et malorum q̃ bonorũ. Vides etiam in tanta
multitudine hominuꝫ paucos de illis reges vl' pn-
cipes: et tam modicorum tanqꝫ ignobilium regno
rum vt sunt temporalia. Quãto fortius ergo mira
ri non debes si paucis largitur p̃clara ac nobilissi
ma regna celestia? ¶ Amplius. Cũ taꝫ raros vide-
as qui regna celorũ appetant vl' qui curẽt: tã mul-
tos aũt qui ab eis se auertunt et contraria sectan
tur: ꝓpter quid mirareris si tam pauci ꝑueniunt: taꝫ
multi nõ ꝑueniũt ad illa. ¶ Amp. Si videres de cẽ
tum partibus generis humani nonagintanouẽ to
tis studiis ac viribus currentes per viaꝫ que ducit
F ad mortem: paucos vero contrario currentes ꝑ vi
Multitudo perditorũ am que ducit ad vitam: nõ mirareris si magna illa
multitudo tota deueniret in morteꝫ: τ sola illa pau
citas peruenIret ad vitam? Sic τ considera tantaꝫ
multitudinem ꝑditorũ: et videbis eam festinanteꝫ
ad mortẽ: econtrario vero paucitatem electorũ fe-
stinantem ad vitã. Quid igitur mirũ est: si vnusqs-
qꝫ hominum ad finem peruenit ad quem totis stu-
diis ac viribus tendit: multitudo namqꝫ perditorũ
hominum in via vite illi⁹ multitudo stulta est τ vi
tam fugiens τ in mortẽ se precipitans: et in stagnũ
ignis et sulphuris se iniiciens atqꝫ in mare τ abyssũ
eternarum amaritudinum se demergens. Qꝫ in ba
Iniqtas põderosa ratrum infernale vnusquisqꝫ cadit: de ponderosita
te est proprie iniquitatis: q sursum ad sublime scꝫ e
terne beatitudinis aliqui trahuntur: de virtute est
omnipotentis diuine bonitatis. At quid inqui-
unt sustinet diuina bonitas tantã stragem hominuꝫ
quos creauit. an delectat euꝫ tanta carnificina tor
mentorum infernalium? Respondemus quia nihil
extra ipsum delectat ipsuꝫ ꝓprie. τ q2 placent ei tor
menta malorum: et quia bona: aut vt pote creatu-
re eius. et propter pulchritudineꝫ iusticie que i eis
inestimabiliter τ miranda est: τ laudanda: quã tan-

to delectabilius intuebuntur sancti in patria q̃
hic eã cogitant vel audiant: quanto maior erit eis
ibi amor iusticie atqꝫ cognitio q̃ hic. Similiter et
quãto maior videbitur ipsa diuine iusticie magni
tudo. ¶ Ex quibus tribus per locum a ꝓportione
ex necessitate consequitur maius esse futuruꝫ gau
dium ibi de aspectu seu intuitu pulchritudinis di-
uine iusticie q̃ ibi lucidissime conspiciet q̃ eẽt gau
dium ex omnibus gaudiis si cõflarẽtur in vnũ. om
ne enim gaudiũ et omnis delitia ꝓ magnitudine a
moris que in euꝫ est: et pro magnitudine cognitio
nis que de deo est atqꝫ pro magnitudine ipsi⁹ dele-
ctabilis magnũ est. Quia igitur tria hec in patria
ac tria sunt ꝓportionabilia seu respondentia hic. τ Gaudium diuine iusticie
in via infinita sunt id est supra omnẽ proportioneꝫ
maiora. Necesse est gaudium ex his in patria eẽ in I
finitum ad gaudiũ ex cõparatione ꝓportionabili-
um eorum in via. Tunc enim posuerimus duo de- Nota
lectabilia: τ duos amores: duasqꝫ cognitiones siue
perceptiones eorũ proportionabiles videlicet. vt
sicut amor p̃mi delectabilis ad amorem secũdi. ita
et cognitio siue ꝑceptio p̃mi ad cognitionem siue ꝑ
ceptionẽ secũdi. Et ipsum p̃mũ delectabile si'r se
habet ad scd'ꝫ erit necessario. vt si super oẽm ꝓpor
tionem amor et ꝑceptio p̃mi delectabilis sunt ma-
iores q̃ amor τ ꝑceptio secũdi gaudiũ ex p̃mo se-
cundum amorẽ τ ꝑceptionẽ p̃mi erunt sup omnẽ ꝓ
portionẽ maius gaudio qd' est hic et secũdo. s'm a-
morẽ τ ꝑceptionẽ ipsius i via: verbigratia. Prim ꝫ Primum delectabile
delectabile ẽ [illegible] quod apparebit de pulchritudie di
uine iusticie in patria amor in ipsũ et ꝑceptio siue
cognitio ipsius p̃me sunt amor diuine iusticie et ꝑ-
ceptio eiusdẽ sunt in patria. Secũdum vero dele-
ctabile est illud qd' appet hic de pulchritudine diui Secũdum
ne iusticie. Secũdo vo amor secũdaqꝫ cognitio si-
ue ꝑceptio sunt amor atqꝫ ꝑceptio diuine iusticie q̃
les sunt in via. Jam autẽ alibi didicisti quia eoꝝ q̃
sunt patrie seu glorie ad [illegible] que sũt vie nulla est cõ
paratio in magnitudie seu intẽsiõe: q̃re amoris ad Nota
amorẽ τ cognitionis ad cognitionẽ nulla erit cõpa
tio Silr neqꝫ ei⁹ qd' appebit de pulchritudine diuie
iusticie i patria ad id qd' d' eadem appet in via: quẽ
admodũ nec eius qd' apparebit tũc de diuina mise
ricordia ad id qd' de eadem nunc appet in via et ita
de aliisque deisunt. Declaratũ igit' est tibi hec q̃
delectabil' et q̃ miranda erit diuine iusticie pul-
chritudo τ carnificina tormentoꝝ infernalium etqꝫ
gaudio inenarrabili τ omnino gaudio mũdano in
inferiora maiori delectabit electos. ¶ Fiet aũt eui
dẽtius qd' dicimus litteraꝝ designatione. ¶ Nomi
nemus igit' id quod apparebit de pulchritudine iu
sticie in patria: amorẽ vero atqꝫ cognitionẽ eiusdẽ Justitia diuina.
quales erunt ibi vocemus a τ b gaudium vero qd'
erit ex d. p a et b. vocemus c. Et ad hunc modum
hoc quod apparet hic de pulchritudine iusticie no
minemus h. e vero τ f. amorem atqꝫ perceptio-
nem siue cognitionem h. quales sunt in via. g vero
gaudium quod est h. per e et f. vides igitur quia d
ad h. nulla est proportio seu cõparatio in magni-
tudine seu intentione. proportionales autẽ sunt a
τ b ad c. id est similiter se habentes vt e τ f ad g.
Quare permutatim proportionabiles erũt: sicut
igitur a et b ad e. τ f. ita c ad g. Cum in infinitũ ma
iores sũt a τ b. q̃ e τ f. in ifinitũ maio⁹ erit c q̃ g. De
bes aũt scire q2 a τ b τ c e q̃lia sunt. τ generalis obs

apprehensiones. suis affectionibus erūt equales
ī patria. vt cognitio vniuscuiusq; ibi et amor eius
ex illa cognitione ibi erūt eq̄les. Similiter ⁊ gau-
diū omni cognitioni et amori ex quib⁹ erūt erit eq̄-
le. Et hoc quoniā vnaqueq; virt⁹ aget actū suū ibi
in vltimo pfectiōis sue. et iō act⁹ et virtutes equa
les erūt ibi inuicē. hoc ē omnis actus sue virtuti ⁊
ecōuerso. Ex his ergo que diximus manifestū esse
tibi debet: quia laudāda est diuina bonitas in hoc
q̄ ⁊ malis ⁊ reprobis preter esse ⁊ vitā. aliaq; bona

Bonitas dei

naturalia ⁊ innumerabilia: gratuita ⁊ temporalia
largitur. Q; autē ampliora nō pstat. nō ideo hoc

R

ē. quia ipē manū sue retrahat largitatis. sed quia
ipi man⁹ suas aliīs occupāt aut quo min⁹ recipiāt
auertunt. Sicut q̄ lumen solis sup multos nō cadit
⁊ eos non illuminat non ex eo est q̄ sol radios suos

Silitudo

retrahat: sed quia ipi a lumine eius se auertunt.
¶ Si quid igitur extra semetipm omnipotentē deū
delectare potest in tanta multitudine magnitudine
q; tormentorum infernalium eo modo quo fas est
delectationem de ipso cogitare: cur nō delectet eū
admiranda ibi pulchritudo iusticie sue. Similiter
et gaudium electorum suorum p dei iusticia: vez q̄
erit eis magnum p magnitudine cogitationis et a
moris ipsius iusticie nec non p misericordia ei⁹ qd
de ipsa tunc apparebit. Deinde non nisi dimidiam
bonitatem suaz impleret deus si iusticiā et in ma-
los non exerceret: quasi eniz due partes diuine bo

Mia ⁊ iusticia ptes diuine bonitatis

nitatis sunt: sicut partes ibi cogitari fas est: mise-
ricordia et iusticia videlicet secundum affectū tm:
cum bonitas diuina impartibilis sit secunduz se in
vltimo impartibilitatis: secundum hunc errorē igit
aut esset apud deum occiosa misericordia: aut iusti
cia enormiter diminuta. Qd aūt mirātur eternita
tem penarum infernalium insipientes et incredu-
li inde est: q2 solaz immēsitatez misericordie dei cō
siderant: ⁊ magnitudinē iusticie eius non attendūt
Cum eñ nec minor nec min⁹ eterna sit dei iusticia
q̄ eius misericordia: nec minor nec minus eternus
esse debet ipsius effectus in damnandos et punien
dos: q̄ effectus misericordie in saluandos et beati
ficādos. Qua propter sicut salus ⁊ beatitudo eter
ne erunt in predestinatis: ita dānatio ⁊ penalitatis
miseria eterna erunt in reprobis. ¶ Amp. mouet i
sipientes et incredulos q̄ peccatum momentaneū
est: et ad modum breuis perpetratio ipsius. Qua-
liter inquiūt iusta potest esse pena eterna pro eo il

Pcti natura

lata. In quo manifestum est eos nō cognoscere na
turam siue essentiam ipsi⁹ peccati. ¶ Peccati eñ

Sex cōparatiōes

ipsius ppetratio: vulneratio spiritualis est ex vna
sui cōparatione. Tu añt nosti q2 non est mirum si
ex vulneratione breuissimi temporis vulnus mul-
te durationis aut etiam mors que quantum in se ē
perpetua est et finem non habens relinquit. ¶ Ex

Cōpatio

alia vero sui cōparatione peccati ppetratio casus
ē in profundū. Et in hoc exemplo etiam notum est
tibi. q2 nihil obsistit quin casus hui⁹ breuissimo tē
pore fieri possit: et tamen multo tempore vel absq;

Compatio

exitu remanebit ī profūdo qui sic cecidit. Ex tercia

N

etiam comparatione ipsa peccati perpetratio: si-
cut furtum est: aut rapina spiritualis vel sicut ali-
quid ex maleficiis forinsecis. Et non miraris neq;
ipsi etiam mirantur quin mutilatio vel mors que
pro illo iuste secundum leges seculares infligit p-
petua sit: et quod non est sanitas a mutilatione in

vita ista nisi resurrectione a morte corporis vl' mi-
raculo diuine virtutis. Ex quarta vero compara-
tione peccati perpetratio: ligatio ē seu vinculatio

Compatio alia

peccantis. Natura aūt viculationis est vt breui tē
pore fiat Uerum eiusdem natura est vt tādiu liga-

Q

tum teneat q̄diu vincula ipsa insoluta durauerit
et indirupta. Ex quinta quoq; cōparatione pecca
ti perpetratio quasi contractus est et emptio infer

Item alia

nalium tormentorum: nec nō ex venditiōe qua pre
cio breuis voluptatis se ipsū tam anima q̄ corpore
vendit insanus peccator. Cui autem dubium: quin

Peccati ppetratio velut cōtract⁹

ex venditione ⁊ emptione: quantūcūq; breui tēpo-
re fiant illa: ius perpetuum rei empte acquirat em
ptori et q̄ trāsferatur res empta ppetua alienatio
ne et venditione. Ex sexta etiaz cōparatione pecca
ti perpetratio sicut extinctio lucerne est. Lucet eñ

P

salutari cognitione: et ardet vitali seu viuificadile

Itē alia

ctione peccator antequā peccet: peccando vero quasi
in spurciciā peccati se demergens semet ipsum exti
guit. ¶ Attende igit sex istas cōparationes quas
diximus ⁊ videbis non solum leuem sed ⁊ intolera
bilis stulticie āmirationē incredulorū in his. Mi-
rantur eñ q̄ ex vulneratione breuissimi temporis
remanet vulnus perpetuum vel mors: q̄ cadens in
pfundum diutius in eo remanet hoc est lōgiori tē-
pore q̄ fuerit casus eius Similiter q̄ plus est tem
pus mutilationis seu suspendii furis q̄ temp⁹ fu-
rationis. Similiter mirabile eis videtur q̄ deten-
tio alicuius in vinculis lōgioris tpis ē q̄ ipsa liga
tio. Similiter et qd aliquis habet ius in re empta
nisi tanto tēpe q̄nto durabit emptio. Et q̄ lucerna

Amplior declaratio Q

non potest vel debet maiori tempore remanere ex-
tincta q̄ fuit tempus extinctionis sue. ¶ Hec autē
omnia q̄ leuiter quāq; insipienter dicātur p se eui
dens est. Addemus autē tibi ⁊ alia per que diuina
iusticia perpetuitate suppliciorum infernalium et
lucidius declaretur. ¶ Manifestum enim est per se
quia qui addit super peccatum impenitētiā seu cō
tumaciam: addit de iure ⁊ penam: ⁊ iustissime q̄tū
durat in vno quoq; dei iniuria: tm in eodē durat ⁊
pena. ¶ Quia igitur existentes in inferno sup pec-
cata sua etiam addunt impenitentiam ⁊ contuma-
ciā nunq̄ penitentes: nec vnq̄ penitere volentes: q2
cum semper durat in eis dei iniuria id est peccatū.
quare sēper merito durat et eis pena: ⁊ de iure etiā
meritorum ipsorum: qm propter additionē contu-
macie addi posset eis et pena: tandiu eñ durat in
vno quoq; dei iniuria: que non est nisi peccatum q̄

Apud inferos nulla penitentia

diu idem non emendatur. Alibi autē declaratū est
q2 nec penitentia nec emendatio aliqua apud infe
ros est. ¶ Amp. Quanto minus bonum est deo qd
ei fertur: siue ppter qd ipse deseritur: tanto maior
ei contumelia irrogatur . Quia igitur omne qd
est: vel esse potest in infinitum minus bonum est ip
so quicqd ei preferatur: aut pro quocūq; alio de
seratur infinita ei contumelia irrogatur. In omni
autem peccato mortali aliquid ei pfertur: et pro il
lo deseritur: quare omi peccato mortali īfinita deo
contumelia irrogatur. ¶ Hoc aūt est manifeste vi-
dere ex proportionibus. Si eñ pferret deo duplo
minus bonum q̄ ipse sit: aut quanta ei cōtumelia
irrogaretur. Si autē quadruplo minus bonum ei-
dem preferretur duplo maior iniuria eidē erroga-
retur: ⁊ ita in infinitum. Quia igitur non est repe-
rire aliquid quod non sit eo in infinitum minus bo

nū manifestum ē: q2 quicquid ei preferat aut ꝑ ꝗ
cūqȝ alio deferat infinita ei cōtumelia siue iniuria
irroget. ¶ Iā igit̄ declaratū est tibi: q2 oīs peccās

Infinitā penā infinite iniurie debetur

mortaliter infinitam ꝯtumeliam vel iniuriā irro-
gat deo. Infinite aūt iniurie vl̄ contumelie infinita
de iure debetur pena ⁊ hoc aut intelligit̄ infinita du-
ratione ⁊ ita declaratū est qđ intendebamus pro-
positum ¶ Cum enim omnis virtus hūana adagē-
dum ⁊ patiēdū finita esse videatur. non videtur ei
posse infligi infinita in acerbitate pena. Quapro-
pter īfinitate durationis compēsabitur et necessi-

Aduerte

tate acerbitatis infinitas. ¶ Amplius. Equales sūt
ex necessitate pena finite acerbitatis ⁊ īfinite dura-
tionis. ⁊ pena finite durationis ⁊ infinite acerbita-
tis. Ponamus eñ ꝙ pena infinite acerbitatis ⁊ fi-
nite durationis sit pena vnius diei vel āni. ⁊ suma-
mus ex altera parte penā eiusdē īfinite durationis
sed finite acerbitatis. ⁊ nominemus ꝑmā a. scdam. b
Dico igit̄ ꝙ a ē in infinitum maior ꝗ b. intentione
scilicet in acerbitate et hoc est qm̄ a. infinities cōti-
net b. In infinitum eñ magis punitur qui punitur
a ꝗ qui punitur b. Quare ī infinitum magis puni-
tur ꝗ punitur vno a ꝗ qui punit̄ duob9 b: et similit̄
ꝗ qui punitur trib9 b et ita in infinitum. Quoniā
si non est ꝓportio vnius a ad vnum. b nō erit ꝓpor-

Nota

tio vnius a. ad quotcūqȝ. b. Quotlibet enim. b. cer-
tam habet ꝓportionem ad vnum b. sicut centupla
et mille millecupla aliis. Quia igitur ꝓportio ex-
tremorum semper cōponitur ex ꝓportionib9 inter
mediis si esset ꝓportio vnius a. ad q̄cunqȝ b. sicut
proportio certa ad vnū b composita: ex ꝓportioni-
bus quarum altera esset vnius a ad illa b et altera
essȝ illorum b ad vnum b. Ut autem ista euidenti9
videas Ponamus vnū hominē puniri vno a ⁊ aliū
vno b. Manifestum est quia qui punit̄ vno a in infi-
nitū plus punitur ꝗ qui punitur vno. b. Eodē mo-
do si duo homines punirētur duob9. b Uerum essȝ
ꝙ ī infinitum magis puniretur qui vno a puniret̄
ꝗ illi duo simul sūpti. Eodē modo et ꝗ tres simul
sumpti. et ita in īfinitum. Quare qui puniret̄ vno
a. eque puniretur vt infiniti īfinitis b. ¶ Non refert

Acute disputat

autem vtrū simul intelligatur infinita b. aut ꝑ suc-
cessionē. Equalia enim sunt siue successiue ordina-
ta siue simul ītellecta. ¶ Quia ergo successiue ordi-
nata infinita sūt b: sūt vnā pena ꝑpetua manifestū

Alia ꝑsuasio

est quod diximus. quia ꝓ vno quoqȝ peccato morta-
li debetur pena infinita duratōe. Amp̄. Si aliquis
peccaret ī aliquē equalē sibi ꝓculdubio aliquātū
peccaret in eū. E si idē vl̄ sīle pcm̄ ꝯmitteret ī ma-
iorem magis: et quanto in maiorem tanto magis
verbi gratia. Si in sacerdotem suū magis ꝗ si in
equalē. Et iterum in archidyaconum grauius. ⁊ de-
inde in episcopum: et ita de gradibus superiorib9.
quare manifestū est: quia q̄to in maiorē peccatur
tanto magis. Quare si in infinitum: et in infinituȝ
magis. quia igitur deus in infinitum maior est
quocunqȝ alio: in infinitum magis peccatur: quo-

Gradus et circūstātie ꝑsonales

tiens peccatur in deum ꝗ peccetur in homine eo-
deȝ genere peccati: verbi gratia. Si occidetur de-
us: ⁊ occiditur homo qui non est deus. In infinitū
magis peccatum est occisio dei: ꝗ occisio hominis.
Eodem modo si cōspuitur deus et conspuitur ho-
vel percutit̄ vel vulneratur. Quare si cōtemnitur
deus ⁊ contemnitur homo: vel offenditur deus ⁊ of-
fenditur homo: in infinitum maius peccatum ē tā

offensa ꝗ cōtemptus dei: offensa vel contemtu ho-
minis. Quia omni peccato mortali offenditur et
cōtemnitur deus. quia eius mandatum et volūtas
preteritur. Manifestum est omni peccato mortali
in deum infinitum peccari: vel saltem in infinitum
magisqȝ peccaretur in hominē si homo offenderet̄
vel cōtemnetur. Quod si dixerit quis: q2 nō ex hoc
ostensum est: ꝙ ideo omnis offensa dei vel iniuria
infinita sit. Non eñ sequitur si a est in infinitū ma-
gis b. vel si a cōtinet infinita b qđ ideo a sit īfinitū.
Omnis enim linea est in infinitū hoc est supra oēȝ
ꝓportionem maior omni puncto vel omnis linea

An oīs offēsa dei sit infinita

continet super omnē ꝓportionem atqȝ infinities
quodlibet pūctū vel infinita puncta: nulla tamē li-
nea est infinita. Sic offensa et iniuria dei licet cōti-
neat infinities similem offensam vel iniuriam ho-
minis siue in homine: non tamem est infinita: quo-
niam non est aggregata siue cōposita ex illis: sicut
neqȝ linea ex punctis. Et reuera omne qđ cōtinet
infinita causata cōtentione siue cōtinētia aggrega-
tiua siue totali: hoc est qđ cōtinet ea vt totum ptes
⁊ vt aggregatum ex illis: ex necessitate est īfinituȝ.
Sed dicetur forsitan ꝙ offensa siue iniuria dei nō
est totum ad offēsas siue iniurias hominis neqȝ ad
aggregatum ex illis. Uerum nec per hanc viam ef-
fugit nec minus ꝓpter hoc necesse habet concede-
re perpetuitatem penarum: cum enim pro offensa
vel iniuria dei debebuntur infinite tante aut finite
Uerbi gratia. Esto ꝙ pro aliqua offensa vel iniu-
ria hominis debeatur pena vnius diei. et nomine-
mus illam a cum offensa dei sit in infinitum maior
offensa hominū de qua agitur. Proportionabiles
autē sint offense siue iniurie et pene eis debite: erit
ex necessitate pena debita iniurie vel offense dei in
infinitum maior a: quare etiam duobus a: et trib9
et ita in infinitum: erit igitur equalis infinitis a si-
milis sūptis vel maior illis. Infinita aūt a simt sū-
pta non sunt nisi pena infinitorū dierum siue pena
ruȝ: hoc aūt nisi pena perpetua: quare pro omni of-
fensa dei mortali debetur ex necessitate pena ꝑpe-
tua. ¶ Amp̄. Obligatiōes ⁊ trāsgressiōes sēp eq̄-
les sūt ⁊ sp̄ ꝓportionabiles. Quicūqȝ ei eq̄lit̄ tenēt̄
ad aliquid: equaliter peccant non faciendo illud
⁊ qui duplo magis tenetur ad aliquid ꝗ alius ⁊ du-
plo maius peccat non faciendo illud. Similiter ⁊

Proportionabiles

qui triplo vel ꝗ quadruplo: ⁊ ita in infinitū. Qua-
re que est proportio generaliter obligationis ad o-
bligationem: ea est transgressionis siue obmissio-
nis ad transgressionem siue obmissionem. Simili̇r
proportionabiles sunt culpe ⁊ pene: ita vt genera-
liter que ꝓportio culpe ad culpam: ea sit pene me-

Questio ꝺ obligatiōe ꝗ deo obedire cogimur

rite seu debite ad penam meritaȝ seu debitā. Que-
rimus ergo vtruȝ obligatio qua quis tenetur deo
obedire atqȝ seruire sit finita an infinita? Q5 si dixe-
rit finita destruitur illud duob9 modis. Primū q2
non est finitum: q2 aut intransibile est debitum: aut
transit et transit seruiendo. Quia igitur debituȝ si-
ue obligatio de qua agitur non est soluendo: hoc ē
obediendo atqȝ seruiendo transibilis: consequens
est ex necessitate vt non sit finitum. Ratio eñ finiti
transibile est: sicut et rō infiniti intransibile. Q' ât
impossibile sit transiri vel transire huius debitū in-
de manifestum est: q2 si transiret vel transiretur in
aliqua creatura: necessario ꝑficeretur eius transi-
tus in aliqua hora vel instanti. Esset igitur tunc ꝑ

fecte per transitũ huius debitũ vel obligatio. Ni-
hil igitur restaret de illo vel illa: esset ergo huius de
bitũ perfecte solutũ quare debitor ab illo essꝫ pe-
nitus absolutꝰ. Non igitur esset ampliꝰ debitor in
aliquo creatori. i aliquo inꝗ. nec inobediẽtia nec
in seruitio aliquo. Contingeret igitur scd̃m hoc ali
quã creaturam posse liberari omnino a seruitute
creatoris ⁊ a debito obediendi atq̃ seruiendi eidẽ.

Nemo omnino liberatur ab obedientia et seruitio dei

Hoc autẽ est manifeste impossibile: vt sit homo vel
angelus q̃ nõ teneatur obedire vel seruire creato-
ri. ⁊ qui eousq̃ eidẽ seruierit. vt ampliꝰ seruire ei
non teneatur. ¶ Amplius. Si finita est obligatio q̃
vnusquisq̃ tenetur deo obedire atq̃ seruire: ⁊ fini-
ta est obligatio q̃ vnusquisq̃ tenetur cuicunq̃ aliũ
hominum obedire atq̃ seruire: erit ex necessitate
certa comparatio seu ꝓportio alterius ad alteram:
cum sint eiusdeꝫ generis: quẽadmodum omnia de
bita pecuniaria incõparabilia ad inuicem certa cõ-
paratione et proportionata inuicem. Similiter ⁊
debita similium seruitutũ. Debita igitur siue obli
gationes de quibus agimus qm̃ similia sũt videlꝫ
obediẽtiarum atq̃ seruitiorum: erunt certa pro-
portione cõparabilia. Erit igitur vel dupla vel tri
pla vel cẽtupla ꝓportio alteriꝰ ad alterã. Ponamꝰ

Exemplũ

igitur exempli gratia ꝙ debitum quo quis tenetur obe
dire deo sit cẽtuplum ad debitum quo q̃s tenetur obe
dire patri suo vel magistro in eodem mandato. Et vo
cemus debitum quo tenetur obedire deo a: ⁊ aliud
alium debitum nominemus b: qꝛ igitur a est centu
plum ⁊ b erit ex necessitate vnum a: eq̃le centũ b: ⁊
ita non erit maius debitũ: quo aliquis tenetur deo
obedire: debito quo centum homines tenentur obe-
dire patribus suis in eodem mandato siue debito

Infinitum quo modo

quo minus tenetur patri suo in centum similibus
mandatis. ¶ Caue autẽ ne erres in hoc qđ diximꝰ

A

debitum quo vnusquisq̃ tenetur deo esse infinitũ.
Hoc enim euidenter verum est si intelligatur infini
tum secundum magnitudinem: hoc est secundũ sui
vniuersum: vniuersitati enim eorũ que deo debẽ
tur ab vno quoq̃ nostrum neq̃ numeratione tran-
sibilis est: qꝛ innumerabilia sunt que debentur eiđ
ab vno quoq̃ nostrum. Eodem modo infinibilis ẽ
⁊ intransibilis solutione siue soluendo: sicut supra
ostendimus: quoniã impossibile est vt soluendo trã
sea tur ⁊ perueniatur ad absolutionem siue liberatio

Solutione non liberamur a debito dei

nem ab ipso. ¶ Uerum non propter hoc consequẽs
est: vt sit infinitũ intensiõe: et si enim maiꝰ sit debitũ
vniuscuiusq̃ totius q̃ ptis sue maius inꝗ magni-
tudine nõ tñ maior ẽ obligatio ad totũ q̃ ad ptem
immo equalis s̃m intensionẽ. Equaliter enim debet
debitor ois quãcũq̃ summã. et quãcũq̃ partẽ illi-
us. Nec magꝭ obligatꝰ est debitor centum marca
rum ad solutionem earum q̃ ad solutionem vnius

Bona ratiocinatio

cuiusq̃ illarum. Qui enim mutuatꝰ est centũ mar-
cas ⁊ qui mutuatus est vnam solã: equaliter obli-
gati sunt q̃tũ ẽ ex mutuo. Eq̃liter i q̃ intẽsiõe obli-
gationis: nõ ãt equaliter magnitudine obligatio-
nis. qm̃ altera est pars reliq̃ totũ. Quẽadmodum e
nim summa centum marcaꝝ totum ẽ ad vnã q̃uãq̃
earũ aggregatũ ex illis: sic obligatio ad solutionẽ
centũ marcarũ totum est ad obligationeꝫ solutiõis
vnius marce ⁊ hoc qm̃ debitor centũ marcarũ debi

Nota

tor ẽ vniuscuiusq̃ eaꝝ. Ad hoc ꝗ valet ista rõcina-
tio solũmõ. Quia ꝓculdubio q̃cũq̃ peccat morta
liter: summã totã debitorũ deo in facto seruitiorũ
q̃tum in se ẽ aufert illi. Dũ enim gratiam in se extin
guit si habet: aut magis elõgat si illã non habeat i
potentẽ se ꝓculdubio efficit aut magis impotentẽ
ad reddendũ deo debita. Seruitia quippe que dei
gratia grata deo nõ efficit. seruitia reputãda non
sunt. Cum igitur seruitia debita ex quocunq̃ tem-
pore in anteа infinita sunt: ⁊ soluenda siue solutiõe
intransibilia. Manifestum est omneꝫ quicũq̃ pec-
cat mortaliter: quantum in se est in infinitum deuꝫ
dannificare: et in infinitum rapinã in ipsum cõmit
tere. Ex quo sequitur euidenter ipsum infinitaꝫ pe

Cõclusio. X

nam mereri: tum qꝛ deo debito seruitio perpetuo ⁊
absq̃ fine defraudat: tum qꝛ pro vno quoq̃ eorũ q̃
deo vt diximus q̃tũ in ipso ẽ aufert penã aliquã ⁊
aliquantã meretur. ¶ Quemadmodum igitur cũ
hmõi damna omnia aggregata fuerint: summam in
finitam constituent: sic et pene ꝓ singulis huiusdã
nisi debite tamẽ aggregate simul in vnam fuerit
penam: vnam cõstituent infinitam. Quemadmodũ

Silitudo Y

enim si quis in domo aliqua perpetuã haberet serui
tutem: aut censum perpetuum qui eam irreparabili
ter destrueret: non solum vnius anni censuꝫ: sed eti
am infinitorum annorum census eidem auferret:
sic et qui seipsum irreparabiliter destruit: nõ vnꝰ
diei seruitiũ solum eidem aufert: sed totius future
perpetuitatis innumerabilia infinitaq̃ seruitia.
Nõ enim sola presentis vite seruitia domino deo de
bentur: sed etiam seruitia future: que tãto nobilio
ra sunt atq̃ p̃stantiora presentibus: quanto gracie
gloria antecellit. Nec ideo minus delinq̃t in deum
qui peccat mortaliter: qꝛ reparabilis ẽ ipse peccator

Persuasio Z

hoc ẽ reparari et resuscitari possibilis a deo. Quẽ
admodum non ideo minus quis in eum cuius do-
mum destruxit vel exurit: qꝛ ipse cuius domꝰ est po
test eam reparare vel reedificare. Nihilominus ei ꝓ
pter hoc aufert ei quantum in eo est omnem cen-
sum tam presentialiter q̃ in futuro ex ea percipiẽ-
dũ. ¶ Reuertamur aũt et dicamus: qꝛ si maioritas
debiti vel obligationis accipiatur scd̃m intẽsionẽ
sequitur euidenter quocũq̃ modo attendenda siue
metienda sit intentio qđ omne mortale peccatum i

Nota

finita est iniuria siue cõtumelia creatoris. Manife
stum enim est per se: qꝛ debitum et obligatio intendi
tur erga benefactorem iuxta magnitudinem bene
ficiĩ ex illa. Non enim dubium est omne beneficium
obligare receptoreꝫ erga datorem: et q̃nto maius
fuerit tanto magis obligare. Dicamus ergo: qꝛ si
aliquis mille marcas gratꝭ alicui dederit: ꝓculdu
bio aliquantum intensa obligatione obligatur ei: si
ue aliquantum intenso debito. Et si duo milia eiđ
dederit duplo magis et ita i infinitum. Quare si
in infinitum melius aut preciosius eidem dederit
est q̃ ille merce sunt: in infinitum magis obligatꝰ ẽ
ei qꝛ solus oculus vel lingua ne dicam totũ corpus
incompabiliter melior est atq̃ p̃ciosior mille mar
cis auri: ⁊ in infinitum magis obligatus est deo da

Quanta sit nostra in deum obligatio A

tori ratione solius lingue vel oculi: q̃ esset eidẽ rõ
ne doni mille marcharum huius. Continat igitur
hec obligatio secundũ intensionem infinitas tãtas
et ideo infinita secundum hunc modum. ¶ Ampliꝰ
Ponamꝰ ꝙ alicui dederit deꝰ mille marcas auri
tantum. Aliũ aũt dederit infinita milia. Manifestũ
est ꝙ obligatio et debitum gratitudinis atq̃ serui-
tiĩ eius qui recepit donũ infinitum: in infinituꝫ ma
iori scd̃m intensioneꝫ obligatione et debito deo te-

netur:illo qui prenominatum finitum donū solum
recipit. Cause igr obligationis ⁊ debiti istius infini
ties illa continent. Quia igr ꝓportionabiles sūt
Proportionabilia
cause similes et eorū effectus infinities scdm inten
sionem cōtinet effectū. Et ꝓculdubio dubitationē
nō habet qd dicimus:qm nō solū magnitudo obli
gationis aggregata ex magnitudinib⁹ ptiū. Quē
admodū magnitudo doni ex magnitudinib⁹ par
tium:sed etiā intentio ex intensionibus. Et hoc est
quoniā magnitudo doni causa est intensiōis obli
gationis que est ex eo. Simil̄r et magnitudines ꝑ
tium cause sūt intensionis obligationis:ad grati
tudinem et seruitiū siue obligationē q̄ sūt ex ipsis
partibus doni antedicti. ¶ Quemadmodum igit
linea recta cōtinēs infinitas tantas lineas rectas
sue speciei ex necessitate infinita est. Sic obligatio
seu debitum quo obligatus est iste deo rōne doni i
finiti qd diximus:cum cōtineat infinitas tātas sue
speciei ex necessitate infinita erunt:hoc enim nullā
dubitationem habet:immo vbiq̄ demonstrationē
Cum igitur obligatio qua quis tenetur deo ratio
ne solius lingue vel oculi sit infinitū maior sit hac.
quam manifestum est esse infinitam:non solum infi
nita est:sed maior infinito. Multo fortior igit obli
gatio tenetur deo ratione totius corporis incōpa
Infinita obligatio qua tenemur deo rōne aie
biliter:multo magis infinita est obligatio qua tene
tur deo ratione anime. Cū enim incōꝑabilit meli
or atq̄ preciosior sit anima q̄ corpus:⁊ eadem gra
tuita bonitate vtraq̄ data:incōꝑabiliter maiorē
necesse est obligationem esse vniuscuiusq̄ nostrū
ad deum:qua rōne anime tenetur eidē: q̄ sit obli
gatio:qua ratione corporis ipsi obligati sumus.
¶ Amp. Si anima humana deberet esse vel dura
re seu viuere nisi ꝑ diem vnū:obligata esset deo rō
ne diurni esse vel vite aliquanta obligatione:⁊ rō
ne biduane vite duplo maiori:⁊ ratiōe quadridua
ne quadruplo maiori et ita in infinitū. Quare rō
ne ꝑpetue ⁊ infinite vite in infinitū maiori. Mani
festum igitur est omnem animam humanam obli
gatam esse deo rōne existētie seu vite infinita obli
gatione q̄ cōtinet īfinitas tantas demōstrata obli
Infinitum
gatione:qua tenet deo vna queq̄ anima rōne exi
stentie sue siue duratione vnius diei. Palam autē
est alibi demonstratiue declaratum: q̄ omne ag
gregatū ex infinitis tantis generis siue sue speci
ei infinitum est simpliciter. ¶ Quia igitur obliga
tiones rōne vite īmortalis siue īnfinibilis:non sūt
alterius generis siue speciei:q̄ obligationes ꝓue
nientes ex partibus eiusdem:videlicet ex vita diur
na biduana triduana:⁊ ita de alijs. Manifestum
est q̄ continet infinitas tantas quacunq̄ quantita
te durationis:vel temporis demonstrata. Declara
tum autem est ex his eam esse infinitam. ¶ Iā igr
declaratum est tibi per vias multas obligationē
B
siue debitum gratitudinis atq̄ seruitij quibus do
Obligatio et trāsgressio obligatōnis eq̄les
tenetur vnusquisq̄ hominum infinitā esse. Equa
les autem sunt obligatio ⁊ transgressio ipsius:q̄re
omnis transgressio istius obligationis vel debiti
necessario est infinita:et ideo pena eius iure ⁊ meri
to infinita. Transgressio autem hui⁹ obligationis
Triplex trāsgressio obligationis
et debiti triplex est. Et prima quidem est non serui
re deo siue debitum seruitiū eidem subtrahere. Se
cunda debitum eidem seruitiū aliū īpendere. Ter
cia deum impugnare. Intelligimus aūt et subtra
ctione debiti deo seruitij:gratias nō ei agere de be
neficijs ab eodem receptis. Est enī pars non modi
ca diuini seruitij actio gratiarum. ¶ Amp. cū in re
rum vniuersitate inueniatur pura et vera felicitas
⁊ inueniatur mixta:erit non vera mixta:mixta inq̄ — pura et vera felicitas
ex felicitate et miseria qualis est presentis vite. Ne
cesse est vt inueniatur etiam pura et vera miseria
In omni enī genere contrariorū si inueniatur alte
rum et amborum mediū necesse est inueniri natura
liter et reliquū. Quare sicut est scdm veritatē in vni — Pura et vera miseria
uerso pura et vera felicitas:ita necesse vt in eo sit
pura et vera miseria. Non aūt est pura ⁊ vera feli — C
citas que perhennis atq̄ ꝑpetua nō est:qm impos
sibile est:puram et veram esse felicitatem ad quā
attingit defectus et mors. Quare neq̄ pura et ve
ra miseria est:quam bonum liberationis siue termi
nationis abscindit:est enī pars aliqua felicitatis li
beratio et immunitas a malis. ¶ In hoc aūt scire de
bes q̄ rō ista siue probatio validissima non esset ⁊
irrefragabilis:si vera et pura quā diximus felici
tas:verum haberet contrariū. Non aūt habet ve
rū cōtrarium:⁊ hoc est.qm prima ac pura redūdātis
sima q̄ bonitas:cuius cognitio seu fruitio vera et
pura felicitas est:non habet contrarium. Si ei ha
beret contrarium:haberet et cōpar ⁊ coequeuū et
coequale. Iam aūt declarauim⁹ tibi impossibilita
tem inconuenientis istius. Et vero ex hac radice
elici potest ad ostensionē eius qd intendimus:hoc — D
est videlicet q̄ necesse est cōpleta esse opera dei in — Remuneratiōes ꝑpetue
vniuerso. Qua ꝓpter necesse est:vt opera iusticie
eius nec diminutionē habeant nec defectū:⁊ ideo
necesse vt quēadmodum retributiones seu remūe
rōnes iusticie dei ꝑpetue sūt siue sēpiterne in bñ
ficijs. Sic vindictas et penas eiusdē iusticie neces — Vindicte ꝑpetue
se est eē sēpiternas. Si enī et temporales ⁊ sempi
terne inueniuntur remunerationes iusticie ⁊ solū
mō temporales vindicte seu pene eiusdē. Non ē cō
pleta sine dubio vniuersitas operum iusticie dei in
ꝑte ista. neq̄ cōpleta vniuersitas contrarietatis isti⁹
videlicet p̄miorum atq̄ penarum:cū tantus sit de
fectus et diminutio ex parte penarū:nec etiam eq̄
litas reperietur in hui⁹ contrarijs:que reuera cō
traria sunt in ratione:et nominatione in quib⁹ ea
accipim⁹ p̄mia enī et pene:inq̄tū premia et pene:
similiter remuneratio ⁊ vindicta inq̄tū tales con
trarie sunt. Amp. cū per eundē modū causandi iu
sticia dei causa sit premiorū atq̄ penarū hoc est ꝑ
semetipsā:qd est dicere ꝑ hoc qd iusticia est ipse
effectrix perpetuitatem in p̄mijs ergo ⁊ in penis. — E
¶ Amp. Mala merita omnino nr̄a sūt:bona vero — Alia ꝓbatio
merita fere omnino dei sūt:⁊ minimū habēt a par
te nostra. Magis igitur debentur nobis de iusticia
pene malorū meritorū q̄ premia bonorū. Quare
de iusticia magis puniendi ꝓ malis meritis sum⁹:
q̄ remunerandi ꝓ bonis. Si igr eternalit sum⁹ re
munerandi ꝓ bonis:multo fortius eternaliter pu
niendi pro malis:⁊ de iusticia. ¶ Amp. Si virt⁹ et
vitia vere cōtraria sunt: ergo ⁊ effectus eorū īme
diati ⁊ per se erunt contrarij. Quare remuneratio
q̄ debet vnicuiq̄ virtuti veri nominis ac rationis
cōtraria erit pene q̄ debetur vitio opposito. Non
est aūt contraria pena temporalis remunerationi
eterne. Pena igitur eterna est non temporalis q̄ de
bet vnicuiq̄ vitio de iusticia dei. ¶ Amp. ꝓportio
nabilia sunt semper peccata suis penis. Si igitur
non est cōparatio peccati ad peccatum:non est cōpa

Nota

ratio pene ad penã. Quia igr̃ nõ ẽ ꝯparatio peccati eius q̃ furatus ẽ vł rapuit alienũ animal vel occidit illud: ad peccatũ eius q̃ furat⁹ est vel rapuit vł occidit dñm ipm animalis. nõ erit ꝯparatio pene ad penã. ¶ Harũ ergo penarũ aut vtraqȝ est tp̃alis. aut vtraqȝ eterna. aut alia tp̃alis. aut eterna siue ꝑpetua. Siue aũt vtraqȝ sit perpetua siue altera tantũ: manifestum est qꝺ intendimus quia ꝑpetue pene debẽt aliquibus peccatis. Si autẽ vtraqȝ sit tẽporalis. erit necessario cõparatio alterius ad alteram cũ fuerit eiusdẽ generis quare erit comparatio peccati ad peccatũ: po[...]iũ ergo erat: immo manifeste verũ contrariũ. ¶ Scito autẽ quia virtus veri nominis et vere rationis: et vicium nõ sunt contraria quia nec sub eodez genere sunt. ꝛ hoc alibi declarauimus. Possibile autẽ est vt in virtutibus naturalib⁹ et consuetudinalib⁹ inueniãt vera cõtrarietas: sȝ ille apud nos nec veri nominis nec vere rationis ṽtutes sunt. ¶ In adã vero et eua ante lapsum et in sanctis angelis erant et sunt virtutes naturales veri nominis que in nobis et sopite pene ꝛ sepulte sunt. Theologice vero quoniam de sursum sunt velut data optima et dona perfecta descendẽtia a patre luminũ. ꝛ sĩ fortissimã repugnãtiam habẽt ad vicia. veram tamẽ contrarietatẽ ad illa nõ habẽt ¶ Iã igr̃ expediuim⁹ nos auxilio dei de his q̃ videbãt esse cõtra dei misericordiã ꝛ bonitatẽ. vȝ de multitudie dãnatorũ de ꝑpetuitate tormẽtorũ. vł de paucitate electoꝝ ꝛ saluãdoꝝ. deide de iusta dãnatione quorundã ignorantiũ: quorundã ṽo sĩr errantiũ ꝛ errore ꝓbabili deceptorũ. Et dedimus causas ꝛ ꝓportiones in hoc ꝛ exẽpla, put ꝛ de dignatione diuine largitatis accepimus.

Virtutes naturales fere in nobis sopite

Explicat et docet omne peccatũ sc̃dm vnã ꝯparationez esse contumeliam ꝛ iniuriã dei: ꝛ secundum aliam cõparationem esse lesionem peccantis ꝛ preterea actum aliquẽ in se ipso aut priuationez ꝛ sc̃dm vnamquãqȝ cõparationem recipere magis et min⁹: vt docet exẽplo fornicationis. deinde eos cõfutat qui volunt dei iusticiaȝ euacuare: vel ridiculam ꝛ frustratoriam facere ostenditqȝ iusticiã dei qua punit damnatos esse rectam quamuis notum sit ei damnatos vel dãnãdos nũq̃ esse corrigẽdos.

Nunc aũt relinquitur nobis vt ostẽdam⁹ tibi: qꝛ peccatum et iniuria seu cõtumelia dei est vna cõparatione: ꝛ lesio ẽ peccantis sc̃dm aliam cõparationem ꝛ in se ipso actus aliquis est seu priuatio: ꝛ ꝓpter hoc secundum vnã quãmqȝ ꝯparationum istarum recepit magis et minus: siue intenditur et remittitur: verbi gratia: vna et eadez fornicatio: dei iniuria dei est: ꝛ lesio fornicantis: et insuper est ilse ipsa actus aliquis videlicȝ concubit⁹. Potest igr̃ esse vt si minor cõcubitus: hoc est minoris delectationis et opis et temporis et tñ erit maior dei contumilia vł iniuria. Verbi gratia. si sacerdos: aut sãctimonialis illo se polluat lȝ minori tribus illꝭ modis quos posuimus: q̃ si simplex laicus in illum incidat. Eodem modo et potest esse maior lesio peccantis vȝ si maiora dona ei gratiarum et virtutũ auferat: vel si peccantem magis captiuat et irretiat. Hoc est si fortiori amore mulieris illum irretiat aut inflãmet: ꝛ hic est modus. quo grauissimum pctm̃ dicitur ignorãtia dei: quia vȝ nihil vitale relinquit ꝛ omnem radicem boni inde fundit⁹ euellit.

Nota h

Loquuntur aũt huius erronei de iusticia ꝛ mia dei: ac si altera vellet qꝺ alteri⁹ ẽ vsurpare: ꝛ tãq̃ mia vellet euacuare iusticiam cum inter ea sit pax in vltimo tranquillitatꝭ: ꝛ deo notissimũ sit q̃ten⁹ eũ deceat misereri vniuscuiusqȝ: aut q̃tenus vidicare in illum. Nouit ei ꝛ misereri salua ꝛ illesa iusticia sua: ꝛ vindicare salua mia et vtraqȝ siue iniuria alterius vti. Vides igitr̃ manifeste qꝛ error iste aut euacuat ex toto di iusticiã aut ridiculosam efficit. Cũ ei manifestũ sit ex eis que diximus ꝛ etiã sine eis qꝛ possibile est aliquez mereri penã eternã q̃cquid sit de ea infligenda vł sustinenda. ¶ Ponunt ei huius erronei ꝛ ĩbecilles qꝛ non sustinet dei clemẽtia tãta pena ꝛ taȝ diutina queq̃ puniri. Ab his ergo q̃rim⁹ vtrũ saltẽ aliqua vł nulla. Qꝛ si nulla. Ecce euacuatio oĩmoda iusticie. Si vero aliqua nõ tñ eterna. Sed tp̃ali tñ. Ecce ridiculositas. Et hoc ẽ quoniã q̃cũqȝ pena tempalis cõpatione pene eterne: id est ꝑpetue nec etiã est sicut leuatio vni⁹ festuce de terra ad excoriationẽ seu totius corporis decaluationem. Qui aũt eũ qui excoriari meruisset leuatione vnius festuce solũmõ puniuisset: ꝓculdubio ridiculosus esset iudex: et cachinis oĩȝ atqȝ subsannationibus omniũ videntiũ ꝛ audientiũ hãc iusticiam suam si tamẽ iusticia dicẽda ẽ exponeret: incõpabiliter aut multo fortius i dei iuditio atqȝ iusticia sc̃dm positionẽ istã erroneam istã ridiculositatẽ abscindere necesse ẽ euidẽter. ¶ Qꝛ si dixerit quis: qꝛ boni iudicis ẽ ad correptionẽ subditoꝝ intẽdere et penas ꝓpter hoc solũmõ infligere: quaten⁹ inde fructũ habeat correptionis vł vtilitatẽ: ꝙ si nõ certũ habet ꝛ euidẽs est nõ esse ꝓuenturũ: ꝛ ex penis ab ipis debet desistere ¶ Similiter ꝛ malignitatis est inimice atqȝ diabolice: penas q̃ nõ nisi tormentũ ꝛ patientiam opent̃ irrogare. Cũ igit̃ manifestũ sit deo altissimo deputatos iã ꝛ in posterũ deputãdos omnes eternis suppliciis nũq̃ esse corrigẽdos: neqȝ post iudiciũ vniuersale: aliquos alios ꝓpter penas eorũ. Necesse est ex tãta causa: boni iudicis bonitate cessaturas eẽ penas ei⁹ oẽs saltẽ post iudicium. alioquin nõ ex bonitate diuina: sȝ ex malignitate diabolica penas huius post suũ vniuersale iudiciũ irrogabit: cũ ex tũc nihil opent̃ nisi paciẽtiũ cruciatũ. ¶ Intende igr̃ ꝛ i erroneã istaȝ rõcinationẽ. Manifestũ ẽ tibi qꝛ iudices q̃ hoc ẽ in vita ista ꝯstituũt̃ hominib⁹: vtiqȝ iusti sũt: licet vtrũqȝ istoꝝ deo cedat ad gloriã ꝛ honorẽ. ¶ Manifestũ ẽ tibi quia intẽtio hui⁹ iudicũ ꝛ officiorũ suorũ: vtilitas hominũ ẽ: ꝛ illa triplex: vȝ vt corrigãt: vt innocenter viuãt. Tertio vt i trãquillitate seu pace. Cũ igr̃ hui⁹ iudices ex suis officiis nihil haꝝ vtilitatũ ꝓuenire cognouerit: necesse hñt a suis officiis desistere. Cessãte nẽpe causa: necesse est ꝛ effectũ. Deus aũt sicut bonus ẽ apꝺ se ꝛ i se et nõ ꝓpt hoies: quãq̃ bonitas ei⁹ ex iusticia iestimabilit̃ ꝓsint hoibus: q̃ ꝛ si velit ꝛ intẽdat ꝓdesse hominib⁹: ꝑmuȝ tñ intẽdit in gliaȝ ꝛ honorẽ suũ ꝛ vt faciat qꝺ decet eũ facẽ sc̃dm oẽm noiationẽ ꝛ cõpationẽ suã: vȝ vt faciat in eo quod misericors qꝺ decet miaȝ suã vt in eo q̃ iust⁹: qꝺ decȝ iusticiã suã ꝛ sic de aliis. Nõ igr̃ qꝺ ide ꝓueniat faciẽtib⁹ refert: q̃tũ ad ipsũ imprimis ꝛ maxie. Sȝ magꝭ q̃d eũ facẽ deceat ad iusticia ei⁹ exigat qꝺ glia eiusdẽ reqrat: nõ ei pua glia ipius ẽ inimicos suos ꝛ rebelles ꝛ ꝯtumaces legib⁹ suis ꝛ mãdatis vidicta ꝑpetua mulctare.

Ignorãtia dei

i

k

Cõpatio pene tp̃alis ad penam eternã

Optimus locus

Vtilitas triplex ex officio iudicis

l

B

Quid deceat dei iusticiam et misericordiam.

Nec solum decēs aut decorū est deo altissimo ī eos qui nec penitere: nec emēdari volunt vīdicare suas et suorū iniurias: sed hoc euidēter exigit eiusdē iusticia: cui nunq̄ cōtraria est eiusdem misericordia. ¶ Oēs etiā philosophi nobiles in hoc cōsentiūt: q̄ prima cā nō intēdit aliud: neq̄ opaꝛ ꝑpt aliud: imo propter se tātū & gratis: sicut legiꝛ Prouerbioꝝ. 16 vniuersa ꝑpter semetipm̄ operatꝰ est dn̄s. Q. autē

Prima causa nō operatur propter aliud.

intēdere gloriā suā & laudē quādoq̄ diciꝛ: nō vt operepreciū: neq̄ vt emolumētū intētionis & operationis sue munera intēdit: sed est decēs ac decoꝝ: & per se debitū. In dānatione autē reproboꝝ tāto maioꝛ est gloria: quāto maioꝛ erit magnitudo multitudinis ipsorū.

C

Silr̄ et tāto maioꝛ decoꝛ iusticie: quāto magis apparebūt vitia eoꝝ & peccata: peccatisq̄ super addita obduratissima & nunq̄ emollibilis cōtumacia. Nec esset completa laus dei aut gloria: que nō aliud ē: q̄ sublimis clara & lata fama si non esset ei perēnis & ꝑpetua laus & glīa de iusticia. Quēadmodū de bonitate et mīīcordia: cōplebit igiꝛ tandem opera iusticie sue: sicut & mīīcordie: & ideo cōplebūtur laus eius & gloria: quā diximus extrinsecq̄.

Dei gloria quid.

D

Et quēadmodū iuges laudes & gratiaꝝ actiōes cōtinue resonabūt eiꝰ mīīcordiā in redēptis atq̄ saluatis et glorificatis. Sic plāctus: eiulatꝰ suspiria: et rugitus: clamores: et vlulatus resonabūt dei iusticiam in maledictis & dānatis. Et ꝑpter hoc infernus ibi in glorificatorū auribꝰ ieffabili suauitate resonat in paradiso: auribꝰ eni sanctoꝝ iestimabili iocunditate dei iusticiā deiq̄ honorē & gloriā: sicut supra pro parte ostendimus resonabat.

Paradisꝰ gaudet vidēs dei iusticiam in inferno.

¶ Satis ipse se summat: q̄ exponit de quibus sit dicturus.

Post hec autē trāsibimus ad nephandissimam idolatriā: vt eam radicitus cū omnibus partibus suis & ramis atq̄ sequelis destruamꝰ. ¶ Dicemꝰ igitur ī pmis essentiam eiꝰ & rationē. deinde originē. Cōsequēter partes eius & modos: verū ea cautela et circūspectione vt auertamus ab ipsis execrationibꝰ ipsius: omēs q̄ hoc legerint: et nullā prorsus demus occasionē ruine insanissime curiositati stultoꝝ. ¶ Incipimus igitur & dicamus: q̄ latria summe venerationis cultꝰ est et vltime honorificentie obsequiū: et ꝑpter hoc soli deo altissimo debita. Ipse eniꝫ in primis & maxime

Latria qd.

E

templū: ita cultus ad cultū: et ꝓpter hoc q꞉ templū
et figura est et imago latrie: erit latria verus atq꞉ li
ber cultus. Euidens aūt est istud in dedicatione ec-
clesie et recōciliatione eiusdē. Dedicatio eni siue cō Dedicatio
secratio ecclesiarū figura est dedicatiōis siue conse- ecclesie qd.
crationis baptismalis et recōciliatio ecclesiarū re-
cōciliationis penitētialis: quod facile est videre in-
telligētib⁹ et exercitatis in his. Et q꞉ sicut dixim⁹ sa
cra exteriora ad honorificentiā dei specialr ꝑtinent
et proprie: vnde ꝛ templa exteriora loca habitatio-
nis glorie dei vocātur: sicut ibi. Dn̄e dilexi decorem
domus tue: ꝛ locū habitatiōis glorie tue. Declarā-
dum est nobis ꝑ diuisionem quot sunt modi siue ma
neries sacrorū istorū. ¶ Dicem⁹ igitur q꞉ septē sunt: X
quorum primus est processio in qua ꝛ ornate ꝛ ordi Septē mo-
nate inceditur: donec ꝑueniat ad maximū sacrorū qd di sacrorū
est misse celebratio exterior. Sacramentū eni alta- exteriorū.
ris: et veritas est in eo ꝙ cōtinet intus: videlicet do-
minū saluatorē et integritate nature humane: ꝛ for
me seruilis: quā pro nobis suscepit: ꝛ secūdus est in
eo ꝙ exterius sensibus exhibet: vnde cōicatio exte-
rior ad sacramēta exteriora ꝑtinet. Tertius est lau-
dum diuinarū audibilis resonātia. Quart⁹ est mini
strorū ornat⁹ exterior. Quintus est ipius tēpli ap-
paratus. Sextus est signorū seu cāpanarū pulsatio
Septimus est expiatio exterior id est aque benedi-
cte aspersio. Horum ergo sacrorū exterioꝝ veritas
sunt sacra interiora. Interior eni ꝓcess⁹ quo de vtu-
te in vtutē ꝓcedit: quo ꝛ venienti sponso cū debito or
natu et apparatu occurrit: vel ī meliora ꝛ sublimio
ra proficitur: veritas est ꝓcessionis illi⁹ exterioris:
et illa figura isti⁹. Nō pōt aūt dubitari quin ista ꝓ-
cessio interior ꝛ salutaris sit: ꝛ ex necessitate debita:
et ꝓpter hoc nō solū decens ꝛ expediens vt vulgo cō
petēti figura ꝛ silitudine cōuenientissima mōstraret:
cum nō nisi ꝑ expressas silitudines ad spūalia intel Nota.

ligenda cōmunitas vulgi possit pting ere. Nisi eniȝ cognita nō diligerent: et nisi dilecta nō quererent: et nisi quesita nō inuenirent ab adultis. Indoctis igitur est ad doctrinā et eruditionem ista exterior pcessio. Doctis autē magna puocatio est: et magnū incitamentū ad pfectū et pcessum interiorē: apte eni legūt in ipso ordine ornatu et apparatu pcessionū: qualit et incipiendū sit eis: et pgrediendū: et in celestē ecclesiā intrādū: et ad celestē mēsam: hoc est eterne refectionis intrandū: per mēsam eni altaris eterne satietatis mēsa: et acquirit et signatur: et ista est meditatio et cantatio et signatio valde dulcis et iocūda spectē istorum bonorȝ habētibus. Non solū autē iocundū est: sed et salutare est sepe repsentari populis quare obuiam itur venturo regi pariter et iudici: et qualiter obuiā ei eūtes pcessionaliter cū apparatu q in apparatu pcessionali legitur et intelligitur ab eodem ducendi sunt triūphali vexillo crucis pmo: et itroducendi in illam celestē domū et aulā nō manufactā et vt

Nota. sermonē de hmōi rebus abbreuiemus: totū quod i sacris exterioribus agit: figura et repsentatio cōuenientissima veritatis: et que in nobis esse debet nūc et que in futuro nobis pmittit et obtinēda sperat: sicut totus apparat⁹ palliorȝ sericorū et sacrorū vestimentorū decor est: quo hic interius fulgere debem⁹ Hoc est decorē virtūt et gratiarū: et decorē quo in futuro seculo decorandi sumus: et lucide et valde vtiliter repsentat: sic splendor luminariū et internū gratie splendorē: et futurū glorie fulgorē: sic pulsatio cāpanarū et sonitus doctrine et predicatiōis voces Sic expiatio illa quā diximus aque sanctificate: iuges et quotidianas expiatiōes: et nouissimā p quā

Circūcisio nouissima quid. ois maculā et ruga tollet a tota ecclesia dei: que vocatur in sacra scriptura circūcisio nouissima. Mystica per quā nihil culpe nichil pene remanet in electis designat et repsentat itelligētibus. Sic sacra cōmunio exterior et internā cōmunionē atq refectionē prestat: et eterne refectiōis cōmunionē pariter et refectionē euidēti silitudie repsentat: sic iugis laudū diuinarū resonantiū perpetue iocūditatis cātiōes in gloria sanctorū in futuro cantādas: et hic iternas triūphationes videre valētibus euidēter constat: et vt abreuiemus sermonē istuȝ: q: manifestū est sacra exteriora que vtiq signa sunt interiorū absq veritate eorum nō posse pdesse inquātū ad hoc vt sacrent et sctificēt celebrātes. ¶ Sacrorū aūt intiorū nulla est virt⁹ pterq diuin⁹: manifestū est sacrorȝ extriorū qrūcūq nō esse vtutē sacrādi vel sctificādi verūtamē quintuplex est vtilitas eoruȝ. ¶ Prima est eruditio ad sacra spūalia: et hāc expressam repsentationē faciunt in rudibus et indoctis. ¶ Secūda est remēoratio eorundē per quā etiā docti in amorē eorȝ et augētur et roborant. ¶ Tertia est inuitatio et puocatio intuentiū exteriora ad amorē et desiderium internorum. ¶ Quarta est ipetratio eternorȝ sacrorȝ: cui⁹ exteriora ipetratoria sunt. hoc aūt est p quid cult⁹ dei altissimi sunt. ¶ Quinta eni est remēoratio bñficiorū dei aut aliorū mirabiliū: sicut apud Hebreos fe-

Festum tabernaclorȝ. stum tabernaculorū in remēoratione: q in tabernaculis quondā habitare fecit de⁹ tribus israel: et fe-

Festum pasche. stum pasche i remēoratione liberatiōis de egyptia seruitute. Apud nos q similia multa iueniunt in sacris nostris: qualis est repsentatio dñice resurrectionis et sacrarȝ mulierū collocutio ac solicitudo vngendi eum aromatib⁹: qualis est repsentatio gestorum que apparet in sculpturis et picturis ecclesiarum nostrarum. Quia igitur nulla sacra istas vtilitates habent nisi nostra: et pter has vtilitates oia sacra instruenda sunt: manifestū est nulla debere esse pter hec. Nulla eni sunt vel fuerūt que adeo vtiliter ostēdant indoctis et tantā remēorationē faciāt eorundē: que adeo inuitent et puocent ad amorē internorū sacrorū: nulla sunt vel fuerūt: quib⁹ adeo honore t de⁹ altissimus: nulla sunt vel esse possunt i quib⁹ dei mirabilia ita euidēter legerent: et generalr nulla sunt que istas quinq vtilitates habeāt vel efficiāt. g nulla sunt digna noie sacrorȝ pter hec. Quib⁹ eni libris euidētius ornatus noster iterior appatus q est virtutum et gratiarū appat⁹: ita eu idēter describi pōt sicut ornatu lumiariū et apparatu palliorū sericeorum appensis tēpli parietibus: et sacris altaribus circūdantie: qua affluentia sermonū qua dissertitudine vel eloquētia adeo suaderi pōt spectātib⁹: qli tervideri templū ornari vel appari couemet: q inspectione hui⁹ ornat⁹ et totius tēpli visibilis apparatu. Quib⁹ libris excogitari pouerūt: quib⁹ adeo ruditati sue: adeoq lucide doceri posset null⁹ indoctus de templo internorȝ spūali quod nos esse debemus: et de omi appatu qua via a deo pueniēter ostēdi hoibus potuit quales in dei mynisterijs eos esse oporteat et qualiter se habere vt sacris vestib⁹ et ornatu ministrorū in sacris vestib⁹ atq gestaculis: siue reliquiarū siue sacrorū vasorū siue in pcessionibus siue in alijs sacris. ¶ Amp. Quis verus est cultus exterior necessario summe veneratiōis exterioris cōparādus huic: cui innitit religio xpiana: g nō est alius cultus dei exterior alia latria q hec: quare non sunt vera sacra et deo accepta nisi hec. ¶ Ampli⁹ In isto cultu et i his sacris nō solū speciosissima sensibus oculorū et auriū adhibent: sed etiā speciosissima vt aurū et argentū et lapides pciosi: quare summus decor exterior necessario est in his: et summ⁹ decor interior subest ei quare iste cult⁹ summi decoris per oia est: et ideo summo deo summe dign⁹. ¶ Manifestum etiā est ipso sensu nec negari pōt: nisi q negat niuem esse albā: nec vnq fuisse cultū pfecti deco-

Cultus pfecti decoris i xpiana ecclesia. ris preter istum: quo deus honorat in sola ecclesia christiana. Et si eni cultus Hebreorū aliquid decoris habuit: modicū illud et initiale solum fuit. Adeo

Decor domus dei mirabilis. eni ea que diximus sensu manifesta sunt: vt quicūq vident decorē domus dñi exteriorē apud nos: ipsuȝ incredibiliter admirent: et corde cofiteant cultū istū non esse inuentū instinctu hūani artificij: sed diuine reuelationis et celestis magisterij documētū. Cultū autē istum exponere p singula: et cultū istū interptari declamatorie: et popularis est exhortatiōis: et preter ppositū psentis negocij: et hic quidē finē faciem⁹ presentis tractatus. Si in aliquib⁹ debitū pmissionis exsoluimus: diuine gratie hoc attribuentes. In quibuscunq autem minus fecimus nostris hoc defectibus imputantes.

¶ Completus est quint⁹ tractatus cū dei laude et eius adiutorio. Amen.

¶ Dicturus de virtutibus primo diffinitionē Tullij quam posuit de virtute subtiliter discutit. deinde Aristotelis diffinitionē etiam affert: ⁊ eam etiā examinat. Postea explicat an potētia differat ab habitu: ⁊ quedam multum subtilia affert ex officina philosophie. que vide: q͞r apte summari nequeunt.

DEinceps clarum ex ordine ipo rerū diuinalium atq͂ scientiarū sapientialiū. scientiam de virtutib⁹ et moribus de vitijs et peccatis: necnō ⁊ de meritis ⁊ retributionibus cōsequentē esse precedentibus. Incipiemus auxiliāte deo ꝑscrutari de his per modum sapientialē: et per vias probationū donec stabiliatur esse eorum quod habet questionē ⁊ cōtradictionē: et acquirat̄ tibi certitudo sup̄ questionib⁹ et opinionib⁹ que de eis fuerūt ante: ⁊ etiā adhuc sunt. ¶ Post hec vero loquemur de his modis alijs vt sit non solum multipliciter lucida ipsorū cognitio: sed etiam iocūda: et generās affectiōes quib⁹ adiuuet̄ animarū nostrarū ꝑfectio: quibus incitent̄ ⁊ etiā armentur ad bella contra vitia ⁊ peccata: quib⁹ virtutes et mores efficiant̄ eis desiderabiles nō solū spe retributionū: sed etiā ipsa ꝑfectione: decore: suauitate: salubritate: ⁊ multitudine: ac pulchritudīe mirabiliū earum. Dicemus etiam in primis sermōes eorū qui precesserūt nos et declarabim⁹ eos expositione breui ⁊ lucida.

Tullius. A

¶ Tulli⁹ igitur qui dixit: q͞r virtus est habitus mētis bene ↄstitute. Si intellexit in sermone hoc: ꝙ virtus sit mētis bene cōstitute: id est mentē bene cōstitutēs quod est bene ordināns: relinq̄t nobis adhuc ambiguitatē non paruā: q͞r vel intellexit de virtute quod esset bene ordināns mentē s̄m q̄d: siue scd̄m partem: aut simplicit̄: hoc est scd̄m totum non videt̄ autem ꝙ scd̄m totum cū q̄dā virtutes alio modo se habere videant̄.

Prudētia.

Prudētia nāq͂ solam vim intellectiuā in mente: nō autē totam mentē bene cōstituere siue ordinare videtur. Si vero intellexit s̄m quid: siue scd̄m partē forsitan nō bene videt̄ dicere: non solum ꝓpter hoc: q͞r mens hūana impartibilis est: sed ꝓpter duas alias causas. videlicet q͞r forsitā impossibile est mentē humanā s̄m partem tantū bene constitutā siue bene ordinatam esse. Impossibile enim est forsitan aliquā ex viribus eiusdē superioribus solam ita corruptā vel ꝑuersam esse: vt alie sint omnino immunes ⁊ libere a ꝑuersitate ⁊ corruptione.

B ¶ Deinde si virt⁹ oīs habitus vniuersalis est: forsitan non sustinet secū in eis mētibus aliquid ꝑuersitatis siue inordinatiōis. Quare a tota mēte expellit omnē inordinationē: et propter hec ex necessitate totam mentē bene ordinat siue constituit. Hec autem in sequētibus determinabimus.

Nota.

¶ Q͂ si dixerit quis: quia virtus est habitus mentis bene constitute simpliciter: id est habitus qui est in mente que est bene constituta: quod est bene ordinata: ad instar ciuitatis in qua rite imperat̄: et rite paretur que prudentibus consiliarijs siue ↄsulibus: iustis iudicib⁹: ceteroq͂ magistratu vt decet amministratur. Hec ratio non magis est virtutis q̄ scientie: nisi in hoc forsitan: ꝙ virtutē veri nois nō ↄtingit esse alteri⁹ modi

C

mētis sciētiā autē veri nois ↄtingit etiā in mēte valde peruersa: vt arithmeticā: geometriā.

Aristoteles.

¶ Sermo vero aristotelis quo dixit: q͞r virtus est que subiectū bene habens ꝑficit: et qua opus suum bonū reddit: nō aliam videt̄ habere intētionē: nisi quia virtus est que subiectū suum sanū elicite lesione cōtraria. Bene enim habens idem est quod sanū: sicut legit̄ Mathei. 9. Non est opus medico bene habentibus: sed male habētibus. Et marci 10. Non necesse habent sani medico: sed qui male habēt. Potest etiam intelligi bene habens: hoc est bene se habēs ad operationes quod apparet ex his que in eodē sermone sequētur: videlicet ex hoc opus suū bene reddit. Magis autem nobis videtur ꝙ vera littera aristotelis in loco suo sit hec: que bonum habens ꝑficit: vt accipiatur habens accusatiui casus: ac si diceret̄: Virtus est que perficit bonum subiectū habens illam. Et ꝙ sequit̄ declaratio est eius: quod est bonū: ac si diceretur bonū est quod opus suū bonū reddit: ⁊ hoc vult ipsa declaratio et exemplū quod ponit aristotelis de oculo: nec est contēnenda illa littera. Quoniam oīs virtus cuiuscūq͂ fuerit virtus id bene habet ⁊ proficit: et eius opus bonum reddit: sicut virt⁹ oculi et oculū bonum reddit ⁊ opus ei⁹: oculi enī virtute bene videmus. Similiter exemplū ponit de equo et de virtute eius. deinde temperās sermonē aristo. subiungit. Si vtiq͂ hoc in hominib⁹ sic se habet: hoc est dicere si virtus in hominib⁹ iuxta hunc modū dicitur: videl3 quemadmodū in oculo ⁊ equo: erit omnis virtus vtiq͂ habitus a quo bon⁹ homo: et a quo opus suum bonū reddit: in quo sermone virtutem ⁊ bonitatē idem esse intellexisse videtur: quemadmodum et ante hunc sermonē virtutes ⁊ malicias coniungit quasi contraria. Quod vtiq͂ non faceret: nisi virtutē et bonitatē pro eodem acciperet apte etiā dicit.

Nota.

Q͂m scd̄m virtutes et malicias boni ⁊ mali dr̄ habet autē duas dubitatiōes s̄mo iste aristote.

D

Alteram scilicet i hoc: ꝙ virtutē dicit habitū a quo homo bonus est: quare non solū ex virtute homo bon⁹ est: sed etiam ex vnaquaq͂. Quare videtur contingere eundē hominē scd̄m ipm simul esse bonū ⁊ malū: maxime autē in virtutibus cōsuetudinalibus. Verbi gratia: aliquis videtur castus esse simul ⁊ auar⁹: vel largus ⁊ iniudus: vel castus ⁊ ꝓdigus. Non autē habet hec consuetudo loquendi vt simul dicatur aliquis bonus et malus simplicit̄: sed solūmodo scd̄m quid: ⁊ ita nō circūspecte: nec etiam vere: vt videtur dixit illud quia virtus est habitus a quo homo bonus siue a quo quis bonus sit: quare nec virtus bonitas erit simpliciter: sed tantū scd̄m quid: quemadmodū neq͂ calor erit simpliciter a quo ꝓpriū subiectum nō est calidum: neq͂ proprie calor a quo ꝓprium subiectum nō est simpliciter coloratū.

Virtus.

¶ Alterā autem dubitationē nobis relinquit in sermone isto: in hoc ꝙ dixit: quia nec passionib⁹: nec potentijs boni vel mali sumus. Neq͂ scd̄m eas laudamur: nec vituperamur: sed scd̄m habitus tantū cum manifestū sit scd̄m naturam solūmodo operantes bene tātum et laudabiliter operari.

E

Natura enim per se nichil prauum nichil malū suggerit: hec autem euidēs est in primis parētibus.

Natura nichil prauū suggerit.

Qui si solam suā naturam secuti essent nō declinātes ab ea: nullaten⁹ peccassent nec dubitat aliquis vllatenus intelligēs: quin ⁊ obediendū sit per oīa creatori: ⁊ quin natura ipa hoc ipsum suggerat. Maxime autē dubitari non potest quin in primis parētibus in quibus nichil obtenebratiōis vel prorsus lesionis habuit humana natura istud suggesserit: ⁊ hoc absq͂ vlla ↄtradictiōe vel rebellione: verum cū mulier ad vocem serpētis aurem inclinauit: vel vir ad vocem mulieris cōtra dei mandatū suadentis. A voce imo clamore nature au

Adā auer-

tit aures ab instin⸗ ctu et cla⸗ mo⁊ natu⸗ re.

rem vtere vertit: et bonum instinctū nature deserēs suggestioni peruerse acquieuit: quare manifestū est solis naturalibus naturaliter tantū vtentes: bene ⁊ laudabiliter operari. quare non solum habitibꝰ boni sumus: aut solum bonū opus reddimꝰ. ¶ Amp. merito querimus ab Aristotele ⁊ sequacibus eius:

Questio.

vtrum Adam et Eua in statu innocētie boni fuerūt: an mali: an neutri? manifestū est: q᷑ mali non fuerūt eo tempore: cūm totum quod in eis erat creasset in eis deus. Malicia autem nec in eis nec in alijs vnꝙ̄ creauit deus: quare malicia in eis nō erat. Nō erāt igitur mali tēpore illo: quare vel boni vel mediū: ꝙ̄ si boni non erant: sed medij. totum autē quod erant naturaliter erant solūmodo. Quare naturaliꝝ fuit medius ille status: anteꝙ̄ alter extremorū. hoc aūt est impossibile manifestū: videlicet vt mediū in quocunqꝫ genere cōtrarietatis: sic naturaliꝝ aūt ꝙ̄ alterum extremorū. ¶ Amplius. Si posuerimꝰ aliquē hominē in contrario statu creatum fuisse: certū ⁊ illum malū esse eo tēpore: videlicet tēpore sue creationis: et malicia ipa erit hmōi naturalis: quemadmodū scdm errorē manicheorū. quare contrariꝰ status erit bonitas: et ita Adam et Eua boni fuerunt

Nota de Adam.

in statu illo. Non autem fuerūt boni ex passiōibus vel habitibus acquisitis: siue per frequētiā operationum siue aliter: quare ex solis potentijs ⁊ scdm illas solas boni erant. ¶ Amplius. Quales dicit intelligentias ⁊ angelos fuisse ex sola creatiōe si creatos confiteꝝ: aut si increatos: quales esse cum oīno non ponat in eis aliquid acquisitū esse nihil aduenticium: vtiqꝫ omēs hmōi substantias nō ponet esse nisi bonas: presertim cum demones siue diabolos omīno nō esse contendat: et probationes ad hoc conetur inducere. ¶ Quia si dixerit iuxta sententiā suā ꝙ̄ in huiusmodi substātijs idem est potētia ⁊ actus: et ideo nō est mirū si huiusmodi substātie bone sunt scdm potentiā: quia hoc est dicere bonas esse scdm actum: cuꝫ actus ⁊ potētia prorsus idem sit in illis. nō propter hoc euadit quin necesse habeat confiteri bonitate potentie bonas illas esse. Q; si potētie naturales in hominibꝰ siue vires non sunt eius perfectionis: vt ex necessitate coniuncte sint actibꝰ suis

Potentie pncipia sūt bono⁊ a⸗ ctum.

vel idem cū illis. Non ideo tamen aut male aut nō bone sunt: cum sint principia p se bonorum actuum et laudabilium. ¶ Amplius. Iracūdia in leone: rapacitas in lupo: et insidiositas in vulpe: ⁊ auaricia in coruo. ⁊ his similia. si vituperanda essent in huiusmodi animalibus: ex necessitate et vitia essent: et naturalia in eisdem. quare contraria his naturalia vbiqꝫ laudabilia erunt virtutes naturales in illis: quia igitur contraria naturaliter sunt in hominibus: et vtiqꝫ laudabilia in ipsis. Verbi gratia: mansuetudo naturalis: beneficentia naturalis: simplicitas naturalis. largitas naturalis: et ad hunc moduꝫ de alijs. quare naturales virtutes et naturaliter sunt: et naturaliter fuerunt in hominibꝰ. Scito autem q᷑ manichei etiam in animalibꝰ posuūt prenominatas dispositiones esse malicias: ⁊ a deo maligno quem principē tenebrarum vocant cū ipsis subiectis earū creatas esse ⁊ conditas. ipm eni ponunt nō solū ma⸗

machome⸗ ti opinio ꝺ angelis.

lorum auctorē: sed etiam omīs malicie. ¶ Amplꝰ. In lege machometi dicitur: si tamen sermones illi sermones sunt alicuius qui nomine hominis dignꝰ sit. Quia deꝰ creauit angelos de luce: diabolos autem de flamma. In quo aperte videꝝ diabolos creatos fuisse malos intellexisse: angelos aūt bonos et posuisse naturalē esse bonitatē angelorū ⁊ maliciā diabolo⁊. ¶ Amplius. Si malicia naturalis est: nō

Nota.

est nisi lesio atqꝫ deturpatio: siue defectꝰ vis aut potentie que in se et p se naturaliter est bona. Que malicia ex hoc vtiqꝫ malicia est solūmodo: q᷑ bonū huiusmodi aliquo modorū istorū ledit: videlꝫ aliquid minuēdo seu detrahēdo: vt priuatio: vel aliqd addendo quod nō cōuenit: immo discōuenit vt viro⁊ in facie humana: vel quod supfluit quod nimiū est: manifestum est: q᷑ sublata malicia et a malo homine: ⁊ a mala anima remanet vtrūqꝫ bonuꝫ. Manifestū igitur est ex his: ꝙ̄ preter virtutes istas quas sic diffiniuit: sunt ex necessitate virtutes ⁊ bonitates naturales et in substantijs abstractis nobilibus: ⁊ fuerunt quandoqꝫ in hoībus: videlꝫ in Adam et Eua. ¶ De

Virtutes nāles que.

claratū etiā est tibi ex his: q᷑ ꝟtutes nāles non sunt nisi potentie naturales ⁊ hoc cum libere sint ⁊ omnino immunes a diminutiōe quam diximꝰ: ac supfluitate et indecētia. ¶ Habet autē questionē quid differt potentia ab habitu. Et iam estimauerunt aliqui: ꝙ̄

Potētia ⁊ habitus an differant.

subiecto vnum sunt potētia ⁊ habitus: ⁊ q᷑ habitus nichil addit super potentiā nisi expeditionē que nō est nisi sublatio vel priuatio impedimētu: quo impeditur bene reddere opus suū et eodē modo se habet de libertate. Hoc autē exemplū est virtꝰ gressibilis in hoīe compedito vel cuiꝰ pedes ligati sunt: ita tamen vt ambulare possit quoquomodo: ambulando confringere: aut vincula disrūpere: sicut igitur inquit: iste homo ambulādo nō nouam virtutē gressibilē acquirit: sed pristinā cōfringēdo cōpedes: aut disrūpendo vincula libeat et expedit: sic quibuscūqꝫ bonis opibus se exercens non nouū aliud acquirit: sed vires suas naturales liberat ⁊ expedit. Cū auteꝫ obijcitur eis: q᷑ etiā qui liberā habet virtutē gressibilem a cōpedibus ⁊ vinculis exercēdo se ambulando: currendo: saltādo efficitur melius habēs: ⁊ melius opus illius virtutis reddens: ⁊ ita acquirit vel habitū: vel habilitatē: vel promptitudinē: vel facilitatem ad opus illiꝰ: quas non prius habebat. Respondēt: q᷑ hmōi exercitatiōibus nichil nouū ei acquiritur sicut prius: sed impedimēta solūmodo tolluntur sicut forte in neruis ⁊ lacertis in cordis ⁊ ligamentis pedum ⁊ tybiarū atqꝫ coxarū et forte aliorū

Assimili.

membro⁊ humor aut viscositas aliqua que agilitatem eorū impediebat cōsumiꝝ ⁊ calor: etiam qui nō parum adiuuat virtutē hmōi augeꝝ: sic ⁊ in animabus nostris obscuritas ⁊ crassitudo que viribꝰ eiusdem adherēt a parte corporis: instar rubiginis elimātur ⁊ detergunꝝ ⁊ splendificantur: instar ferri: qꝺ exercitio alicuiꝰ operis a naturali obscuritate sua: et nigridine splēdidatur atqꝫ candescit: vel instar speculi aut vitri quod tersione clarescit: aut instar lapidis preciosi q politione radiosus atqꝫ coruscus efficiatur: aut instar aque: que motu sue labilitatis ad

Nota.

mixta: fordes deserēs: depuraꝝ in claritatem: et hec omīa nō fiunt prenoīatis rebus additione aliqꝺ: sed magis detractiōe. Sculptores eni ⁊ elimatores atqꝫ politores nihil addūt rebus i quibꝰ operanꝝ: sed magis detrahūt. Videtur aūt horū sententia multuꝫ

Plato.

cōcordare opiniōi platonis q posuit sciētias sepultas ⁊ obtectas in aīabꝰ hūanis nō acqri neqꝫ aduenire vllomō: sꝫ discoopiri ⁊ appere q priꝰ erāt. Quēadmodū ferrū p elimationē speculū effectū potētiā siue ꝟtutē reddēdi imagīes nō acqrit ex elimatiōe: sꝫ

discoopit eidẽ ꝛ appet ĩ illo. Q̃ꝫ aũt posuit plato de scientijs necesse hꝫ ponere de virtutibꝰ q̃ per frequentiã operum acquiruntur. Manifestuꝫ igiẽ est ex omnibus precedẽtibus aristo. non diffiniuisse virtuteꝫ gñaliter neqꝫ bonitatẽ intentiõe generali accepisse sed moralem solũmodo siue ciuilem: vel potius consuetudinalẽ: videlicet eam qua vulgus et cõmunitas hominũ bonos homines vocare cõsueuerunt: ꝛ de qua eos laudant: de cuiusꝫ ꝯtrario vituperant bonitatẽ quippe naturalem quã diximus pauci ex hominibus capiũt: qꝛ soli philosophi: quẽadmodũ et bonitatẽ gratuitam non capiũt forte nisi quibus reuelata est: de hoc quidẽ latius loquemur in sequẽtibus. ¶ De habitibus vero quos ponit aristoteles

D non leuẽ habet questionem an sint noue qualitates addite super potẽtias naturales: an sint libertates

Habitus.

et experimenta sicut supra narrauimus. Si eni sup potentiaꝫ agendi que iusta sunt ex frequẽtia agendi talia acquiritur habitus q̃ vocatur iusticia: videtur similiter ex frequẽtia vidẽdi fieri similis additio super virtuteꝫ visibilem siue visuꝫ: et ita erit visus cõsuetudinalis super visum naturalẽ: et eodeꝫ mõ sup auditũ: ꝛ sup vnũquẽqꝫ quiqꝫ sẽsuũ alioꝝ. In q̃ videẽ dicẽdũ ꝓ aristo. q potentia agẽdi q̃ iusta sũt: ad ea q̃ iusta sũt: patiẽ mediũ ꝓpẽ elõgationẽ sui ad illa: ꝛ ob eandẽ causã idiget medio: visꝰ vo nec patiẽ nec idiget ꝓpter ꝓpinquitatẽ sui ad operatiõem que est videre: vnde et statim illã reddit oblato visibili sibi vel obiecto. Potẽtia vero naturalis agendi q̃ iusta sunt non sic propter causam cõtrariam. ¶ Q̃ꝫ si dixerit quis: quia hmõi habitus cũ sit ĩpartibilis. ĩpossibile est vt acquiratur in tẽpore vel per partes. Im‑

Acute disputat.

ptibile eĩ omne totuꝫ simul generatur et subito. Si eni pars post partẽ in eo generaretur: partibile esset ex necessitate: habitus ergo hmõi totus simul et subito generatur: quere in vna vel ex vna operatiõe non igitur ex frequentia operationum. ¶ Amplius Aut generatur in prima operatione aut nõ: si sic ex prima: non igitur ex frequentia: si non aut aliud eiꝰ generatur aut nihil: si aliud erit igitur partibilis: si nihil: eadem ratione nec in secunda nec in aliqua ex sequentibus: cum omnes eiusdẽ virtutis sint in agẽdo: quare nec in omnibus simul. Q̃ꝫ si dixerit quis: ex vltima operatione generatur: sed alie sunt preparatorie: ex vna ergo sola est proprie non ex frequẽtia nisi equoce: sꝫ hec aliẽ opꝫ inuestigari. Vꝫ eĩ oĩbꝰ modis ĩpossibile qd ex opatiõe q̃cũqꝫ q̃ ex aĩa sit aliqd generẽ ĩ illa vbi gr̃a. Cũ opaẽ qs aliud eoꝝ q̃ iusta sũt videlꝫ puniẽdo maleficũ aliquẽ mãifestũ est q hmõi opatio absqꝫ reflexiõe erit ĩ eũ q̃ puniẽ: q̃re nihil generat ĩ aĩa puniẽtis: sꝫ ĩ eo solũmõ q̃ puniẽ. ¶ Amp̃. Ista opatioẽ actio puniẽtꝫ. impossibile autẽ est q actio cuiuscũqꝫ agentis agat in ip̃ꝫ: q̃m nec seipsa põt agere in ip̃s nec alia actione. Si eni alia actiõe iret restũc in ĩfinitũ: nulla eĩ eẽt ratio q̃re p̃ma actio nõ posset agere ꝑ seip̃aꝫ potiꝰ q̃ scd̃a vel q̃re potius reqreret aliã actiõeꝫ q̃ scd̃a q̃re ip̃a nõ reqrit aliam actiõeꝫ ad agẽdaꝫ in aĩaꝫ: vel scd̃a reqret hoc ip̃ꝫ: et ita in ĩfinitũ. Valde aũt absurdũ videẽ vt actio: q̃ ex aĩa est aliud generet in illa agẽdo ip̃aꝫ seip̃a. Actio eĩ nõ est nisi via et gñatio sequẽtis passiõis. Scd̃m

Nota.

hoc autem esset generatio passionis: videlicet eius que per ipsam fieret in animam: et ita ageret quasi in ante ꝛ retro: hoc autem aperte impossibile videtur cũ tota ipsa actio tota intentione agentis feratur in patientẽ. ¶ Amplius. Totũ quod in anima ẽ

Idem dicit

punientis istũ maleficũ quod ad hanc punitionem pertineat. non est nisi vel deliberatio: vel consilium vel cogitatio actualis ipsius punitionis: aut delicti: aut volũtas siue velle actuale ipsius punitiõis aut finis. Hoc est boni qd intenditur per hmõi punitioneꝫ. Certũ autẽ est: quia nichil horuꝫ omnium inest

Velle actuale.

vel fit in anima ex actione illa quã punitionẽ vocamꝰ: imo ipsa punitio ex oĩbꝰ illis est simul aggregatis: quare omnino nihil generatur: vel fit in anima ex hac vel ab hac opinione: ꝛ ad hunc moduꝫ est oñdere de alijs. ¶ Amplius. scd̃m hec: cum anima sit agens illã actionẽ erit agẽs ꝛ omne id: ꝛ in omne id qd ꝛ in quo per illã actionẽ agiẽ: quare et erit agẽs in seipsam: ꝛ generans in seipsa id qd illam per illaꝫ actionẽ generatur: quia erit agens in se ipsã: ꝛ patiens a se ipsa: ꝛ hec secundũ idẽ: cum habitus s̃m hãc sententiã generetur in ipsis viribus anime ex frequẽtia operationũ suarũ. Nec est simile exẽplum aristo‑

Aristoteles

telis de medicãte atqꝫ sanãte seipsũ: qꝛ ibi manifeste s̃m aliud ẽ agẽs ꝛ s̃m aliud patiẽs. Scd̃m aĩaꝫ eĩ ẽ agens in ipsa medicamẽta: ꝛ partes eorum cõterẽs cõmiscens atqꝫ coquens illa. Scd̃m corpus: aũt solũmodo est patiens a virtutibus eorũ ¶ Amp̃. s̃m hoc: ex frequenti apprehendere siue cogitare generabitur habitus. vel bonus: vel malꝰ: quare ex ipso cogitare siue apprehẽdere erit aliquid in vi nostra intellectiua siue cogitatiua. Aliqd inqꝫ aliud q̃ ip̃m appr̃hẽdere vẽ cogitare: ꝛ ꝑ hũc modũ: ĩ virtute ip̃a visibili ꝑ ipsũ videre fiet: vẽ erit aliqd aliud ĩ virtute visibili q̃ sit ipsuꝫ videre. Quare ꝛ per illud fiet eadẽ ratione tertiũ in eadẽ: ꝛ per tertiũ quartũ: ꝛ ita ĩ infinitũ. ¶ Amp̃. illud quod est vel fit ex ipso cogitare per se in vi cogitatiua: ex necessitate eiusdem est speciei cum illo cum omnis operatio nature per similitudinem sit. Albedo enim per se in subiectũ albabile naturaliter imprimit albedinem: quare si ex ipso cogitare imprimitur aliud in vi cogitatiua naturaliter ac per se imprimetur in eadem ex necessitate aliud cogitare eiusdem speciei: ꝛ ita erũt duo cogitare eiusdem speciei actu simul in eodem subiecto secundum idem. Hoc autem est dicere q due albedines simul sint in eadem superficie. ¶ Amplius. album ab equo albo nullomodo est passibile secundum albedinem: quare nec vis cogitatiua est receptiua vllo modo alicuius q̃diu habet in se passionem eiusdem speciei ĩ affectu: ꝛ ita q̃diu habet vnũ cogitare in seipsa: in effectu non est receptibilis alterius eiusdem speciei. ¶ Amplius. Ipsa virtus co‑

Virtus cogitatiua.

gitatiua esset secundum hoc agens in se ipsam per ipsum cogitare: ꝛ patiens a seipsa per illud et hoc secundum idem: quoniam impartibilis: et ita contraria essent in eodem secundum idem. Agere enim

Agere ꝛ pati cõtraria.

ꝛ pati simpliciter contraria sũt. ¶ Amplius. Qualiter intelligũt q forma aliqua agat in ꝓpriũ subiectũ: cũ forma ꝛ subiectũ eadẽ res sit: ꝛ ita formã age‑

Forma.

re vel imprimere aliud in ꝓprium subiectuꝫ: hoc erit ipsũ subiectũ agere vel imprimere aliqd in seipsuꝫ. ¶ Amplius. Habitus hmõi: hoc est gñatus ex frequentia eius quod est apprehẽdere vel eius quod ẽ velle ex necessitate erit eiusdem speciei cum ipsis. Non enim refert an ex vna calefactione: an ex multis sit generatio caloris. Siue eĩ ĩ vna agaẽ calefactione siue multis idem calor in specie generatur ab vna: et a multis: et hoc est quoniã vna calefactio

cum multis eiusdem est speciei. Similiter vnū velle
cum multis siue quotiēs libet iteratuȝ vnum est fm
speciem: quare vna erit impressio eiusdem et semel
tātuȝ operātis et multotiens. Quare habitus queȝ
Aristoteles ponit aristol. per iteratiōem huiusmodi generari:
aut erit eiusdē speciei cum ipso velle vel cū ipso ap-
ꝑhendere seu quacūq; alia opatione: ex cuius fre
quētia vel iteratione acquiritur. ¶ Amplius. si alte
rius speciei est habit⁹ generat⁹ ꝙ passiōes vel opa-
tiōes illum generātes vñ illi speciei diuersitas. Ex
vno eni agēte et fm vnum nunꝙ est multitudo natu
raliter siue diuersitas: vnum autem est agens: et se-
cūdū vnum in tota frequētia: quemadmodū igiť ca
liduȝ per id quod est calidū semꝑ agens non generat
per se nisi calidum: siue tm̄ siue multotiēs operetur
Sic ipossibile est quamcūq; opationeȝ vel passionē
tam semel ꝙ multotiēs operantē per se diuersū a se
in specie siue dissile generare. ¶ Ampli⁹ manifestū
est quia frequētia videndi ꝑpatat media visibilia vi
sum adiuuat et confortat. Abstinere autē omnino a
vid endo: ipsuȝ debilitat et ad vltimū extinguit: nun
quid frequētia huiusmodi generat nouum habitum
ad videndū et ita erūt duo habitus in vno q̄ȝ homi-
ne bñ vidente: videlicet naturalis: ⁊ iste videndi ha-
bitus exercitio acquisitus. Si autē duos visus po-
nit aristo. necesse est euȝ simpliciter ponere duas ce
citates: ꝙ si dixerit quis nō nouus habitus generať
in virtute visibili per hmōi frequentiam: sed confor
tatur naturalis expeditur ⁊ adiuuatur multiplicit
cur nō similiter dicet ⁊ in aliis potētiis: quia non no-
uus habitus in eas vel secūduȝ eas generať: sed ipe
potentie per opationū suaruȝ frequētias cōfortan-
tur roborātur libere ⁊ expedite efficiunť. ¶ Ampli⁹
Habitus ab habēdo. Cū habitus ab habendo dictus sit. Erit igiť habit⁹
alicuius rei habite: habitus autē rei habite non est
genere qualitas: sed magis relatio siue ad aliquid:
virtus autē omnis de qua ipse intēdit genere quali
tas est sicut et malicia quoniam secūduȝ eas quales
Uirtus qualitas est. dicuntur id est boni vel mali. ¶ Amplius. Quid dif
fert dispositio ab habitu secūduȝ ipsuȝ: nisi ꝙ hec est
facile: ille vero difficile mobilis. Facilitas ei et dif
ficultas mobilitatis: nō diuersificātur fm speciē. Nō
enim alterius speciei est nigredo in coruo: ⁊ albedo
in niue ꝙ sint in eis que facile tingibilia: aut distin-
guibilia sunt: albedo enim ⁊ nigredo veri nominis
spēs specialissime sūt. ¶ Amp.. Quid ē sciētia dsa
in habitū: nisi scia radicata atq; firmata? Firmatio
Firmatio. aūt ⁊ radicatio nō sūt gñatiōes noue sciētie: neq; acq
sitiones: quemadmodum alibi dicitur. Quia firma
tio non est creatio noui iuris: sed reprobatio pristi-
ni. ¶ Amplius. Esto ꝙ vno et eodem docente audi-
ant duo ab ipso eandem scientiam. Sed alter sit for
tis ac tenacissime memorie: alter vero labilis ⁊ in
firme. Manifestum est: quia in vtroq; generabitur
scientia: sed in altero facile mobilis propter labili-
tatem memorie. In altero vero difficile mobilis ꝓ
per bonitatem memorie. Erit auteȝ in altero dispo
sitio: in altero habitus. Si vtiq; dispositio ⁊ habitus
Non aliter differunt ꝙ facilitate ⁊ difficultate mo-
bilitatis: quare scientia est habitus eorum non ex
aliquo quod generatum siue additum sit ei super es
sentiam dispositionis: sed ex bonitate vt diximus re
cipientis. Quem admodum si quis scriberet vel si-
gillaret in cera molli: ⁊ cera dura eandem scripturā
vel sigillationē: certum est ꝙ eadē esset scriptura: et
sigillatio: sȝ altera facile mobilis: ⁊ altera difficile.
¶ Iuxta hunc modū potest accidere de virtutibus.
Eadem enim predicatione siue exhortatione in ira
cundo naturaliter: ⁊ naturaliter mansueto genera-
bitur deo actore patiētia: sed in altero facile mobi-
lis: in altero vero difficile mobilis. Iracūdi eni na- Iracundi naturaliter
turaliter facile patientiā deserūt: ⁊ in irā atq; vindi
ctaȝ accenduntur atq; prosiliūt: mansueti autē diffi
cile. Ista autē difficultas nō ex assuetudine vel fre-
quētia operū est: sed ex bonitate seu ex bona dispos
tione subiecti: quemadmodū dicit Tullius. De na- Cicero.
tura inquit excelsū animo creauit statim de magna
nimitatis virtute indita animo isedit oratio. ¶ Am
plius: virtus ⁊ bonitas ex alio est bonitas: ⁊ ex alio
habitus certū autē est ꝙ essentialiter bonitas est.
Quid ergo est ex eo ꝙ habitus non videť aliud pos
se respōderi: nisi ꝙ qualitas est spiritualis difficile
mobilis: quare videť nihil addere habitus super es
sentiā sciētie vel bonitatis: nisi firmitatem vel diffi-
cultatē mobilitatis. Quia igiť frequētia operum
non additur bonitati vt bonitas sit: neq; scientia vt
scientia sit sed forte vt maior: aut vt melior: aut fir-
mior sit. Quare manifestū est ꝙ habitus ex frequē- Habitus rursum.
tia operū nō gignitur nisi scdm quid. Quēadmodū
quis diceret hominē albū generari: sic et habit⁹ nō
secūdū totū quod ē ex frequētia operū gigniť: licet
id forsitan eo gigniť. vnde habitus nominať. Quē
admodū si quis dicat scientiā firmatā generari pro
eo: quia firmitas ipsi scientie adgeneratur. Uerisi-
militer aūt forsitan dicet aliquis: q2 quēadmodum
applicatio vna calidi ad frigidū aliud operatur scȝ
diminutionē frigiditatis: vel impressionē aliquan
tulā caloris. Deinde iterata multotiēs paulatiȝ ac
destructa frigiditate caloreȝ purū ac vim tandē im-
primit. Si forsitan iterate bone operationes siue in
teriores siue exteriores aliud quod est cōtrariū vir
tuti paulatim minuēdo consumūt: donec vltima di
spositio iprimatur: q̄ propter hoc habitus est: quia
subiecto precedentibus operationib⁹ ꝑparato: et
optato ꝓfunde ac tenaciter adheret. ¶ Dicet quis
forsitan: q2 frequētia operū ꝓfūdatio est dispositio Frequentia operum qd
nis ⁊ infixio ipsius: quēadmodū paulus multis im
pulsionibus: aut desuꝑ malleationibus paulatim
profundať: ⁊ figitur donec firmiter stet aut difficile
moueatur. Sic scientiā vel bonitatē iteratatio vel
frequētia operū infigunt atq; ꝓfundant: donec inti
me hereat aie hūane: vel quēadmodū plātula radi-
ces paulatim mittit in terram: donec terre vitaliter
hereat: sic sciētia ⁊ virtutes paulati ꝑ assuefactionē
diffūdūtur i iteriora mētis hūane: donec ei q̄si vita-
liť hereāt: ⁊ tūc hit⁹ noīanť cū possessio earū firma-
ta ē. An ⁊ ex hoc habit⁹ noīare videť q2 tūc vocē ha Habitus quando.
beri videnť cum in firmā possessionē mentis transie
rint: ꝙ diu eni facile amitti possunt quasi nō habe
ri videnť: sed sūt velut hospites ad tempus recepti.
Postmodū auteȝ tanꝙ ciues ⁊ mansionarii in ipsa
mente morantur. ¶ Amplius. Secundum aristo- Aristoteles
telem habemus supernaturalem potentiam: vt ex
ea operemur expedite siue prompte: deinde firmiť
tertio gaudēter: alioquin enim non operatur quis
virtuose: nisi prompte: et expedite opus virtutis
reddiderit. Si enim non ex corde: sed quasi per vim
aut ꝑ difficultatē: iā non ex habitu: sȝ poti⁹ ex dispos
tione infirma: ⁊ debili eodemmodo si infirmiter aut
debiliter: quod est si leui aut modica vel discussio

ne vel difficultate videlicet damno vel labore modi
co desistat opari. Ista eni certa inditia sunt nondū fir
mate nondū verse in habitū infeo bonitatis. Similit
si nō gaudētur: sed cum metu: vel tristicia iudicat tꝫ
Aristoteles aristotelem. q̄ nō ex virtute operetur: sꝫ magis mo
tus a pricipio exteriori gaudiū est enī iusto facere
iudiciū sicut legit ꝓuerbiorū. xxi. ¶ An aūt veritas
ita se habeat videlicet q̄ opatio virtuosa tria illa ex
necessitate habeat aliqd habet questionis qd nobis in
sequētibus declarabimus. verū tētabimus primum
perficere declarationē questionū quas pmisimus:
dicemus igit q̄ differt inter memoriā et scientiā ha=
bitū quēadmodū differt inter cysternā et fontem vel
Memoria alio modo. Memoria eni thesaurus est continēs et
⁊ scientia. custodiens reposita: habitus autē est generās ⁊ effi
ciēs noua videlicet nouū apprehēdere ⁊ nouū velle
et nouas operatiōes: quēadmodū fons eructās et
effluēs continue nouas aquas. cysterna vero reposi
tas cōtinet ⁊ custodit: nec ex ea est fluxus vel emana
tio aque noue. Vetera igit et iam pterita de thesau
ro memorie extrahuntur scilicet q̄ in ea: vt diximus
recōdita erāt. De sciētie vero habitu noue cōclusio
nes et noue adinuētiones instar fontis ꝓdeūt: assue
tudine igit operū vel bonarū operationū fiunt vires
naturales velut fontes et putei ꝓmpte et expedite
emanationis q̄ prius erāt aluei aut aridi aut pene
aridi: vñ et quasi pene implētur frequētia bonarū
operationū: non vt eas solas reddāt quēadmodum
cysterna vt diximus ⁊ thesaurus q̄ vtiq̄ non reddūt
nisi deposita: sed vt eas generēt. Est etiā assuefactio
Assuefactio operū bonorū sicut irrigatio: ⁊ sicut seminatio: ⁊ si
cut impregnatio viriū nostrarum naturaliū. Qua
de causa postmodū ex ipis producūtur et generant
vel fuges ac partus operatiōes laudabiles. ¶ Nō
multum autē refert si quis dicat habitū fontem esse
exortum p assuefactionem operū in terra alicuius
virtutis naturaliū aut puteū fossum in illo: aut illā esse
factum fontem: aut puteum per huiusmodi assue=
factionem. An dicat habitum huiusmodi vim natu
ralem impregnatam aut irrogatam aut fecundatam
aut seminatam per prenominatam assuefactionem.
¶ Si quis autē querat quid est essētialiter qd addi
K tur vel acquisitum est in anima humana: vel aliqua
virium eiusdē per frequētiam operum? Et quid ē
essentialiter: Respondemus q̄ essentialiter est bo=
nitas vel malicia radicata pregnans seu grauida: ⁊
ad partus operū suorum prompta atq̄ parata. Et
iterum. Non solū plena: sed cumulata: ⁊ ad redūdā
tiam facilis ⁊ presto: et ex hoc forsitan habitus no=
minata: ex habendo scilicet fontalem ac redundantē
copiositatem. Merito enim habitus dicitur ex eo q̄
habentem faciat et diuitem possessorē suū. Diuitē
Quare ha= inq̄ et copiosum operum. Vel forsitan ex eo q̄ habe
bitus ita di at ⁊ possideat subiectū in quo est: ⁊ ei plenissime do
catur. minetur. Passiones enim et dispositiōes facile mo
biles: neq̄ habent nec possident subiecta in quibus
sunt. Habitus autem siue boni siue mali illa totali=
ter habent ⁊ possidēt: ⁊ eisdem imperant ⁊ dominā=
tur. Quibusdam tamen visum est q̄ habitus spiri=
tuales ⁊ interiores de qb' hic loqmur instar habituū
exterior habit' nolati sūt. Aut eni vestiūt ⁊ ornāt si
boni sūt aias nostras vel cōtrariū in eisdē faciūt: ⁊
quemadmodū varietas habituū in psonis religio=
sis veritatē idicat ꝓfessionū: velut ꝓpriū isigne reli
giōis vt habit' cystertiensiū: habit' cluniacēsis: et

ita de alijs. Sic velut isignia variarū ꝓbitatum aut
maliciarū professores eorū spiritualiter intuentib'
demonstrant. ¶ Quod vero querit. vtrū vna opera
tione habitus generet vel ad eius. Iā respondimus L
in hoc: quia vna operatione quādoq̄ totus habitus Una opera
generatur: ⁊ hoc duobus modis: videlicet per vehe tione quan=
mentiā impressionis: vel per bonā dispositionē ac doq̄ gene=
cipientis. Accidit eni plerūq̄ suadere qd vitiū est vel ratur habi=
virtutis alicui: adeo efficaciter vt penetret in ꝓfū= tus.
dū cordis: et tenaciter inhereat eidē. Accidit etiā ex
vno cōcubitu vel etiā aspectu mulieris aliquē vitio
incontinentie iperpetuū corrūpi. Famosum etiā est
captū semel ab hostibus perpetuo contra eos timi
dum fieri: ⁊ forte accidit hoc in plerisq̄. Quotiēs ge
neratur habitus per frequētias operationū: ita q̄
ex oibus simul dicimus quia generat. Quēadmo=
dū calor aut color q̄tum ad quid generat enim dispo=
sitio post dispositionē: donec veniat ad nouissimam
vel nouissimas que omniū debent esse maxime: quē
admodū generatur calor post calorē donec veniat
ad nouissimū calorē maximū: ⁊ hoc est manifeste vi
dere: quoniā generatur cogitatio post cogitationē
⁊ deliberatio post deliberationē: ⁊ consiliū post con=
siliū. Sic ⁊ velle post velle: ⁊ operatio exterior post Nota.
operationē. in omnibus his qui easdē frequēter ite
rant operatiōes: quēadmodū in generatione calo=
ris destruitur sēper: aut tepiditas aut aliquis ex ca
loribus modicis generatis: et vnicuiq̄ illorū sic de
struitur succedit calor fortior. et maior donec venia
tur ad extremū maximū: ita fit in generationibus: ⁊
destructionib' dispositionū spiritualiū; donec com
pleat generatio habit'. Et attēde: q̄ in generatiōe
caloris ⁊ extremi ⁊ maximi nihil generat: cuiuscū=
q̄ precedētis generatiōe: q̄ sit: aut debeat esse pars
ipsius: sed tamē generant dispositiones quib' apta
tur subiectū caloris nouissimi ad recipiendū illum:
⁊ ad hoc vt fiat generatio eius in ipso. In generatio
nibus vero corporū secus est: quoniam in illis pars Generatio
post partē corporis generat: ⁊ permanēt partes ge corporum
nerate: ⁊ congregant altera alteri: donec constitua= per partes.
tur ac perficiat plena integritate partiū suarū cor=
pus qd generat: permanent itaq̄ partes successiue
ita generate: ⁊ ꝓpter fortitudinē substātie sue: et q̄a
necesse sibi ad hoc vt ex illis cōstituat generatum: et
q̄ hoc intēdit natura vt ex illis aggreget totū. Pre
terea nihil omino cōtrarietatis sm essentiā suā ha=
bēt ad totū: hoc aūt intelligimus in generatiōe cor
porū simpliciū hōgeneor. In generatione vero ca=
loris iam nō permanent generati calores ante no=
uissimum; quoniam cōtrarij sunt nouissimo calori:
eo modo quo medium contrarium est vtrisq̄ extre=
morum. Verum igitur est manifeste: quia nihil ca=
loris nouissimi generatur generatione cuiuscumq̄
mediorum: nichil inq̄ actu: ⁊ nichil quod debeat es=
se pars eius actu. Sed potentialiter in vno quoq̄
mediorū generatur aliud quod est extremum gene=
randi. In generationibus ergo corporum: et corpo
ralium dispositionū ita se habet: vt in generationi=
bus corporum semper generetur actu aliud quod
erit pars nouissimi generati. Incorporabilium
vero dispositionū generationib' fit sm potētiam: ⁊
hoc ē qm i his sp generat mediū qd non pōt esse pa K
alicui' extremor. In corpor vero gñationib' sem=
per est aliqd corporis generandi: qd ⁊ corp': ⁊ pars
illius videlicet generandi. In spiritualium vero ge

K neratiõibus non currit res per continuũ:neq̧ p
Generatio spiritualis. partes que sunt impartibiles. vnde cum queritur:
vtrum prima operatione frequentie generetur
aliud ipsius habitus boni vel mali. Responde-
mus q̄ nõ generatur aliud qđ sit pars ſm actũ:ſʒ ge
neratur forte amare aut velle:quod est adiumentuʒ
magnũ ad hoc vt tãdeʒ generetur amor habit⁹ aut
volũtas: ⁊ in secũda operatione generabitur forsitan
amare ⁊ velle fortius nihil aũt istoruʒ ꝓo est habit⁹
generãdi. Sed adiumẽtuʒ magnũ est vt generet̃ ha-
bitus q̃ est bonitas vel malicia aggregat⁹ ex hmõi
dispositionib⁹: ſʒ relictus ex illis ⁊ nõ ex illis vt ptib⁹
sed vt seminibus. ¶ Q; si q̃si erit: vtruʒ totũ ſimul ge-
L neretur vel ꝑ partes: vel ꝑ partes quidẽ potẽtialit̃
nõ aũt ſm actũ:q̃m ſm actũ ipartibilis ẽ. Generat̃
igr̃ ex hmõi dispositiõib⁹ q̃si i seminib⁹: ⁊ q̃si pull⁹
in ouo. Unde valde abusiue vocamus ibi generati-
onẽ:q: generatio habit⁹ ꝑut intẽdit Aristo. quasi se-
Aristoteles minatio tñ illius est. Q; si q̃sierit vtrũ aliq̃n ꝑmũ sit
habitus. Respõdem⁹ q̄ sic videlʒ cũ ꝓcesserit frequẽ
tia ex qua vel ꝑ quã debeat relinq̃ ⁊ mala dispositio:
sicut supra tetigimus operãtis nõ impedierit. Q;
si dixerit quis. Iste habitus nũc est cũ ante nõ fuerit
nec omnino ad eius:ergo nũc generatur vel creatur.
¶ Respõdem⁹ ꝑ aristo. q: nõ sequitur: ⁊ est hoc mani-
Aristoteles festũ si accipiat gñationẽ ſm intẽtionẽ aristo. Idẽ
est eni ac si argumẽtaretur dicens. Nũc est cum ante
nõ fuerit:nec ad eius:ergo nunc primo seminat̃ vel
preparatur ad omne. Possibile auteʒ est sicut dixi-
mus: vt in vno solo instãti absq̧ ꝑparatione habit⁹
generetur vt diximus. ¶ Q; autẽ queritur de reflectio
Uno instanti potest habitus generari. ne actionũ hmõi. Soluimus dicentes: res apprehẽ
se agunt in animas nostras: ⁊ imprimunt eas ipres-
siones: et passiones quas vocamus cogitationes: ⁊
affectiones: per quas postmodũ similes generan
tur. verbi gratia: vidit aliquis: aut audiuit aliqueʒ
aliquid operari eoruʒ que iusta sunt: ⁊ cõplacuit si-
bi in illo ꝓpter bonitateʒ iusticie ⁊ pulchritudinem
eiusdẽ ⁊ incepit amare illud: et excitatũ est in eo de si
deriũ similia faciẽdi: ⁊ adauctũ est desideriũ illud do
nec generaret̃ in eo volũtas operandi simile: deinde
operatus est illud. Uides igitur q̄ operatio illa
generauit in ipso apphẽsionẽ per sensuʒ siue cogita
tionẽ aut imaginationẽ ⁊ complacẽtiã atq̧ delecta
tio ẽ i illa: postmodũ amorẽ deide desiderũ: postea
volũtateʒ simile operãdi. Quod si prima operatio q̄
vtiq̧ extra erat et longius remota ab ipso et a lõge
apphensa generauit in eo affectiones hmõi quãto
fort⁹ ista ꝓpinquior generauit in eo affectiones hmõi
et a ꝓpinquiori agens similia et ita fortiora et maiora
operabitur in eodem. ¶ Alie ergo sunt ipressiones
in anima que generate sunt per apprehentioneʒ est
Impressiones in anima. prime operationis. Alie que per secundã et ille vti
q̧ maiores et fortiores. Nõ igit̃ est operatio ista vl
le modorũ ex illis eisdem cogitationibus et affecti-
onibus quas per sui apprehensionẽ generat in ani
ma: neq̧ operãs operatur ex illis istam operationẽ
immo ex prioribus: quare non est inconueniẽs vllo
mõ vt actiones qui sunt in animabus nostris agãt
in eas et reflectat super eas. Neq̧ inconueniens est
vt similes in apprehensione cogitationes et affe-
M ctiones illis cogitatiõibus ⁊ affectionibus: ex q̄bus
⁊ per quas exeũt: sed omnino inconueniẽs ⁊ impossi
bile est vt easdẽ numero. Neq̧ inconueniens est aiaʒ
⁊ agere in se ⁊ pati a seipa: ⁊ hec ſcʒ diuersas vires

Uis enim memoratiua in vi imaginatiua interduʒ Aduerte.
generat apprehensionẽ imaginatiuã: ⁊ vis sensitiua
agit in memoratiuam thesauriʒãs in ea formas sen
sibiles et quod amplius est ſm eandem vim agit et
patitur in seipsa. Alioq̃n inuentio et disciplina ni-
hil esset. Cum eni aliquis syllogizat ex aliq̄bus princi
piis conclusionẽ aliquam: ⁊ addiscit illã ex eis: ꝓcul
dubio ipsa anima secundum vim intellectiuam vel
ratiocinatiuã est agens et generans scientiã conclu
sionis illius: ⁊ patiens: id est recipiens illam. Uerũ
Anima simul agens et patiens ex aliis est agẽs: quia ex principiis hoc est ex rebus prin
cipiorũ et ex aliis est patiẽs hoc est ex rebus conclu
sionis. Nec est differẽtia inter vim intellectiuam et
vim ratiocinatiuam. vna eni ꝓrsus vis est aie huma
N ne apprehẽsiua nobilis sublimiũ rerũ. In eodem eī
ꝓrsus generatur scientia cõclusionuʒ in quo est scien
cia vel intellectus pricipiorũ. Et nihil prohibet in
eadem anima humana secundum eandem vim esse
duas qualitates eiusdem speciei sicut duas scienti-
as duorum similium: ⁊ duos amores duorum homi
num: et duas tristicias de duabus mortibus duoruʒ
amicorum omnino similium. Ipsa eni vis intellecti
ua siue apprehensiua nobilis: non solum subiectum
Uis anime intellectiua est et locus scientiarum. Sed et fons redundans ac
generatiuus simul vtrunq̧ et generatiua siue influ
ens et receptibilis eaꝝ iuxta verbũ veritatis Iohã
nis. iiij. Aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons a
que salientis in vitam eternam Si enim non esset
potens anima humana: et agere in se et pati a se:
et mouere se: et moueri a se. Forte nichil esset in
ea libertas arbitrii: et nichil esset apud eã virtus vl vi
ciũ. Similiter: neq̧ merituʒ aut peccatũ: ⁊ iterũ: nõ
secundũ idẽ vtrũq̧ posset: videlʒ et agere ⁊ pati. Ea
dem forsitan incõuenientia sequerẽtur: ⁊ vergere vi
det̃ aliter sentire in infamiã manicheorũ. Quapro-
pter conueniens erit cõsiderationẽ aliquã de his fa
cere quãdo loquimur de cogitationib⁹: ⁊ de resisten
tiis: ⁊ de bellis earũ atq̧ victoriis. ¶ Si qs aũt que
Questio. O rat de his quia rapacissimi sunt rapientes vndecũ-
q̧ possunt: ⁊ rapinã prodigaliter: ⁊ profusissime lar
giẽtes. Utrum in eis ex cõtrariorũ actuũ frequen-
tiis generent̃ habitus cõtrarii auaricie: videlicet ⁊
prodigalitatis an neutri eorũ. Qđ quidẽ magis vi
deri potest. Uidet̃ eni contrariorũ actuũ vterq̧ de-
struere nõ solũ reliquũ: sed ⁊ id quod ex eo relinqui
tur. Iuxta id qđ legit̃ Ecclesiastici. xxxiiij. vnus edi
ficans. ⁊ vnus destruẽs: qđ ꝓdest ei nisi labor? Quẽ
admodũ si q̄s caleficeret: ⁊ iteꝝ frigeficeret: ⁊ ecõuerso
nec calid⁹: nec frigid⁹ remaneret: nec reliq̄e caloris
aut frigoris i eo vllo mõ saluarent̃: q̄re relinquit̃ vt
P simul auarus ⁊ ꝓdigus sit. ¶ Eadem est questio de
lubrico qui interpolate: ⁊ vicissim multa frequẽtia
facit ea castitatis sunt: et sepe similiter relabitur.
Utrum contrariũ habitus: videlicet incontinentie
et castitatis generantur in ipso: aut nichil horum?
In quo respõdemus: quia neutra in vtroq̧ casu neu
ter habitum generatur impediente contrarietate
operationum. Uerum: quia tam opera prodigali-
tatis q̄ auaricie mala sunt licet contraria sint. In
Nota. hoc conueniunt et concordant q̄ mala sũt: ⁊ anime
humane lesiua: ⁊ viribus eiusdem valde nocentia.
Licet igitur contraria sint: et alterum alterum de-
struat: tamen quod cõmune est ambobus videlicet
nocumentum et lesio anime: et ab vtroq̧ relinqui-
tur: et cum vtroq̧ permanet. Quemadmodum si

mius calor nimium frigus destruit. Non tamen lesionem que ex illo est tollit quin potius auget: et econuerso. Sic casus et releuatio contraria sunt: et alterum alterum fundit⁹ tollit: lesionem tamē vl' in quinationē q̄ ex casu est nō sinat aut diluit. ¶ Quid etiā est qd̄ sequitur in sermonibus aristotelis: q: virt⁹ est bonitas duaꝝ maliciarū media: et nomināt duas malicias superfluitatē et indigentiā quas vulgariter

Aristoteles. nos vocamus nimiū aut parum questiones multas et dubitatiōes generat: mediū ei duorū extremoꝝ minus distat ab vtroq; illoꝝ q̄ illa ab inuicē. Quare min⁹ distabit bonitas et bon⁹ per bonitatē a sic malo: q̄ sicmalu sa sicmalo. ¶ Amp̄. Sicut ipsemet dicit ibidem. Contraria sūt que maxie ab inuicem discedunt. Et in libro predicamentorum. Que maxime differunt. Et in libro methaphisicorum: quia

Contraria. contrarietas est differentia completa quare magis differūt seu distāt ab inuicē q̄ a medio vel mediū ab illis: et ita magis distāt ab inuicē due malicie q̄ virtus media distat ab illis: ecōtrario autē videtur qm̄ bonū et malū cōtraria sunt. Similr̄ bonitas et malicia q̄re maxie ab inuicem differūt siue distāt: minus ergo distāt due malicie ab inuicē q̄ distēt a bonitate. ¶ Amp̄. Si bonitas media est: vt ipse dicit inter duas malicias: erit ergo natura posterior: mediū enī omne: si verum mediū est inter duo vere contraria: natura posterius est vtroq; illorum: quemadmodū medius color vtroq; extremorum. Respōdemus autē ī hoc: q: bonitas non est vere mediū inter duas malicias et hoc apparet: qm̄ nō est trāsitus p illā ab altera eaꝝ ī reliquā. Iterū nō ē cōposita ex ipis sic medius color compositus est ex albo et nigro: et tepiditas ex calido et frigido. Sed reuera res circa q̄s bonitates sūt de qua intēdit Aristoteles: medie sūt inter res superfluas: et diminutas; vel inter nimiū: et pa-

Aristoteles rum eo modo sicut numerus inter duos quoscunq; circa se positos quēadmodū inter denariū: et quinariū vel quicūq; alioꝝ mediorū. verbi gratia Quēadmodū inter comedere nimiū: et comedere parum est comedere in aliq̄ q̄ntitate sicut iter comedere librā panis: et comedere quartā: ē comedere medietatē eiusdē. Q; autē obiicitur: q: contraria maxime ab inuicē differūt: intelligim⁹ inter res generis illius sicut prenominate malicie in genere suo: quemadmodū color albus: et color niger in genere coloꝝ maxime differūt. Non autē magis differūt ab inuicem color albus et color niger q̄ color etiā grāmatica. Si quis autē querat cū virtus: et ars circa difficillima sint: difficilliores autē sint operationes ex q̄

Nota. bus relinquitur habitus q̄ ille que post modū procedūt ex habitu: immo cū habitus firmat⁹ fuerit: non solū faciles sūt operatiōes ex illo: sed etiā iocūde: minus ergo virtuose q̄ precedētes vel omnino non virtuose. ¶ Respondemus: quia difficultas et molestia in operationibus ex infirmitate est non ex virtute. Q; eni equus debilis et morbidus sessorem vel pondus cū labore portat atq; dolore: non ex virtute est: sed ex infirmitate ipsius. Q; vero equus fortis et validus alacriter portat et leuiter ex virtute illius est et bonitate. Sicut et quod oculo videmus interdum cum molestia et dolore ex vitio et malicia illius est: sicut quod clare et cum iocunditate videmus ex virtute eiusdem ē ac bonitate: virtus igit̄ et ars circa difficillima sūt facientes non solū facillima sed iocunda operātibus. Iam igitur declarauimus pro parte sermones aristotelis in diffinitiōe virtutis cōsuetudinalis: et ostendimus tibi modū generationis illius: et quia hmōi virtus nō est thesaurus vllo mō: neq; aggregatus ex opationib⁹ vl' dispositionib⁹ ex quibus relinquit̄. Quoniā ex thesauro: et aggregato: nec magis: nec melius exiūt: nec etiā aliud q̄ qd̄ est in eo repositū. Ex habitu vo hmōi exeunt et maiora et meliora opa q̄ essent illa: ex quib⁹ Epilogus supradictorum. relictus est aut generatus. Et insup infinita cū illa eēnt finita. Et quia generatio eius nō est ptinuū: et partes nisi potentialiter: quoniā nō ē partibilis essētia sua. Et quia aliquādo pmo ē hmōi habitus: nō tū dicit̄ tūc generari: qm̄ tūc nō ē in via ad esse. Sed ī ipo eē cōpleto. Generatio aūt est via ad eē. Assignauim⁹ etiā tibi causas noiationis sue: quare scꝫ noiatus ē habitus: et ostendim⁹ tibi qualiter ē medius duarum maliciarum. Declaratum est etiam tibi cum his. quia tres sunt modi generationis huius habitus: et ostendimus eos tibi et numerauimus. Patefecimus etiam tibi quasdam virtutes naturales esse: et stabilitum esse earum: et nos loquemur in sequentibus de comparatione earum: et inuestigabimus alia que circa ipsa sunt. ¶ His ergo ita se ha- Proponit de quib⁹ sit dicturus. bentibus perscrutabimur de huiusmodi virtutibus qualiter: vel bonitatis sint vel bonos efficiant: et que sit vel esse debeat intentio boni vel bonitatis in his.

¶ Tria requiruntur ad humane vite honestatem et bonitatem: primo vt sit deo honorifica. Secundo vt sit in se decora. Tertio vt ī alios vtilis ac benefica. Ostēdit p̄terea Innocentie debitum ī alios et honorem creatori debitum esse de primis impressionibus.

Illud ergo primum querēdum est qualem scilicet oporteat ac deceat esse vitā humanam? ¶ Dicimus ergo quia vitā hūanā opz datori ei⁹ deo eē honorificam: in se decoram: ī alios vtilem siue Qualis debeat esse vita humana. beneficam. Manifestum ei est quoniam si deo contumeliosa fuerit aut in se indecora seu turpis: aut ī alios noxia seu mala: erit et iniq̄ in ipm̄ deū et etiā ī ipm̄ viuētē: et in alios quib⁹ nocebit. Nō ei minus iniquū est irrogare contumeliā q̄ inferre iniuriā: nec minus iniuriosū per se: si per se esse posset nocere sibi q̄ nocere alij. Et hoc inde manifestum: quoniam debitum inocentie de primis impressionibus Debitum Innocentie. est: et cordi humano naturaliter inditum et impressū. non est enim cor humanum quod in semetipso non confiteatur naturaliter se nulli debere nocere. Q; autem natura vniuersaliter et naturaliter confitetur necesse est verum esse. Naturam enim naturaliter et vniuersaliter mentiri impossibile est. Quare Natura nō est mendax. manifestum est debitum innocentie de primis impressionibus et de per se naturaliter notis vnum esse: non minus autem nocet quia aufert cuicunq; debitum honorem: et gloriam aut irrogat contumeliā. q̄ que debitam retinet vel aufert alienam substātiā seu pecuniam. Manifestum igitur est vitam que deo contumeliosa est aut non honorificata: esse iniquam in deum. atq; nocentem et īsuper in eo in quo contumeliosa est vel non honorifica iniquam esse atq; nocentem in illum. Si enim dixerit quis q̄ sufficit vt in pte solūmō sit deo honorifica vita hūana. Errat idubitāter: q: sicut tota ē ex eo: sic tota debet eē ad illum. Amplius que priuilegio exemptum erit resti

Similitu-do. dum a dei honorificentia. ¶ Amplius. Cuiꝰ est ar
bor tota et non est eius totus fructꝰ? cuiꝰ totus ager
C et nõ tota fruges? cuius est totus equus et nõ totus
labor? totũ eiusdẽ equi seruitiũ? Quia igitur totum
qđ sumus: totũqđ viuimꝰ ⁊ mouemur: totũ qđ bo-
ni vel habemus vel facimꝰ totũ est dei opus: dei do
nũ dei bñficiũ. Ex toto quilibet horũ honorãdus est a
nobis: q̃re tota vita totis opibꝰ tã interioribꝰ q̃ ex-
terioribus nostris honorãdus est deus: ex oĩbus ei
operibus suis: ex oĩbus donis suis et bñficijs suis ho
norãdus est: q̃re tota vita nr̃a tota debꝫ eẽ honorifi-
ca deo ¶ Amp̃. Nõ est natio adeo barbara adeo in-
docta vel incomposita: que deos suos adorandos
non esse audire patiatur: que non reputet istud blas-
phemiam intollerabilem: et que eũ ferro et igne nõ
vindicandũ vt q̃ tale quid dicere p̃sumpserit: nec do
ctrina nec correctiõe dignos iudicet: sꝫ solis suppli-
Honor crea-toris de pri-mis impres-sionibus. cijs nisi statim resipuerit. Quare manifestũ est q̃ ho
nor creatoris de p̃mis ip̃ssionibꝰ est cũ humana na-
tura etiã verbum cõtra illũ sustinere nõ possit et tã
seuere vindicet. ¶ Q; si dixerit quis. Reuera honor
creatoris imp̃ssus est naturalr̃ mentibꝰ humanis.
Sed nõ oportet propr̃ hoc: q: ex tota vita et in tota vi
D ta et in tota vita humana honoretur creator. ¶ Re-
spõdemus quia ex toto dato debet̃ honor datori ge
neraliter. Quare ex omi et toto bono h̃ norandus
ẽ creator vtpote cuiuslibꝫ boni totiꝰ datoris auctor.
Totã igit̃ vitam humanã honorificã eẽ deo necesse
est. alioquin vel in toto vel in p̃te erit iniqua nõ red
Nota. dẽs deo qđ suũ ẽ hoc debitũ honorẽ. ¶ Amp̃. Quis
audeat dicere in p̃te eẽ seruiẽdũ deo: in p̃te nõ serui
endũ? Si enĩ in oĩbus oĩno dñs est. In oĩbus igit̃ ei-
dẽ est et per oĩa ſuiẽdũ. Nõ est autẽ ſuitiũ qđ nõ est
honorificũ ei cui impenditur. ¶ Amplius. Si om-
nes opere et omnia opera seruorũ specialium: dñorũ
esse debent: nec licet seruis aliud de hmõi subtrahe-
re dñis: quanto fortius dño dominantiũ dominoqꝫ
seculorum: non licebit nobis opus vel opera detra
here. ¶ Amplius. Omnia opera mea necesse est eẽ
vel bona vel mala: vel indifferentia aut ociosa: ma-
la autem esse non licet sed neqꝫ indifferentia aut oci
osa. Quemadmodum seruos non licet ociosos esse
E vel non facere opera que fructuosa nõ sint dominis
Similitu-do. suis. Sic incomparabiliter: fortius nõ licet nos ope
ra facere que non sint ad honorem dei vel ociosos eẽ
cum possimus operari ad honorem illius. Omnia
ergo quecunqꝫ facimus que mala non sunt: in hono
rẽ debemꝰ conuertere illiꝰ. ¶ Amplius. Si honor
dei adiũctꝰ opibꝰ nostris bonis vl̃ idifferẽtibꝰ vt q̃
busdã videtur: in illo facit illa difficilliora vl̃ magis
grauia. Nũquid nõ culpabiliter pretermittur honor
dei in talibus? Quãto fortius igitur si ex hoc: aut le
uiora erunt: aut iocũdior non erit in illis preterien
dus honor dei: vbi gratia comedis aut bibis: aut
Nota. dormis exigente necessitate corporis. Si adieceris
honorẽ dei in intentione tua: vt cogites in corde tuo
quia etiam necessitati corporis vis cõsulere propr̃
honorem dei: quod queso tibi deperijt: aut quid gra
uaminis impositũ est tibi ex hoc: videlicet si vis co-
medere: vel bibere: vel dormire cuꝫ ipsa necessitate
corporis etiam propter honorẽ dei: quin etiam ex
ista appositione [illegible] modum peruersum eam a
gite condimentum suauitatis operi tuo addidisti: cũ
intentione tue dei honorem apposuisti. Q; si dixe-
rit quis: quia sufficit ad perficiendã operationẽ hu
iusmodi intentio cõsulendi infirmitati corporis: er-
go superuacua est alia intentio. ¶ Respondemus: Nota
quia sufficit ad comedendũ etiam mala intentio ve-
rũ ad hoc vt comedas bene: ⁊ ad hoc vt sicut dei ser
uus: ⁊ cultor hoc facias: nõ sufficit nisi dei honorem
⁊ honorificentiã operi tuo misceas. Q; si quis dixe
rit: quia nõ est necesse nec requiritur ab aliquo vt in
omnibus ita faciat: licet ita habeat sanctus sermo:
siue comederitis: siue biberitis: seu quid aliud fece
ritis: oĩa in gloriam dei facite: ⁊ iterum alibi: vt in
omnibus honorificetur deus: querimus vtrum ali-
quis finis querendus sit in huiusmodi operationi-
bus? Q; si respondetur: q: finis huiusmodi opera-
tionũ sustentatio est siue refectio: aut cõseruatio cor F
poris humani. Querimus iterũ vtrũ huiusmodi
cõseruatio querenda sit ppr̃ se tantum: ⁊ nõ ppter
aliud. Non potest aũt dicere quia ppter se tm̃ que-
renda sit sicut nec ip̃m corpus: ⁊ hoc est qm̃ ip̃m cor
pus organum est siue istrumentũ opationũ q̃ sũt ab Corpus est organum operatio-nũ anime.
anima p illud. Uniuersaliter aũt manifestũ ẽ: quia
organum esse ⁊ eiꝰ salus et eius bonitas ⁊ queritur
⁊ conseruatur propter operatiões que fiunt p illud
Sicut oculus: ⁊ eius salus: et eius bonitas non pro
pter se queruntur: sed propter videre. Q; si dixerit
quia operationes hmõi querende sunt propter se
tantum. Manifestum est ipsũ errare. Quoniã secũ-
dum hoc non essent querende propter maius bonũ
quare nõ possent esse vtiles vel adminiculantes ad
obtinendũ maius bonũ q̃ ipse sũt: ⁊ hec est de mani
feste falsis: quoniã videre: ⁊ audire: et similia vtiles
sunt ad ipsũ scire: ⁊ ad vltimum ipsum scire vtile est
euidenter ad obtinendã felicitatem eternã. Simili-
ter ⁊ alie omnes perfectiones aĩe humane atqꝫ ope
rationes bone: licet per multa media sũt vtiles ⁊ ex
pedientes ad felicitatẽ eternã. Omniũ autẽ vtilita-
tum: hec maxima est felicitas eterna: ⁊ omnium vt
ita dicamus vtilitatũ vtilitas. Quare si querenda
est nobis ipsa: querenda sũt nobis omnia que vtilia Felicitas eterna.
sunt ad ipsã: manifestũ est omnia illa querenda esse
propter ipsã. In nullo ergo citeriori bono sistendũ
est: quare nullũ citerius bonum querendum est p-
pter se tantum. ¶ Amplius. Quoniam ad illam: et
nati: et creati sumus totaliter: et quicquid natura-
liter vel sumus vel habemꝰ: ppter illaꝫ sumus ⁊ ha G
bemus ergo in illã totaliter conferenda nobis sunt
omnia seu referenda: illa ergo debemus intendere
per omnia que facimus. ¶ Amplius. Quid vita bo
na nisi via recta ⁊ ducens ad felicitatem eternam? ⁊
quid aliud sũt bone operationes in vita q̃ boni pas
sus vl̃ gressus in via felicitatis eterne? q: ergo tota
vita eundũ est: ⁊ totis passibus ad finẽ vie. Tota er
go vita totisqꝫ operibus eundũ est ad felicitatẽ eter
nam. Quare nec licet stare in aliquo ex operibus:
declinare a via. Declinatur autẽ per maliciaꝫ ab il-
la. Statur autem cum intentio et propositum citra
sistitur: ⁊ vsqꝫ ad felicitatem eternã non extenditur.
¶ Amplius. Cum multe sint intentiones eius quod H
est bonum: ipse aristotelis determinat q̃ bonum in Aristotelis sententia de bono.
consuetudinalibus dicitur mediocre: siue medium
siue tẽperamẽtũ: aut mẽsuratum inter superfluita
tem ⁊ indigentiam. Quemadmodum dicit in libro
topicorum: quia bonum dicitur quantum vt in me-
diocri. vnde nõ videt̃ dici bonũ nisi cõparatiõe ma-
gnorum ⁊ apertorũ malorum sm̃ hanc mẽtionẽ. Adeo
enim aperta mala sunt pdigalitas ⁊ auaricia. ⁊ adeoqꝫ

magna superfluitas e prodigalitas: magnaq3 dimi
nutio auaritia: vt qui ab vtroq3 recedit bonus: hoc
est temperatus iudicetur: q2uis nullu medium tene
tur propter hoc solum: q2 in eo recedit ab vtroq3 ex
tremorum: et nulla media via inceditur. Nec propter
hoc tamen vt seorsum vel longe sit ambulans ab vtraq3
illaru. Sed propter hoc potius vt per ipsam veniat ad fi
nem viationis: et forsitan vt rectius et comodius per illam
q3 per alterutram illarum veniret: sed no propter hoc solu
vt declinet vtraq3 malitia extrema tenet medium.
Sed vt acquirat per mediu q2 no per alterutram acqri
ret extremaru maliciaru quin potius admitteret per
vtraq3 illarum: necesse e mediu fine habere meliore
se propter que queritur et inceditur. ¶ Amp. Si simpli
citer: et per se bonu est quo obtento: et alia nec queru
tur: nec quereda sunt. Alia vero non sufficiunt vel bea
tos vel felices efficere immo eis obtentis restat que
redum per ea illud bonu. Manifestum igitur est alia sola
et bona esse propter illud et querenda. ¶ Amplius.

Nati sumus ad obtinendam felicitatem.

Virtus huiusmodi et bonitas: aut est qrenda propter se tantum:
aut propter aliud tantum: aut propter se et aliud. Et manife

B

stu est: q2 in nullo bono sistendu e nobis citra bonum
vltime felicitatis: cu ad ea ire/et puenire nati sumus
et ad ipsa obtinedam creati. ¶ Quia ergo in omni bo
no sistendu est quo obtento no aliud querendu: ma
nifestu est: q2 nullu est bonu citra illud quo obtento
no est aliud queredu. Omne aut tale: videlicet in quo
no est sistendu: et quo obteto restat aliud querendum
via est: quare huiusmodi virtus vel bonitas de qua hic lo
quimur via est. Via aute no est quereda propter se: q2
re no est quereda huiusmodi virtus propter se tantum. Q. si
dixerit qs q2 est quereda propter aliud tantum: querenda
aute est: q2 bona tantum: qrenda ergo est: q2 bona est ad
aliud: et bonitas eius bonitas ad aliud tantum: huiusmodi au
te bonitas via tantu ad acquirendu maius bonum
et vera sui nominatione nominatur vtilitas. Q. si dixe

An virtus propter se tantum sit querenda.

rit: q2 quereda e propter se: et aliud erit simul finis: et
via: q2 ei propter se qrendu est finis e inquisitionis: q2 pro
pter aliud via: hec aut inconueniens est per se. ¶ Amp.
Si qs qreret huiusmodi virtute vel bonitate propter se tan
tu: secundum hoc peccaret cu sit quereda etiam propter aliud
eodemodo si propter aliud tantum similiter peccaret cu sit qre
da propter se. ¶ Amp. Esto q2 aliqs querat ea propter
se vt ea obtenta quiescat in eam. Nunquid non ma
le faciet cum sit natus: et creatus ad maius bonum?
¶ Amp. Nullo mo e in ea sistendu: ergo nullo mo e
poneda finis. Finis aut est quod queritur propter se:
quare nullo modo est quereda propter se. Q. si di
xerit quis: q2 hoc modo querenda est propter se: q2
et si aliud bonu no contingeret acquiri per se tantum et aman
da esset: et querenda sicut eius contrariu declinandu.
Veru vtiq3 dic. Nos aut no querimus quid faciedu

C

esset tunc: sed quod modo faciendum sit: videlicet

Aristoteles

cum ita est: q2 huiusmodi virtutes aut bonitates est acq
rere felicitatem eternam. Jam igitur declaratum
est tibi ex his: quia virtus et bonitas de quibus inte
dit aristotelis: vie sunt ad acquirendum et obtinen
dum aliud bonum: et illud bonum vocatur apud eos
felicitas eterna: licet autem multa alia bona ex ea et

Tullius.

per eam sint: tamen finaliter et vltimo per eam obti
netur felicitas eterna: propter ista autem bona ho
mines dicuntur boni sicut dicit tullius de iustitia: quia
ex ea boni viri nominantur: quoniam in ea est splen
dor maximus honestatis. Ex iustitia enim pax ho
minibus adinuicem: et ab iniquis. Per iustitiam namq3
ipsi qui iusti sunt cauent ne quemq3 noceant: vel le

Justicie bona.

dant. Et per eandem comprimuntur improbi et au
deces: ne in lesionem aliorum prosiliant. Ex pace et
et securitate prouenit multiplicatio no solu in rebus huma
nis sed etiam in hominibus sicut econtrario ex bellis et rapi

Temperantie effectus

nis: et alijs perturbationibus proueniunt contraria: videlicet
diminutio no solu reru humanaru sed etiam hominum. ¶ Ad
hunc modu se habet de teperantia et intemperantia. Vix enim
est malu in rebus humanis quod ex aliqua specie inte
perantie non procedat sicut apparet de luxuria ebrie
tate: et gulositate. Merito igitur: et boni dicuntur qui
virtutibus istis pollent consuetudinalibus. Boni inq3
hoc est reipublice vtiles: et ipse virtutes bonitates

D

hoc est vtilitates cu per ipsas tot et tanta bona homi

Boetius.

nibus: et rebus humanis proueniant mali imo pestile
tesq3 econtrario se habet nominadi sunt. ¶ Si quis au
tem dicat q2 sicut similitudo cu supernis diuinisq3 sub
stantijs iustitia est vt ait Boetius. ita et bonitas: verum
vtiq3 dicit. Et quemadmodu dicit aristoteles: Quonia
alba dicuntur qda q2 vel de hoc vel de albere: videlicet q2
propinqua sunt vere ac pure albis. Ita boni et bona.
Quia vero perfecta bonitas etiam perfecta beatitudo e
et simulata bonitas et simulata felicitas est sicut in se
quentibus declarabimus. Necesse est bonitate q via est
ad illam quodammodo bonitate esse videlicet tanq3
vmbra ac similitudine permodicam vere ac perfecte bonita
tis: sicut generaliter medie dispositiones quibus veni
tur ad extremam perfecta veraq3 et pura. Aliquatenus
sunt similitudines illius: et q propinquiores magis assimilant
illi. ¶ Sunt ergo virtutes huiusmodi bonitates ex simili
tudine quam habet ad vera et perfecta bonitate. Que

E

admodu dicere solemus: q2 gratia est vmbra qda glorie
et similitudo premiis. Potentialiter enim no sunt sine ad
mixtione malicie: donec perueniat ad puru perfectu no

Vulgus non intelligit vera bona

uissimu. Et hoc e quod dicit sermo propheticus: ysaie.
lxiiij. Quasi pannus menstruate oes iusticie nostre: sic
enim vulgares homines et indocti magna bona vocant
etiam q minima sunt videlicet temporalia. Maxima vero
omnino no capiunt et in temporalibus etiam pueriliter
errant: reputantes magna vel maxima que minima vel
pene nulla sunt: sic et bonitates vocant homines etiam
magnas et maximas q valde modice sunt et interdum

F

etiam q magis malitie sunt et sepe virtutes opinantur
ea q vicia sunt. ¶ Jam enim patefecimus tibi q2 q sistit
intentione et proposito citra felicitate eternam di
minutus est et abusor bonorum que circa felicitatem
eternam sunt: et hoc est quoniam bona que via sunt
finem constituit. Quemadmodum igitur qui finem
istum faceret viam: et non sistens in eo siue quiescens
sed per illum querens aliud sine ipso abuteretur. Sic
qui in via sistens atq3 finaliter: via ipsa abutitur fine
illam constituens. ¶ Amplius. Et nature sue inimi
cus est: cum eam fraudet bono bonorum omnium pro
pter quod et ad quod natus et creatus est. ¶ Quem

Ordinatio creatoris.

admodum si quis natus ad regnu vili prediolo con
tentus regnu negligat et recipere recuset ignauia vel pi
gritia sola sibi ipsi inimicus maximus esset. ¶ Am

G

plius. Ordinatoni rectissime creatoris huiusmodi bo peculiu
bio contradicit cu ordinatio creatoris sit vitam istam viam e
ad fine placidissime iocundissime q2 denis: et omnes motiones
nostras gressus esse ad patriam cumulatissime fe
licitatis et propter hanc et ad hanc sicut supra teti
gimus totu sumus quo naturaliter sumus: et totu habemus
quicquid boni vndecumq3 in nobis habemus propter qua et
vitam nostram summa velocitate currere voluit cum tpe

vt esset punctio nr̄a ad illud bonū celerrima: et bona
minimis a quibus tāta velocitate fugim⁹ ꝛ q̄ tāta velo
citate nos fugiūt detinere nō possent nec iter nostrū
h vel impedirēt vl' retardarēt. Jam igiƚ manifestū est
ex oībus his: q̄ bon⁹ ꝛ bonitas tripl'r d̄r. Et pⁱma in
tētio bonitatis est vtilitas. Secūda intētio similitudo
pure ac pfecte bonitatis. Tertia vocalis admittio ve
re bonitatis. Et huic intētiōi vt diximus ꝛ noīationi
causam dat ignorātia vulgaris: ꝛ paucitas ac breui
tas intellect⁹ indoctorū. Paucis enim adhuc hoīb⁹
innotuit gloriā dei pⁱcipuū eē finē: ꝛ solū forsitā neq̧
pure bonarū opationū. Sicut eī cōitas hominum mini
ma sola bona diligit ꝛ illis cōtētaƚ: nisi aliter erudi
anƚ ꝛ instituātur. Sic ꝛ illa sola cognoscit ꝛ cogitat
instar puerorū q̄ solū lac ꝛ pira atq̧ poma norunt ꝛ
curāt. ¶ Habet aūt questionē: verū qui solā felicita
i tē eternā intēdit: et ppter eam solūmodo obtinēda
bona opatur nullaten⁹ inspecto dei honore vel glo
ria: bon⁹ vel iustus dicend⁹ sit: et videƚ q̧ manifeste
iniust⁹ sit. Primū sicut diximus q: deū iure suo de
fraudet: honorē ei et gloriā nō solū nō exhibens in
opib⁹ suis: sed nec etiam intēdēs. Deinde cū ipsa feli
citas eterna bonū creatū sit: nō est in ea vllaten⁹ de
cēdū finalit aut sistēdū. Sicut eī nullū tale bonū pro
pter se est: sic nec ppter seipm̄ solūmodo diligēdū.
Alioquin multipliciter ordinatiōi creatoris ꝛ ipi na
ture cōtradiciƚ: cū eni nullū tale bonū in seipo finis
sit: sꝫ magis via tibi sit propter aliud nullomodo via
sed magis finis habendū est quēadmodū cū creator
ꝛ in se finis sit sicut ꝛ pⁱncipiū omniū honorū: nullo
mō via nō habēd⁹ est: sic et qd via in se ꝛ inesse natū
est: vllo modo finis habēdū est. ¶ Amp̄. hmōi hō di
ligit felicitatē ꝛ vitā eternā ppter se hominē tātū
aut diligit propter illam: aut non. Si sic ergo ma
gis illā q̄ deū. Si nō. Ingrat⁹ igiƚ est datori illius
deo: cū eo usq̧ diligat datū illi⁹ ꝛ datorē nō diligat
propter illud. Q; si dixerit q: non diligit deum pro
pter illā: sed ppter se tm̄: aut equaliter diligit deū
ꝛ illam: aut alterū magis: siue autem equaliter siue
magis illā q̄ deū. Iniuriosus est deo eo cū ipse sit incō
parabiliter magis diligendus q̄ ipsa. ¶ Amplius.
Omnia facit ppter illā hmōi homo: et nulla pro
pter deū: magis ergo diligit illā q̄ deū. ¶ Amplius
Si hmōi hō seruit deo ppƚ obtinēdā ab eo felicita
tem istā solūmodo vendit ergo deo suū seruitiū: qd
eidē impendit. Quare nō est inter ipsū et deū quan
tū ad hoc nisi venalitas: aut mercatio siue negocia
tio. Negociatores aūt sibi inuicē nō seruiunt: sed mer
ces ꝛ precia tm̄ cōmutant. ¶ Amp̄. huiusmodi hō si
bi solūmodo seruit: Sibi enim soli prodesse intēdit
et non deo. Nos autem de his meritis ꝛ retributio
nibus pscrutatius ꝛ latius loquimur. ¶ In tantum
autē determinatū sit tibi: quia hmōi homo nec bo
nus nec iustus simpliciter dicend⁹ est scdm aliquam
triū prenominatarum intentionū.

Bonitas et bon⁹ tripliciter.

Questio.

Nota.

Deus incōparabiliter diligēdus.

Seruiētes deo ppter felicitatem habendam tantum.

¶ De ipsa virtute iterum latissime disputat. que
rēs an cuiusmodi habitus sit volūtas vel sciētia: aut
k vtrumq̧: aut alterū in cōparatione alterius.

Post hec autē inqremus de hmōi habitu
an sit equaliter volūtas vel scientia: aut
ambo illa: aut alterū in comparatione al
terius. Dicit eni aristotelis. Quia virtu
tes aut volūtates quedā sūt: aut nō sine voluntate.
Incipiamus ergo ꝛ dicamus qm̄ in anima huma
na nō inueniuntur nisi tria genera viriū. Videlicet

Aristoteles

Tria genera virtutū in anima.

apprehēsiua deinde motiua: cuius due species vel
partes: scꝫ imperatiua mot⁹: ꝛ effectiua illius: ꝛ ef
fectiua quidē nullatenus susceptibilis est virtutis.
Nulla enim habilitas membrorū ad motum: nul
lus habitus qui in eis generari possit: virtus inq̄
de qua hic agitur nominatus ē: virtus ergo cū q̄ ē
post ꝛ opationū frequētia gn̄aƚ: aut i apphēsiua vi
gn̄aƚ aut i motiua iperatiua mot⁹: q̧ si i apphēsiua
tūc facile est declarare: q̧ vl' opinio ē vel sciētia. Du
bitatio enim ꝛ admiratio hacten⁹ virtutes a nullo
hominū nominate sūt. Q; aūt nec opinio nec scien
tia virtus hmōi sit: inde manifestū ē: qm̄ nō q̄ magis
opinatur: aut scit in eis q̄ virtutum sunt magis bo
nus aut virtuosus est: hoc autē ex necessitate seqre
tur. Si enim opinio aut sciētia virtus esset: augmē
tum hmōi esset augmentū illius virtutis: et in quo
augeretur hec: augeretur ꝛ illa. Quēadmodū ꝛ ali
bi dicit aristotelis. Quoniā amor nō est cōcupiscentia
coit⁹. Nō eni q̄ magis amat ꝛ magis cōcubitū cōcu
piscit: ipse autē aristotelis testatur: q̧ scire vel paꝝ
aut nihil operatur ad virtutem. Restat igiƚ vt hu
iusmodi habitus generetur in vi iperatiua motus
tantū: Imperatiua autē motus ē siue vis volendi.
In vi vero volendi non generatur habitus nisi vo
lū tas: aut volūtas: quare hmōi habitus nō erit ni
si volūtas aut volūtas. ¶ Amplius. Si ex frequen
ter apprehendere non generaƚ nisi habitus apphē
siu⁹ q̄ ex freqnƚ vellenō generatur vt ita dicatur: nisi
habitus ad volendū siue volitiu⁹: habit⁹ aūt ad vo
lendū non ē nisi volūtas: quare virtus scdm hoc cō
suetudinalis non erit nisi volūtas. ¶ Amplius. Po
sita volūtate habit⁹: volūtate inq̄ bona solū poniƚ
bonitas ꝛ poniƚ quis bonus ꝛ remota remoueƚ: er
go volūtate p se ꝛ ppe est qs bonus: q̄re volūtas bo
na p se et ppe bōitas est. ¶ Amp̄. Ea sola posita ni
hil ponitur qd nō sit ipꝫ: ꝛ ea sola remota nihil remo
ueƚ qd nō sit ipm. Poniƚ aūt sic ꝛ remoueƚ bonitas
ergo ipa est bonitas ꝛ bonitas ipa. Q; aūt verū sit
hoc qd ea sola posita poniƚ et bonitas: ꝛ sola remo
ta remoueƚ idē manifestū est. quoniā homo bone vo
lūtatis simpliciter bon⁹ est: ꝛ q: habet bonā volun
tatē talē videlicet habitū: bonitatē habꝫ ex necessi
tate qcq̄d aliud nō habeat: ꝛ qui caret bona volūta
te hmōi bonus nō est: quicq̄d aliud habeat: q̄re ni
hil nisi bona volūtas bonum facit habentem: hoc ꝛ.
Augustinus dicit in libro Enchiridion: q: volūtate
recte viuitur et volūtate peccaƚ. Similiƚ. Seneca.
Omne peccatum adeo volūtariū: q̧ si nō ē volūta
rium nō est peccatū: quare ꝛ de bonis necesse est sic
se habere. ¶ Amplius. Cū in mente humana volū
tas sit instar imperatoris cui subsūt: ꝛ parēt omnia
alia. Scientie autē ꝛ memorie ceteraq̧ hmōi instar
consili ariorū: q̄ suggerere atq̧ suadere vtilitates ꝛ
pericula ostēdere in operibus solūmodo possūt: sꝫ
nec iperare quicq̄: nec exequi: mēbra vero et vires
motiue inferiores velut ministri sunt et executores
tantū iussionū seu preceptorum huius imperato
ris. Sensus vero exteriores sūt velut nūcij ꝛ curso
res: ea q̄ foris viderint vel audierint ad cōsiliarios
et imperatorē hmōi reportantes: manifestū est quod
vt bene vel male omnia hmōi administrēƚ totū cō
sistit in bonitate vel malitia huius impatoris: bon⁹
autē ē qui hmōi omnia administrat ꝛ regit: et mal⁹
qui eque hō sit: totū est ex bonitate vel malitia volū
tatis. ¶ Amplius. Tolle bonitatē a volūtate reli

Opinio virtus non est.

Amor non est concupiscentia coitus.

Scire nihil aut parum ad virtutē

Augustin⁹.

Seneca.

Volūtas velut imperator.

Sensus.

ctis in hoīe q̄buscunq̄ vel quātiscūq̄ volueris sublata est bonitas ab illo. Pone bonitatem in ea sublatis ab eo aliīs q̄buscunq̄ volueris bonitatem in eo posuisti. Et de malitia q̄dem manifestus ē: quia posita malitia in voluntate: de necessitate ponitur malus homo sublatis aliīs quibuscunq̄. Et remota malitia silr̄ a voluntate remanet homo non malus remanentibus aliīs quibuscunq̄ in eo p̄ter solam malitiam voluntatis.

2 ¶ Respōdemus ergo in omnibus his q̄m ꝓculdubio bonitas ista ꝯsuetudinalis non est nisi voluntas habitus: hoc est volūtas firmata ꝯsuetudine in operandis bonis licet vis apꝑhensiua forsitā non sit in nobis assuefactionibus suis: non sit sine acq̄sitione multiplicis meliorationis sue. Acq̄ritur enim illi ⁊ ꝓmptitudo ⁊ certitudo cognoscendi q̄ bona sunt. De ipsa exꝑientia operatoꝝ generatur in eo cognitio aliorū multorum: nec potest esse melioratio eius in oꝑatis vel operandis q̄ non adiuuet multipliciter bonitatem quā diximꝰ hoc est bonam voluntatem. Eruditi eni sicut dicit Aug. melius modis oībus operanť: ⁊ qḋ dicit Aristoteľ. q: scientia nihil aut parum operatur ad virtutem: de scientiīs aliīs ⁊ rerum aliarum intelligendum est. non de scientia q̄ cognoscuntur ipse v̄tuose oꝑationes. Quemadmodum eni visus vel videre non nihil vel non parum operať ad gressum imo multum. Sic scientia operandorum per multum q̄dem oꝑatur ⁊ ad operationes eoꝝ: ⁊ sicut virtꝰ gressibilis valde impedita esset si non adiuuaretur visu quo gressus regiť: quoq̄ eidem ꝓuideť ac precaueť. Si v̄tus absq̄ hmōi scientie lumine q̄si ceca esset: ne sciens quid aut q̄liter ageret: quemadmodū cecus gradiťs ⁊ ꝑiculose: ⁊ nesciens q̄ vel quorsum iret ambulare vť: quemadmodū igť in quibusdam ex hoībus: aliud est v̄tus aggrediēdi ⁊ agēdi magnifica edificia ac sumptuosa. Aliud ars eadem faciendi architectorica vcꝫ. Sic ⁊ in bonis viris: aliḋ est scientia qua cognoscunt quid agendum ⁊ q̄liter ⁊ q̄n ⁊ cui aliud v̄tus ⁊ facultas aggrediendi talia ⁊ agendi. ¶ Posset tñ intelligi verbū illud Aristoľ q̄ dixit scire vel paꝝ vel nihil oꝑari ad virtutē: hoc est ad esse virtutem vel ad essentiam ipsius. Ad bñ aūt se hr̄e illius ꝑ multum vt diximꝰ oꝑatur. vt pote dirigens ⁊ illuminans oꝑationes illius. Quemadmodū visus ad v̄tutem gressibilem nihil oꝑať q̄tum ad essentiam. Ad bñ autem se hr̄e illius: hoc est ad hoc vt bene ⁊ bonas reddat oꝑationes gressibiles ꝑ multum. ¶ Si q̄s aūt dixerit: q: virtus consuetudinalis non gñatur in alterutra viriū p̄dictarū seu in ambabus siť. Sermo eius est īpossibilis: ⁊ hoc est: q̄m scḋm eum hmōi hitus aut totus esset in vtraq̄ hmōi viriū: aut partim in altera ⁊ partim ī altera: vt aūt idē numerus hitus sit in duobꝰ subiectis siť īpossibile est. Silr̄ vt partim in altera: ꝑtim in reliqua īpossibile est cum hitus ille sit impartibilis. Si aliud est scḋm hoc etiam habitus ille nihil vnū esse: quemadmodū ei ex gñantibus illum nihil vnum fieri pōt: vcꝫ ex scire ⁊ oꝑari vel ex potentiīs eorum. Sic ex gñatis ex ipsa vel ex ipsis: nihil vnuꝫ fieri vel ꝯponi pōt. Et quemadmodū ex frequentiis opeꝝ gressibiliū in sola vi gressibili vel organis ipsius: non autem in oculis vel in visu quāq̄ sine illis non agant hmōi oꝑa. Sic habitus v̄tuosus in sola vi motiua q̄ gressibilis spiritualis est solummodo gñatur. Non in vi apꝑhensiua nobili q̄ est visus interior.

Margin notes (left): Bonitas quid sit. — Augustin[us]. — Quomō scire ad oꝑa tur v̄tutem — Nota

¶ Si quis autem querat q̄re voluntas boni bonos efficiat volentes: ⁊ scientia boni bonos non faciat scientes? ¶ Rñdemus: q: voluntas imꝑatiua est: vt supra diximus: ⁊ omnia oꝑa nostra sunt subdita ⁊ obedientia ei. Et ꝓpter hoc bonitatē eius ⁊ malitiam sequunť ex necessitate bona amministratio ⁊ laudabile regimē nostri met ⁊ nostrorum hoc est omnino eorum q̄ nostra sunt. ¶ Amp. Nos ipsi vt ita dicamus subditi sumus voluntati nostre lꝫ subiectione liberrima: non autem scientie nullo modo quare cum bona voluntas nostra est cui paremus per omnia. bona est omnis operatio nostra: quontā omnis operatio nostra tunc nō est nisi executio bone ⁊ bene imperantis voluntatis. ¶ Amp. Voluntas intimior est q̄ scientia ⁊ magis penetrans. Nō est ergo mirum si magis assimulat sibi volentem q̄ scientia scientem. ¶ Amp. Voluntas est vniens volentem ⁊ volitum ⁊ etiam ipsos volentes inuicem. Inde est q̄ vnum volentes vnum dicuntur eē: quod est ꝓpter vnitatem voliti. Maior autem est coniunctio ⁊ fortior quorumcunq̄ extremorum ad mediū q̄ illorum adinuicem. Quare maior est volētis ad volitum: q̄ volentium per illud adinuicem. Eodeꝫ modo est inter amantem et amatum et inter amantes adinuicem. Amantes eni se adinuicem ⁊ amici vnum esse communi sermone dicuntur. Amans eni ⁊ amatum adeo vniuntur: vt amans se non aliud esse reputet q̄ id quod amat. Sicut apparet de auaro ⁊ diuitiīs eius q̄ non aliud se esse reputat q̄ aceruum diuitiarum suarum. Unde p̄dia sua ⁊ torcularia ⁊ grangias membra sua nominat. De sciente autem q̄ aliquod scitorum suoꝝ ⁊ scitum esse membrum suum nominet inauditum est a seculis. Amor vero ⁊ voluntas ⁊ si ratione differre videntur: subiecto tñ ⁊ essentia vnum sunt. ¶ Utrum autem sciētia operandorum q̄ assuetudine ⁊ experientia illoꝝ acquiriť virtus nominari debeat aut virtꝰ sit sicut esse videtur: cum prudentia nominatissima virtus sit: ⁊ inter quattuor cardinales p̄ma questionem hꝫ non leuem. ⁊ nos quod intelligenti sufficere debeat quod in parte ista diximus in quinta parte tractatꝰ totius vcꝫ in capitulo de fide: ⁊ adhuc necesse habemus repetere cum additione eorum que necessaria sunt ad cognoscendam virtutem q̄ nominať prudentia: ⁊ faciemus ibi sciri q̄ non sola prudentia v̄tus est apprehensiue nr̄e nobilis superioris: immo etiam multe alie: sicut iam declarauimus de fide. Uerum generatio earum non est per aliquem triū modorū q̄bus ostendimus generari v̄tutē cōsuetudinalem: immo ⁊ irradiatio p̄mi luminis quod est deus verꝰ ac vnus ⁊ est aspsio p̄mi fontis ⁊ vl̄is: qui est implēs omnia secula: in tñ igť nunc determinata sint tibi q̄ diximus: vt scias non esse necesse generari habitū: qui sit virtus ⁊ scientia: ex frequentia apꝑhendi vľ cognoscendi q̄ operanda sunt. Neq̄ omnem hmōi scientiam etiam cum fuerit habitus v̄tutē eē. Possibile tñ est hmōi scientiā generari q̄ v̄tus sit ⁊ hoc declarabimus in capitulo prudentie.

Margin notes (right): Q̄ō singularis. — Solutio. — Volūtas intimior scia — M — Prudētia — Scia p̄t eē talis questi virtus.

¶ De noīe virtutis disputat dicens solū fortitudinē q̄ laboribꝰ ⁊ doloribꝰ resistimꝰ āt̄q̄tꝰ dictā esse v̄tutē. Mox als eodē v̄tutꝫ noīe fuisse dictas.

Post hec autem nobis relinquitur videre nominationes virtutum ⁊ causas earuꝫ. Prima igiť generalis earū noiationē q̄ v̄tutes noiaǹť. q̄ noiatio eaꝝ vt dē tulliꝰ.

antiquitus solius fortitudis fuit. Causa aūt in hoc
manifesta est qꝛ non statim inotuit virtuositas seu
vigorositas aliaꝝ: pene aūt semꝑ fortes appuerūt
⁊ noīati sunt q̄ laboribꝰ ⁊ doloribꝰ nō facile vinci
potuerūt. Postmodū aūt innotuerūt ꝑ experientiā
multiplicem: alia certamina alia bella ꝯsurgere cō
tra mentem humanā vcꝫ a delitijs ⁊ diuitijs ab ho
noribus ⁊ gloria ceterisqꝫ hmōi: quoꝝ victoria est
valde rara ⁊ difficilis: ꝓpter qḋ ⁊ fortes ⁊ virtuosi
noīati sunt q̄ talia vel vicissent vel vincere possent.
Et bone qualitates qbꝰ hec possent. Et possent vir
tutes ⁊ fortudines noīate sunt. Nominata est igiꞇ
virtus a vi ⁊ tuēdo: vi eñ ab hmōi hostibus tuetur
Uirtutes vñ dicte. possessorem suum: ne ledatur aut corrumpaꞇ aut ca
piaꞇ ab illis. Probabiliter quoqꝫ virtus a viro q̄si
Uirtꝰ a viro. veritas a quibusdam dici putata est: eo ꝙ viri nois
vires interius ⁊ aīo viriles efficiat: sicut econtra-
rio vitio effeminanꞇ: infirmanꞇ quoscunqꝫ possede-
rint. Sunt ⁊ alij qui dixerunt ꝙ virtus q̄si viri staꞇꝰ
noīata est: ꝑ similitudinem igiꞇ corporalis fortitu-
O dinis ⁊ virilitatis ⁊ virtus ⁊ fortitudo noīatus est
hmōi habitus. Et per siltudinem naturalis poten
tie. Hoc est autem ex tribus causis vel potius quat
tuor. Fortes eñ dicuntur corporaliter quidam ad
Fortes q̄tu onera portanda. ¶ Alij ad labores tolerandos: alij
pliciter. ad bella: alij ad lesiones repellēdas: sicut aper ⁊ co
codrilus ꝓpter duritiam ac spissitudinē cutis. In-
ueniꞇ eñ in vnaquaqꝫ istarum sine alijs. Inuenitur
eñ fortis ad onera qui nō est fortis ad aliqḋ aliorꝫ
Inueniꞇ ēt carne tenerrimꝰ ad bella fortissimus. One
ra vero spiritualia sūt gubernatio mltitudis cuiuscū
qꝫ: ad qḋ onꝰ mlti īfirmi īueniūꞇ ⁊ debiles malētes
laborare scribēdo: legēdo studēdo disputādo: p̄dicā
do, vel ēt corporaliter vt agricolando ꝙ portare onꝰ
regendo multitudinis maxime discole ⁊ discordis:
sicut euidenter apparuit in moyse ex ipsis testimo-
nijs eius. labores aūt spirituales sūt ⁊ corporales:
vcꝫ psallendi legendi: cantandi: orandi: ⁊ multi alij
hmōi quos ꝓxime nominauimus ⁊ multi alij. corpo
rales aūt per se noti sunt. Ad vtrosqꝫ autem inueni
untur multi fortes qui ī bellis spiritualibus pleris-
qꝫ infirmi: facile quippe aut vento inanis glorie deij
ciuntur: aut ira vel inuidia vastantur aut cupidita
te seu ambitione facile capiuntur. ¶ Sic ⁊ multi ad
bella tentationum spiritualiuꝫ fortissimi sunt atqꝫ
magnifici. Ad p̄noiata vero vꝫ onera ⁊ labores istr
Sctā superbia nolle vinci. mi: ⁊ hoc ē qm̄ vinci dedignāꞇ ex sctāsupbia ⁊ hocu
lis sꝑ hn̄t deū certantiū ꝓ ipso ingenū inspectorem
ꝓmptissimū adiutorē magnificētissimum remune-
ratorē: sicut dixit sanctus ⁊ sapiens Augustinus de
celo inquit clamat dominus certate ad iuuabo: vin
cite coronabo. Quibusdam eñ ex magnificētia cor
dis molestius est vinci: ⁊ potissimum ab hoste qui
vires ⁊ arma nō habet contra nos nisi quas ei for-
te dederimus. Quibusdam quoqꝫ est fortitudo in
mente: sicut duricies in lapide: aut in cocodrili cute
vel quēadmodū in manibus corū q̄ duris opibꝰ as
sueti sunt: vt incoriarijs ⁊ agricolis fabrisqꝫ ferra-
rijs ⁊ metalloꝝ operarijs: ⁊ hac bonitate difficile
leduntꞇ: ⁊ facile repellunt iacula ab hostibus spiri-
tualibus emissa: qualia sunt v̄ba conuiciorum de-
tractionum: ⁊ aliorꝫ hmōi que corda transuerberāt
Siltudo. atqꝫ transfigunt. ¶ Hac etiam virtute facile irrum-
punt resistentia quemadmodum lapis cum ponde-
rositate sua descendit irrumpit aera ⁊ aquam post-
modum: ⁊ deinde etiaꝫ terram intrans aliquatenꝰ
in eam: sic ⁊ isti cum dura iniicient vel contumelia
rum vel verborum irrumpūt ea facile ⁊ absqꝫ lesio-
ne vel vulnere cordium. ¶ Utrum aūt vna sit forti-
tudo ex qua omnes iste opationes exeant merito q̄ P
stio est. Similiter ⁊ vtrum eadem sit ipsa que pati-
entia. Deinde quid erit mā suetudo. ⁊ quid bonitas
illa: vnde quis mitis dr: ⁊ qualiter adinuicem diffe-
rāt: vtrum rōne tm̄ an subiecto etiā ⁊ essentia. Me-
rito querat quis: nos aūt nondum venimꝰ ad hec.
⁊ iō suo loco illud determinandum reseruamus.

¶ De alio noie virtutis disputat dicens v̄tu
tem ꝑfectionem vocari. qm̄ anima sine virtute est
quodammodo imꝑfecta: ⁊ q̄si aliqḋ informe ⁊ ma-
teriale ad hoiem virtutibus preditum ⁊ ꝑfectum:
deinde dicit de aiestatu ex Aristotele ⁊ Platone.

Secunda autem est ex nominationibus Q
quibus virtutes nominari ꝯsueuerūt
perfectio: ⁊ hec est: quoniam mens hu-
mana cū est sine illis: eius esse est valde
incompletum q̄tum ad bene se habere
⁊ valde informe: ⁊ homo ipse in illo statu velut po
tentiale quoddam est: ⁊ materiale ad hominem ꝑ
fectionibus istis completum. ⁊ diximus aliquando Siltudo.
ꝙ ipse est sicut imago sculpta non aut polita: nec to
ta decentia membrorum circuncisa: hoc autem di-
cimus sm̄ statum hmōi corruptionis. Ista vero ꝑ-
fectio in ea vcꝫ virtutum est: sicut compositio colo-
rum nobilium aut sicut deauratura. Cum igiꞇ ima
ginatus fueris mentem humanam in ista perfectio
ne. videbis eam ante huiusmodi perfectionem ve-
lut materiale quoddam ⁊ potentiale ad hmōi per-
fectionis ꝯpletionem: ⁊ inueniens ea in istis duobꝰ
statibus sic se habentem: quemadmoduꝫ puer se hꝫ Alia simili
ad virum. Puer eñ ⁊ si homo nomineꞇ: ad virū tm̄ tu.
potentiale quoddam ⁊ materiale est: cum aūt pate
fecimus tibi statum originalis corruptionis: osten
demus tibi alias istaꝝ rerum siltudines: q̄ omnino
improbabiles ⁊ incredibiles sunt corruptionem il-
lam ac peruersitatem ignorātibus. Similitudo ve
ro qua vtitur aristoꞇ. in rebꝰ istis de tabula nō scri-
pta ⁊ de speculo in quo nōdum reluxit forme alicu-
ius apparitio: intentionem eius satis exponunt: et Aristotel.
sententiā ipsius de ipsa anima humana/quam opi sñia de aīa.
natus est creatam esse vacuam a scientijs vel virtu
tibus. veruntamen receptibilem eaꝝ ⁊ nos cōcedi-
mus ꝙ aliquatenus verū dixit. Sed totam verita-
tem de statu anime humane qualiter .s. se habet sta
tim vt creata est: nec vidit nec attigit totaliter. Sꝫ
eam reuera tegit: ⁊ hoc est quoniam corruptionem
quā diximꝰ penitus ignorauit. ¶ Preterea si corru- Nota.
ptio ⁊ immersio corporis non īpediret forsitā non va R
cua crearet vt sensit Aristoꞇ. quod tamen hic diffini
mus: anime eñ Ade ⁊ Eue: q̄ ante oēs alias create
sunt: non vacue create sunt. Cum eñ constet aīam
humanam secūdum superiores vires suas nobiles
regioni lucis: immo ipsi luci eterne: q̄ scd̄m aristoꞇ.
vltima decem intelligentiaꝝ est: ⁊ vocat eam intel-
ligentiam agentem. Scd̄m platonem vero mundꝰ
specierum siue ideaꝝ: quem vocat mundum arche-
tipum: ⁊ mundum exemplarē: ⁊ mundū intelligibi- Mundus
lem. Augꝰ vero vocat eam eternā veritatē. Cum i- ideaꝝ pla-
ꝙ hmōi luci ꝓxima sit ⁊ absqꝫ medio: nisi a pte cor- tonis.
poris aliq̄ modoꝝ īpediret: nō vꝫ possibile esse quī
statim in ipa sua creatiōe ab hmōi luce irradiareꞇ.

Omne enim illuminabile a quacunque luce & cito e ei contiguum tam cito ab illa perfunditur nisi mala aliqua dispositio anime humane hoc prohibuerit. Nulla autem est mala dispositio anime humane in ipsa sui creatione nisi a parte corporis. Quare merito videri posset non esse possibile animam humanam creari sic vacuam vt ponit aristoteles: nisi i sta tu hmoi corruptionis.

¶ De tertio nomine virtutis dicitur: quia virt^9 etiam sanitas dicitur spiritualis: per similitudine sanitatis corporalis vt bene exponit.

S Tertia ex nominationibus virtutis seu bonitatis est qua nominat sanitas spiritualis: & hoc comparatione lesionis & vulnerationis atque morbidationis vitiorum & peccatorum: & est hmoi sanitas in animabus bonis ad similitudinem & proportionem sanitatis in corporibus. Quemadmodum eni cum humores spirit^9 & mebra bone se hnt in corpore: hoc est absque superfluitate & indigentia tam in qualitate & in quantitate bene se habet corpus & sanum est. Sic proportionaliter cum cogitationes & affectiones se habent in anima humana bene se habz & sana est. Et iterum cum vitalis calor bene se habz in corpore vt non excedat in ardorem febrilem vel quemcunque alium: bene se habet corpus a parte illa & sanum est. Sic cum amor vel voluntas bene se habet in anima humana: vt non excedat in ardorez desideriorum innaturalium atque inordinatorum: bene se habet a parte illa anima humana & sana e. Et quemadmodum cum virtus visibilis nihil hz turbiditatis vel obscuritatis aut sequele illius: bene se habz & sanus est oculus. Sic virtus nostra visibilis interior cum nihil habuerit obtenebrationis aut sequele ipsius: bene se habet & sana est anima humana in parte illa. Hec autem pars mens scdm quosdam in anima nominatur iuxta verbum aristotel. in libro topicorum. Fiet autem manifestius quod diximus cum declarabitur tibi: qz vitia velut morbi sunt & languores ac vulnera: peccata vero vulnerationes & casus.

Similitudo bone.

Morbi sunt vitia.

¶ Virtus etiam decor dicitur: quoniam virtus est maximum ornamentum anime nostre & maximus splendor.

T Quarta vero ex nominationibus est qua nominatur decor: nominat autem decor a decendo siue ab eo quod decet & hoc e qm nihil adeo decet animam humanaz vt virtus & hoc manifestum est ex contrario: qm nihil adeo dedecet eam sicut contrariu virtutis siue vitium: nihil omnino adeo alienum adeo discrepans a natura humana vt vitium. Quemadmodum eni nihil adeo decet oculuz vt visus aut qd visum adiuuat: vt pupille rotunditas: claritas & nobilitas: sic nihil adeo dedecet eidem vt cecitas aut malitia: aut nebulositas seu quodcunque aliud ex his que visum impediunt & generaliter sic se habz monstruositas morum brutalium ad mentem humana sicut monstruositas membrou brutalium ad corp^9 humanum. Sicut eni in corpore humano caput asini valde indecenter & incongruenter esset: sic in aia humana sensus brutalis siue desipiens: & sicut i corpore humano os serpentinu. Sicut in aia humana detractiois vicium seu qdcunque aliud venenatu eloquium. Et itez sicut i corpore humano rostru porci

Similitudo aptissima.

num: sic in aia humana gulositas vitiu. Et ad huc modum se habet de aliis: & longe etiam maioris in mo incoparabilis indecentie est menstruositas istia spiritualis magis est offendens oculos spirituales & magis horribilis aspectu & illa corporalis: & hoc est: qz maior est distantia hmoi ineptaz & incongruentium appositionu. Hoc est vitioz ad aiam humanam & illoz corporaliu membroz ad corp^9 huanu.

¶ Exponit alia nomina quib^9 virtus appellari potest per quasdam similitudines.

V Quinta e qua nolatur pulchritudo & ista est que sic, in humano corpore maxime e ex coloribus: & est ista pulchritudo velut ornatus decoris. Ex decentibus eni mebris & decenter inuicem piunctis & coaptatis: decoz est corpus humanu & pulchru: aut cu fuerit flauus color in capillis glaucus seu varius in oculis: candidus cu ammixtione rubicudi in facie: sic cu anima humana sup decorem virtu naturaliu habuerit velut colores virtutum & erit pulchra atque decora. Et ideo tam crebro in libro canticorum vtrumque in laudibus eius dr. ¶ Si quis autem econtrario intelligere voluerit vocans pulchritudinem quod nos decorem: & econuerso. Nos non pugnamus de nomine dummodo res elucescat: nec coget nos ordo verborum vt quia positio membrorum & forma prior naturaliter est: quam super impositio colorum in corpore decoro & pulchro: quod ideo sponsus debuerit dicere decora es & pulchra cu sacra eloquia humani artificu ordinem multotiens non sequatur: & maxime in amorum & amantium alloquiis. Quamque enim amor ille sanctus ordinatissimus sit. Illum tamen ordinem nec seruat nec curat in verbis amantium. sed interdum & primum & maxime loqui cogit quod primo & maxie illexit vel inflammauit amantem. Merito igitur primum pulchram & postea decoram vocauit sponsam. Quia vero Jeroni. Pulchrum nigrum vocat: vt vestem pulchram nigram nominat: vt ex pulchra vel lucida nigredine no improbamus si quis intelligat pulchram pulchro: id est indecenti colore carentem & per insinuatione decenter: sed apte non diximus coloratam. ¶ Debes autem reminisci quia iste decor non inuenit in animabus humanis: nisi cum vires earum ab originali peruersitate: & aliis vitiorum deformitatib^9 purgate sunt & liberate. Ante vero nec decore nec pulchre sunt exceptis animabus primorum parentum pro statu innocentie vt supra diximus: in quo nec purgatione nec liberatione indiguerunt: naturali adhuc decore pollentes. Excepta etiam anima domini saluatoris: qm nihil omnino macule originalis vnque habuisse tibi debet esse certissimus. In animabus autem primorum parentum in statu memorato ides ex necessitate fuit decor & pulchritudo: sicut reminisci potes ex precedentibus: quoniam ipse vires naturales animarum: ipsorum etiam virtutes in eis fuerunt: hoc est laudabilium operationum voluntariarum imediata pncipia. ¶ Sexta est qua dominat agilitas: & hoc est i pmis similitudine corporalis agilitatis. Quemadmodum eni q ad magnos & veloces motus corporis atque artificiosos prompti sunt agiles nominantur ab agendo & circunagedo corpora sua verbi gratia: qui ad cursus & saltus et alias circunactioes corporum prompti sunt & expediti: & ad alios etiam motus qui difficillimi viden

V

Similitudines.

X

Aie nisi originaliter sitate purgate decore non sunt

Aia saluatoris.

Y

tur aliis hominibus. Agiles vulgo nominantur vt
saltatores ⁊ saltatrices similiter pugiles. Sic q̄ ad
operationes laudabiles expediti sunt atq; veloces
⁊ in his que difficillima videntur aliis hominib⁹ par
aut nihil difficultatis olo patiẽtes: agiles aio sunt
ꝓmptiq;: ⁊ vt ita dicam⁹ leues molẽ grauitatis aut
tarditatis nesciẽtes. Hoc aũt ẽ accipe a sẽsu ⁊ maxie
sanctoꝝ viroꝝ conuenientibus atq; collegiis vbi ẽ
euidẽter vidẽ viros ad oẽs sacras obseruãtias ꝓm
ptissimos verbi gratia. Ad surgenduȝ media nocte:
ad ꝯsistẽduȝ diu facillimos ad laborem psalmodie
⁊ sacraꝝ cantionũ strennuissimos: ad secretas ora-
tiones feruentissimos: ad lectiões auidissimos: ad
labores corporales inuictissimos ⁊ vt vno verbo di
camus oẽs pias exercitationes q̄si de ꝓmptuario
agro ejs excũt filiosq; bonoꝝ operꝝ cum labore ⁊ do
lore pariunt: illud antiquũ eue maledictũ lõge a se
7 faciunt. ¶ Septima qua nolat vestis seu vestimen-
Vestimẽtũ tum ad similitudinem ⁊ ꝓportionẽ vestimenti corpo-
corporis tres ralis. Sicut eñ vestimentũ corporale tres h3 vtili
h3 vtilita- tates. Prima q̄ ꝓtegit ꝯtra frigus ⁊ alias iniuri-
tes. as aeris. Sc'da qua tegit verenda vel ac turpia mẽ
bra. Tertia qua ornat quasq; decori ⁊ pulchritudi-
ni non paꝝ splendoris atq; placoris addere vr. Sed
⁊ virtus vnaqueq; ⁊ ꝓtegit ꝯtra frigus inordinati
amoris ⁊ timoris: ⁊ cõtra estum innaturaliũ ac se-
cularium desideriorꝝ ⁊ tegit p̄teritoꝝ vitioꝝ ⁊ peccato
rum feditatẽ: ⁊ ornat alas nostras multiplici splen-
dore vt diximus ⁊ placore ⁊ celesti sponso reddit ꝑ
omnia gratiores. Nec mireris q; amorem inordina
Frig⁹ ale. tum siue carnis siue mundi frigus diximus: s3 spiri
tuale cum alibi didiceris: q2 frigiditas est ꝯgrega-
tiua ethereogenarum hoc est reꝝ diuersarum natu
rarum. An non vides q̄ diuersa ⁊ abinuicem natu-
raliter distantia congregat auaritia? Silr ⁊ omnis
amor inordinatus mentem humanam ⁊ res exterio
res atq; vitia congregat ⁊ inuicem ligat. An nõ vi-
des qualiter mẽti humane per auaritiam adherẽt
⁊ argentũ ligna ⁊ lapides: campi ⁊ silue: domus et
vinee: molendina ⁊ torcularia iumẽta ⁊ homines.
Similiter ⁊ ipsa vitia ꝑ eundem amorem adherẽt
animabus humanis que oĩa q̄ longe distantia sint
a natura eaꝝ nullus intelligens ignorat. De omni
aũt timore tam bono q̄ malo quod frig⁹ spiritua-
¶ Amplius. Quis dubitat quin malitia interior voluntatis crescere possit et firmari in habitum absqꝫ vlla operatione exteriori: quia absqꝫ eo ꝙ freq̃nter male agere malus potest fieri quis: sicut apparet euidenter in ira: que tanto amplius crescit imo feruet et ardet quanto minor et rarior fuerit opatio eius exterior. Et hoc manifestuꝫ est: siue ei opatio eius exterior vindicta sit siue victoria per eã mitigatur atqꝫ quiescit. Nullus autem dubitat irã esse vnam ex maximis maliciis atqꝫ viciis: quare manifestum ẽ non ex frequenter agere vel bene vel male: nos effici bonos aut malos sed magis ẽ conuerso. ¶ Amp. Ex eo qḋ quis semel tãtum cogitaret in mortem principis: iudicatur ꝓditor et reus maiestatis: ⁊ haberetur vnus de pessimis: et punitur pena grauissima. Similiter et ex eo ꝙ aliquis vnum solum occidit hominem per malitiã: similiter ⁊ sacrilegus iudicatur: qui ex vna sola violatiõe sacri loci: et ad hunc modum aliis maleficiis: nec est lex aliqua istiusque consuetudinem expectet. Nec est dubium quin leges diuine et seculares recte iudicent. Male enim esset rebus humanis: si consuetudo expectaretur i maleficiis: et non iudicarentur essemali singulorũ maleficiorũ perpetratores et ꝓ singulis maleficiis. Omnia enim sacra prius cõtingere. ⁊ omnes principes occidi et omnes homines etiã: ⁊ omnes ciuitates incendi atqꝫ subuerti: q̃ omnes malefactorum perpetratores in suis maleficiis cõsuetudinarios fieri. ¶ Debes autem reminisci hic quatuor modos quos supra assignauimus quibus generantur habitus. Aristotelis igitur intentio non videtur hic alia esse nisi ꝙ vel de habitibus cõsuetudinalibus solummodo loquitur: vel de his habitibus qui laudem ciuilem seu popularem pariunt aut vituperium. Et reuera In nullo genere bonitatis vel malitie consueuit cõmunitas ciuium laudare vel vituperare ex vnico opere bono vel malo quasi ex vnius solius testimonio: sed magis ex pluralitate aut eorũdem operum vel similium cõsuetudo est veri nominis et rationis: leges autem tan q̃ intendẽtes consulere saluti hominum et vtilitati atqꝫ paci: malitiam statim vbi deprehendunt ꝓcidũt vt inimicam hominibus: immo vt radicẽ ꝓditionũ vt pestem et vt causam tempestatis atqꝫ turbationis rerum humanarum: nõ sinentes eum crescere: nec mittere radices. Merito ergo malos iudicant leges: et legumlatores maleficiorũ singulorũ actores: malos inq̃: id est noxios: ⁊ aliis pestilẽtes. Si enim vnum homicidium inultum remaneret: ꝓcederetur occasione illius ad multa: tam ab his quib⁹ impunitas incentiuũ cõsueuit parere delinquendi tam ab amicis occisi vindicare factuꝫ volentibus q̃ ab amicis occisoris: propter qḋ ipsum homicidium pestem diximus quia taꝫ late depasceret velud incentiuum nisi seueritas legum illud statim extingueret. Viros igitur bonos dicere non cõsueuit cõmunitas hominum: nisi quorũ bonitas est: eis multiplicium bonorum testimoniis approbata. Similiter neqꝫ malos: hoc autem est propter subitas et trãseuntes velociter passiones. bonas vel malas: ex quibus non ausi sunt homines iudicare bonos vel malos: quia non est eis visum. conueniẽs iudicare homines nunc bonos nunc malos. Neqꝫ tam bene eẽ mutationem a bono in malum aut econuerso. Eã voce igitur vtuntur legumlatores ⁊ leges nominã

Marginal notes: Aristoteles; Nota; Nota de passionib⁹; Nota; F Aristoteles; Lex ciuilis malos iudicat ex vno actu; Viri boni

bus bonitatis et malitie: et cōmunitatis hominum que sequitur aristotelem in hoc. ¶ His igitur ita positis: restat nobis perscrutandum de ipsis virtutibus naturalibus quid vel quantum possint ex eis qui eas perfectas habent: et quatenus differant operationes earum ab operationibus gratuitarum. Similiter et fines earum a finibus: vbi etiam determinandū non dubitat: an sole sufficiant perfecte bonū facere deo que altissimo acceptum. Ponentes igitur quandam prudentiam et scientiam naturalem virtutem esse ex causis et rationibus quas diximus: quas sufficere tibi debere non dubitamus. Querimus in primis an res sciantur vel cognoscantur huiusmodi scientiis et prudentiis. Et videtur in primis quia res quarū ignorantia nec turpis est nec vituperabilis: sicut rerum geometricarū et philosophicarum et arithmeticarum: et generaliter mathematicarum. eodem modo videntur et res naturales ad huiusmodi scientias non pertinere: pro ignorantia enim rerum huiusmodi nemo est dignus vituperio: nemo culpandus: earum igitur solarum rerum cognitio: quibus vita nostra vel laudabilis vel vituperabilis est et bona: vel mala: ad istas virtutes pertinere videtur. Qui enim diffinierunt phisicam artem esse viuendi: vt tullius et seneca: philosophiam posuerunt procul dubio rerū huiusmodi solarū scientiā. ¶ Amplius. Sola ignorantia et ne viuendi erubescenda est et vituperanda atque culpabilis: sicut docet apuleius per inductionem. in libro de demonio socratis. Interrogatus idest an scias statuas facere: audacter respōdebis nescio: nec pudet me non esse statuificum. Interrogatus autē an scias bene viuere: non audebis dicere nescio: vel me tu menda cū: vel pre erubescentia que est iuste reprehensionis timor. Quia igitur hec erubescentia naturalis est: et ideo est apud omnes manifestum istā naturam in nobis erubescere istam ignorantiā: quare et non subsistere eam in nobis. Quare manifestum hanc scientiā naturaliter gignere in nobis. ¶ Amplius. Bene viuere requirit a nobis ipsa natura: et naturaliter tenemur bene viuere: quare et ad omnia que requirit ipsum bene viuere: et per hec ad scientiam earum rerū: quibus vita nostra bonificatur. ¶ Amplius. Que est lex in corde hominis naturaliter scripta: nisi ratio mandatorum naturalium honestatis et quid est ipsa inscriptio naturalis earum: nisi scientia naturalis ipsarū? ¶ Amplius. Quia verum procul dubio est quod dicit Tullius quia natura auidissimi sumus appetentissimique honestatis. Nullū autē bonum appetitur nisi bonum et quātinus notū. Quare natura scientissimi sumus honestatis. nihil enim est honestas nisi bonitas vite. Eadem autē scientia est bonitatis vite et bene viuentis. Quare naturaliter scientes sumus bene viuere: et propter hoc eorum que ad bene viuendum pertinent. ¶ Amplius. vt ipsemet tullius dicit. nemo nos inspicere potest qui non cognoscat nos ad honestatem natos. Quare finis propter quē sumus et ad quem naturaliter tēdimus: honestas est. Unicuique autem creature innata est virtus mouens ipsam atque producens ad finem propter quem est. Quare nobis innata est virtus que ad honestatem nos perducat nisi impediatur: et quia ad honestatem non venitur casu nec ignoranter: necesse est nobis innatam esse scientiā ipsius. ¶ Amplius. Sicut pondera sunt in corporibus: ita affectiones in animabus vt dicit augustinus. pondera autē naturalia sunt in corporibus: et naturaliter ea inclinantia et inducentia in loca sue quietis naturalis: igitur et affectiones sunt naturales in animabus naturaliter: et inclinantes eas et inducentes in statū sue quietis naturalis. Status autem quietis animarū nostrarum naturalis beatitudo est. Beatitudo autē nō est nisi honestas vt docebimus in sequentibus: quorum autē affectiones nobis innate sunt naturaliter horum et cognitiones naturales: quia cognitiones honestatis seu beatitudinis. ¶ Amplius. Si oculus est in homine propter aliquē actum proprium vt propter videre: et auris propter audire: et ad hunc modum de aliis: erit et totus homo ex necessitate qui erit eius actus proprius similiter. Et si equus est propter aliquē actū proprium: et ceruus et bos et vnūquodque aliorum animalium. Inde erit homo similiter: quare erit actus eius aliquis proprius. ¶ Amplius. Actus proprius hominis hic est qui maxime eum decet: et maxime in eo requiritur. Maxime autem decet hominem bene viuere et maxime in eo requiritur: quare inter omnes scientias scientia bene viuendi in eo maxime requiritur: et maxime illum decet. ¶ Amplius. Secundum ordinem nature aut est hominis aliud proprium officium id est aliquis congruus actus sicut est cambus hominum custodia: et rerum ipsorū et equis cursus: et aut hominū vectitatio: aut aliquid tale ita de aliis aut nullus est proprius hominis actus. Quod si nullus est proprius eius actus et officium. Minori ergo cura prudētie diuine creatus est quam alia animalia. videtur etiam secundum hoc inutiliter et vane creatus quemadmodum vas nulli officio certo deputatum inutiliter et vane videtur fabricatū. Quod si dixerit: quia hominis multi sunt actus: et propter illos creatus est omnes autem illi aut eqles sunt: aut est in eis aliquis prestantior. Manifestum autem est: quod non omnes equales sunt: quia videre et audire inequales sūt et iterum edificare aut arare aut seminare et deum colere vel bene viuere inequales sunt. Quare manifestum est aliquē in istis vel aliquos prestantiores esse. Nihil autem est in eo vel equale et quod est bene viuere: vel eo prestantius. Quare bene viuere est actus eius nobilissimus et optimus. Optimū autē in vno quoque illud finis illius et actus proprius ipsius naturalis. In vno quoque vero vno existēte optimo naturaliter cetera naturalia adminicula sunt: et propter illū et quoniam naturaliter natura docet vnumquodque naturalem et propriū eius quare naturaliter natura docet hominem bene viuere. ¶ Amplius. Si cantoris verum et propriū officium est cantare: et lectoris legere: et non est veri nominis cantor qui nō scit cātare: et ita de aliis: nec veri nominis textor qui nescit texere: nec erit veri nominis homo naturaliter qui naturaliter ignorat bene viuere: et qui prohibitus est naturaliter bene viuere: prohibitus est naturaliter esse homo. ¶ Equidem secundū aristotelem: creantur et nascuntur homines perfecti prima perfectione que est nature: quod est dicere perfectionem materie et forme. Hoc est anima et corpore potentiis et viribus perfectibiles sunt autem secunda perfectione: que est scientiarū et virtutū decorum secundū platonem vero vt sepe tetigimus vtroque modo perfecti: sed perfectio secunda in eis impedita est: quam nos secundū opinionem ipsius narrabimus in sequentibus et declarabimus secundū veritatem. ¶ In tantū autē hic declarare intendimus quod scientie naturales secundū tres intentiones vel modos dicuntur. Et

Questiones de naturalibus virtutibus

Tullius
Seneca.

Apuleius

Lex in corde hois

Tullius

Similitudo

Actus hominis ppus

Bene viuere ppū hois

Similitudo bona

Scientie naturales tribus modis — primo quidem naturales intelligũt: id ẽ naturaliter insite vel edite: hoc est ex ipsa natura: q̄les et in substantiis naturalibus hoc est nobilib⁹ ꝛ abstractis esse sugius diximus. Secundo naturales dicũtur: hoc ẽ ab ipsa natiuitate seu creatiõe date q̄les adam ꝛ euam habuisse diximus. Tertio naturales dicitur ꝑ sola naturalia: hoc ẽ absq; doctrina ꝛ reuelatiõe acquisite. Unde ꝛ ꝓpter hoc naturales nobis et interdũ innate dicunt: quia interdũ nõ afforis nobis aduenire: sed magis ab itus: hoc ẽ ex itimis naturaliu; nasci et prodire: ꝓpter quod dicit Aug⁹. Quia innata sunt nobis amor boni ꝛ notio veri: intelligens innatas: hoc est abint⁹ siue abitimis nostris naturalib⁹ natas. Ex his igr̃ q̄ dixim⁹ manifestũ est tibi: quia scientie iste naturales quas ꝟtutes vocam⁹: nõ sunt nisi de his q̄ ꝑtinent ad bene viuere siue ad honestatẽ: ꝛ hec sũt regule naturalis honestatis: q̄lia sũt deũ esse timeduz. In deũ esse sperandũ: deũ esse diligendum: deũ esse honorãdũ: deo esse obediẽdũ: deinde omnib⁹ aliis subueniendũ neminẽ esse ledendũ: nulli iiuriandũ: nulli fraudẽdũ: cũ omnibus iuste et pie et vere agendũ: tertio rebus q̄ post nos sunt sobrie ꝛ moderate vtẽdũ ꝛ non sine gratiarũ actione vt pote dei donis et beneficiis: vides autẽ quia regulas honestatis naturalis in tres ꝑtes diuidim⁹: quarũ prima ꝑtinet ad deũ. Secunda ad nos. Tertia ad res q̄rum nobis vsus a largitore bonorum ꝯcess⁹ est. ¶ Si quis autẽ querat: ꝓpter quid sciẽtie hmõi virtutes sunt iaz respondimus in tractatu de fide ꝛ ĩ eis que ĩ isto tractatu ꝓcesserunt: quia ipse sunt ꝛ fortitudines virtutis nostre intellectiue: ꝛ armature ipsi⁹: ꝛ ꝓncipia laudabiliũ volũtariarũ operationũ. Quẽadmodũ ignorãtie ꝛ opiniones cõtrarie ꝛ culpabiles sunt ꝛ vitia: ꝛ operationes earũ culpabiles ꝛ pena digne. ¶ Si quis aũt querat quis ẽ mod⁹ cognoscẽdi hmõi scientias: videlicet an sit sicut est cognoscere ꝑ sensũ: puta ꝑ visũ aut auditũ. An sicut ẽ intelligere ꝓncipiorũ an sicut ꝑ demonstrationẽ. An ꝑ aliam viã ꝓbationis. Rñdemus quia mod⁹ cognitionis est sicut intellectus ꝓncipiorũ ꝑmorũ disciplinaliũ aut doctrinaliũ: ꝛ forte nobilior ĩ hoc: quia rerum istarũ cognitionẽ tanto itimius impssam: ꝛ tãto magis adherentẽ voluit esse bonitas creatoris substantiis hmõi q̄ reruz doctrinaliũ aut disciplinaliũ hoc est mathematicorũ ꝛ naturaliũ: q̄nto vtiliorem ac salubriorẽ eisdẽ sibiq; honorificentiorẽ eam esse cognouit. In animalibus vero nostris etiam aliq̄tenus similiter se habet q̄ ꝛ facili⁹ et ꝓfũdius intrant ꝛ recipiuntur ĩ animas nostras: ꝛ fortius adherent eisdem: q̄ res ꝓnominatorũ ꝓncipiorum et hoc est quoniã omnis virtus ꝛ omnis potẽtia magis accõmoda est et prone naturaliter ad ea quibus expeditur et adiuuatur ad id quod est optimum suum. Hoc est ad finem et ꝑfectionez suã virimam q̄ ad alia. Quia igitur res iste sunt ad bene siue beate viuere magis q̄ alie: ideo et facilius et intimius eas admittunt anime nostre sicut et aera intimius recipiunt corpa nostra q̄ aquam: vt pote vite vtiliorem ac magis necessariam. ꝛ ipsi homines magis vtiles sibi homines magisq; necessarios intimius recipiunt: hoc est in maiorem amicitiam ac familiaritatez. ¶ Si quis vero querat: vtrũ diuersificentur huiusmõi scientie ꝓ diuersitate recipientium. Respondemus q̄ non sicut neq; visus habitus pro diuersitate visorũ: causa autez in hoc est quã assignauim⁹ de fide quare nõ diuersificantur tanta diuersitate creditorum. ¶ Q; si quis querat vtrum scientie ille lex ipsa naturalis fuit que dicitur scripta esse in corde hominis: ade scilicet ꝛ eue naturaliter. id est a natiuitate vel in nobis sicut expo suimus. Respondemus: q: scientia ꝓprie veritatis est veritas aũt affirmationum et negationũ ꝓpe. De modis enim locutionũ sola affirmatio aut negatio veritatem habet aut falsitatem: lex aũt in eo q̄ lex imperatiua est. Unde nec dicitur vera nec falsa: sed magis iusta vel iniusta: tenenda vl̃ non tenẽda. Et ideo lex est continentia siue aggregatio mãdatorum. Est ergo scientia eius qđ est deuz esse timendum: lex vero eius qđ est deum timere ꝓpriet similium. Sacri tamen doctores et vsus cõmunis interdum cõfuse ambobus vtuntur et nos aduersitate acceptionũ ꝛ intentionũ legis in precedẽti tractatu vez de fide et legis vel legibus. ¶ Jam ergo declaratum est tibi ꝑ hec: qui et quales sunt scientie ꝛ prudentie naturales que nomine virtutum digne sunt. Et etiam ꝓpter quid virtutes nominate sunt: ꝛ etiam quarum rerum sint et quis modus cognoscendi in ipsis: ꝛ q: res huiusmodi sunt res que pertinent ad bene siue beate viuere ꝛ contraria earum. Ex quibus manifestum ẽ etiam tibi q: non essent create perfecte substãtie nobiles ꝑfectione naturali sine eis: immo cum iperfectione erubescenda et turpi: q̄ essz ignorantia vel inscientia bene seu beate viuendi. Et idem sentienduz ẽ de animabus ade et eue. Si quis autem querat: vtrũ alias etiã scientias hoc est rerum aliarum habeant naturaliter huiusmodi substantie: sicut habuerint eas adã et eua ex sua creatione: videtur nobis q̄ sic. Nõ ãt eiusmodi scientias quales acquiruntur apđ nos ꝑ vias ꝓbationum: sed cognoscere eorũ in rebus huiusmodi erat: sicut videre interius. Hoc est intelligere sicut diximus neq; ociose vel superuacue ĩ eis sunt sicut neq; in bene vtentibus apđ nos. Multa enim mirabilia dei sunt in rebus illis. Et propter hoc cognitio earum rerum bene vtentes erigit: ꝛ dirigit ad magnificandum creatorẽ. Nec parum laudis et glorie sue detractũ fuisset creatori apud eas hoc est apđ substantias abstractas nobiles ꝛ adaz et euẽ si tot ꝛ tanta magnalia creatoris que sunt in rebus naturalibus et mathematicis ignorarent. Ipsis etiam non parũ splendoris ꝛ luminis: si sciẽtias istas non haberent defuisset: essetq; intellect⁹ earum magis tenebris obsessi et inuoluti: si nec celum nec terram nec aliqua de his q̄ in eis sũt cognoscerent. Essent eñ quẽadmodũ homo viator q̄ nichil nisi gressus suos et finẽ itineris ꝛ vestigiã sua videret q̄tũ ad omnia alia cecus. Si quis vero q̄rat. vtrũ vna numero sciẽtia sit eis vel esset illis: q̄ cognoscerent omnes huiusmodi res videtur nobis q̄ sic. Sicut enim vno lumine visus videm⁹ oĩa visibilia visu nostro naturali. Sic tam isti q̄ illi: ꝛ lõge sublimius atq; nobilius omnia intelligibilia intellectu naturali intuentur et intuebantur: ꝛ hoc simul. Causa aũt in hoc est: q̄ñ non per passiones a rebus sicut nos visibilia cognoscimus: ꝛ ideo nec tempore nec vicissitudine indigebant ad illa oĩa ĩtuẽda. Hec aũt discutiem⁹ ꝛ ꝑscrutatius ĩ tractatu de hmõi substãtiis. Hic eñ ꝑter ꝓpositũ ẽ. Potissimũ aũt hãc scientiã ꝟtutẽ vocam⁹: secũm qđ dici-

Margin notes: Nota; Nota; Questio; Lex quid; Epilogus; Questio; Scientia ade et eue qualis

git ad bene viuendum: quoniam erigit et viuificat possessorem: mouet et concitat ad faciendum que facienda ostendit. ¶ Si quis aũt querat vtrum scientia hec lr̃is descriptibilis sit: et sermonibus interpretabilis. Respõdemus q sic aliquatenus: veruntamen impossibile est sermones nostros vel descriptiões respondere hmõi intellectui vel sciencie sicut in eodem tractatu ostendemus. ¶ His aũt ita determinatis trãsibimus ad virtutes naturales affectiuas et incipiemus ad affectionum potissima ac nobilissima. Et videtur in primis amor iste omnium esse maximus. Iuxta illud: propter qđ tale vnumquodque et ipsum magis tale. Quare que naturali amore diliguntur: maxime diliguntur: videtur autem vel nihil habere laudis diligere se vel bona sua pro eo q adeo naturale est: et nihil habet difficultatis omnino et potissimũ: ex verbo euangelij. Math. v. Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedẽ habebitis? Et iterum Luce. vi. Si diligitis eos q vos diligunt que vobis est gratia. Nam et peccatores diligentes se diligunt. Eodem modo nihil videtur habere laudis vel gracie: id est regratiationis diligere patrem et matrem propter eandẽ causã. ¶ Amplius Si dilectio non est nisi bonum inquantũ bonum nec debet esse: et pater et mater non est melior: q vel inquantũ pater aut mater q sine his. ergo non sũt magis diligendi cũ his vel propter hec: q sine his. ¶ Amplius. Ista sunt in differentia paternitas vz et maternitas et cetere attinentie: et nihil addunt bonitati: ergo nihil addere debent dilectionis. Quare non est tibi magis diligendus pater tuus q alius quilibet homo. ¶ Amplius. Si non sunt diligenda bona nisi inquantũ bona vel q bona: ergo equaliter bona equaliter diligenda. Quilibet ergo bonus equaliter patri tuo erit tibi equaliter diligendus. ¶ In his aũt et in huiuscemodi omnibus sciendum est q amor naturalis non est in bonum: inquantum bonũ simpliciter: immo in bonum determinatum: hoc est in bonum hoc: et propter hoc: et non eque bonus sit pater tuus cuicũq alij simpliciter: non tamen equaliter diligis eum: nec equaliter est tibi diligendus qm non equaliter est tibi bonus et alijs. Neq sequitur. Isti duo homines sunt equaliter diligendi. ergo sunt equaliter tibi diligendi. Sicut neq equaliter boni: ergo eq̃liter boni tibi. Si quis aũt diligẽter intueat sermones istos: nõ ẽ melior pater inquantum pater aut mater q sine his. Si de bonitate naturali intelligat falsum dicit etiã simpliciter. Qui enim pater est habz bonitatem quam hz inquantum homo et insuper bonitatem que est vtilitas generationis que est bonitas redundans et superfluẽs: vnde nõ solum melior est tibi bonitate naturali sed etiã melior simpliciter. Fecunditas enim nõ parua bonitas est et hoc agnoscimus omnes in ouibus et bobus. et etiam arboribus et agris: q hec omnia meliora iudicamus ex fecunditate et fertilitate. Similiter non sequitur: si aliqua duo sunt eque diligẽda: q peccet quicũq non eque diligit ea q̃libet sint eque diligenda: non sunt tamen eque diligenda vnicuiq: secundum hanc causam eque diligendus esset cuiq bonus vnicuiq: vt ipse sibi: et magis bonus diligẽdus essz vnicuiq q ipse sibi. ¶ Nõ aũt videtur iste ordo nature vnde vsualiter et cõmuniter dicitur de charitate q ordinata charitas incipit a se ipsa: hoc est a proprio subiecto: et hoc idem quantum ad homines videt: vz q inter homines vnusquisq seipsũ in pmis et marie dilectiõe naturali diligat: et diligere teneatur. ¶ Mirabile autem et difficile videtur ad cognoscendum. Utrum aliquis diligat se an etiam diligere possit: Dilectio enim vinculum ẽ et ligatura. Quomodo autẽ potest esse vinculũ eius dẽ ad semetipsũ aut ligatura: et q̃liter intelligatur aliquis esse ligatus sibi ipsi. ¶ Amplius. Si dilectio amicitia est quõ erit in vno solo: et cum relatio sit quõ erit vnius ad se: Amicitia enim relatio ẽ genere equiparantia specie in pdicameto relatiõis ¶ Amplius Sicut fraternitas corpalis non potest esse nisi inter duos ad minus: sic neq fraternitas spũalis nõ ẽ nisi amor aut dilectio: quare nõ potuerit esse nisi iter duo. ¶ Amplius. Quid ẽ amor aut habitus nisi largitas vltra quã nõ est largitas et amor actus nisi donũ omniũ donorũ pmum et maximũ Largitas autẽ et datio nõ sunt vnius ad se: et hoc quoniã datũ est magis naturaliter apud dantẽ q apud recipientez. Quare si idẽ esset dans et recipiẽs amorem esset ex necessitate maius et minus amor apud ipsũ. ¶ Amplius. Quid est dare nisi trãsferre in accipientẽ: et datũ facere suũ accipientis: et hoc p donationẽ: cũ alias non esset illius quomõ autẽ erit hoc vnius ad se. ¶ Amplius. Dantis pmũ naturaliter est datũ q accipiẽtis. Quare si idẽ ẽ dans et recipiẽs: naturaliter erit hmõi donũ quod ẽ amor naturaliter prius et posterius i eodẽ. ¶ Amplius. Secũdũ qđ ẽ dans et secundum quid recipiens. Et quõ largus ẽ eque diuitem et eque habundantẽ videlicet semetipsũ ppter hec alia nullo mõ videtur amor posse esse eiusdẽ ad se: nec pprie esse dictũ illud apli in. ij. ij. ad thimo. q in nouissimis diebus erũt homines se ipsos amantes neq illud. Augus. in libro de ciuitate dei quia fundamentũ ciuitatis babilõice ẽ amor sui et crescit vsq ad cõtemptũ dei: sed eo tropo dictũ est de hmõi hominibus qui querũt q̃ sua sũt Quẽadmodũ enim qui amat alterũ et querit q̃ sua sunt et multi querũt q̃ sua sunt ac si amarent seipsos dicuntur effectu non affectu: q nõ videtur possibile q affectũ amoris possit aliquis habere ad semetipsum nec ex affectu quem habeat ad semetipsum querit quis diuitias aut delicias sed ex affectu quẽ habet i ipsas solũmõ: ppter se eni diligit voluptuosus delicias: hoc est esse ppter ipsas delicias tñ. Similiter et veri nominis auarus aut cupidus diuitias. Et similiter se habet de alijs: nec ambitiosus honores. Nõ ei ad se trahũt res hmõi: sed post illas abeunt eis adherentes et serui eorũ effecti: turpissima et vilissima seruitute. Melius autem ac rectius sciendũ est: q amor potest esse et est alicuius ad hmõi autẽ declaratio duas habet modos. Primus est p diffinitionem seu rationem ipsius amoris. Amor enim verissima ratione non ẽ nisi intentio inquirẽs aliud: hoc est mouẽs ad obtinendũ illud et hoc iterum est secundum duos modos: q vl mouet ad acquirendum idipsum in quo est: et tũc merito nominatur concupiscentia: vel cupiditas: vel ãbitio: aut aliquo alio ex nominationibus huiusmodi. Manifestum est q cõcupiscentia amor est voluptatis et in ipsam voluptatem: et est inquisitio eius et mouẽs ad obtinendum eam. Similiter cupiditas diuitias et ambitio bonorũ inquisitrices sunt et mouẽtes ad obtinendum eas et quietantes motuz in eis. ¶ Secundus modus est quo amor est intentio inquirẽs

Bona questio

Nota

Amor naturalis

Nota

Deligere se ipsum quid et quo modo

Acute disputat

Augustinus

Amare se ipsũ figuratẽ dicitur

Quibus modis quis se ipsũ amat

nõ illud in q̃ est sed illi:secũdũ quã intentionẽ ami-
Nota citia amor est. Est enim intentio inquisitrix hono-
ris vel cõmodi illus in quem est:hoc est amici. Nõ
enim amicitia mouet ad querendum vel obtinẽdũ
amicũ sed magis ad querendũ vel obtinendũ ami-
B co commodum: vel honorem vel aliquid aliud ex
eis que placere credũtur amicis. ¶ Quare mani-
festum est ꝙ amor voluptatis et amor amici equi-
uoce dicuntur:nisi in eo casu quem ponit seneca di-
cens. Si ad futuros casus amicitiam paras nego
ciatio est ista quã facis non amicitia. Quidam
enim sic amicos querunt:sicut agros aut arbores:
aut sicut murorum aut ꝓpugnaculoꝝ presidia:qḋ
est dicere vt comodũ aliquod ex amicis capiant si-
cut queruntur serui vel equi. Quare manifestum
hmõi homines non amicis intedere sed sibi metip
Seneca sis. Et ideo vocauit eam negotiationẽ seneca non
amicitiam. Queadmodũ enim negociatores aliis
negotiatoribus dant vt plura vel meliora recipiãt
Sic isti amicis prestant obsequia non vt eis ꝓsint:
sed vt ab eis maiora recipiant. Equalibus nõ ↄtẽ-
ti sicut negotiatores non sunt ↄtenti si merces eoꝝ
data precia non excedant. Quia ergo manifestũ ẽ
neminẽ esse ꝓhibitum naturaliter ab intentione i-
quirendi:quod sibi vel placet vel expedit. Hec au-
tem intentio ꝓculdubio amor est iuxta secũdã inte
tionem:manifestum est neminem ꝓhibitũ esse ab
amore sui ipsius. Quare manifestum est possibile
B esse amorem alicuius ad se Secũda declaratio:q꞉
nulla substantia intelligens prohibita ẽ cognosce-
re vel intelligere naturaliter immo ex necessitate
vna queq꞉ hmõi substantiarum intelligit ⁊ cogno-
scit se. Si autem cognoscit se bonã quõ ꝓhibita est
Diligere seipsum diligere se. Eisdem enim rationibus quibus indu-
cti sũt aliqui ad credendũ ꝙ nemo potest diligere se
necesse ẽ vt inducatur ad credendũ ꝙ nulla substãti
a intelligens potest intelligere vel cognoscere se.
¶ Amplius. Si bona aliorum diligere possumus ⁊
debemus quõ bona nostra diligere ꝓhibemur An
propter hoc quia nostra sunt:hoc autē absurdissi
mum est secundum naturam. Cum vna queq꞉ natu
ra diligat se. Vnũ quodq꞉ eni animalium sibi querit
cibum et nidum et etiam compar ꝓpter generatio
nem. Quare vnumq꞉q꞉ animal naturaliter diligit
se ex diffinitione amoris: cum naturaliter sibi que-
rat bona vł vtilia atq꞉ salubria. ¶ Amp̃. Quis sa-
ni capitis audeat dicere ꝙ homo non diligit natu-
raliter corpus suũ:aut partes corporis sui? q̃ tãto
opere nutrit et fouet atq꞉ defendit vt omni precio
redimeret si periculum eorum eidem imineret ⁊ pos
set. Quare manifestum est:q꞉ negare naturam: cũ
omni modo sit inquisitrix vtilium et salubrium ꝓ-
priũ subiecti et custoditrix atq꞉ defensatrix eorũdē
¶ Propter qḋ diximus:q꞉ iuxta verbũ Augustini:
quo dixit. Sicut põdera in corporibus:ita affectio
Augustinꝰ nes in animabus. Sicut ex natura pondus ẽ incor
pore ponderoso:ita ex natura est amor naturalis i
oĩ substãtia nobili. Et sicut põdꝰ ẽ iqsitiuũ loci cõ
uenientis ⁊ salutaris ad quiescendū ipsi corpori.
Sic ⁊ amor iste inq̃sitiuus ẽ conuenietiū ⁊ saluta-
riũ oĩ substantie nobili: ⁊ iste amor nõ ẽ quasi vĩcu
lũ vł ligatura eiusdē ad se:s; magis substãtie in q̃
ẽ: et coꝝ q̃ sunt vtilia vel salutaria eidẽ. Quia ꝓpt
Nota q̃rit illa cõiungere ad inuicẽ:queadmodũ põdꝰ vł
inclinatio non est vinculū vel ligatura ipsius cor

poris et loci eidem conuenientis et:propter hoc q̃-
rit cõiungere illa:videlicet locũ et corpꝰ in effectũ.
Vnde queadmodum põdus seu inclinatio corpus
trahit ad locum sibi naturaliter cõuenientem: ⁊ il-
lum querit eidẽ. Sic amor iste omnem substantiā
nobilem trahit ad statum sibi naturaliter cõueniẽ
tem et ipsum q̃rit eidẽ. ¶ Scito etiam: qm̃ amor hu
iusmodi:non est relatio veri nominis. Sed magis
qualitas essentie et veritate:licet respectũ aliquẽ
habeat ad amatum. Hoc autem inde manifestũ ẽ:
q꞉ non requirit de necessitate vt si amatum:hoc est
inquisitū:nec aliquid in ipso. Relatio aũt veri no Relatio
minis correlationem exigit in correlatiuo ⁊ comi-
tantur se ad inuicem comitantia necessaria et inse
parabili vt si alterum est aliquando:et alterũ ex ne
cessitate tunc sit. ¶ Scito etiam ꝙ iste non cadit in Solutiões
rationem dati et accepti: sicut neq꞉ pondus aut in cõtrariorũ
clinatio per illum eñ nõ intendit natura aliqḋ da- supra posi-
re vel in illo:sed magis que sua sunt iure nature: ⁊ torum
que sibi debentur acquirere vel vendicare:et in q̃-
busdã reddere:sicut consequenter declarabimus.
Queadmodum vides ꝙ natura corporis ponderosi
si non intendit ꝑ pondus et motũ aliquid dare vel
etiam in illis:in amore aũt gratuito forsitan locū
habet ratio dati et accepti. ¶ Nos aũt loq̃mur de
illo in sequentibus. Et q꞉ diximus duas intẽtiões
istius amoris vē; acquirendi et reddendi. Necesse
habemus ostendere:quibus per hunc amorem vel
ad quid reddendum sit:et quibus iste amor reddẽ-
C dus sit. Consentiũt etiam omnes q꞉ naturalibꝰ bñ
factoribus quales sunt deus et parentes vnde cõ- Amor in deum
muniter dicitur:q꞉ deus diligendus est: vt creator
dator vite et bonorum omnium naturalium cõser
uator et auctor doctor atq꞉ illustrator eorum. Pa-
rẽtes vero id est pater et mater ⁊ progenitores:q̃- Parẽtes
tenus eos attigit noticia: ipsi enim adiutores fue-
runt et ministri quorum ministerio datū est nobis
esse sicut dicitur Ecclesiastici septimo. Memento
qm̃ nisi ꝑ illos non fuisses retribue illis quõ et illi
tibi. Filiis autem rõne bñficentie non debetur hu-
iusmodi amor. sed magis lege et institutione natu In filios
re:que amorem istum queadmodũ et virtutem ge-
nerativam transfundit in omnes genitos aut quẽ
admodum factum est illis a genitoribus. Sic et ip
si faciant eis quos genuerunt. ¶ Quoniā aũt sub
stantie angelice nobiles: adamq꞉ et eua in sua per
fectione naturali cognitionẽ de creatore naturalẽ
habebant et de largitate beneficẽtie sue in ipsos ne
cessario et amorem habebant in ipsum: ⁊ naturalẽ
amorem habebant vt iam diximꝰ in se ipsos. Que Questio
stionem habet vtrum isto amore naturali quo deũ D
diligebant et seipsos. An equaliter seipsos vt deũ
diligerent:an se plus q̃ deum:vel deum plus q̃ se-
ipsos. Et visum est multis quia plus diligebãt se-
ipsos q̃ deum naturali dilectione:q꞉ nec contra se
nec supra se poterant per naturam suam. Nulla eĩ
natura cõtra se vel supra se videtur aliquid posse.
¶ Amp̃. Si huiusmodi dilectione vē; naturali ne
diligebant deum nisi in eo ꝙ actorẽ suum ⁊ omniũ
bonorum suorũ:non diligebant igr̃ ipsum nisi quia
et inq̃tũ benefactorem suũ quare non nisi intuitu
et rõne beneficiorū suorum. Beneficia aũt illa nõ
diligebãt nisi ꝓpter semetipsos ⁊ q꞉ nec ipsũ deum
nisi ꝓpt̃ semetipsos:et propter hoc semet ipsos ma
gis q̃ ipsum: propter qḋ vnũquodq꞉ tale ipsũ magis.

E ¶ Uidetur autem ecõtrario:qꝛ nec simpliciter ipsi diligendi sunt plus ꝙ deus:cũ incõpabiliter min⁹ boni sint simpliciter:nec sibi ipsi meliores sit his ꝙ deus eisdem:immo econtrario. Incõpabiliter enĩ deus est melior eis atqꝫ vtilior:ꝙ ipsi sibi. In nullo enim ꝓdesse sibi possint nisi i ꝓcurando ꝯseruatio nem sui esse ⁊ vite sue:⁊ inquirendo ea q̃ ꝑtinẽt ad bene viuere:et in bene viuẽdo. Hec autẽ omnia ꝑ stat eis deus:et insuper ipsum esse cum omni ꝑfe ctione sua ⁊ decore naturali. ¶ Amplius. ipsum be ne viuere naturaliter in eis non est nisi bene vti na turaliter donis dei naturalibus. Naturalˀ eñi bon⁹ vsus a natura est. Quicq̃d eñi a natura ẽ:dei donũ est. ¶ Amp̃. Ois inq̃sitio naturalis opus nature ẽ ⁊ a natura. Et ꝓpter hoc dei donum est. Similiter ⁊ oẽ acq̃situ̾ naturaliter:id est ꝑ naturam dei do num similiter est. Quare manifestum est eos natu raliter nihil habere vel posse acquirere:nisi dei do na. Manifestũ igitur est deum esse incõpabiliter vtiliorem eis ꝙ ipsos sibi. Quoniã etiam si cresce re possẽt i naturalibus bonis naturaliter:siue acq̃ rendo noua siue meliorando iam habita:ipsũ cre mentũ hmõi esset etiã donũ et opus dei:licet ꝑ na turã:hoc est ꝑ naturalia bona ipsorũ. Quicq̃d enĩ est causa cause:est causa causati:⁊ omnis causa ꝑ maria plus est influens etiam supra causatũ secũ de ⁊ hoc ẽ quoniam de ꝓꝑa plenitudine ⁊ habũdã tia est influẽs ꝑmaria. Secunda vero ex solo fluxu ⁊ influentia quam recipit a ꝑma. Sicut enim alibi

F declarauimus:cause secunde siue medie nõ sunt ni si sicut nũcij ⁊ deferentes influentiã cause ꝑme ad causata sua secunda. ¶ Amplius. Cum nihil ꝑuer sum vel habeat vl doceat vel operetˀ natura:vt po te velut magisterio creatoris edocta:⁊ rectitudine voluntatis ipsius directa ac regulata ac ꝑ omnia ordinata: cum manifeste ꝑuersum sit deo preferre vel anteponere q̃cꝙ aliud vl etiã equare. Impossi bile est naturaliter vel a natura:vt aliqua substãtia in amore vel dilectiõe deo se ꝓferat vel etiã equet. Quare ⁊ seq̃tẽ:est nullam substantiarũ ꝓnomina

G tarum plus se ꝙ deum diligere naturaliter vl eque ve illum. ¶ Quoniam amor vt dixim⁹ inq̃sitor ẽ bo ni. Uidelicet ꝙ est bonum ipsius in qua ẽ amor. Nul lum aliud bonũ deo inquirẽdũ est ꝙ gloria honor collaudatio et bñdictio:gratiarũ actio ⁊ obsequi um:⁊ ista bona q̃renda sunt ei [illegible] in nobis ꝙ in aliis q̃ vtiqꝫ querenda sũt ei:non qꝛ eis indigeat:cũ illi⁹ diuitie sint in vltimitate sufficientie ⁊ copiositas. Amor vero naturalis q̃ se diligunt hmõi substãtie inq̃sitor est silr bonoꝝ naturaliter ꝯtinentiũ seu cõ ueniẽtiũ:q̃lia supra nominauim⁹. Ac bene seu bea te viuere. honestas naturalis:⁊ ea q̃ ꝑtinẽt [illegible] vtrũ qꝫ istorũ. Querimus ergo an ista preferenda sit ab

H eis dei bonis q̃ nominauim⁹. Et si dixerit qꝛ ꝓferẽ da sunt ab hmõi substantijs istis bonis:ergo aliud eorũ vel aliq̃ vel oia simul ꝓferẽda sũt dei obseq̃o. Quare si cõtigerit:vt illa nõ possẽt haberi cũ dei. obseq̃o dimittendũ dei obseq̃um propter illa:ꝙ fal sũ aũt sit istud:inde euidẽter apparet qꝛ illa omnia etiã in dei obseq̃o expendenda et cõsumẽda essẽt si opus esset in dei obsequio. Lege enĩ et iusticia gra titudinis ad id vl tantũ tenetˀ receptor beneficij lar gitori eiusdẽ vez vt vel illud:vel mĩ si facultas eis suppetat ipi repẽdat vel donãdo vl expẽdendo: ac etiã ad maius si ⁊ possibile fuerit. Si eñi receptor bñficij non teneretur datori nisi in tanto ꝙtũ est qd ab ipo recepit:nõ esset bñfactor nisi mutuator aut creditor ⁊ ipse receptor nõ esset nisi debitor mutui ipiusqꝫ beneficium siue benefactio non esset nisi mu tuatio seu cõmodatio. ¶ Amp̃. Cũ oia illa natura lia ab ipso creatore receperint:ergo et omnib⁹ te nẽtur ei seruire et ꝓ oibus et in omnibus. Nõ licꝫ eis igitur aliqd eoꝝ vel habere vel retinẽ absqꝫ ser uitio creatoris. Quare nõ ẽ omittẽdũ seruitiũ cre

I atoris ꝓ aliquo eorũ soluendo vel retinẽdo vl pro omnibus. Quare nec aliqd eorũ nec oia etiã siml ꝓferenda sũt seruitio creatoris. In quo etiã decla ratum ẽ:qꝛ nec eq̃nda siue equanda: siue enim expẽ denda et cõsumẽda sint oia illa in seruitiũ ⁊ in bui tio creatoris si opus esset. Manifestũ ẽ seruitiũ cre atoris eis esse omnib⁹ ꝓferendũ. Restat igitˀ vt ma gis inq̃rẽda sint hmõi substãtijs bona creatoris ꝙ sua naturaliter. Quare maior debet esse amor eaꝝ in creatorẽ ꝙ in ipsas. Qualis aũt debet eẽ natura lis amor in eis:talis et fuit ab initio et est adhuc: q̃re naturali amore et ab initio plus dilexerũt deũ ꝙ seipsas et adhuc diligunt. ¶ Amp̃. Quo fine da ta sũt eis illa naturalia tam pura ⁊ tã excellẽtia bo na:nisi ad dei honorem ⁊ gloriã et obseq̃um ⁊c̃. Est

K ne alius finis vniuersaliter bonorũ ꝙ ipse q̃ ẽ ⁊ ꝑn cipium:sic legitur ꝓuerbiorũ. xvi. vniuersa ꝓpter semetipsum opatus est dñs. ¶ Amp̃. Nulli dubiũ est quin oia dei bona ⁊ bñficia in honorẽ eius ⁊ glo riam cõuertenda sint. nihil autẽ aliud est de eis fa ciendũ nec ad aliũ detorquenda sunt seu declinãda ꝙ ad finẽ ꝓpter quem data sũt. Hic ergo est finis oi um donorũ ⁊ beneficioꝝ dei. Finis aũt sẽper est me lior:eo qd ẽ ad ipsũ: siue ꝓpter ipm ei tidẽ necessa rio preferẽdus. Manifestũ ergo est ex hisqꝫ mag amanda sũt deo bona hec q̃ dixim⁹ ꝙ hmõi substã tijs bona illa que prenominauimus. Quia vero magis amandum est generaliter cuius bona ma gis amanda seu magis querenda. Magis igitur

L amandus est deus naturaliter huiusmodi substan tijs ꝙ ipse sibi. Quicquid autem est faciendum na turaliˀ ⁊ faciũt ⁊ fecerũt ab initio. Nõ ei ꝓuaricato res sũt legis nãlis trãsgressores:q̃re deum natura li amore pl⁹ diligũt ꝙ se ipsas ⁊ ab initio dilexerũt. ¶ Addimus etiam quia lex nature hoc requirit in eis: ⁊ ipse amor naturalˀ ad eos istigaret ⁊ induceret si op⁹ eẽt:vt vitã et oia alia bona sua ꝓ deo põerent si di hõor aut glia hoc req̃reret ⁊ hec eis possibile eẽt ¶ Ampli⁹: Naturales ꝟtutes earũ ex necessitate oẽs sũt equales:q̃re obedientia eorũ ad deũ:⁊ dile ctio ex necessitate in eis sunt equales:certũ aũt est quia si deus ꝑciperet eis vt bona sua omnia ꝓ hono re eius dimitterẽt hoc facere parati essẽt si possent ex naturali obediẽtia seu iusticia. Nõ autẽ imuta retˀ in aliq̃ natura eaꝝ q̃ntum ad naturalia ex man dato hmõi:q̃re ex obedientia naturali q̃ in eis cre ata ẽ:⁊ eis cõcreata:etiã mõ pati sũt id facere si pos sent et deus ꝑciperet. Quare manifestũ est ꝙ de iusti cia naturali tenetˀ ꝓferre dei volũtatẽ et sibi ⁊ om nibus suis: equales aũt sũt naturalis et ista iusti cia:ergo etiã in cõparatione amoris hoc ẽ in amãdo ꝓferre tenetˀ deũ sibi ⁊ oibus suis. Proportionabi liter enĩ se habẽt obediẽtia ad obediẽdũ ⁊ amor ad amãdum. ¶ Ex his igitˀ manifestum esse tibi debet quia proculdubio naturali amore plus diligunt hmõi substantie creatorem: ꝙ se ipsas et magis

Nota Deuatio a natura

Cause secunde

Natura nihil ꝑuer sũ operatur

Amor

Nota

Creature magis amare deũ debent ꝙ se ipsas.

ꝓpter honorẽ dei data omnia

Finis

Naturales ꝟtutes

Obediẽtia et amor

querūt seu inquirunt naturalr ea ꝗ creatoris sunt ⁊ ꝙ ea que sua sunt: ⁊ qꝛ iste amor est velut ex lege seu iusticia naturalis gratitudinis: ⁊ patefactū est tibi: qꝛ iste amor est in creatorē vt creatorē: et vt patrē et vt datorem oim bonorum ⁊ nutritorē ⁊ conseruatorem et gubernatorē: ⁊ generalr vt vniuersalē ⁊ gratuitum benefactorē: et istum amorē vocamꝰ qui est prima species amoris amorē debitū. iste igit amor est sicut amor gratitudīs et debitus ⁊ reddirꝰ. ¶ Secundus amor siue secūda species quā supra secūdo nominauimꝰ: est amor vēditus precio ipsius amati qualis est amor voluptatis diuitiarū ⁊ honorum et aliorū oim: que ꝓpter se solū querunt. Tertiꝰ amor est deditus seu donatꝰ ⁊ gratuitus. Iste eni3 fluit ex amore qui est gratis et non debitū: qui est non vendens sed donās: nec venditus. sed donatus: per quē non intēdit bonum amātis sed amato: in quo amās seipm et omnia sua donat amato: cum ꝑfectus fuerit hmōi amor: et de hoc ⁊ de intētioibꝰ eius latius loquemur in sequētibus. Scito autē3 qꝛ per hoc qđ dicimus Adam ex amore naturali ante peccatū vel substantias angelicas deū dilexisse vel diligē plusꝗ se: nō cogimur vt dicamꝰ naturam aliquid posse supra se vel contra se: non et cōtra naturā est naturam facere: ꝙ creator ipām facere cōstituit aut naturali lege precepit: neqꝫ aliud est a deo pro natura vel scđm naturā ꝗ ꝙ ipsa pro creatore facit. Nec magis est supra naturā naturā diligere aliud plus ꝗ se ꝗ naturā aliud cognoscere plus vel melius ꝗ se: sicut et anima humana multa nouit meliꝰ ꝗ se: ⁊ vnusqsqꝫ nostrū multa videt: melius ꝗ se visu corpali. Fortassis aūt neqꝫ naturalis iusticia hoc patit vt hmōi substātie diligāt se naturalr: qꝛ nisi ꝓpter creatorē: si eni diligent se ꝓpter se abuterent se: amore eni inhererēt sibi ꝓpꝫ se. quare fruerent se nō aūt est fruēdum nisi btā ⁊ gloriosa trinitate: sicut docet beatus Augu. ¶ Amp. cū nō sint diligende nisi qꝛ bone ⁊ inquātū bone: ⁊ nō sint bone ꝓpter se. Nō eni sunt ipsemet finis bonitatꝰ sue aut causa alia illiꝰ nō sūt ergo diligēde ꝓpter se. manifestū igitur est: qꝛ naturalis iusticia nō patit: vt diligant se nisi ꝓpter creatorem: cū nō sint diligende naturalr ꝓpter se neqꝫ ꝓpter aliud a creatore cum aliud a creatore nō possit esse finis bonitatis eorū. ¶ Si quis autē querat. Utrum isto amore amāt vel amauerunt deū in eo ꝙ deus vel in eo ꝙ bonus iam respōdimꝰ in hoc ⁊ diximus: ꝙ iste amor non est absolute in deū in eo ꝙ deꝰ vel in eo ꝙ bonus sed magis in eo ꝙ deus eoru3 vel in eo ꝙ bonus in eis neqꝫ cogimur dicere ꝙ qui diligit benefactorē suū in eo: ꝙ benefactorē suum vel etiam: qꝛ benefactorē suū qđ ideo diligat eum ꝓpꝫ beneficia et quod ampliꝰ est si dilectiōis istius causa sunt bñficia: non sequit ꝓpter hoc. vt diligantur beneficia: non eni3 oīs causa ex necessitate finalis est. ardet enim ignis per flatum ⁊ per ligna: nō autē ꝓpter flatum aut ꝓpter ligna. Sic ardet ignis huiusmodi dilectiōis per ligna beneficiorū et per flatum bonarū allocutionū: sicut ⁊ per apprehēsiones pulchritudinis ⁊ bonitatis amati. nō aūt ꝓpter hec quēadmodū interdū ardet sitis et fames ꝑ odorē cibi vel potus: nō aūt ꝓpter odorē. Nō aūt querit esuriens vel sitiēs in cibo vel potu odorē finalr: sed per odorē potius querit saporē et refectionē in vtroqꝫ. Bñficijs eni creatoris quasi quibusdā odoribꝰ sentitur bonitas ipsiꝰ necessaria ⁊ salutaris: et ideo illis et per illā diligit nō autē ꝓpter illa. ¶ Si quis aūt querat. Utrū circūscriptis bñficijs isto amore amaretur creator? Respōdemus ꝙ non: circumscriptis enim beneficijs nō amaretur vt bñfactor vel i eo qđ benefactor: quēadmodū circūscripto odore cibus ⁊ potus nō appeterētur appetitu ꝓuocato ꝑ odorē. Si vero querat: vtrū amaret simpliciter creator in eo ꝙ deus vel in eo ꝙ bonꝰ amore naturali vel alio? Respondemꝰ: qꝛ si hoc possibile esset: videlicet circumscribi bñficia creatoris in creatura hmōi ꝙ adhuc amaretur ab illa: creator in eo ꝙ deus vel in eo ꝙ bonus. si apprehenderet diuinitatē aut bonitatē ipsius: ⁊ peruersitate corruptiōis sue nō impediretur. ¶ Si querat autē modū diligēdi? Respōdemꝰ: qꝛ gratis. Et qꝛ ista dilectio esset gratuita: quonia3 absqꝫ venalitate vlla et nihil prorsus habens negociationis: ꝗ supra expositum esset etia3 recta id est nec habēs curuitatē nec deflexionem: et ista exponemus in sequētibus: etiā esset gratia ab eo ꝙ est gratis. et esset donū veri nois. ⁊ amator datus: purissima ac sincerissima datione. Uerūtamē nō esset gratia vllomodo que media est inter naturā ⁊ gloriā: et arra ipsius glorie ac ꝑgustatio que est nobilissimū adiutoriū nature ad diligendū deū ⁊ adherendū eidem: ⁊ est incōparabiliter sublimior ac prestantior ꝗ natura: ⁊ naturalis quecūqꝫ dispositio: quoniam est eleuās naturā ⁊ rapiēs eam supra se in creatorē: et eleuans eam velut ab infimo gressus ad sublime volatus: ⁊ hec oīa stabiliemꝰ in sequētibus. ¶ Qꝫ si quis querat. Utrū etiā isto amore qui vtiqꝫ naturalis est diligat deus super oīa alia? dicimꝰ ꝙ sic: et etiam super ipm diligētē. Alioquin ꝑuersa esset et iniqua hmōi dilectio si ea plusꝗ deus vel etiam equaliter illi aliquid diligeret: neqꝫ cōsequēs est si isto amore diligatur deus sup oīa ⁊ gratis: ꝙ iste amor charitas sit et gratuita illa dilectio: ꝗ gratos deo atqꝫ acceptabiles atqꝫ regno celorū dignos facit. apparebit autē differentia inter eas cum patefecerimus ⁊ stabilierimus essentia3 illius. ¶ Si qs autem querat. Utrū etiam modo iste modus naturalis dilectionis inuenit in hoibus vel saltē in substantijs spoliatis? Respōdemus: qꝛ in hoibus propter peruersitatē ⁊ depressionem originalis corruptionis et difficilimū et impossibile est vt inueniat. Adeo eni recuruat humanā naturā in semetipsam adeoqꝫ coangustat illam circa se ⁊ sua: vt ita in creatorem ⁊ erigi et extēdi pene ei impossibile sit: donec liberetur a seruitute corruptiōis istius. verū i spoliatis substātijs ⁊ ab ista seruitute ⁊ angustatione liberis nō dubitamus amorē hmōi et esse ⁊ abundare. ¶ Dubitabit autē aliquis. Utrum cū creator diligitur in eo ꝙ bñfactor aut in eo ꝙ creator: vtrum diligat ꝓpter se: an ꝓpter aliud? an diligatur gratis licet per alia. Et si quis dixerit: qꝛ nō diligit gratis in ista intētione qꝛ oculꝰ intētiōis dirigit in bñficia et hmōi bñficia dilectionē hmōi suasse vident: si forsitan nō improbabilr dicet. Et si quis dixerit etia3: qꝛ hmōi amor nō est purus vel rectꝰ ꝓpꝫ admixtionem bñficiorū: ⁊ recuruationē intētionis in ꝓpa cōmoda bene dicet. Uerūtn̄ diligēter distinguēdū est: quid intēdit ꝓpter se. Multiplex eni est intentio eiꝰ qđ est ꝓpter se. infdū eni ꝓpter se dicit ope ꝑciū siue preciū ope: quēadmodū cū dꝛ volūtas cū diligit ꝓpter se: qꝛ ipā est preciū dilectiōis et qꝛ pro ea obtinenda datur vel impēdit vel potius expēdit. Certū

N

Nota.

O

Frui ad qd

P

Propꝫ bñficia deꝰ nō est diligēdꝰ

Q

Grat' amādus deus.

Questio.

R

S

Corruptio originalis magnū impedimētū ē.

T

Questio.

Propter se quid.

autē est: qꝛ isto amoꝛe deus hoc modo ꝓpter se non
diligitur: qꝛ ad eum obtinēdū isto amoꝛe nō intēdit
Secunda intentione dicit diligi ꝓpter se: hoc est ad
cōmodū ipsius: ac si diceret diligit ꝓpter se: hoc est
ipsa dilectione bonū ei intenditur vel querit: et hoc
vtroqꝫ modo naturali dilectiōe. In eo etiā ꝙ benefa=
ctoꝛ diligitur ꝓpter se: qꝛ naturali dilectiōe bonum
eius vel ei intendit: quale quidē decet ei intendi vel
queri. Nullo modo aūt diligitur deꝰ a naturali dile
ctione ꝓpter ipsa bñficia: tunc eni magis diligeren
tur ipa bñficia ꝛ hoc esset iniq̄tas atqꝫ ꝑuersitas: vi=
delicet vt bñficia finis essent: siue causa finalis dile=
Nota. ctionis in eum: hoc eni est dicere: diligit ꝓpter bñfi=
cia: id est amoꝛe beneficioꝝ: quemadmodū diligit
magister ꝓpter puerū: hoc est amoꝛe pueri cuiꝰ ma
gister est. Et sic in dilectiōe esset inferioꝛ atqꝫ poste=
rioꝛ bñficijs suis: quēadmodū magister qui diligit
amoꝛe pueri: inferioꝛ est atqꝫ posterioꝛ in amoꝛe vel
dilectiōe. ¶ Queret aūt aliq̄s. Utrū naturales vir=
tutes in hmōi substātijs frequētia operū: ꝛ lōgani=
mitate: aut roboꝛatione: quēadmodū in nobis om=
nis virtus et om̄is potētia exercitio sui moderato ꝛ
debito cōfoꝛtat: roboꝛat: intēditur: inualescit. cū er=
go et in sublimibꝰ substātijs: videlꝫ angelicis scien=
tijs: et si que alie sunt: nō similiꝛ se habebit. Cū eni
non cessauerit a seculis agere que iustitie sunt ꝛ be=
nignitatis: et etiam aliarū naturaliū virtutū: nūq̄d
tā longa assuefactio ꝛ exercitatio nō roboꝛabit aut
non augebit siue intēdet virtutes eoꝝ hmōi? Respō
demus in hoc: qꝛ substātie hmōi nichil patiunt a re=
bus vel quas vel in quas operant. secus aūt est i ani
Anime quo mabus nostris. Anune eni nostre ꝛ nouas apprehē=
modo a sub siones: ꝛ nouas affectiōes in om̄ibus recipiūt: que
stantijs ab= de nouo opant. Et ideo assuefactiōe ꝛ exercitatiōe
stractis dif= multiplicit ꝑficiūt in virtutibꝰ: vel quas operātur.
ferant. Substātie aūt abstracte nō sic: om̄ino enim seoꝛsum
sunt a tumultibus passionū ꝛ impressionū ꝓcedētiū
a rebus que post ipas sunt: ꝛ ꝓpter hoc assuefactio
siue exercitatio foꝛsitan nihil est apud illas q̄tum i
ipsis est. Cōtinue nāqꝫ operant opatiōes quas ope
rant apud se: ꝛ nō transmutat status earū in aliquo
scdm trāsmutationē quā opant in nobis ꝛ apd nos.
Uerbi gratia: opant in nobis ꝛ apud nos plerumqꝫ
nouas illuminatiōes ꝛ nouas reuelatiōes: ꝛ et alias
diuine dignatiōis multiplices visitatiōes: neqꝫ ne=
cesse est vllo modoꝝ: vt ꝓpter hec noue passiones:
Similitu= aut impressiōes fiant in eis. Quēadmodū neqꝫ i so
do. le: ex nouis illuminatiōibus quas operat aut ex no=
uis calefactiōibus: seu quibuscūqꝫ alijs operatiōi=
bus suis: nō est necesse nouam aliquā gn̄ari passio
nem in ipso. de his autē ꝛ similibꝰ acquiret tibi cer=
titudo in tractatu de hmōi substātijs. Interim autē
scito: qꝛ totus ꝑfectus hmōi substātiarum de subli=
mi est: hoc est de influentia ṗmi et vniuersalis fōtis:
et de irradiatione ṗmi ꝛ vniuersalis lum̄is: licet hu=
iusmodi ꝑfectui occasionē det iterdū ꝑfectꝰ noster.
Reuelant eni eis seu aliquibꝰ earum quedā occul=
ta prouidētie dei que in nobis ꝑ eas eidem operari
placet: quare occultū fuit misteriū icarnatiōis filij
dei et salutis mūdi ꝑ eam ꝛ alia hmōi: ꝛ hoc est qḋ le
gitur ad Ephes. 3. Ut inotescat pncipibꝰ ꝛ potesta=
tibus i celestibꝰ ꝑ ecclesiā multifoꝛmis sapiētia dei
quod est dicere ecclesie siue ꝓpter ecclesiā. ¶ Utrum
autē ꝛ aliter istud cōueniat itelligi certificaberis in
eodem tractatu. Q; autē dilectio gratiua seu gra=
tuita quedā etiā naturalis sit: manifestū est a sensu.
Nullus eni hoim tanta est malignitate ꝑuersus coꝛ
ruptione: vt bonū nō diligat: bonū dico hoiem cum
ei innotuerit: nisi foꝛte bonitatē ipsius noxiā sibi su
spicatus fuerit: qui metus ꝓpꝛie aut supbie est: aut
inuidie: aut alterius ex hmōi passiōibus. Silr cum
impiū et cōtumacē ꝛ in alios crassantē flagellari cō
spiciūt hoies: aut aliter puniri generalit adgaudēt
penis illius ex amoꝛe naturali iustitie: et generalit
verum est qḋ ait sanctus ꝛ sapiēs Augu. qꝛ amoꝛ bo Amoꝛ boni
ni et notio eiusdē naturalr nobis indita sunt. ¶ Si in nobis.
quis vero querat numerū virtutū naturaliū? Rñde=
mus ꝙ idē est qui ꝛ bonitatū ꝛ bonoꝝ operū: melius
aūtē latius de eo determinabit in sequētibꝰ. Quia si
querat: vtrū castitas coꝛpalis sit etiam virtꝰ natura
lis? Rñdebit aristotel. qꝛ potius ꝯtra naturā est vel A
ꝙ ipsa nō est nisi quedā tēperātia cōcubitꝰ ꝛ medie=
tas eiusdē inter supfluitatē ꝛ indigētiā: hoc est parū
et nimiū: vel qꝛ ipsa nō est nisi cōsuetudine inuetera=
ta cōtinētia ab hmōi voluptate. vnde ad hanc deue
nit dementiā vt insensibiles ab hmōi voluptate ca=
stos esse neget: cū ꝑfectio castitatis vltima vel insen Contra ari
sibilitas hmōi voluptatis sit: vel eā tandē inducat. stotelem.
Ultima eī ꝑfectio virtutum est: nō solum inuictum
aut inuictibilē siue inexpugnabilē ꝑficere opatiōi=
bus: sed etiam tandē ipugnabilē siue oppugnabilē
¶ Hec ergo hactenꝰ dixim ꝰ de virtutibꝰ ꝯsuetudiali=
bus ꝛ naturalibꝰ: ꝛ hoc sparsim q̄stiōes multiplices
suscitātes ꝛ exagitātes: vt studiosis palestram quan
dam ꝓponeremꝰ ingenij ꝛ disputatoꝛie exercitatio=
nis materiā: amoꝛe veritatis flagrātibus: ꝛ vt occa
sionē amplioꝛa sapiēdi daremꝰ sapiētibꝰ sequētes i
parte ista aliquatenꝰ philosophoꝝ rudimēta ꝛ initia
lia quibus et si ad ꝑfectū non inuenit veritas ci=
tum qualitercūqꝫ inuētio adiuuatur.

¶ Theologice nūc primū incipit de virtutibus di
sputare: ꝛ virtutes naturales cōparat pedibꝰ ꝛ cete
ris mēbris coꝛpoꝛis humani. Cōsuetudinales vero
comparat adminiculis ipsoꝛum membroꝝ deficiē
tium foꝛte aut aliquo modo lesoꝛum.

Deinceps igitur ꝑscrutabimur de vir
tutibus iuxta theologicam ac sapiē=
tialē altitudinē palā faciētes ꝙ lon=
ge fuerint ꝛ adhuc sint a veritate cogni
tionis eoꝝ mūdi sapiētes. Dicemus
igit in ṗmis qꝛ virtutes naturales sic Uirtutes
sunt in aiabus: sicut pedes in hoibꝰ: aut in alijs ani naturales.
malibꝰ. Et cōsuetudiales: sicut lignipedes aut gra ꝛ
diēdi amminicula: ꝛ etiā gn̄alr naturales virtutes ad Consuetu=
silitudinē ꝛ ꝓpoꝛtionē mēbroꝝ nostroꝝ se habēt in dinales.
aiabus nostris. Cōsuetudiales vero ad silitudinē ꝛ
ꝓpoꝛtionē eoꝝ amminiculoꝝ: que nobis adhibemꝰ:
ꝓpter defectū vel lesionē mēbroꝝ nr̄oꝝ: sicut ꝓpter
defectū pedis lignipedē ꝛ ꝓpter defectū manuū in=
terdū vncos siue vncinos ferreos: sic ꝛ ꝓpter defectū
tibiaꝝ baculos sustētatoꝛios quos vulgo potētias
vocant. Eodē modo se habet ꝛ de alijs amminiculis:
que lesio vel defectus coꝛpoꝛaliū mēbroꝝ nos men
dicare: nobisqꝫ applicare cōpellit: et hoc est quoniā
vires sicut sunt in aiabus nostris quadā silitudie si=
cut mēbra nostra in coꝛpibꝰ nostris. quare lesiones
earū sic sunt in eis: sicut lesiōes mēbroꝝ in ipsis mē
bris. Quare ꝛ amminicula cōtra illas lesiōes sic sunt Nota.
sicut amminicula ꝯtra illas alias: lesiōes aūt virtutū na
turaliū in aiabꝰ nostris sunt ex originali pctō: et ex ꝛ

originali corruptiōe:quā stabiliem⁹ i sequētib⁹. Quā
multi ex philosophis ignorauerūt penit⁹. multi vo
ex illis et ex poetis eam somniasse videri potuerūt.
multi ex hereticis itolerabili cōtumacia credere no
luerunt. Queadmodū igit deficiētes mēbris aliq-
bus aut lesi siue occasionati in ipsis cogunt quere-
re sibi aut amminicula fabricare quib⁹ defect⁹ hmōi et
lesiones vtrūqꝫ suppleāt siue ad gradiendū siue alit
operandū:sic lesi et occasionati virib⁹ nostris natura-
libus necesse habem⁹ ad bene operādū ꝯquirere no
bis amminicula cōsuetudinaliū virtutū et ea nobis
fabricare multo labore ac difficultate assuefactio-
num. ¶ Scito aūt qꝫ sicut lignipedib⁹ aut alijs gra-
diendi amminiculis nunq̄ recte ambulat: ita nun-
q̄ consuetudinalibus virtutib⁹ adeo nunq̄ recte vt
alijs ambulatur: et hoc est qꝫ lesiones naturaliū et oc
casiones nunq̄ per eas ad perfectū sanant. Quare
remanent pro parte etiā cum eis lesiones et occasio
nes hmōi. et sicut etiaꝫ prenotauim⁹ vel difficile vel
impossibile est oēs animarū nostrarū lesiōes et oc
casiones hmōi virtutib⁹ adiuuari ꝑpter multitudi-
nem et tēporis et assuefactiōis quā requirūt. Bre-
uis autē est vita nostra et ad tot et ad tantas assuefa-
ctiones non facile pceptibilis: vt eas in tāta breui-
5 tate valeat obtinere. ¶ Jam ergo manifestū est tibi
qꝫ virtutū naturaliū causa efficiens et dator ipsaruꝫ
est creator immediate et per se: et qꝫ ipse sunt sicut or
gana voluntariarū bonaꝝ operationū. Organa di-
co perfecta et nihil habētia lesionis aut occasiōis: et
qꝫ ipse sunt ꝑmitiuus decor animarū nostraꝝ et pul
chritudo earum primaria atqꝫ ꝑfectio fundamēta-
lis seu radicalis. Cōsuetudinales vo sicut defectio
num et lesionū adiumenta quedā et supplemēta. verū
que nunq̄ ad perfectionē naturaliū deueniūt: neqꝫ
in decore neqꝫ firmitate: et hoc est quoniā magis de
cent vnūquēqꝫ mēbra naturalia quā supplemēta eo
rum et firmius inherent et adherēt naturalr indita
vnicuiqꝫ q̄ aduenīētia seu acquisita. Necessitas au
tem qua stabiliūtur necessitas est honestatis et bone
vite ad quā nos esse natos natura humana vniuer-
saliter confitetur atqꝫ testificatur.

Philosophi et poete nō itellexerunt originalem corruptionem.

Virtutes nāles sūt organa operationum bonarum.

Nota.

¶ Ostendit bona naturalia nostra nō sufficere ad
promerendā remuneratione eterne felicitatis: sicut
hereticis quibusdā visum est scꝫ pelagianis qui gra-
tiam negabant esse necessariā. Auctor vero eam di-
cit adeo necessariā i vita presenti vt dicat aīam vir-
tutibus naturalib⁹ et cōsuetudinalibus perfectam
glorie susceptibilē et capacē nō esse: atqꝫ ideo alias
ꝑfectiones requiri q̄ que sunt ex virtutib⁹ naturali-
bus ac consuetudinalibus.

A VErum autem alie virtutes sint sublimio-
res atqꝫ nobiliores his q̄s velut alas cre-
ator electis suis et dilectis inserit ad volan
dum in sublime beatitudinis et felicitatis
eterne: quod et nos posuisse aliquādo meminimus
tētabimus deinceps ꝑscrutari: multis eni et preci-
pue hereticis visum est sola bona naturalia nr̄a suf-
ficere posse nobis ad bene viuēdū: ad digne et lauda
biliter creatori seruiendū: et ad ꝑmerēdum ab ipo
remuneratione felicitatis eterne. Et de hoc genere
fuerūt pelagiani heretici: qui et gratiā esse negaue-
runt et eam omnino nō esse necessariā posuerūt. Fue
runt et alij qui iter naturales virtutes et gratias ni-
chil distare posuerūt scdm speciē siue substātiā: sed
solūmodo scdm maius et minus, neutri igit istarū

Pelagiani gratiam negauerunt.

gratiaruꝫ essentias aut vtilitates siue necessitates
agnouerunt. Videtur aūt pro illis facere qꝫ iter na-
turam substātiarū abstractarū: hoc est sanctorū an-
gelorū et gloriam ipsorū nō intercessit mediū vllū:
sed cum esset ꝑfecta eorum natura et ab omi lesione
et occasione imunis susceptilis absqꝫ medio gratie
inuenta et glorie. Cur igitur similiter et aīe humane
sola naturaliū virtutū ꝑfectione absqꝫ medijs gra-
tiaruꝫ susceptibiles possunt esse gratie: qꝫ si dixerit
qꝫ longius distant aīe humane a sublimitate glorie
sue: q̄ substātie angelice: manifestuꝫ est istud nō esse
verum cū perfectibilitas coꝝ naturalis educta fue
rit in actū sue ꝑfectiōis. Tūc eni indubitāter perfe-
ctio que naturalis est sanctis angelis: et ex ipa crea
tiōe sua erit aīabus humanis acquisita. Quare nō
erit tunc in ꝑpinquitate: et elongatiōe a gloria et ad
gloriam inter sanctos angelos et sic ꝑfectas huma
nas animas differētia. ¶ Qꝫ vero gratiā mediā in-
ter naturā et gloriā nō ponim⁹: nisi ꝑpter necessita-
tem status ꝑsentis vite: quo ad Adam et Euā quātū
ad statum eorū ante peccatū: et ꝑpter presentē mise
riam: que partim originalis corruptio est et partim
ex illa orit. Intētio ꝑpositi ꝑsentis est stabilire gra
tiam hmōi pro necessitate presentis vite nostre quā
necesse est esse rectam et acceptā creatori: et habere
alias perfectiones: quas dicimus ex solis virib⁹ na
turalibus atqꝫ cōsuetudinalibus esse nō posse. Sci
to etiā qꝫ natura mentis humane quātūcūqꝫ ꝑfecta
naturalibus et consuetudinalib⁹ virtutib⁹ non est su
sceptibilis glorie qꝫ inde palam est: si eniꝫ stilla imo
id qd nec etiam stilla diuine largitatis dicēdum est
mortem corporis inducit. Queadmodū interdū cō
tingit in raptu et extasi sanctorū: sicut declarat bea-
tus Augustinus factum esse in raptu Pauli i libro
12. super Genesi. ad litterā. Quāto fortius non susti
nebit immēsitatē diuine claritatis: cum se nudā ex-
hibuerit et infunderit. que exhibitio et infusio glo-
ria est virtus nostre intellectiue: et hoc est quod legi-
tur Exodi. 33. Non videbit homo me et viuet: qꝫ cla-
ritatem diuine visionis vita humana qualis est hic
non sustinet. simile est illud Job. 26. Cum vix paruā
stillam sermonis eius audierimus: tonitrū magni-
tudinis eius quis poterit intueri? ¶ Ampli⁹. Ma-
nifestum est a sensu: qꝫ etiam pre magnitudine et ve
hementia vnius cuiusqꝫ passionū spiritualiū mors
corporalis euenit facientibus: sicut ex vehemētia a-
moris: timoris: gaudij. manifestū autem est qꝫ cor-
porale gaudium quātūqꝫ sit ad torrentē voluptatis
glorie nec stilla ad abissum vel fluuiū. Quare cōse-
quens est ex necessitate vt si corporale gaudium ma
gnitudine sua vitam presentē extinguit: multo for-
tius torrentem voluptatis glorie immensitate sua.
Ex quo etiam declaratur tibi Adam et Euam in eo
statu perfectionis naturaliū virium et virtutū suarū
glorie susceptibiles nullomodo fuisse: donec ad vi-
tam immortalē et impassibilē transferrētur: licet vi-
ta eorū longe firmior atqꝫ solidior esset nostra in eo
statu et passionibus longe minus obnoxia. Ex hoc
etiam manifestū esse tibi debet: paradisum carnalē
qualē machometi perfidia somniauit: esse nō posse
cum paradiso spirituali. Nos autē declarabimus:
qꝫ nec etiam per se: nec nomen paradisi huiusmodi
spurcitie si possibilis esset aliter et cōueniret q̄ ster
quilinio et volutabro paradisum esse porcoꝝ. nulla
enim immūditia cōparabilis illi paradiso cogita-

Nota.
B

Gfe necessitas in vita presenti.
C

Nota.

Paradis⁹ machometi.

ri potest. Reuertamur autē ad id in quo eram⁹ ꝛ di-
D camus: q͛ gratiam intelligim⁹. hic diuine largitio-
Gra quid. nis adiutoriū ad operandū que bona sunt ꝛ bn̄pla-
cita creatori ꝛ digna remuneratione ipsius que est
merces eterne felicitatis. Iterum ad certandū con
tra se et contra oīa que impugnāt impugnatione
spiritualiter iterū ad vincendū se et oīa que impu
gnant predicta impugnatiōe. Et iterū ad tenendū
cōtinendū et retinēdū se: ad frenādū ligādū domā-
dum subijciendū se perfecta domatione. Et iteruꝫ
ad conseruādū se inuulneratū ꝛ illesum oīno ī me-
dio gladiorū iaculoruꝫ sagittarū omniūqꝫ armorū
hostiliū vndiqꝫ percutientiū: et mortē spiritualē in-
tentātiū. Similr̄ et in medio flammarū ꝛ in medio
fornacis babilonice: nō solum absqꝫ vstione: sed eti-
am calefactione oīno frigidū in vinculis ꝛ cōpe-
dibus et carcere solutū: ꝛ vt paucis dicam⁹ in serui-
tute liberum in ipsa cloaca immūditie mūdissimū.
Suntꝫ alia similia multa in erūnositate vite isti⁹ ꝓ-
Uita hoīs militia q̄dā pter q̄ dicta est vita ista malicia et tentatio. Job. 7.
Accipiem⁹ igitur a sensu suppositiōes: quemadmo
dum in oī facultate philosophātibus concessum
est: quas non est necesse singulorū sensibus esse ma-
nifestas. Quemadmodū ꝛ astrologi a sensu accepe
runt reuolutionē stellaruꝫ oīm atqꝫ celi stellati: nec
E ipse manifeste sunt singulorū sensibus: q͛ nec singu-
li sensus suos ad eas cognoscēdas exhibuerūt. Si-
militer q̄ non est nobis colluctatio aduersus carnē
et sanguinē cōmunis: ꝛ aduersus ꝑncipes ꝛ potesta
tes: aduersus mundi rectores tenebrarū harū: con-
tra spiritualia nequitie in celestibus. ¶ Innumera-
biles autē viri sancti ꝛ mulieres sancte ipo sensu co-
gnouerūt demōes cōtra ipsos impugnare oī ge-
nere impugnatiōis: hoc est ꝛ per blanda et aspera:
quēadmodū ꝛ ipē apostol⁹ de seipso locut⁹ est in. 11.
secūde ad Coꝛ. Et ne inquit magnitudo reuelatio-
num extollat me datus est michi angelus sathane q̄
me colaphizet. ¶ Sensu experiētie innotuit istud pri
mis parētibus: quos et spoliauerūt ꝛ vulnerauerūt
grauiter in naturalib⁹: et a paradisi terrestris gau-
dijs et felicitate expulerunt: sicut legitur Genes. 3.
Cognouit istud et Job. simili expientia sensus: quē
ad maledicendū deo tantis impugnatiōibus ꝛ astu
tia etiam Sathan inducere conatus est: sicut legi-
tur Job nono. Ipse etiam christus dominus: eius-
dem fraudis conatus in semetipso est ab ipso mul-
tipliciter tractatus: sicut legitur Mathei quarto. ꝛ
Marci primo. et Luce quarto. Et peruenit ista ex-
Tētatiōes diaboli flagellatōesqꝫ perientia vsqꝫ ad tēpora nostra: qui cōquerentes de
huiusmodi tentatiōibus multos audiuim⁹ varias
flagellationes quas ab ipsis demonib⁹ patiebātur
miserabiliter referentes: et a nobis super his consi
lium requirētes. Sed et viros sanctos atqꝫ sacerdo
tes audiuimus pro huiusmodi tentatis et afflictis
viros sanctos et sapientes et episcopos cōsulētes
innūera etiā hmōi tētamēta relicta sunt nobis ī scri
ptis sanctoꝝ. Sicut igitur licuit ptholomeo suppo
Ptholomeus. nere ea que expertus ante eum a brachijs in rebus
astronomicis et eos qui fuerunt post ptholomeuꝫ
eaqꝫ ptholomeus consideratiōibus suis deprehen-
dit: et de stellis et de luminarib⁹. sic licere nobis de-
bet ea supponere que nobis tantorū tam veneran-
da ī scriptis suis reliquit antiquitas. Et que nosip-
si propria experientia cognouim⁹ et etiam que sin-
guli in semetipsis aut ī alijs experiri possunt si sen-
sus sui diligentiam ad hec voluerint adhibere: neqꝫ
enim fas est: aut vllomodo conueniēs vt veritas sa-
lutaris quam de medio ipsarum contradictionum
eripere et vincere intendimus deterioris conditio-
nis sit q̄ veritas illa cuius inuestigatio plus habet
laboris q̄ fructus. ¶ Hoc ergo supposito: videlicet Bellū gerendum cōtra potestates
quia bellum agendū est nobis cōtra huiusmodi po
testates et victoria facienda: sed adhuc alio q̄ per
se manifestum est: videlicet quia fortiores longe et
astutiores nobis sunt: manifeste consequens est ne-
cessarium esse nobis preter vires nostras atqꝫ pru-
dentiam adiutoriū quod non nisi diuine gratie ma
nifestum est esse donum. Nos autē nominabimus F
tibi et numerabimus ista adiutoria: ex quibus vnū Adiutoria dei.
illud est bellandi: scilicet peritia quod cognoscebat
Dauid. cum diceret Benedictus dominus de⁹ me⁹
qui docet manus meas ad prelium: et digitos me-
os ad bellum: ꝓpter hoc dictum est illud. Prouer-
biorum. 24. Uir sapiens fortis est et vir doctus ro
bustus et validus. similiter et illud Sapientie octa
uo. Timebunt me reges horrendi ꝛ in multitudine
videbor bonus: ꝛ in bello fortis. Quemadmodum
eni speculatio et exploratio adiutoria magna sunt
bellantiū. similiter et reliqua bellandi peritia. Sic
et prudentia hec qua cognoscuntur insidie astutie G
necnon et vires prenominatorum hostium magna
sunt adiutoria spiritualibus. ¶ Secundū adiutori-
um est ipsorum hostium impugnatio: quam miseri
cors deus per seipsum interduꝫ facit pugnans pro
bellatoribus suis: sicut legitur Exodi decimoquar
to. Fugiamus Israelem domin⁹ deus pugnat pro
eo. Et eiusdem decimoquinto. Dominus quasi vir
pugnator. ¶ Istud adiutorium agnoscebat Dauid
quando dicebat ad eum. Apprehende arma et scu-
tum: et exurge in adiutorium michi. ¶ Tertium au
tem adiutorium est hostium refrenatio siue religa H
tio: qua oīpotentis dei misericordia tenet hostes
huiusmodi ligatos ne pugnent contra nos quantū
vellent: sicut apparuit in Job ad quē temptandū Sa- Job.
than a deo sibi dari petijt potestatem dicens: exten-
de manum tuam in primo Job. et in psalmo Catu-
li leonum rugientes vt rapiant et querāt a deo escā
sibi. escam scilicet animarū nostrarum: quarū mor-
tem esuriunt et sitiunt. querant in qua relaxatione
ligate sunt potestates sue. Nō enim immittit deus
animas nostras in fauces eorum: sed solummodo
permittit eos tentare nos vel pugnare contra nos:
propter hoc dicit Apostolus in decimo. 2. ad Cori-
thios. Fidelis deus qui nō patietur vos tentari su-
pra id quod potestis. ¶ Quartum adiutorium est K
consolatio siue confortatio: que quātum adiutoriū
sit ex contrario ipsius apparet: videlicet pusillani-
mitate atqꝫ defectiōe animi: quo nihil magis deij- Pusillanimitas.
cit prelriantes: nihil turpius eos victos efficit: quo-
niam etiam sine vulnere et sine ictu eos terga dare
hostibus et fugere compellit. ¶ Quintum adiuto-
rium est ꝓtectio: ꝛ est ista ꝓtectio similis ei qua pro L
tecti sunt tres pueri in fornace babylonica. et serua
ti illesi in medio ignis q̄ promittit deus in electis.
Isaie decimoseptimo. Cum transieris per aquam
tecum ero: et flumina non operient te. Cum ambu-
laueris in igne non combureris: et flamma non ar
debit te ꝛc̄. De hac protectione legitur Sapientie
quinto. Dextera sua teget eos ꝛ brachio sancto suo
defendet illos. Quis eni dubitet deū mirifice ope-

fari in quibusdam sanctis suis: immo in omnib⁹ ad-
ulte etatis. Omnia eni concupiscibilia mundi ignis
sunt: ad inflammanda corda hominū. Corda autē
electorum in medio tantorum ignium frigida sunt ab
incendio concupiscentiarū: et hoc sola diuina pro-
tectione et non minori miraculo: quam tres illi pueri in
fornace babylonica corporaliter seruati sunt illesi.
¶ Sextum adiutoriū diuine gratie virtus est mira-
M bilis: instar virtutis que Sansoni data fuisse dicitur
super alios homines Iudicū decimoquarto. xv. et
decimosexto. Sicut enim virtus illa corporalis ad-
miranda erat alienigenis in Sansone et filiis in ho-
minibus non inueniebatur naturaliter. Sic et mira-
biles fortitudines semper inuēte sunt in sanctis: qua-
Nota. lis fuit fortitudo Moysi ieiunādo et Helye et simi-
les fortitudines ad patiēdum et ad agendū inuente
sunt in martyribus et cōfessoribus: et eas etiā quo-
tidie experimur in aliis sanctis. Quis enim nō mi-
retur vigilias orationū instantias: psalmodiarū la-
Nota. bores. ceterarūque sacrarum exercitationū virtutes
in viris sanctis: et quis eas nature attribuere aude-
at? cum vniuersalis natura hominū eas naturalib⁹
sublimiores miretur. ¶ Septimū adiutoriū diuine
N gratie in bellātibus armatura: qualem armaturā
diximus aliquando patientiā: que contra omnia te-
la nimia ignea inuulnerabilia custodit corda sancto-
rum: sic et gladio spiritus quod est verbum dei adeo
Gladi⁹ spi- armātur sancti viri aliqui: vt stragem hostiū spiri-
ritualis. tualiū vbicūque illum adduxerint fugere faciant: si-
cut legitur de Helya Ecclesiastici. 48. Surrexit He-
lyas propheta quasi ignis: et verbum eius quasi fa-
cula ardebat: propter hoc dicitur et gladius in la-
biis eorum in psalmo. vbi alia littera habet et mors
O in labiis eorum. ¶ In quorundā autē labiis verbū
dei non est gladius: neque mors mortis: sed est quasi
carmen musicū quod suaui dulcique sono canitur: si-
cut dicit dominus Ezechielis. 33. Non eni se in pre-
dicando gerunt: vt pugnantes in gladio verbū dei
mortem hostibus intentās: sed magis iocularē aut
histrionicā gesticulationem vel musicā exercētes.
Hec igitur sunt septem adiutoria necessaria bellan-
tibus et sub vno eorum comprehēdimus angelorū
Maceria. custodiam atque presidiū quā sepem vel maceriā vo-
cat domin⁹ Isaie quinto dicens. Auferā sepē eius
et erit in direptionē: diruam maceriā eius: et erit in
conculcationē. Non eni dubitādū est sanctos ange-
los demones compescere: arcere: religare: ne noce-
ant hominib⁹ quātum vellent: sicut legitur Thobie
septimo. Quia Raphael apprehendit demoniū noīe
asmodeus et religauit eū in deserto superioris egy-
pti. ¶ Quoniā autem manifestū est oēm principem
et oēm ducem exercitui bellatorū suorū iuxta vires
et facultates suas et indigētiā ipsorum proportiona-
lia prouidere. Alioquin inique et proditiose cū eo
ageret: gladiū hostiū eos exponeret: atque in propriā
ignominiā et perniciem: vtpote inermatos eos ad
bellum mitteret. Necesse est regem regū exercitui
suo omnia adiumenta que nominauim⁹ et numera-
uimus exercitui suo prestare: quoniā indigētia hu-
iusmodi adiutoriorū manifesta est in toto exercitu
V sanctorum: et facultas talia prestandi apud ipsum.
Gratie ne- Quare manifestū est ex his dei gratiā hoībus dei
cessitas. bellatoribus esse necessariam in tantis spiritualiū
bellorum discriminib⁹: et ad faciendū victoriam si-
cut diximus adiutricem, manifestū etiam est istam
gratiam supra naturā esse. Hoc autem lucidius fa-
ciemus: si miseriā et infirmitatē humanarū anima-
rum patefecimus: que quidem assensu in vnoquoque
facile accipi potest. Manifestū enim est omni gladio
et igni spirituali velut inermē: et aridā expositā esse
animā humanā in statu vite presentis. Ariditatis
enim iudiciū certissimū facilitas arsionis: quam ad ob
uiationē ignis vel tactum statim ardescere: et nisi oc- Simile.
curratur statim totaliter exuri. Nulla autē est que
hec in seipsa experiri nō possit. statim eni vt cōcupi-
scibile obuiat ei per cogitationē et tangit eam per sen-
sum: ardescit desiderio seu concupiscētia illius: et ni-
si occurratur: tota statim abit in flammas et exurit Q
ardore libidinis. ¶ Idem concupiscibile etiam gla-
dius est vuln⁹ amoris mortiferi. statim vt cor hūa-
num tetigerit infringens ipsumque transuerberans: ex
qua facilitate scilicet transuerberationis: apparet
inermitas ab armatura scilicet protectiōis. quia igi-
tur siue prenominatis adiutoriis icessanter huius-
modi arsiones et vulneratiōes patiūtur anime hu-
mane. Manifestū est eas aridas huiusmodi ignib⁹
et inermes huiusmodi gladiis expositas esse. mani-
festum etiam est per se eas versari in medio huius-
modi igniū: et in medio hmōi gladiorum. Sic ignes
et gladios omnia molesta manifestum est esse: verbi
gratia. Ignominias iniurias molestias siue tormē-
ta: omnia ista ira et odio exurunt animas et vulnera
doloris infligunt eisdem. ¶ Amplius. Et omnia con- R
cupiscibilia et laquei sunt: ad irretiēdas eas: et car- Nota.
ceres ad detinēdū. in omni enim male amato capti-
ua et ligata retinetur anima amātis. Sunt et alie in- Miserie
numerabiles miserie quibus exposite sunt aīe hu- aīarum nrārum.
mane in statu presentis miserie: a quib⁹ naturalib⁹
viribus suis sese defendere nō preualēt. Quia igi-
tur non minus miraculū est: neque minoris virtutis
animā humanā in medio ignis spiritualis illesam
permanere: quam corpus in medio ignis corporalis:
et nullo modo est virtutis naturalis corpus com-
bustibile in medio ignis: atque flammarū illesum per-
manere. Manifestū est nullo modo esse virtutis na-
turalis animā humanā in medio huiusmodi ignis
atque flammarum illesam seruari: quare necesse est hoc
esse sublimioris atque nobilioris. Est igitur vel ex di-
uina natura protegente vt diximus per semetipsam
vel ex diuine virtutis adiutorio naturalib⁹ ad eorū
conseruationē et defensionē a diuina bonitate gra- S
tuito dato. Quod si dixerit quis: quia non est necesse ani-
mabus nostris aliquid melius: quam vt naturalia eo-
rum bona sint: sed sufficiūt naturalia earum bona: Naturalia
hoc est vires mundari tantū atque sanari. Sola enim bona non
mundicia et sanitate naturaliū tueri se possunt ani- sufficere.
me nostre ab huiusmodi periculis. Respondemus
quia in Adam et Eua et in angelis qui ceciderūt mū-
dissima atque fortissima fuerūt naturalia: nec tamen
mundicia illa et sanitate defensi et conseruati sunt.
Respondemus ad illud: quia quantacūque esset mū-
dicia et sanitas naturalium bonarum animarū no-
strarum: tamen ex immūditia et corruptiōe corpo-
rum nostrorum: et inquinarent et infirmarent. Cer- Aie a cor-
tum enim est: quia mundissime creantur anime no- porib⁹ cor-
stre atque sanissime: tamen cōiunctione corporū cor- rumpūtur.
rumpūtur et infirmātur vt diximus. ¶ Ampli⁹. Si
corpori febricitāti id est febri leuem in se distempe-
rantiam habenti coniungatur anima quātumcūque
sana in naturalibus viribus suis. Nunquid non sen

C tient febriles estus ꝛ ardores atq̄ tremores. Silr ꝛ
insipiditatē atq̄ amaritudinē oris : eodēmō necesse
est: vt alia sēsibilia siue delectabilia sint siue tristia:
similiter se habeant. Quare necesse est vt īfirmetur
iuxta infirmitatē corporis et corrūpatur iuxta cor-
ruptionem ipsius quātum ad īferiores vires suas:
et hoc est quoniā non solū corpori cōiūcta est scḋm
illas: sed etiam pene ꝯiūcta. ita vt quicquid passio-
nis fit in corpore: et in ipsa scḋm aliquam dictarꝫ vi-
rium quodāmodo fiat. Quare iam declaratum est
tibi per hec: quia non potest stare sanitas et mundi
tia bonorꝫ naturaliū in animabus nostris per se: cū
corruptione et immūditia in qua corpora nostra sunt
Unio aiarꝫ cū corporibus. in statu miserie presentis: tanta enim est coniūctio:
immo societas animarū et vnio animarū nostrarū
et corporū: vt necessario corruptionē et infirmitatē
corporū sequatur corruptio et infirmitas animarꝫ.
B ¶ Amplius. Sicut oculus ad virtutē visibilē et pes
ad gressibilem: sic totum corpus ad totam animā.
Sicut igitur turbatus: aut obscuratus oculus: aut
aliter occasionatus: turbat et impedit operationē
virtutis visibilis: et pes obligatus aut curuatꝰ ope
rationem virtutis gressibilis detorquens eam atq̄
deturpans in claudicationē. Sic necessario totū
corpus quolibet modo lesum aut impeditū in par-
te lesionis: et impedimenti sui ledet ꝛ impediet ope
rationes anime totius et hoc generale est in orga-
nis tam naturalibus q̄ artificialibus: quemadmo
dum in cythara vel neruis diminuta vel inepte ten-
sa impeditur operatio cytharizatiōis p̄ hec. Et ad
hunc modū se habet de aliis: qꝛ igitur lesum ꝛ corru
ptum est corpus humanū in īterioribus: imo in inti
mis suis: necessario leditꝫ corrūpit operatiōes ani
marū nostrarum intimas: que in ipso et p̄ ipm̄ sunt.
Similitudo bona. ¶ Amplius. Si humor corruptꝰ licet naturalr cor-
rumpit atq̄ peruertit vim gustabilē et appetitiuā
exteriorem: hoc est corporalē. quāto fortius substā-
tia cordis naturalis et intima corrumpet et peruer
tet palatū cordis et vim appetitiuā interiorē. Que
C vtiq̄ corruptio atq̄ ꝑuersitas sensu manifesta sunt:
dum tam generaliter nobis et bona male sapiunt: ꝛ
mala bene: malaq̄ appetimus ꝛ bona declinamus.
Quod enī est dulce et amarū ad palatū corporis:
Silitudo. hoc est bonum ꝛ malū ad palatum cordis. Bonitas
enim et malicia sapores spiritualiū rerum sunt. vn-
de recte et veri nominis sapiēs est atq̄ spūali gustu
sano preditus: cui res sapiunt prout sunt: hoc est bo
ne bene: et male male. ¶ Amplius. Natura anima-
rum nostrarū non est per se abstrahens semetipām a
corruptione et peruersitate corporū nostrorū: neq̄
est per semetipām potens vincere illam: imo trahi-
tur ad ipsam et vincitur: et cum illa inuoluitur hu-
iusmodi autem exemplū conuenientissimū et inditū
certissimū est in medico peritissimo febricitante Cū
enim inualuerit in eo sitis potus noxii aut appeti-
tus alterius q̄ sanitati eius nocere debeat: ꝛ egritu
dinem augere: nec peritia sua nec amor salutis siue
sanitatis proprie abstrahūt eum ab appetitu ꝑuer
so imo obtenebratur eius peritia et amor sanitatis
absorbetur in eo: abiitq̄ totus ipē in desideriū hu-
iusmodi non curans vite sue periculum. ¶ Vides er
go: qꝛ ista corruptio ꝛ peruersitas corporalis appe
titus totam animā illā medici cum omnibus bonis
suis vincit et trahit post se captiuā in periculū mor
tis corporalis. nec potest ei resistere magna medici
nalis artis peritia: neq̄ magnū salutis desideriū.
Simile est prorsus in passiōibus spiritualibꝰ. qua-
les sunt appetitus voluptatis carnalis: ꝛ alia per-
uersa desideria: que cum inarserint: nec amor natu-
ralis honestatis neq̄ litterarū quarūcūq̄ quātacū-
q̄ prudentia sufficit illa extinguere ꝛ vincere: ꝛ ani-
mam humanā ab eis defendere. Fortassis autē in Nota.
initiis eorum cum adhuc debilia essent: ꝛ quasi scin
tille tantū: potens est super ea anima ex naturalibꝰ
bonis suis. Cum autē in flāmas et incēdia iam cre-
uerint instar furoris ꝛ insanie: instarq̄ rabie bestia-
lis atq̄ tempestatis vehementis: captiuā animā in
omne periculū rapiunt. Quod vidisse videt poeta
qui dixit. Sero medicina paratur. Cum mala ꝑ lon
gas inualuere moras. Qui vtiq̄ non nisi de medici Ouidius.
na naturali locutus est: quia nec aliam docebat cō-
tra morbū huiusmodi amoris. omīa enī illa reme-
dia natura excogitauit. ¶ Q, si dixerit quis: qꝛ suf-
ficit vnicuiq̄ libera voluntas ad resistēdū huiusmo- D
di incēdiis: cum nemo peccet: vel peccare possit: ni-
si voluntarie: et nemo possit quicq̄ mali agere om-
nino inuitus. Quare si non vult superari: nō supa-
bitur: et si non vult succumbere: nō succumbet: ita vt
non vult itelligatur quasi dictio vna ab eo quod est
nolle: nō ab eo quod est non velle. Respōdemꝰ: quia
reuera si vult quis vincere quācūq̄ tētationē: vincit
eam: vult inq̄ precise et absolute nō dicimus si vel-
let: verum hoc modo volendi nō potest velle ex se id
est ex naturalibus bonis suis aīa humana oī hora : Nota.
qm̄ ī illa hora qua ꝯcupiscibilia vel tristabilia pene
trauerint ad ipsam : non potest se seruare illesam et
inuulneratam. sicut neq̄ lignū aridum in medio in-
cendii: nec etiam lignū viride virere: vel florere: vel
frondere potest in huiusmodi statu. est enī adeo al-
ligata corruptioni corporis: vt cum illa adiuta fue
rit a forte cōcupiscibilibus: aut tristabilibus sequi
eam per se necesse habet. De hoc autē iam diximus
in precedētibus: et perscrutatius dicemꝰ in sequēti-
bus: videlicet in tractatu de tentatiōibus ꝛ resisten-
tiis. Reuertamur ergo ad id in quo eramus ꝛ dica- E
mus: quia natura hūana ad ea que post ipām sunt:
videlicet ad ea que carnis et mundi sunt nō patitur
defectum in cognitione vel cognitiōis certitudīe si-
ue bona siue mala sint. et etiā ad illa est perfecte sen
sibilis. Verbi gratia: ad ignem et aquam: ad gladi-
os et tormenta et vincula et carceres: ad felicitates
et deformitates ad vulnera et mortē: ad omnia alia
similia mala et corporalia: ꝛ certissimam habet co-
gnitionē et sensus infallibiles. Similiter et ad ho-
rum contraria: ad spiritualia vero bona ꝛ mala pre
nominatis similia: nec certitudinem habet cogniti-
onis: nec sensum. Unde absq̄ dolore irruit in gladi-
os et ignes spirituales: ꝛ in mortē spiritualem: que Mors spiritualis.
est separatio anime a deo ¶ Ponamus ergo similē
illam habere perfectionē ad spiritualia quam ha-
bet ad carnalia. erunt igitur in ea equales spiritua
litas atq̄ carnalitas. Quare neutrā vincet alterā
tunc. si igitur altera minor ē in infinitū: remanebit
altera in infinitū ea fortior. Ita autē est in statu mi-
serie istius: q̄ spiritualitas ꝛ sensu et certitudine pe-
ne nulla est in animabus nostris. Cum enī deus sit
fons omniū suauitatū: omnino insuauis est anima-
bus nostris: ꝛ neq̄ honorē neq̄ saporem suauitatis
eius sentimus. placorē atq̄ suauitatem virtutū pe-
ne omnino non percepimus mortē peccati: et pecca-

forũ valnera non solũ nõ sentimus esse mortem: sed etiã in eis insanissime delectamur. ¶ Deinde qui videt mundũ istum mare esse spũale ad imergẽdas et enecandas aias nostras: videt inq̃ adeo clara visio ne vt videtur amare visibile ad imergẽda opera. Similiter et maris hui⁹ spiritualis spiritualia pericula: videlz sirtas: syrtas: sillã: caribdim: tẽpestates: ꝛ alia pericula spũalia: qui simili visione spũali videt et visioni qua corpalia similia pericula. Ex his igitur et multis alijs que facile aggregare potes: manifestum est tibi spirituale nostrum: hoc est qd in nobis est superius: atq; nobilius in ifinitũ depressum esse: ꝛ debilius factũ esse q̃ sit id quod in nobis inferius: videlicet carnale nostrũ. Necesse aũt est vt spirituale nostrũ vicat ꝛ superet carnale nostrũ: ꝛ vt spiritualitas preualeat in nobis cõtra carnalitatẽ nostram. Necesse igitur est nobis dari ad hoc adiutorium quod sufficiat spirituale nostrũ defendere: seruare ꝛ carnale nostrum subijcere calcare: iugiterq; mortificare: et hoc est quod nos vocam⁹ gratiam: videlicet gratuitũ creatoris donũ qd naturalibus nostris apponit: vt per ipm spiritualitas aialitatem nostram vincat: et superet: captiuet: atq; mor mortificet: vides igitur necessitatẽ: que cogit nos ponere gratiam. ¶ Amplius. Iam declarauimus: q vis apphẽsiua nostra. ad hoc vt religiosa ꝛ deo accepta sit: indiget cognitione sublimiori: atq; nobiliori q̃ sit naturalis eiusdẽ cognitio: vel quecũq; alia idez acquisita naturalr. Non autẽ minus debitrix est religiositatis vis motiua nostra nobilis q̃ apprehensiua illa: quare ad hoc vt religiosa sit ꝛ deo accepta: necessaria est ei affectio: sublimior atq; nobilior: q̃ sit ei⁹ quecũq; affectio naturalis: que nõ sit: aut gratie: aut glorie. affectionum vero glorie nõ est capax aut susceptibilis: anima humana i statu isto: vt iam declarauim⁹. quare nõ necessaria est ei in statu isto affectio glorie. Affectio autẽ gratie in statu isto necessaria est. ¶ Ampli⁹. Caro ꝯcupiscit aduersus spiritũ: et spirit⁹ aduersus carnẽ. Hec eni sibijnuicẽ aduersantur: vt dicit Apostolus i quito ad Galathas. Aut igitur eque fortes sunt: aut alter fortius: quia si eque fortes. cum igit tam rara est victoria spirit⁹ cõtra carnẽ: et tam crebra carnis cõtra spiritũ. pares enim deberẽt esse victorie ꝛ numero: et magnitudine: cum habeãt causas pares. Si vero caro fortior est: indiget igitur spirit⁹ adiutorio cõtra illã: minus eni fortis fortiorez vincere non potest per se: et hoc est adiutoriũ qd querim⁹. Q; si dixerit: q deus adiutor sit preliãtiũ: ꝟtute sua prestãs eis victoriã: absq; eo q aliquid nouũ apponat aiabus eorũ: quẽadmodũ quando pugnabat pro filijs Israel: virtute sua deijciẽs egyptios aut alios hostes filiorũ Israel. iste in primis destruit victoriã preliãtib⁹ hmõi. Non eni vincit qui virtute sua nõ vincit: cum eniz ab alio occiditur aduersarius alio inq̃ cuius virt⁹ ipsius non est: quod dicimus ꝓpter reges qui vincere dicũtur cũ exercitus eorum vincũt: licet ipsi ꝑsonaliter non pugnent: quoniã virtus eorũ virtus exercit⁹ est quodãmodo: potestas enim regia exercitus est. ¶ Amplius. Nomine regis et auctoritate pugnat: ab exercitu suo: quare ipse illo tropo et genere loquendi pugnat quare et pugnat. Si quis aũt amore alicuius occiderit hostem ipsius: vel vicerit aliter. Non ꝑpter hoc idem vel occidisse hostem vel vicisse dicendus est. Manifestum igitur est q qui sic dicit: destruit victoriã: quare destruit ꝛ coronã. ¶ Amplius. Destruit virtutẽ omnẽ et bonitatẽ in electis. cum eium nõ possit aliquis scdm eum per aliquod quod in ipso sit vincere luxuriam in se. Nõ potest ergo habere castitatẽ: cum castitas si quid est aut esse potest. virtus sit et bonitas: per quam resistitur luxurie: et vincitur eius malicia. Et ad hunc modum se habet de alijs. ¶ Amplius. Destruit et merita et opera bona: quia vel omino non sint necessaria opera bona scdm errorẽ ipsius: deo per semetipm ꝛ propria virtute operante resistentiã: et destructionẽ vitiorum. et silr ab eadem ratione alia bona. Qua ex neutra parte erant merita: videlicet nec resistentia vel mortificatione vitiorũ: nec in affectione aliorum bonorũ: quia nõ minus attribuenda est deo affectio bonorũ q̃ declinatio malorũ. ¶ Amp. Quale seruitium debeat vis nostra apprehẽsiua nobilis creatori in alio tractatu iam declarabimus in capitulo: scilicet de fide. ꝛ hoc est illud: videlicet credere ei supra se ꝛ contra se. Quia igitur non minus bon⁹ est creator: q̃ verus vel verax: sed huiusmodi seruitium debetur ei ratiõe sue veritatis. debebitur ei simile seruitium a ꝟtute nostra motiua nobili: ratione sue bonitatis. Q; si dixerit quis: q non debetur ei primũ illud seruitiũ ratione sue veritatis: aut veracitatis: sed ratione sue dñationis. q scilicet dñs est: ꝛ iubet vt ei sic credatur. Verũ vtiq; dicit: sed eodem modo iubet: ꝛ sic diligat: videlicet vt supra oia et contra omia ꝛ gratis diligat: q si illud est sup vires virtutis intellectiue ꝛ posse ipsius ꝛ donum desuper ei adueniẽs erit ex hoc supra posse ꝟtutis motiue ꝛ donũ desup adueniẽs. Nõ ei potẽtiorẽ fecit de⁹ virtutẽ illam apprehẽsiuam ad cognoscendũ quolibet modo quam istam motiuã ad diligendum: neq; econuerso: quare necessariũ est donũ gratuitũ diuine bonitatis ꝟtuti nostre motiue nobili. ¶ Ampli⁹. Ibidem diximus ꝛ declarauim⁹: q diligere bonum inquãtũ bonũ: vel q bonũ: non est simpliciter ꝟtuosum neq; gratiam habẽs aut meritũ. Est eni hmõi dilectio suasa aliena bonitate: vel attracta bñficijs sicut et dilectio amicorũ ꝛ beneficiorũ: quare nichil laudis: aut gratie iuxta testimõia veritatis in euangelio. Diligere aũt malũ aut aduersariũ hoc est virtutis ꝛ gratie diligẽtis: ꝛ per easdem vias generalr est declarare ꝛ stabilire dilectionẽ virtuosaz siue virtutem per quas stabiliuimus ꝛ declarauim⁹ fidem virtutẽ. Sicut enim nõ sua virtute credit aliquis q probabilitate ipsius suasus: aut euidẽtia veritatis illius: vel necessitate sillogistica et pulsus credit illud et non sua luce: vt ita dicamus: licet i parte ista sed aliena: videlicet quã vel ꝓbabilitas inducit: aut euidẽtia veritatis illi⁹ emittit: aut necessitas demõstrationis impigit atq; infigit. Sic nec sua virtute nec sua bonitate diligit aliquid in bonitate ipsi⁹ intellectus abstractus diligit illud et non suo calore: vt ita dicamus: sed alieno. talis est eni bonitas aliena que vtiq; ignis est spiritualis ad calefaciẽda corda calore amoris: cũ ipm calefecerit. ¶ Amplius. Generatio ista amoris naturalis est. Naturalis ei est generatio affectiõis per apprehensionẽ sicut dicit aristoteles: q delectabile imaginatum mouet: ꝛ motus ille intelligitur desideriũ: nec intẽdit aristo. de generatione desiderij nisi naturalis. Cui⁹ autez generatio naturalis ẽ ipm quoq; naturale est: quare huiusmodi amor siue dilectio qua aliõ diligitur

Gratia.

B

Nota.

Caro cõcupiscit aduer⁹ spm.

Virtute aliena nõ vincimus.

C

Nota.

D

De⁹ supra oia ꝛ grãs diligendus

E

Diligẽ bonum inq̃tũ bonũ nõ est virtutis.

F

Aristoteles.

inquātū bonū:naturale est tantū. ¶ Amplius. Quis
non videat:quia innatū est vnicuiq; nostrum dilige-
Nota. re bonum inquantū bonū:et quia bonum et q: na-
tus est amor generari per apprehēsionē bonitatis:
B quemadmodū calor per lumen: quod eni est lumen
ad calorem hoc est apprehensio: siue cognitio boni-
tatis ad amorem. Attēde ergo quia amor dei:quia
bonus:et inquantū bonus. Sic est ex dono: vel bo-
nitate in amante.sicut calor in lucido: vel luminoso:
et sicut calefactio. sed hoc idem est naturali efficiē-
tia et generatione. Amor autem virtuosus:quē hic
stabilire intendimus:est similiter ex diuina bonita-
te:verum nō per apprehensionē: nec per generatio-
nem naturalem (vt diximus) sed per donationē: vt
ita loquamur:et vt donum. ¶ Si quis autē querat:
vtrum creetur huiusmodi a deo? dicimus ꝙ sic. Il-
le autem alius non creatur a deo:immo alio modo
creationis: et effectionis: ab eo efficitur. Creatio el
D eius: solius diuine volūtatis est:absq; vllo modo ef-
fectiuo cuiuscūq; rei:ibi autem nō est effectio absq;
medio:quoniā media est apprehēsio. Sicut calorē
non proprie creat deus: quoniā per medium lumē
solis illum operatur in mūdo isto inferiori. Eo au-
tem modo quo dicitur creator omniū et creasse om-
nia: manifestum est ipm creare quantumcūq; bonū
amorē. Si quis querat qualiter amor creetur et ge-
I neretur absq; apprehensione cum calor non videat
in multis generari sine lumine. Respondemus:q:
calor ex solo motu sine lumie generatur. et q: ignis
elementum qui totum aerem circundat et circūuol-
uit: atq; desuper circumtegit. Cum sit calidus in vl-
timate caloris tenebrosus est in se:hoc est lumie ca-
rens. si enim luminosus esset: totum celum semper
ardere lumine videretur:et quemadmodū flamma
desuper totum aerem circūtegeret. ¶ Amplius. De-
K clarauimus in tractatu de baptismo:q: omnes vir-
tutes et omia dona gratiarum quas requirit neces-
sitas salutis infundūtur simul in paruulis baptiza-
Nota pro tis. Quod manifestum est fieri sine apprehensione:
paruulis. nisi forte qs vocet apprehēsionē:hic tactus q̄ sentit
paruulus aquā frigidā sanctificatā qua perfundit:
vel in aquam mergit. Et generale est dona gratia-
rum atq; virtutum de quibus hic agimus pro maio-
ri parte sine apprehēsione rerum suarum infundit.
et nō per apphensionē effectiuā. Licet interdū cum
apprehēsiōe aliqd eorum vel aliqd ifundat. sicut in-
terdū gr̄a compūctionis et gratia deuotiōis:necnon
et multiplices gratie reuelationū: plerūq; sacras
Nota. exhortatiōes audiētibus: aut in diuinalibus rebus
meditātib' infundunt. Et quoniā sufficere tibi de-
bent ad stabiliēdū hmōi amorē: ea que in prenoīa-
to tractatu de fide loquentes diximus:nō repetemus
ea hic:tu ergo debes reminisci eorū: vt nos alia pse-
quamur. Si quis ergo querat qualiter hmōi amo-
L re: videlicet gratuito id est gratis dato et non natu-
rali:sed supra naturā diligatur deus. Dicim':quia
virtuose et fortiter huiusmodi amore intenditur ei:
eius querit honor et gloria et eo diligit inq̄tum bo-
nus:nō autem q: bonus: vt determinauim' /et sicut
de fide diximus:q: ipsa est obedientia virtutis nostre
apprehēsiue nobilis:que est intellectiua. Et sicut fi-
de huiusmodi credunt omia que pertinēt ad funda-
mentum vere religionis:sic huiusmodi amore dili-
gunt omia que pertinēt ad dei gloriā et honorem:et
etiam querunt et fiunt et sustinent. Similit et oia be-

neplacita ipsi' et declinant cōtraria. hmōi etiā amo-
re amatur mors propria: et delectabilis efficitur:in
quo proculdubio hmōi amor naturā suam euident
vincit et etiam semetipm:amore namq; naturali su-
stineri posset mors pro sic amato:amari vero nō pos-
set: quoniam adeo amara est adeo inimica nature.
¶ Si quis autē querat de insanissimis hereticis: q̄
vident amore dementissimo amare mortem: et non
tantū sustinere fortiter quin etiā amplecti delecta- M
biliter. Iam respōdem' in hoc:ꝙ sicut fortitudo vi- Bona simi-
detur in eis et patientia ꝙ est infirmitas atq; debili- litudo.
tas. Sic et amentia non amor est qd in eis amor vi-
deri potest et illudit ei diabolus:quēadmodū cōsue-
uit illudi paruulis quibus casus simulat esse salt':
et quātūcūq; saltu se vulnerauerint dicitur eis a nu-
tricibus et matribus q̄ bene saltasti fili mi:per quā
adulationē se magis saltasse strenue q̄ stulte ceci-
disse credunt hinc enim est ꝙ gaudent de ipa vulne-
ratione casus:nō vtiq; vero gaudio: sed potius som-
niato:instar freneticorum ridentiū atq; crepētium.
¶ Amplius. Sicut fides infirma et claudicās est que
pēdet ex dispositiōibus que sunt apud res: vt in no-
minato tractatu declarauim': sic et dilectio īfirma
que pendet ex rerum bonitate: quare sicut hmōi fi- N
des virtus non est:ita nec dilectio hmōi virtus erit. Dilectio
Q; si dixerit:quia dilectio que in deum est ideo fir- firma q̄ ex
ma est et virtus:q: bonitas dei cui innitit immutabi- reruz boni-
lis est:et fixa atq; firma in vltimitate firmitatis. Er- tate pēdet.
rat euidenter:quēadmodū claudus non ideo firmi-
or est: q: solidius est pauimentū aut sustentamentū
cui pede claude vnit: nec ipse pes inde fortior. Sic
nec affect' siue vis motiua nostra nobilis ex hoc fir-
mior est in parte illa:quia firmissimo fulcimento di-
uine bonitatis innit:nec pes ei' min' claudus id est
dilectio. Tunc eni p eandē viā stratā: aut idē paui- Nota.
mentū claudi et ceci ambulātes eque firmiter ambu-
larēt: hoc aūt nō est verum:et hoc est:qm et si eiusdē
fortitudinis vel firmitatis fulcimēto innitant:non Similitudo.
tn̄ eq̄ fortit innitunt eidē:imo claudi ifirmit. Hmōi
autē exēplū euidēs est i hoie altero pede mutilato:
qm gressus ei' nō est rectior si ābulet ligni pede fer-
rea q̄ si ligni pede lignea:nec ipemet i se magis fir-
mus aut fortis. et de his satisfecimus tibi in prece-
dentibus. ¶ Amplius. Si vis nostra apprehensi-
ua nobis desuper recipit illuminatiōes nobiles na-
turalibus sublimiores atq; prestantiores: cur non
similiter et vis nostra motiua nobilis congruentes
sibi de super reciperet perfectiōes naturalibus me-
liores:cum et illis magis egeat: et periculosius ca-
reat. Ea siquidem bello quocunq; vitiorum expu-
gnata: nichil superest nobis residui:ea vero defen-
sa atq; salua et omnia in tuto sunt:et victores exti-
mus. ¶ Amplius. Manifestum:quia prophetia il- O
luminatio est super omnes illuminationes anima- Prohetia.
rum nostrarum: manifestum autem est illam nō na-
ture nostre visu vel operatione: sed solo creatoris
munere gratuito aduenire. Sic et sunt multe alie ta-
les illuminationes:sicut et reuelationes oēs eorū
quorum cognitionē non attingit intellectus huma-
ni naturalis possibilitas/aut igitur cum istis dabit
pportionales affectiōes deus eis inquibus dat hu-
iusmodi illuminationes aut non: si dat. Habemus
quod intendimus. Si vero non dat. In solo igitur
lumie pphetie erunt pphete sublimiores aliis hoi-
bus. In aliis aūt siles aut eq̄les. Hoc aūt manifeste

semper apparuit falsum esse: semper ei prophete ceterisque sanctis viris visa sanctiores et sublimiores extiterunt tanto quanto prophetie lumine clariores. ¶ Amplius. Cum naturalis cognitio nec naturali dilectione inferior: nec magis distans a statu glorie: intercidit autem medium inter cognitionem naturalem et eam que est glorie. Medium inquam gratie quod est fides: vt iam declarauimus. Intercidet igitur et inter dilectionem naturalem et eam dilectionem que est glorie media. Et ad hunc modum est ostendere de aliis affectionibus: et habitibus: videlicet de spe timore et quibuscunque aliis. ¶ Q. si queratur vtrum apprehensio siue cognitio que est vel erit glorie: pariat dilectionem sibi congruentem in gloria ¶ Respondemus quod non est necesse: quoniam simul anime humane infundetur totum quod est glorie non pars post partem sed ex fonte vno totum simul effluet: et si istud concederemus: non esset contra id quod hic dicimus: sed potius contra aduersarios. Si enim naturalis cognitio naturalem parit dilectionem et ea que est gratie cognitio eam que est glorie dilectionem quare et ea que est gratie cognitio videlicet fides congruentem sibi pariet dilectionem que simul erit glorie non nature. ¶ Iam igitur stabiliuimus tibi virtutes sublimes et nobiles transcendentes nobilitate tam consuetudines quam naturales stabilitione vniuersali: et ostendimus tibi differentias earum videlicet consuetudinalium et naturalium. Et quia consuetudinales adiumenta quedam sunt virium nostrarum naturalium lesarum et multipliciter infirmarum: quemadmodum quedam instrumenta et adiumenta sunt pedum occasionatorum et manuum. Et quoniam naturales virtutes sunt sicut membra sana pedes scilicet et manus. Veruntamen quibus non est possibile ambulare supra: vel vltra planum naturalis equitatis. Et quia non est per eas operari vltra limites nature vel supra: neque corporaliter: neque spiritualiter: et quia iste etiam si in nobis perfecte inuenirentur: non possunt nos defendere vel tueri a corruptione in qua sumus: neque a passionum preliis: neque insidiis et insultibus malignorum spirituum: etiam quia si esset vera sententia platonis: de animabus humanis esset vna queque earum in ista miseria: sicut eger medicus febricitans. ¶ Tetigimus autem exempla multa de ista miseria et comparationes: videlicet quia anima humana est in corpore mortis huiusmodi: sicut lignum aridum in medio ignis. et sicut homo mersus in profundo maris aut aquarum multarum: et sicut aqua fluidissima atque labilissima in vase vndique perforato. Et similia multa diximus que sensu manifesta sunt. Ex quibus consequens est ex necessitate sublimiores animabus humanis in hac vita virtutes esse necessarias que illas in medio ignis huiusmodi tueantur ab incendio et profundo aquarum aliisque defectione: et in vasis foraminosis: id est in corporibus istis eas contineant atque seruent a fluxu et dispersione. Faciemus autem sciri in sequentibus quia originalis corruptio est tota discriminositas ista atque periculositas quam diximus: et est longe maior atque numerosior in periculis quam diximus. Declarauimus etiam cum his omnibus: quia iste sublimiores virtutes: que merito theologice nominande sunt: quia iste sublimiores sunt sicut ille quas creator electis suis inseruit ad volandum in sublime beatitudinis. Et quia operationes earum volatus sunt comparatione operationum que sunt ex aliis duobus virtutum generibus. Exemplis vero que de miseria animarum humanarum quas in presenti vita patiuntur proposuimus prosequi supersedimus pluralitatem

Nota. — Questio. — Epilogat. — Anacephaleosis supradictorum. — Originalis corruptio.

timentes. Declarauimus etiam tibi quod neque consuetudinales neque naturales sunt perfecte bonitatis aut virtuositatis. Et propter hoc non sunt digne vero nomine virtutis aut bonitatis: quia neque vere bonos aut virtuosos efficiunt eos in quibus sunt. Specialiter autem de dilectione naturali latius prosecuti sumus: propter multas eius questiones quas audisti et propter opiniones aliquorum non recte senserunt de ea: credentes quod per eam non posset aliqua creatura diligere creatorem plus quam se: et hunc errorem euidenter tibi destruximus. Similiter: et errorem aliorum quorundam qui opinati sunt eam non differre secundum speciem ab ista dilectione sublimi et nobili: sed secundum maius et minus solum: quos ex necessitate sequitur: quod natura et gloria: et ea que sunt nature et glorie non differunt nisi secundum magis et minus. Et propter hoc vita presens status animarum hic: et status glorie non erunt differentes nisi per eundem modum: hoc autem destruemus in sequentibus. ¶ Cum autem volueris imaginari puritatem ac nobilitatem sublimis dilectionis: reminisci debes eorum que audisti in tractatu fidei virtutis. Est enim simillima fidei in generatione: quia desuper tantum est videlicet a datore bonorum quemadmodum fides est: et generationis modo: quoniam vt diximus est ab eo quemadmodum fides non per operationem naturalem ipsius quemadmodum cultellus aliter est a fabro aliter a datore qui dat eum fabricatum atque completum. Tertio similissima est et rectitudine contra claudicationem quam tibi diximus: et hic tetigimus. Quarto fortitudine qua armat et protegit animam in qua est: maxime ab odio: et ira contra iacula ignita iniuriarum contumeliarum atque persecutionum omnium. ¶ Cum vero volueris imaginari ceteras virtutes similes huic imaginaberis eas et similitudine apprehensionum sublimium qualis est prophetia cum ramis suis et intellectus sanctus: et modi diuinarum reuelationum que sunt in hoc mundo apud nos. Quemadmodum enim illa suspensum et eleuatum in sublimi intellectum humanum. Maxime autem a sensibus: et aliis que corporis sunt. Sic et ille in spiritualibus et sublimibus suspensum et eleuatum detinent affectum. Hoc est vim nostram motiuam nobilem. Cuius exemplum vnum est in beato mauro beati benedicti discipulo: quem virtus obedientie adeo rapuit et suspendit a sensibus: vt aquam non videret: et per eam intrepidus curreret. Aliud exemplum in adam et eua quorum mentes huiusmodi virtutes velut in sublime raptas ab eo in his que sursum sunt occupabant; vt nuditatem suam corporalem non cognoscerent: vt legitur Genesis tertio. Secundo imaginaberis ipsas ex sui perfectione quales apparent in viris sanctissimis: qui ita sunt in mundo isto: ac si iam extra essent et quasi viuunt in seculo altero et altiori sicut dicit Apostolus. Nostra autem conuersatio in celis est. Lucidius autem apparebunt tibi cum dixerimus quid est esse in spiritu. Iste enim virtutes faciunt nos esse in spiritu et faciunt esse spirituales: et faciunt homines supra homines et plusquam homines: quod insinuabat apostolus in primo prime ad cor. dicens. Cum lites et contentiones sint in vobis: nonne adhuc homines estis. ¶ Tertio ex comparatione vitiorum quemadmodum enim vitia animam humanam deiiciunt atque demergunt: in ea que sub ipsa et post ipsam sunt: et in eisdem illam alligant incarcerant et captiuant. Naturales vere virtutes eam tenent

Virtutes naturales non sunt proprie virtutes. — R — Nota. — S Nota. — Nota. — Maurus. — T — Virtutes nobis spiritualitatem largiuntur.

Raptus. custodiunt et cõseruant in statu suo et rectitudine naturali. Sic iste sublimes et nobiles virtutes eam rapiunt et eleuãt a seipsa: hoc est a naturalibus suis: et supra se velut suspensam in spũalibus et eternis eã tenent. Manifestum est autem hoc ex causa et ꝓportione. Cum eni iste virtutes sublimes et nobiles nõ minus potentes sicut naturaliter in animaȝ humanam q̃ ipsa vicia: cõsequens erit vt eam naturaliter aut plus aut eque possunt naturalit̃ eleuare supra se vt vicia eam dimittere infra se. ¶ Amplius. Si corporalia ista et caduca per infirmitatem dico corruptionis: possunt in eam hanc deprehẽsionem quam diximus: erit ex necessario vt spiritualia et eterna per sanitatem ꝑdicte infirmitatis et liberationẽ ab illa corruptione poterũt in ipsam eleuationẽ quam diximus et etiam tanto amplius quanto ipsa fortiora sunt caducis et corporalibus. Et ipsa anima humana sursum tẽdere ad sublime scilicet glorie q̃ deorsũ retrocedere et recidere naturaliter potẽtior et aptior si vt pote ad illud creata. Qđ si q̃sierit quis: et vbi et vnde veniat sanitas a ꝑnominata infirmitate et liberatio a predicta corruptione. ¶ Respõdemus qȝ a datore hmõi virtutũ qui simul cũ illis vtrãq̧ largit̃ q̃bus ipsas infuderit: hoc aũt maxime v̄tutes sacramẽtorum et sacramẽtalium q̃ in ipsis fieri consueuit licet et alibi et aliter interdũ hoc faciat sicut declarauimus in tractatu de eisdem. ¶ Si q̃s vero dixerit q̃ pauci sunt qui hmõi v̄tutibus ꝑditi sunt: vel eas habeãt. Respõdemus qȝ reuera per pauci sunt q̃ eas habeãt in ꝑfectione et cõplemẽto. Minus aũt pauci sũt qui eas habẽt medocritate multo ꝑ plures aũt habent eas in maxima imperfectione et pene initialiter et his oẽs cõparatione viciose multitudinis ꝑpauci sunt. Dicimus etiã qȝ multi eas habẽt in q̃bus nõ apparent ꝓpter multas causas: q̃rum vna est silitudo q̃ est inforinsecis opationibus naturalibus et v̄tuosis et etiam viciosis: sicut est in ipso ambulare et in ipso comedere: siue eni ex virtute q̃s comedat siue ex naturali appetitu siue ex desiderio voluptatis gustabilis simillime sunt opatiões forinsece in actu comedẽdi: et plerũq̧ nihil omnino differũt vel differre videt̃. Scđa causa est raritas opationum sublimiũ. Paucissimis eĩ datum est illud sꝫ esse in spũ: Ubi autem sepius hoc cõtingit hoc est opatiões: que magis sepe a iam humanã sic eleuãt oratio sunt et contẽplatio. Nec mirandũ est tibi si rare sunt opationes hmõi cũ rarissimi sint opatores. De bonis eĩ ac sanctis viris paucissimi sunt qui intendãt ad eas. ¶ Tertia causa est subtilitas ac spiritualitas earũ: hoc est virtutuȝ hmõi q̃ difficilime cognoscibiles sunt ipsos eĩ plerũq̧ latent i q̃bus sunt: et ipsimet sunt q̃ maxime timẽt etiam cũ ipsas habẽt vt forte non habeãt. ¶ Reminisci etiam debes hic eorũ q̃ ꝑdiximus in ꝑcedẽtibus in declaratione hmõi scȝ quoniã nec veri nominis bonitates nec sunt: nec vere bonos efficiũt: neq̧ v̄e virtuosos nisi virtutes iste de q̃bus hic loquimur. ¶ Et hoc quidem est quoniaȝ nec vere rectos nec vere iustos. Si enim vt alibi didicisti rectum est cuius media non exeunt ab extremis: rectum inq̃ in magnitudinibus erit ad similitudinem et proportionem hmõi in moribus: cuius media nõ exeũt ab extremis: extrema autem vite nostre nõ sunt alia nisi principium eius et finis: nõ est autem ꝑncipiũ ex q̃ sit vita nr̃a et finis ad quẽ sit deus. Cum igitur sicut est ex deo totaliter: sic erat et ad ipsũ. Tunc erit recta proculdubio vita nostra. Eodẽmodo de intentione et de operatione se habet: quoniã cum fuerit intentio ex deo et ad ipsũ non exiẽs ab eo in aliquo erit recta. ¶ Amplius. Rectum nõ habet curuitatem nec deflexionẽ. Curuitas autẽ reditus est ad principium: deflexio vero exitus in latus. Intentio igit̃ et operatio quibus aliquis intendit et operatur sibimet: hoc est ꝓpter se qđ est dicere propter cõmodũ suum vel vtilitatẽ suam vel aliquid aliud eorum circa que versatur humana desideria intentio: et operatio curue sũt: exeuntes eni ab intendente et operante in eundem redeũt: et recuruant̃. Deflexionem vero habent intentiones et operationes que in ꝓximi cõmodũ vel nocumentũ finaliter fiunt. In latus vero sinistruȝ exit intentio vel operatio iuxta consuetudinẽ scripture sacre cũ per eam nocumentũ proximi finaliter queritur. In latus vero dextrũ: cum eiusdem ꝓximi cõmodum. Intellige autẽ commodum larga intentione vt etiam honor et voluptas et placitum ꝓximi eius cõmodum accipiatur. Cum vero intentio vel operatio est in fine summũ deũ videlicȝ. Hoc est ꝓpter deum glorificandũ vel honorandum: vel propter bñplacitum eius implendũ: ipsa indubitãter est recta. ¶ Amplius. Ex necessitate rectum est qđ recto applicitũ vel applicatũ ab eo non discrepat. Manifestuȝ autem est omniũ rectorum spiritualiũ: rectissimam esse diuinã voluntatem: quare omnem intentionẽ et operationem que ab ea in nullo discrepat necesse ẽ esse rectam: et idẽ de volũtate sentiendũ. Uoluntas enim q̃ diuine voluntati totaliter concordat necessario recta est: hec autẽ est q̃ quis vult quod deus vult et sicut deus: et propter qđ deus. Nulli enim dubiũ est curuũ et reflexuȝ cũ recto applicata fuerint: ab eodem discrepare. Et hanc applicationẽ spiritualem et in spiritualibus non intelligimus nisi considerationẽ et cõperationẽ eorũ ad inuicẽ. Quẽadmodũ eĩ q̃ corporale rectũ ponit iuxta regulã positionẽ corporali vt dignoscat an rectũ sit. Sic et q̃ cõparat volũtatẽ suã volũtati diuine: cõsiderãs an velit qđ deus: qualit̃ et ꝓpt̃ qđ. Applicationẽ spũalẽ facit sue volũtatis ad diuinã volũtatẽ: ex qua applicatiõe dinoscere potest si dei voluntatem videt aut nouit. ¶ Merito autem querit̃ qui gratis vult bonũ alterius: quemadmodũ dicũt q̃ de amicitia scripserunt. vtruȝ recta sit eius volũtas. Rñdemus quia hmõi voluntas ꝑscrutatius cõsiderata deflexa est a recta voluntate: et diminuta a perfecta: recta eni volũtas in sublime diuine glorie dirigitur: et vsq̧ in illud extendit̃. Huiusmodi volũtas iacet in plano: quoniaȝ non eleuatur supra vtilitatẽ proximi quare deflexa est ex necessitate a prescripta volũtate quã necesse est esse rectã. Diminuta etiam est euidenter a perfecta siue completa: cũ tam longe sistat a termino siue fine qui ẽ deus. Est ergo hmõi homo qui sic vult: similiter viatori qui debet ambulare in sublime: et ambulat per planũ. Et qui debet perambulare spatiuȝ multorũ stadiorũ de quibus nõ pertransit nisi vnũ cessans in fine illius a viatione sua. Oĩs eni volũtas: et oĩs intentio q̃ ꝓpter deuȝ est glorificandũ: aut beneplacituȝ eius implẽdum: naturaliter vsq̧ in eum extendit̃: et in eo finit̃. ¶ Manifestũ igit̃ est tibi qđ ꝓprie est rectũ in moribus siue i moralibus: hoc eĩ ẽ proprie atq̧ verissime qđ nec hȳ recuruationẽ nec deflexionẽ et quod in nullo discrepat a ꝑmo recto: quod est verissima regula rectitudinis: hoc autẽ est diuina volũ

Pauci veras virtutes habent.

Nota.

Nota.

Uere virtutes bonos faciunt.

Rectum qđ

Rectum qđ

Commodũ

Rectum.

Uolũtas diuine voluntati consentanea.

Questio.

Nota.

Quid rectũ

tas sicut dicit augustinus sup illud verbum psalmi.
Rectos decet collaudatio. Tunc ergo est tota vita
hũana recta: cum in nullo erit a suis extremis. Hoc
est a suo principio quod est deus et a suo fine qđ ipse
met hoc autem est cũ tota est ab ipso et tota ad ipsũ.
non enim est tota ab ipso cũ aliquid habet peruersi
et multo fortius non est ad ipsuꝫ in eo quod est per-
uersũ. Similiter se habet de intẽtione de volũtate ꝛ
de operatione. ¶ Debes autem scire qꝛ non sufficit
rectitudo perficere aliquod istorũ et ex toto depur-
gare seu depurare a malitia: et hoc est qm̃ intentio
Nota. et voluntas etiam si sic ex deo et ad deũ interdum de
bilis est et remissa. Insuper particularis vel ſm̃ qđ
Si enim aliquis vult aliquid qđ deus et sicut deus:
est quidem eius volũtas in illo et ſm̃ illud recta. In
alijs autem multis forsitan est discrepans a p̃scripta
regula rectitudinis: et in hoc ipo forsitan non satis
firma: nec satis feruens: nec omnino depurata a suo
cõtrario. Iuxta id quod legit̃ prouer. xxi. vult et nõ
Nota. vult piger: et ad Rom. 7. Quod nolo hoc ago: põt
igitur esse ꝙ voluntas ſm̃ quid vt diximus bona sit
et non simpliciter nec vniuersaliter. Sed cũ volun-
tas id est vis volendi feruens est et firma: et vniuer-
saliter siue totaliter extensa in deũ nihil habens re-
curuationis aut deflexionis: tunc est bona bonitate
perfecta simpliciter: bonitas ei voluntatis his qua
tuor cõsistit videlicet: rectitudine: feruore: firmitate:
et integritate siue totalitate. In viris ei malis et alí
quibus vicijs laborantibus experimur: vt et bonas
C dispositiones voluntatis habeãt et bonos etiam ha
bitus voluntatũ sed particulares. Nonnulli eni car
ne lubrici pij in pauperes inueniũtur: et inueniť vo
luntas pticularis in eis recta ꝛ feruens ad subueni
endum pauperibus: et hoc ꝑpter deũ: sic ꝛ alie mul
Virtus di- te bone voluntates pticulariter ꝛ recte inueniuntur
minute. in viris et mulierib9 et vocantur virtutes et mores
laudabiles. ¶ Nos autem intelligimus ꝙ virtutes
sunt ſm̃ quid et particulares atqꝫ diminute valde:
nec sunt nomine virtutũ digne simpliciter et hoc de-
claramus in sequẽtibus. ¶ Potest autem videri ex
D ijs que diximus: non esse nisi vnam virtutẽ numero
et vnam bonitatem vel forsitã esse quatuor sicut vi-
Vna est vir- detur allegare Augustinus. In libro de moribus ec
tus. clie catholice. Ubi prudentiã dicit quantum ipse ca
pit aut intelligit non nisi amore prudẽter omnia fa-
ciendi nihil temere vel incaute: Similiter et iustici-
am amorem silem ad ea que sunt iusta faciẽda et for
titudinem similem amorẽ ad tollerandum vel susti-
nendũ fortiter quicquid optet temperantiam similẽ
amorẽ ad prescindẽduꝫ que corpe nostro sint pscin
denda: bñ igitur se hꝫ disputare ꝛ perscrutari de his
vtrũ veritas ita se habeat. ¶ Dicim9 igitur in pmis
qꝛ amor vie ꝑpter finem: ꝛ amor ipi9 propter se: vel
vn9 amor sunt vel ex vno amore: quẽadmodũ amor
vini ꝑpter saporẽ: et amor saporis ꝑpter vinum vn9
amor est. Quare amor dei ꝑpter se tantuꝫ: et amor
cuiuscũqꝫ alterius ꝑpter deum: erunt ex necessitate
vel vn9 amor habitus: vel due dispositiones ex vno
amore habitu: hoc aũt dicimus qꝛ amor dicit̃ ſm̃ du
Amor. as intẽtiones: dicit̃ ei amor ꝛ ipse habit9 quo aliqs
amic9 vel amator dr̃ et ipsa dispositio q̃ amãs in ef-
fectu vel amare: receptum etiaꝫ est apud omnes no
stros videlicet sacros doctores atqꝫ scolares: quia
vna est dilectio dei et proximi licet duo mandata.
E ¶ Iuxta hunc moduꝫ necesse est vnum esse amorem
dei: omnium aliorumque propter ipsum solum mo
Dilectio dei et proximi vna. do diliguntur quecunqꝫ illa sint. Quicunqꝫ igitur
amat benefacere: bene viuere: aduersa pati seu quod
cunqꝫ aliud bonum propter illud tantum eo amo-
re amat id qđ etiam ipsum: vnus autem est: ꝛ solus
amor quo ipse diligit secũdum quemcũqꝫ trium mo-
dorũ quos determinauimus: quare vnus erit amor
ex necessitate quocunqꝫ alio propter ipsum solummo
do diliguntur: quare non erunt quattuor: vt visum
est beato Augustino. Qui enim recte et laudabili-
ter amat prudenter agere non amat illud nisi propť
Nota. deum: sicut iam multipliciter declarauimus: quare
nõ erunt neqꝫ q̃ttuor virtutes nisi ratiõe vel relatio
ne: neqꝫ quattuor amores: amores illi de quibus lo
quitur ipse. ¶ Amplius. Si amores isti diuersi essẽt
propter diuersitatem rerum: necessario: et fides val F
de diuersa in vno et eodem fideli propter tantam di
uersitatem creditorum. Diuersa inq̃ non solum nu-
mero vel specie: sed etiam genere et predicamento
cum in ipsis creditis inueniantur omnes iste diuer-
sitates manifeste. Q; si dixerit: quia non est necesse
vt fides diuersificetur ſm̃ diuersitatem creditorum
quoniaꝫ non est ab ipsis creditis: immo est lumen de Fides nõ di
super infusum anime fideli: et est vna numero: et nõ uersificatur
subiecto sequẽs vnitatem principij sui atqꝫ datoris propter di
quemadmodum diximus: et declarauimus in tra- uersitatem
ctatu de ipsa fide: que veri nominis virtus caput est credẽdorũ.
et fundamentum vere religionis: necesse habet di-
cere: et de amore vero: et puro creatoris qui desur-
sum est ab ipso scilicet creatore: vt donum gratuitũ
ipsius de amoribus eni ꝛ desiderijs que ab ipsis re
bus in animabus nostris generantur. Non debet eẽ
tibi dubium quin sequatur dispositiones rerum a
quibus generantur. Hoc est quoniam varientur: et
diuersitate iuxta vnitatem et diuersitatem ipsaruꝫ
rerum huiusmodi. ¶ Amplius. A contrarijs hoc
est a contrariorum similitudine manifestum tibi fie
ri potest quod dicimus. Quemadmodum enim ex G
eodem amore turpi quo ardet in mulierem aliquã
turpis amator ipsius tam multa tanq̃ diuersa ꝛ eti Similitu-
am contraria operatur: vt in ea suas expleat libidi do.
nes. Similiter auarus ex vno et eodem amore pe-
cunie: nunc arat: nunc seminat: nunc negociatur: in
tat̃ qñqꝫ: qñqꝫ rapit: qñqꝫ emit et vẽdit interdũ: et eti
am occidit: eodẽ mõ se habet ꝛ de supbo in omni ra-
mo vel specie superbie. Innumerabilis enĩ est diuer
sitas operationum ipsius quas operatur: vel pro-
pter inaneꝫ gloriam adipiscendã: vel propter hono-
rem aliquem habendum: vel propter aliquid aliud
ex his que requirit superbia. Quare ex vno eodem
q amore dei nichil prohibet esse posse quantũcunqꝫ
multitudinẽ aut diuersitatẽ operationuꝫ que vie sint
ad obtinendum finẽ qui per amoreꝫ dei querit̃. Am-
plius interroga singulos sanctoruꝫ virorum qui tã
multa ꝛ varia operantur siue i claustris siue in alijs H
locis aut officijs: propter quod vnusquisqꝫ eorum Propter
illa operatur Respondebit indubitanter vnusquisqꝫ amorem dei
se omnia huiusmodi operari propter amorem dei ꝛ varie ope-
ex amore dei. Centissimum autem habet vnusquisqꝫ rationes.
apud se qđ sit ei principiũ mouens ad operandũ qc
quid operat̃. Nec habet locũ in hoc apud aliquem
error vel ignorantia. Quare manifestum est ex vno
et eodem amore dei posse esse quantam libet mul-
titudinem atqꝫ diuersitatem bonaruꝫ operationũ:
Secundũ hec igit̃ est necesse esse quattuor amores

aut quattuor virtutes de quibus supra fecimus mē tione non inq̄ necesse est propter diuersitatem operum solummodo. Si quis autem dixerit quia tota illa varietas bonarum operationum potest esse et sufficiēter ex solo dei amore: ergo non est necesse ponere virtutē aliquam aliā vel supuacuum est ponere quamcunq; aliam. Respondemus in hoc quia

Nota.

et si non propter solam essentiam operationū necesse esset alias virtutes ponere: tñ propter melius se habere ipsarum operationum ponende sunt quemadmodum ⁊ si propter solam essentiam operatiōis que est gressus non sit necesse ponere visum tñ necesse est ponere ipsum propter melius se habere ipsius gressus. Multo enim et securior et rectior est ipse gressus propter visuȝ gradiētis. Similiter et propter duriciem cutis in plantis pedum aut fortitudinem in calciamentis. Eodē modo se habet et de prudentia in operationibus amoris q̄ multo meliores et multo melius fiunt cum prudentia eas rexerit: et similiter cum fortitudo eas firmauerit: et cū iusticia eas regulauerit: et cum temperantia eas circuncīderit. Et quicquid tibi videatur forsitan operatio fidei de qua mentionem fecimus non potest esse ex illo amore. Amor enim non potest imperare nisi quantum ipsa natura per se potest: aut quātum potest ex adiutorijs siue gratiarum siue alijs: quare non potest imperare intellectui nostro humāo operationē que fidei est: nisi quatenus illam exequi non autem potest in illam per se nisi ex adiutorio fidei sicut alibi ostendimus. Non eniȝ potest imperare huiusmodi amor nisi id cuius potentem inuenit aut potenteȝ efficit. Quia igitur non efficit potentem credere: necesse est vt inueniat potentem credere intellectū. Aliunde enim est potēs intellectus credere q̄ ex amore.

Amor non imperat vltra vires naturales.

¶ Simile autem valde est licet non videatur: quia sicut non potest imperare velatum et hoc est quoniaȝ nec potentem inuenit eius nec potentem efficit: ita nec ipsum credere nisi cum intellectum potenteȝ ei⁹ inuenit. Sicut enim non prestat volatuȝ: volare imperans ita nec credere cum illud imperat. Iste igitur amor quoniam semper rectus est cum fuerit fortis siue firmus: et cum fuerit feruens cum fuerit vniuersalis: erit virtus veri nominis nec vicium secum sustinens nec peccatum: et est aliud fortitudo ei⁹ aliud feruor. Fortitudo eniȝ eius est in adherēdo amato: hoc est inseperabilitas vel difficultas sepationis ab amato. Feruor vero nihil aliud est q̄ vehemētia desideriorum earum rerum que queruntur amato: seu quolibet modo alio ex amore illo. Hoc auteȝ inde manifestum: est quia multo fortius et firmius adherent deo qui multis alijs minus feruent in eum ⁊ in ea que eius sunt ⁊ minus firmiter adherent eidē. Sicut vides quia interdum ardentius amant amici q̄ fratres: et vehementius queruntur ea que sunt eorum: q̄ ea que sunt fratrum non tamen firmi⁹ aut fortius amantur q̄ fratres. Similiter accidit interdum q feruentius amatur proximus q̄ deus a viris sanctissimis: nō tamē fortius qḋ facilitas et difficultas separationis faciunt manifestum. Incomparabiliter enim facilius a proximis viri sancti separarentē q̄ a deo. Sicut enim appar et in naturalibus q quedam quibusdam alijs facilius et vehementius calefiunt: non tamen calorem aut firmius aut diutius retinent q̄ illa propter similitudinem in naturalibus: vt in ligno arido et ferro quo ad calorem

Nota. Fortitudo. Feruor.

in ere et lapide et omni metallo quo ad frigiditatem: et in diuersis partibus terre quo ad humefactionem: sic et accidit de isto calore vitali atq; viuifico: lignū enim aridū facilius ⁊ vehemētius calet in tāto tēpore q̄ ferrū: nō tamē fortius aut firmi⁹ calorē retinet: immo ecōtrario. Eodemmodo accipitur in ere ⁊ lapide ⁊ omni metallo de frigiditate et frigefactione: vehementius enī friget aer atq; facilius q̄ ferrum vel argentū: non autem frigiditatē firmius retinet. Sic accidit in humefactione quedam enim partes terre facilius ⁊ vehementius humectantur quibusdā alijs: et sunt debilioris retentionis in hoc ⁊ facilioris desiccationis. Verbi gratia: partes terre que diutius cōsueuerit esse sub aq̄s: c⁹ aque hmōi recesserunt: aut consumpte fuerint: inueniuntur maioris desiccationis et duriciei q̄ alie et etiam prioris atq; facilioris: et partes hmōi terre vocātur vulgariter noes siue quia natent in aquis diu: aut aque in eis: siue quia diuerse diu iacēt sub eis. Similiter et aer vehementius atq; facilius illuminatur multis alijs etiam q̄ oculus cuiuscūq; animalis. Facilius tamē a lumine totaliter exuitur q̄ in oculo: qḋ taliter est: quia post recessuȝ lucis exterioris remanet impressionis eius vestigium in oculo. vnde et visus postea ad modicū impeditur. Ex his igit: ⁊ alijs innumerabilibus euidenter apparere potest tibi: q: nō magis diligit qui feruentius. Feruor aūt iste et si de radice dilectionis pcedat: adiutorium tamē habet fortissimū ex bonitate et intentione apprehēsionis: hoc autem est ex vicinitate seu proximitate amati. Quid ergo mirum si interduȝ minus feruēs est dilectio in deū propter debilitatem apprehensionis ⁊ elongationem amati in illa hora? Et quid mirum si vehementia apprehēsionis: et ipse sensus adiuuatur: vt magis ferueat in amatū magis apprehensū: ⁊ magis propinquuȝ. Propter hec dixit Iohannis in quarto prime canonice sue. Qui non diligit fratrem suū quem videt: deum quem non videt quomodo potest diligere. De ipsa vero fortitudine et firmitate amoris legitur in Cant. viij. Fortis vt mors dilectio. Et ad Rom. viij. Certus sum quia neq; mors neq; vita ⁊c. poterit nos separare a charitate dei. Sicut etiaȝ ex eodem igne vnus et idem homo potest nunc magis nunc minus calefieri: sic ex eadem dilectione potest nunc magis nūc minus feruere: et nichil prohibet ex eodem igne nunc maiorem nunc minorem flāmam emicare. Quemadmodum secundum q adiuuatur ignis aut flatu appositione seu aptatione lignorum: aut impeditur contrarijs: maiorem aut minorem flammam emittit. Sic eadem dilectio vel flatu apprehensionuȝ seu meditationum seu allocutionum aut rememoratione bñficiorū: q̄si appositiōe seu aptatiōe lignoȝ adiuuatur interdū vt maiorem flammam id est feruorem actum dilectionis emittat: eodemmodo ⁊ impeditur contrarijs: et est conueniens similitudo: vt qḋ est flatus ad ignem corporalem vel augendum vel adiuuandum. Hoc allocutio de amato siue apprehenso. Vel qḋ appositio vel aptatio lignorum ad iumentum ignis corporalis: hoc est rememoratio recogitatio beneficiorum ad ignem spiritualeȝ qui est amor siue dilectio. Ex hoc autem manifestius est quod diximus: videlicet quia firmitas vna est ex dispositionibus que requiruntur ad hoc vt dilectio sit virtus: quoniam sine firmitate nec est etiam ha

Nota. Nō magis diligit qui feruentius diligit. Fortitudo amoris. Nota. Firmitas.

bitus:quare nec virtus:cum omnis virtus sit habi-
tus. ¶ In rationem ipsius virtutis cadit fortitudo
seu firmitas. Inde ei et nomen hȝ. Relinquitur ergo
nobis vt declarem⁹ tibi q̄r re[q]rit ad ipȝ etiā quarta

Nota bene

dispositio quā supra nominauimus vniuersalitatē.
¶ Quoniam igit̄ iam alibi didicisti:q̄ nec simplici
ter nec vere di citur ð aliquo q̄ secundum quid siue
ſm partem tantum ð illo dicitur:vt nō vere nec sim-
pliciter albū quod in parte est albuȝ tantum: sic nec
amicus alicuius dici potest vere atq̄ simplicit̄ qui
secunduȝ quid tantum et in parte amicus illius est.

R

Similiter et q̄ in parte inimicus non vere inimicus
vel amicus neq̄ simpliciter illius dici potest. Eodē
modo qui in parte ꝑsequitur aut impugnat alium
nō potest dici pacificus illius:aut pacē habere cum

Amicus totum diligit.

eo. Et gn̄aliter receptum est apud oēs:q̄ qui amic⁹
est totum diligit:q̄ est amici/vnde et vulgariter di-
cit:Qui diligit me diligit et canē meum:et gn̄aliter
qui aliquid odit de bonis alicuius nō est amicus il-
lius. ¶ Amp. Qui aliquid diligit de iniurijs aut cō
tumelijs alterius aut damnis illius aliquod:nō est
amicus illius. Quia igitur oēs homies sunt bona
dei non solū sed etiaȝ magna bona ipsius:nō est ami
cus dei simpliciter aut vere q̄ aliquē ex hominibus

M

odit. ¶ Amp. Si quis odit canem vel equū alterius

Inimicus deo est qui vitia amat.

nō diligit ipm simpliciter aut vere. Quāto amplı⁹
si non diligit aliquem ex filijs eius? Quia vero sola
vicia et peccata dei iniurie et contumelie sunt: ma-
nifestum est q̄ quicunq̄ diligit quodcunq̄ ex vicijs
aut peccatis mortalibus et amicus dei non est. im-
mo inimicus manifestus. Et hoc saltēȝ facto et si nō
intentione. ¶ Quod si dixerit quis:quoniam ad hoc
q̄ aliquis non sit amicus : vel sit dei inimicus: non
sufficit vt oderit aliquid ex bonis dei vel q̄ diligat
aliquem ex inimicis aut contumelijs dei sed requi-
ritur vt hoc faciat scienter et ex intentione videlicet
vt intendat hoc facere contra deum vel saltem sciat
hoc esse contra ipsum. ¶ Respondemus:quia consu

Dei bonitas.

q̄ diligit deus veros amicos suos: vt nō sinat igno-
rare eosque et placent:aut displicent. Sicut legitur
prime canonice Johannis secundo. Unctio quaȝ ac
cepistis ab eo maneat in vobis:et non necesse habe
tis vt aliquis doceat vos:sed vnctio eius docet vos

Nota.

de omnibus Si eni omnium periculorum maxime
maximeq̄ cauenda sunt vitia et peccata. Est autem
deus diligentissimus ac fidelissimus custos diligen
tium se maxime custodit illos ab his periculis:qua
re maxime ostendit eis illa: et premunit eos ab il-

N

lis. Quare non sinit eos errare in hmōi. ¶ Amplı-

Dilectio di

us. Qȝ dilectio dei est bonum quod maxime diligit
in electi suis:quoniam propter illud et dat ⁊ diligit
⁊ remunerat illos: ⁊ maxime vult vt custodiant il-
lud:et vt sibi caueat a contrario:quare maxime lar-
gitur eis ea per que custodiant illud :et sibi caueāt
a contrario:non possunt autem vel custodire illud
vel cauere a cōtrario:nisi cognoscāt ⁊ amissiōis pe
riculum et eius contrarium. Quare necesse est de-
um illuminare amicos suos in his que tanta distri-
ctione precipit obseruari: ⁊ tam periculose obmitte
rētur. De huiusmodi autem ignorantia: et de alijs
tam multa in singulari illo tractatu iām diximus et
scripsimus et vbi excuset: et vbi non: et quatenus

Dilectio di vniuersalis est.

excuset vel non excuset. ¶ Jam igitur declaratuȝ est
tibi ex his omnibus:quia vera dei dilectio scilicet q̄
verum dei amicum efficit simpliciter vniuersalis ē

O

et non admilens secundum quid siue in parte odi-
um vel intentione vel facto:similiter neq̄ iniuriam
aut dei contumeliam:q̄ vtraq̄ illarū impugnat de⁹
⁊ hostilit̄ cū eo agit̄ eodē mō patit̄ ista dilectio ipu-
gnationē vel belluȝ cōtra aliquē seruorū. Unusquis-
q̄ eni rex et principes in suis subditis ipugnatur: ⁊
merito hosteȝ reputat cum qui milites suos impu-
gnat. Raro eni accidit vt personaliter ipsi reges pu
gnent: vel vt sic contra eos pugnetur. ¶ Si quis aūt

P Questio bona.

querat vtrū leones ⁊ vrsi cocodrilli ⁊ cetera hmōi ala
lia que infesta sunt hominibus diligenda sint tanq̄
bona dei propter ipsū: ⁊ ita nec occidenda erunt:er
go nec tremenda. Respondemus in hoc: q̄ diligen-
da sunt ad id q̄ sūt: videlicet ad vsum hominum: in-
quātum ad vsum hominum sunt: ⁊ quia nō prosunt
hominibus quādoq̄ nisi occisa:occidēda sunt vt ha
beatur vsus pellium eorum: ⁊ carnis: ⁊ aliarū par-
tium: vel ad medicinam. Generaliter autē omnia di

Omnia opera dei diligenda.

ligenda sunt opera eius:et q̄ predicat vnūquodq̄
su⁊ modo eius potētiam sapientiam bonitatē: pro
pter quod dicit beatus Augustinus:q̄ omnia lau-
dant deum:diligende etiam sunt vniuerse creatureȝ
sicut ⁊ fistule carminis pulcherrimi: ī quo laus crea
toris incessanter canitur. Est eniȝ sicut ipsemet ait:
vniuersa series seculorū:sicut carmen pulcherrimū
q̄ modulatur deus cuius singule creature sillabe
sunt. Singule vero generationes: vel secula singu-

Nota.

le a deo sunt. Proculdubio eni qui non diligit car-
men seu cantionē:non diligit illum:cuius laus ī il-
lo canitur. ¶ Si vero querat q̄s quomodo diligunt̄:

Q

serpētes scorpiones cū occidūtur. Jam respōdimus
quia diliguntur sicut diligendi sunt:cum occidūtur
ad medicinaȝ. Similiter:et cū occiduntur ne infesta
sint hominibus: vel ne noceāt eis. Hoc etiaȝ ex amo
re dei potest esse:sic etiaȝ cum occidunt̄ heretici tāq̄
venenata animalia:ne specialiter occidāt homines
alios:fidem viuificam in eis extinguēdo nō ex odio
immo ex amore dei ⁊ hominū occiduntur. Et etiam
q̄ amoris est cū eis agitur:dum ne sibi vel alijs no
ceant ꝓhibentur non solum tamen curandum est de
nece muscarū: aut etiā maiorū animaliuȝ:siue infe-
sta sint hominibus siue necessaria atq̄ salubria:q̄a
reparatio facillima est: ⁊ etiam hoc est lex dei altis-

Nota.

simi ⁊ statutū ipsius: ⁊ hmōi vt inuicem se occidant:
⁊ etiam deuorent: ⁊ in hoc videntur alie hmōi nasci
vt sint in cibū alijs. Jure eni nature rapaces aues ⁊
bestie ⁊ inferiores se deuorāt. Preterea ipso deo au
ctore homines dominantur piscibus maris: ⁊ vola-
tilibus celi: vt inde ꝓut voluerint comedāt et occi-
dant:sicut legit̄ Genesis nono. Sit terror et tremor
vester super omnia animantia terre: ⁊ super omnes

R

volucres celi cum vniuersis que mouentur in terra:
sicut aūt non oportet q̄ amicitia aut fides ei⁹ exten
datur vsq̄ ad festucam vel paleam inter veros ami

Nota.

cos:ita videlicet vt si alter paleam alterius exarse-
rit vel quolibet alio modo disperdiderit cōtra ipsā
amicitiam vel fidem ipsius fecisse dicendus sit:simi
liter neq̄ ceruum aut aprum occidit aut etiam Ele
phantem:quia etiam elephas in tanta multitudine
bonorum dei vix palea sit. ¶ Et si quis autē querat

S

quid differat inter amorē ⁊ voluntatem et intentio-

Amor voluntas et intentio quomodo differūt.

nē. Dicimus: quia idem sunt subiecto: sed amor vel
amicitia ab adherendo dicitur:et voluntas inquan
tum imperat aliquid fieri vel non fieri:et intētio ab
inquirendo: vnde ab intendendo siue ab attenden-

do id quod querit intentio dicta est: et est in omni ne
gocio intentio principalis voluntas: id est volun-
luntas finis. Voluntas vero simpliciter imperium
faciendi vel nō faciēdi aliquid quicquid illud sit vo
luntas vero habendi vel non habendi aliquid desi-
derium aut concupiscentia est. Amor autem volun-
tas est alieni boni prout de eo hic loquimur. Verun
tamen amor dicit ab adherētia et affectiōe in ama-
to: vel vnione ad amatū: de qua vnione legitur. Ac-
tu. iiij. Multitudinis credentiū erat cor vnum ⁊ ani
ma vna. ¶ Iam igitur declaratū est tibi quis amor
Epilogat sit dignus nomine virtutis ⁊ nomine bonitatis ⁊ eti
am quia tres sunt differentie q̄si essentiales ipsi⁹ ꝑfi
cientes eius virtutem et bonitatē et hec sunt rectitu
do: fortitudo: siue firmitas ⁊ vniuersalitas. ¶ Quar
ta autem differentia de qua locuti sumus que est fer
uor, siue amor ipsius dilectionis: illustret quidē et fa
cit vt melius se habeat: s; non est de necessitate ipsi⁹
in eo ꝙ virtus aut bonitas: et ostendimus tibi: quia
separatur ab eo multotiēs. ¶ Sunt autē et alie dif-
T ferentie quibus ꝑficitur ad eminentiam: alie quiqȝ
scilicet quarū prima teneritudo: cuius contrarium
suggillat de⁹. Amos. vi. Dicēs. Et optimo vnguēto
delibuti nihil patiebātur super contritione ioseph
Sunt enim quidam duri amatores: qui nihil senti-
unt aduersorum que amicis accidūt sensu compas-
Tener amor. sionis: vnde ⁊ teneri amatores dicūtur vel tenere di
ligentes: qui omnia mala amicorū per compassio-
nem: quodāmodo patiuntur in ipsis. Similiter et om
nia bona per gratulationem. ¶ Secunda est ampli-
tudo seu latitudo ꝓpter quod de mandato quod est
V de dilectiōe dictum est: latū mandatum tuum nimis
latitudinem autem istam nimiam intelligimus q̄a
etiam comprehenduntur inimici. ¶ Nos autem ex-
tendimus eam vt etiam cōprehendat vniuersū: im
mo vniuersam seriem seculorum sicut iam prediri-
mus. ¶ Tertia vero perfectio eiusdem est charitas
siue charitudo. Quedam eni vt ita loquamur deuȝ
diligunt pro modico ipsum et q̄si vile mancipiū ipsȝ
taxātes. Et quod est deterius quanto ꝓ minori pos-
sunt ipsū habere volentes s; multo chariorē ipsum
reputantes: et vt ita dicatur de precio ꝓ quo eis of
fertur totis viribus diminuere conātes. Si ei offer
Nota. tur eis deus totumqȝ regnū celorum pro obseruati-
one ordinis cartusieñ. ac si nimis carus eis exhibe-
retur: et nimium preciū pro ea exigeretur. Respon-
dent se non tantum velle facere vel dare ꝓ eo obtinē
do: et ꝙ ꝓ minori vellēt ipm habere: et vt vno ver-
bo dicamus vix inuenitur atqȝ rarissime qui non pro
leuiori precio q̄ ei offeratur velit ipm habere: ac si
deus minus valeret ei eo quod pro eo habendo exi
Emptio dei gitur: ac si periculum eis immineret in emptiōe ip-
sius: ne forte non valeat tm̄ quantum pro eo ab eis
exigitur. O stultissimi immo insanissimi negocia-
tores: nescientes: quia quanto carius deus emitur
tanto maius lucrum ex eius emptione reprobatur:
et quanto leuius emitur seu vilius. Hoc est ꝓ leuio
ri precio vel viliori: tanto minus lucrum ex eius em
ptione acquiritur. Econtrario autem se habet i mē
tibus diabolicis et secularibus: ⁊ mentib⁹ diuino
amore succensis in quibus charitas dei diffusa est
per spiritum sanctum. Romanos quinto. Que est fi-
nis precepti de corde puero: ⁊ conscientia bona ⁊ fi-
de nō ficta: prime ad timo. primo. Que scilicet cha-
ritas siue charitudo totum contrarium in mentib⁹
iustorum operatur predictis iam conditionibus.
¶ Quarta vero est immensitas: quidam enim metiri X
ac limitare volunt amorē ipsum quantum ad ope-
ra prefigentes apud semetipsos. Quot ⁊ q̄ta faciē
da sint eis ꝑ amore dei vt vltra se extēdere nō volē-
tes: cogitātes apd semetipsos tot ⁊ tāta ꝓ deo face
rem⁹ vel darem⁹: ⁊ nichil vltra vel ampli⁹. Isti nō at
tēdūt qd dicit veritas Ioh. iij. Sic deus dilexit mun
dum vt vnigenitum suū daret. Immēsus autem est Immensus
vnigenitus eius sicut vniuersalis ecclesia confitetur amor in de-
et predicat. Immēsus pater: immēsus filius: immē um et dei in
sus spiritus sanctus. Similiter et Iohannis. xv. Hoc nos.
est preceptum meum vt diligatis inuicem sicut di-
lexi vos. Hoc est absqȝ mēsura: ne aliquis limitet si-
bi mēsuram aliquam in patiendo vel agendo amo-
re ipsius. Hec immensitas vocatur nimietas. Ad
ephesios. ij. Propter nimiam inquit charitatem
suam quam dilexit nos. Similiter: et vocatur exces
sus. Luce. ix. vbi legit. Erāt aūt moyses ⁊ helyas in
maiestate visi stantes: ⁊ dicebant excessuȝ eius queȝ
completurus erat in hierusalem. Excessus igitur vo
cata est ista imensitas simpliciter quasi excessus mē
sure: excessus enim: et terminatio contraria sunt.
¶ Quita vero stulticia est siue dementia: qua instar Y
amore insanientiū spretis atqȝ relictis omnibus il- Amoris in-
lum multi sequuntur: quemadmodum amore insani- sania.
ens amasius: relictis patre et matre ⁊ omnib⁹ aliis
amasiam sequitur vilipendens omnia alia. De hoc
Mathei quarto. Relictis rhetibus: ⁊ patre secuti
sunt eum. Similiter Luce quinto. Relictis omnib⁹
secuti sūt eum. Hoc est stultum dei qd est sapientius
hominib⁹: sicut dicit apostolus ꝑmo prime ad Co-
rinth. Hec est stultitia de qua dicit idem in quarto Stultitia
eiusdem. Nos stulti propter christum. Manifestuȝ ꝓpter deuȝ
est ipsa quottidiana experiētia sensus: q̄ stultos im
mo q̄ insanos reputet mundus eos qui ita deum
diligunt. Huius rei exempla euidentissima sunt: illi
qui mūdo spreto ad fratres minores vel predicato-
res se transferunt: nec mirum cum ipsi apostoli do-
minū Iesuȝ insanū esse crediderunt: ꝓ eo ꝙ doctrine
et predicationi adeo instabat: vt nō posset neqȝ pa-
nem manducare: de hoc legitur Marci tertio. Exie
runt tenere illum dicebant eni: quoniam in furorem
versus est. Audemus autē et amplius dicere: quia
si ꝓposuisset in cōuentu omniū angelorū: quia q̄dā
fornicaria est in terris omni libidini prostituta: om
ni turpitudine coinquinata: cui validitate vel fedi-
tate: nulla meretrix comparabilis. Hanc volo duce
re in vxorem et cōstituere reginam celorum: et om-
ni coequare: et insuper eousqȝ amare eam: aut pro
latrociniis ac turpitudinibus ei⁹ crucis affigar pa
tibulo. Si inq̄ ista eis proponeret: ⁊ hmōi vt ita di Nota.
camus stultitie profundissimam: et inuestigabilem Z
sapiētiam eiusdem nō reuelaret: et ipsum insanissi-
mum reputarent: ⁊ ꝙ petrus similia audiens dixit
eidem Mathe. xvi ipsi proculdubio responderent
videlicet Absit a te domine: nō erit tibi hoc. Veruȝ
dubitandum non est de sanctis angelis: ⁊ illa clari-
tate fruentibus glorie: si talia eis ibidem veritas
proponeret: quin ita faciendum esse statim agnosce
rent. Sed proculdubio si petri tenebras paterentur
petro similiter responderent. ¶ Habet autē questio
nem non parum difficilem: et ammirationem mul- A
tam apud multos ꝙ virtutes tam cito et facile: et
tam leuibus vt videtur viciorum et peccatorum in

pulsibus τ insultibus vincuntur. τ etiam extinguunt.
Virtutes quomodo facile vincū tur τ vnde.
Primum quia cum habitus sint: sunt ex necessitate difficile mobiles. Contrarium autem penitus apparet in multis. Pene enim nichil facilius mouet a mentibus humanis ꝙ ipse virtutes: et nullus casus videtur facilior ab ipsis sicut dicit poeta. Facilis descensus auerni. Amplius. Eo ipso ꝙ virtutes sunt: sunt fortitudines fortificantes mentem humanam q̄re τ inuictam siue inuincibilē maxime ab equaliter τ inferiori. Vicia autē non solum infirmiora sunt
B
ꝙ virtutes sed etiam infirmitates et debilitates sūt. ¶ Amplius. Qualiter est ꝙ habitus castitatis vel cuiuscūq; alterius virtutis vnica operatiōe contraria penitus extinguitur immo vnico cōsensu in turpitudinē fornicationis. Silr et charitas quaq; offensa
Nota.
mortali penit⁹ extinguit. ¶ In habitibus aūt naturalibus ecōtrario contigit: quia neq; multotiēs aut frequēter quiescere destruit in nobis virtutē gressibilē aut volūtatē nobilem. et multotiēs non videre aut nō audire non destruit in nobis habitū naturalē visus aut auditus. ¶ Amp. Si aliquis habet scientiam grāmatice sciētiam inq̄ habituz: non ꝓpter simul loq̄ barbarice aut solocciste nec ꝓpt semel scribere non recte amittit habitū scientie. Et simili modo: si quis habet scientiā etiam musice habitu: scientiā etiam practicā: si millesies absurde canat aut cythariȝet: non propter hoc extinguit in eo scientia hmōi neq; minuitur aut leditur: quin potius interdum auget. Que igitur est causa vt virtus quantū cunq; fortis aut firma sit: vno cōtrario actu destruitur et nō similiter scientia. Deinde cum fortitudo bellica corpalis tot sibi cōtrarios act⁹ sustineat: videlicet interdum fugam interdū casum: interdū captionē: τ vincula sustineat: non ꝓpter hoc moriatur in viro forti et bellatiuo egregio: qualit erit hoc: ꝙ fortitudo bellica spūalis nihil contrariū actus aut passionis sustinere potest quin statim cedat et etiam
C
moriatur. ¶ Amplius. Cum incompabiliter maior
Questio est singularis.
sit charitas τ quicq̄d eius est ꝙ cupiditas τ luxuria τ quicq̄d eorum est. Qualiter cedit alteri earū. Vel ꝙ ex ea sit: qualiter vincitur ab altera earum vel ab aliquo qd ab ipsa sit. Ipsa enī est sicut pira ꝑgrādis ille vero nō sunt nisi stille ꝑmodice. Quō igitur tanta pira tam modice aque iniectione siue suꝑ effusione extinguit. ¶ Dixerūt quidam in hoc quia virtutes indignantis nature sunt: et nec modicū fetoris seu abhominatiōis a parte viciorū propter hoc pati possunt: τ hic est sermo hominum pueriliter sentiētium: τ res de quibus loqui presumimus pene penitus ignorantium: ac de ipsis vanissime somniantium. ¶ Aliorum autem sermo est in hoc: quia
Nota.
facilius est destruere ꝙ cōstruere. Hic autem sermo ēhominū quo quomō effugere volētiū: sed nō est sermo dissoluēs nodū q̄stionis τ auferens dubitationem. ¶ Scito igitur: q: virtutes nec cadūt nec deficiunt:
E
nec succūbunt: nec cedunt vitiis: nec extinguuntur infirmitate aut debilitate sua: sed infirmitate aut debilitate subiecti sustinētis τ portātis ipsas: sicut enim in anima humana quantuȝ ad presentem miseriam quemadmodū bellator fortissimus super equū debilē aut viciatum. Quemadmodū enim huiusmo-
Solutio.
di bellator casu talis equi necesse habet cadere. Et hoc propter debilitatem ipsius equi nō propter suam cum sit fortissimus sic et virtutes. Adeo enim debilis est aīa hūana: adeo lesa siue vulnerata siue viciata originali corruptiōe: vt leui īpulsu facile cadat: τ cū ea virtutes q̄s sustinet τ portat. Q; si dixerit q̄s q: virtutes dn̄t hoc ꝓhibere fortitudie sua cū eā fortē efficiāt τ robustā. Respondemus q̄ hoc vtiq; faciunt ꝙtū τ ꝙdiu vult. ꝙdiu eniȝ vult. vti eis τ pugnare in ipsis siue agendo siue patiendo tādiu fortis est τ robustus ꝑ eas: vbi autē negligit: τ auertit se ab vsu earū: τ couertit se ad contraria: τ est sicut īsanus pugnator qui ꝓijcit arma sua īmo qd plus est ipsā fortitudinē: τ dat se in manus hostiuȝ. Hic igit nō est defectus armorū īmo defectus bellatoris arma ipsa τ fortitudinē abijcientis. Que etiā si persisterēt victo vel capto aut interfecto bellatore nihil tamē per se possent. ¶ Attēde autē ꝙ licet virtutes
F
fortificent aīas humanas: tamē eas liberant a vulneribus: τ infirmitate originalis corruptiōis ī hac vita. Et ideo quantūcūq; fortes τ firme sint virtutibus anime humane: multa tamē infirmitate et vulnerate: τ circūdate sūt in vita ista. Perscrutatius autē: τ latius perscrutabimur de hoc in sequentibus scȝ in tractatu de tētationibus τ resistentijs: et plene de hoc intelligentib⁹ satisfaciemus. ¶ Debes autē
G
scire: q: volūtarie operationes sūt quibus maxime impugnant virtutes: τ hoc quoniaȝ virtutes vt supra diximus: aut volūtates: aut nō sine volūtate sūt τ ꝓpter hoc impugnant etiā scientias que virtutes sunt: quoniā voluntati cōiunctissime sūt: vt pote erigentes rectificantes: τ viuificantes ipsā: et propter
Nota.
hoc ipsa cadente τ moriente q̄ntū ad vitā hanc scilicet gratie cadūt τ moriunt ipse. Sciētie vō mortue a volūtate separate sūt: et ꝓpter hoc nihil ad eas de errore aut peruersitate volūtatis. vn̄ τ perfectissime esse possunt cū peruersissima voluntate nihil ei pertinet de geometria vel grāmatica ad rectitudinem vite vel volūtatis: aut ecōuerso pessimus eniȝ hominū potest esse optimus geometer vł grāmaticus. Iā igit soluimus illud: quare soleocismi vł bar-
Nota.
barismi voluntarij nō minuūt aut ledūt scientiā grāmatice. Scientiā aūt virtutē ex necessitate cōtraria esse oportet: peruersa igit voluntaria operatio lederet eā aut extingueret. De hoc aūt qd querebatur ꝙ multotiens nō videre visus habitū naturaleȝ nō minueret aut lederet. Respondemus: quia totiens τ tam diutinuȝ posset esse ꝙ omnino illū extingueret τ tale ꝙ velut quies ei esset: τ ideo illū efficeret ac roboraret. ¶ Si quis autē querat: si omnino extinguun-
H
tur virtutes quomodo tā facilis est resurrectio ad illas et opera illarū. Quidā adeo facile et cito resurgunt a lapsibus nō tardi: tamē ad penitentiam vt castitas nō videatur in eis extincta fuisse: sed admodicū dormiuisse. In quo respōdemus ꝙ quēad-
Similitudo.
dum carbo subito extinctus adhuc remanet calidus: calore quodā qualis inuenitur in cineribus: τ ideo facilius reaccenditur ꝙ sit infrigidatus penitus: τ aqua frigida humectus aut lotus sit. Et in quibusdā carne lubrici se hȝ qͥ eis etiā post lapsū remanet quidā calor. id ē amor caste viuēdi. Lōge q̄dē distās ab ipsa virtute castitatis: quēadmodū calor in carbone extincto subito remanēs ab ardore ipsi⁹. In his igr facile reaccēdi potest ꝑ gratiam penitudinis virtutis castitatis. Quidam vero remanent non solum extincti: sed etiam frigidi τ madidi: hi sunt qui post lapsum remanent torpidi vel torpentes: et iste torpor est in eis frigiditas spiritualis. Remanent etiā
Torpor spiritualis.
madidi reliquijs q̄busdā p̄terite voluptatis: et hoꝝ

resurrectio lōge difficilior est: quēadmodū reaccensio carbonū qui post extinctionem frigidi ꝛ madidi sūt facti: ꝛ sicut lignorū de aqua frigida extractorum vel exeuntiū. Inde est ꝙ dum in delicijs sūt aut in deliciarum reliquijs siue etiā preludijs anime humane seu homines: difficilis est reuersio seu cōuersio ipsorum: quēadmodū difficilis accensio lignorum aqua

Epilogus. frigida aspersorum: ꝛ adhuc distillantiū. Iam igitur diximus essentiā virtutis sm̄ omnē intentionē ꝛ modum: ꝛ declarauimus perfectiones eius seu differētias quib⁹ perficit in eo ꝙ virtus veri nominis ad

Nota. hoc vt sit virtus simpliciter ꝛ nō sm̄ quid. Firmitas videlicet vniuersalitas rectitudo nō diminuta: sꝫ extensa vsqꝫ ad finē vltimū qui est deus: deinde viuacitas que sufficiat mouere mentē humanam: ꝛ erigere atqꝫ eleuare a langore presētis corruptionis q̄ mortem contrariā nullatenus sustineret: hoc aūt ē separatio a deo qui est vita animarū: ꝛ hec separatio est separatio offense qua amor gratie inter deū: ꝛ mentem humanā rūpitur ꝛ amica dei esse desinit. donec eidem ꝑ penitentiā recōcilietur. Diximus etiam ꝑfectiōes que sunt veri ac sancti amoris atqꝫ purissimi quibus perficit ad eminentiam ꝛ cumulum. Dixim⁹ etiā species amoris: ꝛ modos oēs: differentias earum

I ab inuicē. Post hec vero dicemus ea que restant de his que cōmuniter pertinēt ad virtutes cū ostenderimus etiā differētias triū nominationū quibus interdum nominari vidētur virtutes: videlicet dona virtutes: ꝛ fructus: sicut legit ad Gala. v. Fructus aūt spiritus est charitas gaudiū pax patientia ꝛc. Quartā nominationē addūt quidā: videlicet beatitudinē. Octo eni virtutibus que nominant in. v. mathei. Promittit ipsa veritas beatitudinē: quemadmodū dicit. Beati pauperes spiritu. Et in hac q̄dem declaratione siue distinctiōe nō est ea vtilitas q̄ disputationē aut inuestigationem requirat: sed ꝓpter homines erroneos ꝛ ībecilles qui sub ꝑtextu theologicorū querūt grāmaticalia nesciētes differētias horum ad illā. Ideoqꝫ de his tumultu multo contrātur. Et vt ita dicamus de deo vanissime cornicant. Dicemus tibi ratiōes istarū nominationū. Quo-

Donum q̄d. niā igitur iam alibi didicisti. q: donū est datum irredibile. Hoc est tale datū quod recipientis efficitur

Donare q̄d. Unde donare proprie est suum accipiētis facere: q: igitur suū fit donū accipientis: merito nō est cure illud tenetur reddendo illud datori vel alij. Non autem ita est de pecunia data mutuo siue de dato i mu-

K tuo. Quare manifestum est: q: omnis virtus: q̄ vel est datū optimū ꝛ donū perfectū de sursum est descendens a patre luminū: vt ait Iacobus in primo ex necessitate est donū: q: vnaqueqꝫ talis largitate diuina sua facta est accipientis: et ideo donū quāq̄ verum sit ex. xxv. math. et. xix. luc. quia vna queqꝫ data est possessori suo mutuo: sicut talentū ad negociandum ꝛ sic mna. Nō oportet aūt: vt detineam⁹ te in declarādo q̄lit dona dei ei⁹ sūt ꝛ ei⁹ remanēt: postq̄ ea nobis largitus fuerit nr̄a efficiūtur: nullū em̄ bonorum alienat a se largiēdo quod in alijs donatio-

Nota. nibus nō inuenitur. Causa autē in hoc est dominantissime potestatis eius: ꝛ imperiositatis vniuersalitas a qua impossibile est aliquid eximi et ꝑ quam necesse est: quicquid cadit vel cadere potest in vniuersalitatem: siue in vniuersum subiectum eidē esse subiectione vltima ꝛ possideri ab ipso possessione plenissima. Nihilominus autē ꝛ dona eius sunt accipientiū et habentium ea: vides igitur quia oēs virtutes naturales ꝛ gratuite dona dei sunt ex ipsa ratione: eius quod est donū: propter hoc dicitur in ꝑmo iacobi: data optima ꝛ dona ꝑfecta propter quod et augustinus dicit. Inter dona dei maximū charitas.

¶ Q̄ si quis quesierit: vñ vius ille inoleuerit: ꝙ se- L
ptem dicuntur esse dona spiritus sancti/ Et cū de donis spiritus sācti sermo est sacri doctores ꝛ scolares de hmōi donis solūmodo agi intelligunt. ¶ Respondemus: q: aliquādo visum est nobis septem illa dona magis in recipiēdo consistere q̄ in effluendo seu emanando: cum eni virtutes in eo ꝙ virtutes ꝑncipia videant esse quorūdam voluntariarū oꝑationū vt sepe diximus. Ista septē dona magis videbantur Septem dona spiritus sancti.
nobis ꝑncipia esse quodāmodo passionū: hoc ē aptitudines receptionum: a fonte gratie in mentem humanā descēdentiū ac defluentium. Sapere eni ꝛ degustare spiritualis delicias ac sapores magis est recipe ac influi q̄ effluī. Silr ꝛ intelligere spūalia ac diuina. Intelligere inq̄ intellectu qui est donum: magis videt nobis illuminari siue lumē recipe q̄ lumē hmōi intellectu agere vel effluere. Iuxta hunc modū videbatur etiam nobis de dono consilij ꝛ hoc est: q̄si viri sācti de dono isto vel sibi vel alijs cōsuluit. De hmōi dono non videbātur nobis sentētias consiliorū velut de thezauro memorie ꝓferre aut de fonte peritie illas effluere sed potius ipsa hora illuminari cōsultationis et lumina recipere: q̄bus non videntibus sua pericula ipsi efficiātur vidētes. Iuxta illud quod legitur in. Iob. xxviij. Oculus sui ceco.

Similiterquoqꝫ de dono fortitudinis: q̄d ipsum esset Nota.
aptitudo q̄dam ꝛ abilitas ad recipiēdam cōfortationē desursum. Cōfortari autē magis est recipere q̄ agere: et ꝓculdubio quia aliud est esse fortem aliud esse confortabilem: vt ita loq̄mur: aliud est virtus q̄ fortitudo dicit: aliud donū q̄d in ista numeratione fortitudo nominat. Iuxta vias istas de dono scientie que ꝓprie est boni ꝛ mali: q: ipsū scire siue videre i bonis ꝛ malis ē illuminari: ꝛ lumē q̄ddā de sursum recipere nō sicut ex thesauro elicere: vel ex fonte ꝓfluere. Et de dono pietatis. Similiter. Pietas Pietas.
eni hec cōgruentius intelligit veneratio siue reuerentia sanctorū: hoc est omniū eorum que sacra sūt. In primis dei ipsius qui est sanctus sāctorū: et omnium sanctorū. Reuereri eni sancta seu venerari interius hoc est corde nō videbatur nobis aliquid agere: sed magis recipere ab ipsis sāctis: eodēmodo de dono seu spiritu timoris sentiendum putabamus. Qui eī timet magis pati recipere videtur q̄ agere: ꝑterea nō videt virtuose vl' virile aliquid agere qui timet. Fuga eni potius videt infirmitatis esse q̄ virtutis.

¶ Quidā autē addiderūt huic rationi nostre: quia M
septē ista dona ideo specialit' dona dici obtinuerūt Septem dona spiritus
quia septē dn̄ice orationis petitionibus: ꝛ petunt ꝛ in petitionibus oratio-
impetrant: sicut inuenies in scriptis eorū: ꝛ in libel nis domini
lo beati Bern̄. qui sic incipit. Quinqꝫ septena. Tu ce.
vo ne decipias animā tuam in his que grāmaticalia pene sunt nec multū cures vtrum dona an virtutes nominent: q: ꝛ reuera et dona sunt ꝛ virtutes cū vtriusqꝫ noīatiōis ratio eis cōueniat. Sapiētia eni virtus est de qua hic agimus: et fortitudo maxima est fortificās possessorē suū: sicut legitur Eccl'ie. vij. Sapiētia cōfortauit sapiētem sup decē pn̄cipes ciuitatis. Et iterū: ꝓuerbiorū. xxiij. Vir sapiēs fortis est ꝛ doctus robustus ꝛ validus: ꝛ multa alia hmōi.

et iuxta hunc modum oīa opera mandatorū ope-
ra iustitie sunt quocūq; modo fiant. et hic est modus
quo dicit Augustinus: duas esse partes iustitie: de-
clinare a malo et facere bonum. Similiter et istud iu
stitia est que nec miserum facit nec miserū deserit: et
hec iustitia diuiditur generaliter in innocentiam et
beneficētiam. per innocētiam enim declinamus in-
debita et illicita: hoc est nocumēta quecūq;. Per be
neficentiā vero vel agimus ipsi quātum in nobis est
vel procuramus debita bona: et horum duorū bo-
norum debitores sumus. Debemus enim declinare
nociua et facere bona: hoc est vtilia et salutaria. Justi
tia vero qua ius suū vnicuiq; tribuitur: scdm vtrāq;
acceptionē istarum intelligitur: quia quodāmodo
Jure deum ius dei amari: timeri: sane iustitia quā diffinit Tul-
amamꝰ et ti lius in libro de officijs: in qua vt dicit est maximus
memus. splendor honestatis: et ex qua viri beati nominātur.
Justitia est rectorum siue presidētium cum habue-
rit sex illas partes: quas ei superius attribuimus.
Cum enī rectores a deo regunt et presidētibus ipse
presidet deus: hoc est cum rectores aliorū deo ple-
na subiectione obediunt cum fideles cum veri in fa-
ctis: veraces in dictis: equi i negocijs: seueri simul
atq; clemētes in subditos sunt: ea pollent iustitia in
qua est maximus splendor honestatis. Fulgent enī
in genere humano huiusmodi rectores sicut lumi-
naria magna: illumināt etiam subditos eruditione
sua et disciplina: sicut dicitur alibi. quorum doctri-
na fulget ecclesia vt sol et luna. ¶ Secunda vero intē
tio iustitie in rebus tēporalibus vel oblatis: vel ac-
commodatis: vel alias debitis: sicut cēsus vectiga-
lia et similia necessaria videtur: propter hoc qđ di-
B ximus videlicet: quia nō aliter liberari videtur de-
Questio. bitor: nisi animo reddēdi talia exhibeat. ¶ Si quis

autem querat de aliquo: qui debet exercitum rege-
re: et vocatus venit in exercitū magis amore rapien
di tam ab hostibus regis: q̄ animo seruiēdi seu ser-
uitium huiusmodi reddendi. vtrum satisfaciat regi
suo sic veniens in exercitum. Respondemus: q2 regi
satisfacit exterius et cupiditas: licet iniquitas sit nō
impedit cum ibi militare seruitium: immo promo-
uet et adiuuat. Quanto enim maiori cupiditate ar-
dēt in bona hostium: tanto in oppugnatiōe eorum
feruentiores sunt. Uerum si cupiditas hec detra-
heret militari seruitio: non satisfaceret obedientie
debite regi. nec est impossibile vnum opus duos fi
nes habere: et per vnum opus aliquādo duos fines
intēdere. vno enim et eodem seruitio nihil prohibet
seruum intēdere honorem domini sui: et propriū cō
modum vel alienum: sic et nos dei honorē simul et no
stram salutem vno et eodez opere querere possibile
est. ¶ Q; si quis querat: vtrum seruitiū prenomina B
tum: videlicet exercitꝰ: an cupiditatis: an iustitie sit:
an amborū simul? Respondemꝰ distinguēdum esse:
an cupiditas sit causa mouens et efficiens prestandi
huiusmodi seruitium: an sit ingerens se et incidēs: et
similiter de iustitia obedientie. si enim intēdit domi Nota.
no seruire ad oculum seruire tantum: videlicet non
curans de iure domini vel victoria: sed volens solū-
modo consulere cupiditati sue. Manifestum est: q2
opus huiusmodi solummodo cupiditatis est. simu
latione enim iustitie vel obedientie illudit domino
suo: pellem igitur solam (vt ita dicamꝰ) siue specie;
iustitie habet opus illud: veritatē autem cupidita-
tis similiter se habet et i monacho: qui de virtute obe-
dientie aut merito oīno non curans: sed sola cupi
ditate aut ambitione illectus: et abstractus priora-
tum recipit. Si autem econtrario se habet vt iusti-
tia et obedientia causa mouēs sit et efficiens predicti
operis: cupiditas autem incidens erit opus illud
iustitie et hoc est: quoniam cessante oīno cupidita
te nichilominus fieret opus istud per iustitiā. ¶ De C
bes autem scire q̄ non oīs cupiditas vt vulgares Cupiditas
loquantur mortale peccatum est: quēadmodū mul-
tis accidit in predicto casu. Multi nanq; bona ho-
stium concupiscūt et hostibus illa auferunt: quia sci
unt iure bellādi hec sibi licere: et iusto bello acq̄sita
sua facere alias ea nullatenus vel cupere vel inuade
re cupiētes. Huiusmodi ergo cupiditas (vt ita loq;-
mur:) videlicet que iustitiam sic sequit̃ non est mor- Cupiditas
tale peccatum: et quandoq; etiam nullū peccatum. qñ mortale
Interdum vero et meritoriū esse potest: si quis enim pctm qñ nō.
cupiat arma inimicorum fidei vel castra: vel muni-
tiones: aut equos: seu quecūq; alia cupiat int̃q; hac
de causa ne per illa noceant religioni christiane cui
hoc dubiū esse potest: quin hec meritorie fieri pos-
sint. ¶ Exemplū autem euidentissimū premisse di-
stinctionis est in opere coniugali: cui quandoq; cō-
cupiscētia dat causam vt verbo iuris vtamur: et hoc
ex desiderio voluptatis exercetur: quādoq; vero iu-
stitie opus est: videlicet cum animo reddēdi debitū Nota p cō-
agitur: tunc enim incidit voluptas carnis: sine qua iugibus,
aut vix: aut nunq̄ illud exerceri possibile est. Sunt
et alie questiones fere innumere circa iustitiā et po
tissimum circa obedientiam. ¶ Utrum enim mona- D
chus sciens se carne esse lubricū et alijs passionibus
carnis infirmum: sciens sibi bene esse in claustro. in
mūdo vero premissis periculis et alijs exponi se de-
beat exire de claustro ad preceptum abbatis: et re-

cipere portatū foris in medio huiusmodi periculoꝝ multorū. Quibusdam enī videtur: ꝙ adeo debet cōfidere de virtute obedientie: vt pericula huiusmodi vincat et euadat. Attēdēs qꝛ Petrus virtute hmōi fretus atqꝫ suffultus super mare pedibus ambulauit: sicut legitur Mathei decimoquarto. Et beat⁹ Maurus sancti Benedicti discipul⁹ lōgo tractu super aquā simili virtute preditus cucurrit: verū priuilegia paucorum: siue iubentiū: siue obediētiū nō faciunt legem communē: quāmꝙ verū sit: qꝛ Petr⁹ omnipotētis domini virtute iubentis hec fecisse merito credēdus sit: ꝛ Maurus merito tanti patris iubentis virtute dei ab aquis sustentatus sit. ¶ Nobis autem videtur ꝙ in huiusmodi casu quē posuimus: si obtinere non potuerit monachus supplicationis instantia vt abbas mandatū huiusmodi reuocet: significare debet illud episcopo loci: ꝛ de ipso similiter si voluerit adhibere remediū: ꝛ munire se appellatiōe: qꝛ procuidubio grauatur manifeste. ¶ Nec videtur nobis ꝙ abbas et potestate vel officio suo possit huiusmodi pericula precipe. Potestatē enim illam dedit deus in edificationē: ꝛ nō in destructionē: sicut legitur secūde ad Corintheos vltimo: ꝛ iterū ibidem. Nō possum⁹ aliud aduersus veritatē: sed pro veritate. ¶ Q. si dixerit quis: qꝛ illa pericula incerta sunt: que dicit se timere monachus: periculū vero inobediētie certum est ꝛ euidēs: Respondem⁹: qꝛ non est verum. Non enī est inobediētia vbicūqꝫ non fit iussum: sicut nec iniustitia vbicūqꝫ non sit iustum: quemadmoduꝫ enim lapis non est iniustus: quāuis non faciat iustum siue iuste. sic nec iste monachus inobediens est. ¶ Ampli⁹. Ubi non habet quis potestatem imperandi: ibi non habet locum inobedientia: si eidem non paretur: ꝛ hoc nobis hic videtur: ꝙ non habet abbas auctoritatē vel potestatē tam periculosa imperandi. ¶ Et si quis diligētius consideret: non videtur abbas imperare vt abbas: hoc est vt pater et minister salutis: sed magis monachū exponere periculis: ꝛ tradere bestijs vitiorū et demonum deuorandū: vt hostis. Tolerabilius autē longe esset monacho illi sententiam excōmunicatiōis icurrere vsqꝫ ad expulsionē monasterij: ad quam si veniretur: necesse habet tunc vel iussum abbatis iplere vel ad aliud monasteriū se transferre: nisi per superiorē contra hoc remediū obtineret. Ubi vero dubitat subditus an id licitū an illicitum sit: quod iubet prelatus determinatū est: qꝛ parere debet iussui prelati. causa autem in hoc est: quoniā in huiusmodi dubijs ad consiliū prelatorum recurrēdum est et eidē standū. in hoc enim subditis prepositi sunt prelati: vt in huiusmodi cōsulant eisdem. Si tamen ea fuerit imperitia prelati: vt merito in talibus nō sit consulēdus ad prudētiorū consilia recurrendū erit.

F ¶ De ministerio vero qui scit iniquo iudicio condēnatum esse innocentē ad mortē: ꝛ iubetur eū suspēdere. non credimus ꝙ teneatur: immo potius mortem subire. Consiliū autēꝫ in hmōi casibus est, pcurare liberationē innocētū siue per retractationem sententiarū iniquarū quas hic scribere nō est pñtis ppositi: qd enim legitur Prouerbiorū. 23 Erue eos qui ducuntur ad mortē ꝛ eos qui trahuntur ad interituꝫ liberare ne cesses: ad omēs pertinet prout vnicuiqꝫ facultas talia faciendi a deo concessa est. Intelligimus autem hec de innocēter ad mortē tractis iuxta litteram: facultates autē liberandi itelligimus his

Uirt⁹ obedientie.

Priuilegia nō faciunt legē cōmunem.

Cōsiliū auctoris.

Nota.

Abbas vt pater.

Nota hunc locum pro tortoribus

Nota.

preces: potentiā: prudentiā: per quā interduꝫ caute occurritur malicijs. Cum aūt nulli obediēdū sit: nisi ppter deū: videlꝫ inquātū minister dei est: sicut legitur ad Ro. 13. Et hoc est dicere ratiōe ministerij: nulli ꝯtra deū obediēdū est: ꝛ si excesserit fines ministerij sui siue officij iubēdo: scꝫ ea q̄ ad officiū suū nō ptinēt: nō est necesse vt eis obediat: ꝛ h⁹ ē qd legitur sup illū Mat. 23. Que dicunt facite vbi auctoritas supplet: et cathedra quod est dicere ex officio seu magisterio. De principe vero qui habet iniustū bellū: si notorie aut manifeste iniustum est: videtur nobis ꝙ subditi non tenentur et ad exercitū in huiusmodi bello: neqꝫ iuuare eum in hoc. Si qui aūt de subiectis adeo potentes fuerint: vt possint ei in hoc contradicere et resistere credimus: ꝙ tenentur ad hoc: vt per eos reuelet multitudo nimiorū subditoꝝ ꝛ a pctō iniuste bellādi ꝛ ab oppressiōe qua cōpellatur ad illud. Hmōi ei pnceps furū est atqꝫ raptorū: cōpellēs subditos ad furta rapinas: incēdia: sacrilegia: homicidia: et alia innumera maleficia. Bello enī iniusto nō alia fiūt: quapropter si esset qui de eo iustitiā faceret: nō tanꝙ fur aut latro: nec tanꝙ incēdiarius aut sacrilegus: aut homicida tantū iudicādus esset: sed tanꝙ talis ꝛ insup tanꝙ ille qui oppressionib⁹ subditos suos tales esse cōpellit. Q. si dubiū est de bello: an iustū sit: iputādū ē pcerib⁹ si pncipē in pte ista seqnt anꝙ plenū discussum atqꝫ declaratū sit iustū eē bellū: ꝛ meli⁹ est eis viiniq oppssiōis ab hmōi tyrādo pati ꝙ fauere ipsi⁹ lichtati: ꝛ iniq agē cū ipso. Expediret aūt vt hmōi holsuaderet qꝛ nec deū hēret adiutorē: et qꝛ merito timēdū eēt ei: ne multitudo subditoꝝ in ipo discrimine ꝑlij ipm desererēt p eo ꝙ ꝯ deū ꝛ iustitiā ad bellādum eos cogeret: ꝛ qꝛ ei assisterēt nō ex corde vt sic deterit⁹ a tā ipio ausu desisteret. Jam ḡ diximus tibi iustitiā ꝛ ptes ei⁹ ꝛ opatiōes ei⁹ duas ꝛ plibauim⁹ tibi qōnes aliquas que sunt circa eas. Reliqua scolasticis disputatiōibus relinquentes.

¶ De tēperantia incipit dicere post tractatum de iustitia: ꝛ primū de vocabulo ipso: qꝛ tēperātia a tēperando dicta est: qua attemperantur que nimia sunt ꝛ preciduntur. Deinde ad eius species descēdit multas subtexens questiones.

TEmperātia vero ipsa nominatione sua innotescere potest tibi vtcūqꝫ: nominatur vero a tēperamento quo quod nimis est preciditur: ꝛ hoc i his que corpi nostro seruiunt. ¶ Huiusmodi pma est in vsu mulierū: vbi virt⁹ tēperantie omnē vsum alienarū precidit solum vsuꝫ vxoris concedēs. et in illo etiam superfluitatē: ꝛ vehemētiam non patitur: ppter quod dicit Augu. qꝛ vehemens amator vxoris proprie adulter est: pcedit enī ista vehementia vsqꝫ ad extorsionē voluptatis: et vsqꝫ ad violētiam nature: ꝛ vsqꝫ ad inquirēda incētiua luxurie: ꝛ vsqꝫ ad feditates innominabiles: ꝛ vsqꝫ ad abusiones etiā abominabiles: ita vt vxor nō vt vxor: sed tanꝙ meretrix. Nec vt vas in sanctificatiōe ꝛ honore possideatur: sed in passiōe desiderij: ꝛ vt vas execrāde turpitudinis habeatur: sicut docet Apostolus in quarto pme Thessaloñ. ¶ Secūda pars est in vsu ciborum ꝛ potuū: circa quā duo vitia sunt notissima: videlicet gula siue commessatio: que in vsu ciborū: et ebrietas que in vsu potuū: qui vterqꝫ magis abusio est. ¶ Tertia in vsu eorum: quib⁹ corpora nostra protegūtur. Et horum alia sunt vestimenta: alia habitacula. Horum autē duorum dicitur vsus intēgans

E

Nota etiaꝫ hoc.

D

Nota.

J

Nimius amor vxoris adulteriū ē

Gula.

Ebrietas.

et nimius luxus: ꝛ inuenies in genere hominū quosdam ita deditos apparatui vestimentorum: vt ꝛ vestimētis annexorum: qualia sunt fibule: anuli: cinctoria lacune: vt nullū aliud bonum vel amare vel etiā cogitare videantur. Inuenies alios nō minus speciositati et magnificētie domorum deditos sicut dicit Seneca. Reuias pce et edifices luxuriose. Quod quidem multi faciunt.

Castitas prima pars temperātie

¶ Prima igitur species seu pars tēperātie castitas a castigādo rebellionē: ꝛ petulantiā carnis: que cū eousq; inualuerit: vt etiā cōiugale remediū non querat sed abdicet sāctimonia vocatur. Unde ꝛ sanctimoniales vocātur mulieres sancte: que ita omnem voluptatē libidinis a se abdicauerunt: vt etiā nuptias amore celestis sponsi reliquerint. Accidit ergo castitati sanctimonia esse: qm̄ iam ex hac perfectione sanctimonia ꝛ est et dicit. Similiter accidit ei eē virginitatē ex itegritate carnis siue porte carnalis. Sicut enim dicit apostolus in ii. prime ad Cor. Uirgo si nubat nō peccat: impossibile eni est aut aliqua virtus amittatur nisi p peccatum.

B

Nota bene

¶ Si ergo virgo nubat: ꝛ nupta debitū coniugale marito reddat: nō propter hoc amittit virtutē qua prius dicebatur virginitas q̄re remanet ea virtus i illa post contractum matrimoniū. Sed reuera desinit ꝛ vocari ꝛ esse virginitas. Sicut ipsa mulier desinit et vocari ꝛ esse virgo. Uirginitas eni nomen est ꝛ ab accidente impositum virtuti castitatis vt diximus: quēadmodum ꝛ virgo. Nec seq̄tur. Hec mulier habebat virginitatē ꝛ modo nō habet virginitatem: ergo amittit virginitatē. Quemadmodū nō sequitur. Iste habebat scutum albū: et modo nō habz scutum albū: ergo amisit scutuz album. Si eni scuti albedinē solum amisit et denigratū fuerit. Ueruz est

Similitudo aperta.

Iste homo habebat scutum album: et modo nō habet scutum album non tamen amisit scutum album vel nigrum: quia nullius coloris scutum amisit. Expressius autez simile videtur de illo q̄ habebat taurum: et fecit ipsum castrari iuxta rusticanam intelligentiam. Habebat taurum et modo nō habet taurum: non tamen amisit taurum. Si mulier et āte nō habeat bouem: et modo habet non tamen propter hoc bouem acquisiuit. Idem enīz est: ac si diceretur hanc det castitatem cuz integritate carnis: et modo non habet castitatem cum integritate carnis: cum coniugale debitum reddiderit non tamen amisit castitatem cum integritate carnis nec etiam sine integritate.

L

Sobrietas secunda pars temperantie.

¶ Prima ergo pars vel species vel ramus temperantie castas nominatur et continentia. Secūda nominatur sobrietas siue abstinentia et opponitur ista virtus duobus viciis prenominatis. Nec mirum si vna virtus opponitur duobus viciis aut etiam pluribus. Quemadmodum enim sanitas mētis est vt supra diximus virtus: et quemadmodum equalitas quedam. Una autem sanitas opponitur omnibus egritudinibus et vna equalitas omnibus inequalitatibus. ¶ Tercia vero que opponit generalit luxui non habet nomem determinatum apud nos. Frugalitas ei: ꝛ parcimonia in victu tātū videnī esse: et ad victualia solummodo respicere.

Frugalitas et parcimonia.

Modestia.

Quarto non irrationabiliter addiderunt quidam: ꝛ vocant eam congruentissimo nomine modestiam. Ista est que moderatur incessum: et totum motum corporis ipsum: similiter et vocem. In huiusmodi enim quidam immoderati sunt ꝛ incōpositi vt nō moueri voluntarie tanq̄ homines: sed magis ferri inordinata exagitatiōe videantur: qui vero composite et decenter in his se habent modesti vsualiter vocantur. Quattuor ergo erunt vel rami vel partes virtutes temperantie: ꝛ vsus earum videtur esse circa ea que corporis sunt vt diximus. Q. si quis dixerit q̄ omnis virtus media inter duo vicia que sunt secundum superfluitatem et indigentiam debet esse temperantia quemadmodum dispositio media inter calorē nimiū ꝛ nimiū frigus tēperantia est duorum illorū. Respondemus: q: temperātia secundū intentionē presentē circūcisiua est excessuū in quatuor rerū generibus iuxta quattuor eiusdem partes vel ramos: ꝛ illa sūt propria materia ipsius opationum.

Temperantia large de omni virtute dicitur.

Nemo autē dubitare debet: quin nomē temperantie dicatur secundū largā intentionē ipsius de omnibus virtutibus que sūt medietates inter superfluitatē ꝛ indigentiā. Quia profecto vitia huiōi distemperantie quedā sūt ꝛ excessus mali. Uerūtamen virtus tēperātie maxime videt resecatrix supflui incōptum superfluū: propter qd̄ dixisse videt seneca: quia temperātie est facere: ne quid nimius subaudis sit in sermonibus aut operibus nr̄is in materiis preiominatis. Q. si dixerit quis: q: in cibis et potib⁹ potest esse nimis et parū siue superfluitas et indigentia. Quemadmodū eni cōtingit aliquem interdum nimis comedere vel bibere: ita ꝛ parū ꝛ nimis iusto vel debito. Quidā eni ieiunāt vsq; ad euacuationē capitū: ꝛ vsq; ad eam debilitationē corporis: q̄ eos ad alios sāctos labores ꝛ sacras exercitationes impotentes efficit ꝛ ineptos.

M

In quo potest dici iuxta verbū Senec. quia virtus tēperātie. id est abstinentie i casu huiōi prouidet et efficit: ne quid nimis sit: vel in comedendo: ꝛ vtrūq; precidit supfluū siue nimiū: et ad hoc habet oculū intentionis sue per se: nō vt qd̄ parū est de cibo suppleat: sed vt qd̄ est nimium afflictione ieiunij precidat. Qd̄ ergo supplet tibi diminutio seu paruitas vsq; ad debitā mēsuram: consequens est: ꝛ comitans abstinentie intentionez seu temperantie abstinētialis: precisio vero nimietatis ab afflictione et debilitatione carnis per ieiunium per se finis est proximus et intētio imediata tēperātie istius: ꝛ hoc videtur Seneca sensisse in verbis p̄missis.

Seneca.

Nota.

¶ Q. si dixerit q̄d ē est dicere ne sit nimis in paruitate cibi: sed ne magis sit nimis in afflictione carnis ex paruitate cibi: qd̄ est: ne sit indigentia i cibo: et ideo hoc intendit temperantia sicut et illud. Respondemus: quia nec hoc per se intendit temperātia scz ne sit i nimis puitate cibi: sz magis ne sit nimis in afflictione carnis ex paruitate cibi. Temperantie enim interioris: intentio esse videtur castigatio carnis atq; repressio per moderationē cibi: ꝛ potus: ne immoderatio effrenem illam faciunt spiritūq; rebellem. Nemo dubitat quin hoc intendat omnis vir abstinēs per abstinentiam temperantialem vt ita loquamur.

N

Abstinētia.

¶ Sūt enim et alie abstinētie: quedam enim abstinentia iustitia est vindicans dei iniurias et cōtumelias in carne nostra: et quedam est sāctitas sanctificans corpora nostra per ieiunium: et quedam iterum est obedientia per quam non aliud intendit abstinens seu ieiunās: nisi obedire statutis ecclesie dei. Sunt forsitan et alie. Nolumus autem immorari in huiusmodi: quoniam ad alia festinamus: cōtēti vt apiam⁹ tibi vias aliq̄s exercitationū ꝛ dem⁹ tibi occasionē maiora ꝛ sublimiora videndi in his.

Epilogus

Iā igr̄ ptrāsiuim⁹ de septem donis: de duode

cum fructibus: de octo beatitudinibus: de quatuor cardinalibus virtutibus pauca dicentes de his pro amplitudine ac profunditate ipsorum: multa aliis reseruantes.

Non potest bene summari propter varietatem et multiplicitatem rerum de quibus disputat.

Post hec tentauimus inuestigare et stabilire numerũ virtutuz siue donorũ siue gratiarũ: quibus spiritus dei ornat celos: id est celo ipso celestiores animas sanctoruz: an dona vero an virtutes: an gratias eas vocemus tu ne curaueris propter causas quas diximus. Jaz igitur numerauimus tibi et nominauimus quinq; virtutes apprehensiuas: que sunt sicut quinq; astra micãtia celum serenissimũ: vis siue virtutis nostre intellectiue sua luminositate illustrãtes. Harum prima fides est cuius vtilitatẽ et necessitatẽ in capitulo speciali de illa patefecimus: et hec etiã idipsũ licet via altera faciemus. ¶ Dicimus igitur: q2 cuz sit nobis deo seruiẽdũ siue viuendũ: necesse habemus vel ipsum vt cunq; cognoscere: et hec ipsa q̃ diximus similiter videlicet q eidẽ nobis seruiendũ est atq; viuendũ. Impossibile enĩ manifestũ est omnino ignoto a

Quinq; virtutes apprehensiue.

O quoq; seruiri. Impossibile similiter est aliquẽ ad seruitutẽ alicuius sponte accedere sponteq; illaz suscipere nisi cui aliquo modo huiusmodi seruitutez nouerit deberi sz neq; nosse cuiq; possibile est: nisi ei q̃ talia de ipso nouerit: ꝓpter que illi seruitus huiusmodi debeatur. Accedẽtibus igitur ad dei seruitutẽ eamq; suscipiẽtibus necesse est deũ nosse et insup talia de illo ꝓpter q̃ merito sit ei in seruitute hmõi seruiendum. Hmõi autẽ noticiã fidẽ vocauimus et vocamus: qua scilicet creditur deũ esse: tantusq; talis cui merito hmõi seruitus debeatur: necesse etiaz est vt ista sic credãtur: vt ipse modus credendi seruitus vel seruitiũ sit nõ contumelia aut iniuria illius cui seruiendũ sit: cum ipsa hmõi fides caput sit et fundamentuz hmõi seruitutis: hec est religiose: et q̃ grece latria dicitur. ¶ Ex his igitur declaratum est tibi: q necesse est fidem hmõi esse non solũ in deo seruientibus sed etiã in accedẽtibus ad ipsuz: sicut dicit Apostolus in .xi. ad hebreos. Credere ei inquit oportet accedentẽ ad dñm: quia est: et inquirentibus se remunerator sit. ¶ Radix autẽ euidẽtissima p se: et cuius ignorantia gladio et igne exterminanda est: illa est: quam posuimus videlicet: quia deo seruiendum est ac viuendum: et hoc ab vnoquoq; qui ad hoc potens est vel idoneus est per naturam: quod dicimus

Fides.

Latria.

P propter paruulos mõriones et furiosos vel aliter inuisibili impedimento prohibitos. ¶ Ex hac radice seq̃tur euidenter vt ostẽdimus fidem esse i deo seruiẽtibus vel ad eius seruitutẽ accedẽtibus. Declaratũ est etiã per eandẽ radicẽ: eam esse de necessitate huius virtutis ita vt ea remota remoueatur et huius: cũ ipsa caput et fũdamẽtũ sit huius seruitutis q̃ vera religio nominatur. ¶ Hac aũt stabilita videlz fide: facile est stabilire prudẽtiaz. Quis ei nõ videat in huis necessariã eẽ prudentiã: q̃ sibi cõmissa et ad honorẽ dñi dispẽsẽt: et in illis ad lucrũ dño negociẽt. Si in huis dñoꝝ tpaliũ tpalis req̃ritur prudẽtia: ne p cõtrariũ id est imprudentiã bona dominoruz dissipent: et per prudẽtiã ea conseruẽt et multiplicẽt: et hoc vel fructu vel essentia: quanto fortius in dei huis prudẽtia spiritualis requirit: vt bona eiusdẽ vel in se vel i aliis etiã eis cõmissa cõseruẽt honorifice et lu-

Prudentia seruientibus est necessaria.

crose dispẽsẽt: p quã põderare numerare et mẽsurare nouerint sibi ꝯmissa et acq̃rẽda: q̃cq̃d maiori honori sit dño. Quid magis placiũ: q̃d magis lucrosũ. Del de ipsa negotiatiõe manifestũ est q ipsa est que per se stabilit prudentiã istam. Quare sic manifestũ est Q quia negociatores nos esse oportet sine dispẽdio rerũ nobis a deo cõmissarum: nostriusq; innumerabilibus periculis: necessaria est nobis valde prudentia. Ipsa enĩ est proprium lumẽ: quo dispẽsationũ et negociationũ et obsequiorũ officia illustrãtur atq; reguntur. propter hoc est tam crebro .mathei .xxv. et luce .ix. De prudẽtia seruoꝝ in negociationibus rememoratio fit. ¶ De dono vere scientie fallacias et deceptio falsorũ bonorũ et etiã verorũ prout tetigimus supra: fidẽ plenissimã facit: dũ innumerabiles inuoluit. Ab hmõi enĩ fallaciis et deceptionibus non est effugiuz absq; lumine reuelante ac detegente illas. Non est inq̃ in adulta etate diu hic viuẽtib⁹. ¶ Est et alia tenebrositas non parũ perniciosa mortalib⁹ q2 vera et magna bona nobis abscũdũt: falsis et modicis bonis illudẽtib⁹ nobis. Delicie sicq̃dẽ et diuitie R presẽtes honores: glie potentieq; falsi noĩs: se p veris ac magnis bonis oculis mortaliũ vetustate originali caligantiũ. Pro veris inq̃ ac magnis bonis se ingerũt atq; amore suo oẽs capiũt donec luminositate doni istius: hmõi caliginositas diffugeẽ. Nõ est igit necesse necessitatem tam salutaris luminis: vel alia radice: vel aliis ꝓbationibus astringi: cum manifestũ ac patentissimũ sit tenebrositate cõtraria capi totum genus humanum: captiuari: et in eterne mortis perditionẽ trahi. Hac enim tenebrositate creature dei i odiũ hominũ facte sũt: et in tentationẽ anime: et in muscipulã pedibus insipientium. Hmõi muscipule fallaciã detegit lumẽ istud hoꝝ laqueoruz vinculorum nexus: virtus huius luminis aufecat et disrũpit: immo vbicũq; illuxerit: ad splendorem eius vt somnũ euanescunt. ¶ Donũ vero intellect⁹ stabilit per ipsos modos loquẽdi imo loquelas varias seu liguas: quibus deus et bñplacita sua et nobis salutaria quodãmodo loquit. Quid autẽ a nobis magis necessariuz aut salutare q̃ intelligere dei beneplacita: et nostre saluti necessaria: propter qd legitur Prouerbioꝝ .xiiii. Acceptus est regi minister intelligens. Qualiter enĩ diuine volũtati obedire poterit: qui eã non intelligit. Preterea omnia signa omnia mysteria: oẽs figure inutiles erũt absq; hmõi dono: sicut docet apostolus prime ad Corĩ. xiiii. dicens. Si venero ad vos linguis loquens: qd prodero nisi vobis loquar: aut reuelatione: aut scientia aut ꝓphetia: aut doctrina: et alia hmõi multa de hoc in eodẽ capitulo legunt. ¶ Donũ vero cõsilii necessitas occurrendi pculis in nũerosa fide idubitata necessariũ esse manifestũ facit de quib⁹ multa supra diximus. Tu autẽ attende: q2 radices et principia ꝓbationũ solũmodo causa breuitatis ibi aperuimus. ¶ Si quis autẽ dixerit q quemadmodum quinq; sũt lumina sẽsus corporalis naturalis: ita debent esse sensus spũs: id est intellectus quinq; lumina gratuita: vel quẽadmodũ sunt quinq; lumina interiora naturalia in aĩa hũana videlicz imaginatio virtus estimatiua: mẽoria rõ et intellect⁹. Ita debẽt esse intellect⁹ quinq; lumina interiora gratuita: volẽs per hoc statuere quinq; lumina supradicta rethoricam magis suasionẽ et coniecturã debilẽ allegat nõ phisicã: aut theologicã ꝓbationẽ adducit. Tu autẽ

Donum scientie necessarium.

Nota.

S

Donum cõsilii.

Nota.

attende in his et inuenies q ea que diximus veritatem habent subnixam firmis radicibus: et armatam validis probationibus. ¶ Iam igitur stabilita sunt quinque lumina apprehensiuarum virtutum: que sunt fides prudentia: donum intellectus donum scientie et donum consilii: de quibus manifestum est q sine eis nec religiose: nec laudabiliter viuitur. Sine fide enim nec religiosa vita: nec dei seruitium inchoatur. Sine prudentia vero: nec laudabiliter et seruiri vel sine detrimento atque dispendio bona eius dispensari vel fructuose negociari manifeste impossibile est. Sine dono vero intellectus q multa necessaria atque salutaria ipsamque salutem multipliciter adiuuantia lateant aperte patet: mysteria scripturarum formas sacramentorum et alia signa intelligibilia intuentibus. Dono scientie vero quibus illusionibus ac deceptionibus falsorum minimorumque bonorum pateamus. Similiter et malorum nulli intelligenti dubium est. Donum vero consilii non habentes quot et quanta pericula ineuasibiliter circundent et obsideant soli norunt quibus est data videre illa. Ex his igitur apparet necessitas simul et vtilitas quinque huiusmodi luminum: hoc est virtutum apprehensiuarum.

Nota.

Multa pericula ex carentia consilii.

¶ De affectibus et affectiuis virtutibus seu motiuis acute et ingeniose disputat: explicans vias per quas nobis earum stabilimentum possibile efficitur.

Ffectiuarum autem seu motiuarum virtutum stabilitio quantum nobis videre datur: non est nobis possibilis hic nisi per vias quas dicemus. Harum vna est et prima per res ipsas a quibus et in quas sunt motus earum et inter illas deus primus et quoniam ex necessitate aliquo modo naturaliter agente in animas nostras non est possibile esse motus nostros vel affectiones nisi tria genera: et vno trium modorum: aut ei in ipsum sunt secundum ipsum: hoc est ratione eorum qui eius sunt per se: et hec tria sunt sicut fas est tibi numerum cogitare: horum primum est bonitas absoluta et pura. In quam et a qua mouemur motu siue affectione amoris: amoris dico gratuiti purissimi et rectissimi. ¶ Secundum est suauitas in vltimo delectans atque reficiens et cetera huiusmodi operans in animas nostras ad similitudinem et proportionem corporalis cibi de quo in precedentibus multa scripture testimonia posuimus: sicut est gustate et videte quoniam suauis est dominus. Et illud. Ecclesiastici .xxiiii. Spiritus meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Et iterum. Qui edunt me adhuc esurient: qui bibunt me adhuc sitient. Et iterum in psalmo. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine: et iterum. Memoriam habundantie suauitatis tue eructabunt. Propter hanc refectiuam dilectionem: et delectabilissimam refectionem dictum est Exodi. xxiiii. Comederunt et biberunt et viderunt deum israel. Quod si de corporali refectione intelligeretur: superuacue prius dictum videretur. Tertium est magnificentissima gloria seu dominantissima illius maiestas ad quam et a qua cum datur nobis eam digne cogitare seu considerare: mouemur honore seu veneratione. Tres ergo sunt affectiones nostre in ipsum secundum ipsum: videlicet amor: et hec est in eum inquantum bonitas siue bonus. Secunda esuries seu sitis quas pro vna reputamus cum ipsa delectatione refectionis sue: et de his dicitur in psal. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Similiter et illud. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. De refectione vero vtraque dictum est illud. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Si quis autem dixerit: quia pulchritudo etiam eius est secundum seipsum Respondemus: quia delectatio in ipsum ex pulchritudine ipsius visus spiritualis est: id est virtus nostre intellectiue: quemadmodum delectatio ex pulchritudine corporali visus ipsius corporalis est siue secundum illum. Quod si adiecerit: quia amor est in illum ex pulchritudine siue secundum pulchritudinem Iuxta quod legitur. Sapientie. viii. Amator factus sum forme illius, Quemadmodum enim pulchritudo corporalis amorem gignit intuentibus eam naturaliter. Sic et incomparabiliter fortius pulchritudo illa ita intuentibus illam amore sui generabit. Respondemus tibi: quia nichil prohibet amorem esse in quantum est pulchritudo: cuius aspectus vt dicit Augustinus nobis promittitur et amor. vnde amator maxime videtur esse pulchritudinis inquantum pulchritudo: sicut apparet ex .viii. Sapientie. Amator factus sum forme illius. Et iam diximus in precedentibus quia amor huiusmodi quedam species amoris est: et vocauimus eum amorem venditum precio scilicet voluptatis. Nihil autem prohibet pulchritudinem bonitatem esse sed per solum visum cognoscibilem In tantum igitur est bonitas inquantum conueniens affectui nostro: hoc est inquantum mouens ad coniunctionem sui virtutem nostram motiuam. Bonum enim proprie est sicut declarauimus in tractatu singulari de bono et malo: quod est per se motiuum nostri affectus: et hoc per coniunctionem siue vnitionem que vnitio non est nisi amor. Malum vero econtrario: videlicet quod est motiuum nostri affectus et hoc ad diuisionem et elongationem ab ipso. Quare sicut creator bonus est delectabiliter in vltimo secundum aspectum spiritualem ratione pulchritudinis sue: sic est ex ipso et in ipsum amor huiusmodi. Et sicut est beneficus in vltimo largitatis et effluentie. Sic ex ipso est amor et in ipsum naturaliter: quem diximus supra naturalem. Et sicut est bonus in semetipso in vltimo gratiositatis. Sic est ex ipso et in ipsum: amor gratuitus etiam naturaliter propter hoc q huiusmodi amorem rectissimum gratis: et dono infundit iuxta beneplacitum omnipotentis voluntatis sue. Tres igitur species amoris sicut supra diximus sunt: ex ipso et in ipsum naturaliter: hoc est quantum est de natura sua et nostra: nisi nostram naturam originalis aut aduentitia corruptio impediret. Iam igitur numerauimus tres species affectiuarum virtutum que sunt in deum secundum ipsum: hoc est ratione eorum que habet per se. Per se enim est bonus quolibet trium prenominatorum bonorum in vltimo per se saporus in vltimo suauitatis per se precellens in vltimo eminentie et altitudinis. Et propter hoc sunt in ipsum et ex ipso amor sapor siue sapientia siue saporabilitas: honor seu veneratio. Quartam vero affectionem pariunt beneficia ipsius in nobis: et hoc nominatur proprie gratitudo: cuius operatio propria vsitate vocatur actio gratiarum. Quintam vero et sextam operantur eiusdem bonitas: et mala nostra quodammodo: videlicet timorem et spem. Timorem enim penenobis incutiunt mala nostra: que vel iam fecimus: vel credimus nos fecisse: aut etiam an ea fecerimus dubitamus. Timorem autem offense mala que nobis insidiantur quodammodo nobis incutiunt: licet vterque istorum timorum dei donum sit et principaliter ab ipso tantum. Non enim tanta bona efficere sufficiunt mala nostra quod inde manifestum est: quia nisi omnino mala cessauerint: videlicet in patria: neutra istorum timorum erit. Septimam affectionem similiter operatur non quidem dei bonitas vt bonitas: sed magis sapientia lucidissime et iugiter intuens omnia sic

Affectus nostri in deum.

Vide.

Bonum.

Malum.

x

Gratitudo.

Timor dei.

cat dicit apl's ad hebreos. Non est vlla creatura in-
uisibilis conspectui eius: oia enim nuda sunt et aper
ta oculis eius. Similiter et Ecclesiasti. xxiij. Omnia
(c) videt oculus eius: et iterum. Oculi dñi multo plus
lucidiores super solē circūspicientes omnem viam
hominū et profundum abyssi: et hominū corda intu
entes in absconditas partes. Et alia similia de hoc
Boetius. multa legis in ipo textu scripture Boetius autē in
fine libri sui. Magna inquit est nobis indicta neces-
sitas probitatis nisi dissimulare velimus: cū omnia
Pudor. agamus in oculis iudicis cuncta cernentis. Pudo-
rem istū id est virtutis istius motuꝫ incutiunt nobis
mala nostra: vt large accipias mala: ita ꝙ etiā dimi
nutio bonorū nostrorum maluꝫ intelligatur. Nescit
ei erubescere qui sola mala sua erubescit et defectū
diminutionēqꝫ bonorum non erubescit. Sicut ei tur
pe est male agere ita et nō bene agere et minus bene
Verecundia quid. agere ꝙ deceat vel oporteat. ¶ Q; si quis dixerit qꝛ
pudor non est alia affectio a timore pro eo ꝙ seneca
dicit qꝛ verecundia est iuste reprehentionis timor.
¶ Rñdemus ad hoc duobus modis. Primum qꝛ ve
recūdia cum ab eo quod est vereri expresse dicta sit:
non aliud est verecūdia ꝙ verentia seu reuerentia.
Reuerentia autē non aliud ꝙ timor reuerentie. Ve-
(d) rum qꝛ pudor fuga spiritualis est quēadmodum et
timor idem videtur esse pudor et timor. Verū scien-
dum est tibi qꝛ primus ac nobilissimus timor fuga
est pene et inquisitor euasionis ab illa. Secūdus au
tē timor est offense et inquisitor declinationis ab il-
la: et vt verū dicamus. ¶ Timor pene declinatio est
pene: declinatio inꝙ spiritualis. Similiter et timor
offense. Finis autem vtriusqꝫ tutum est sed primi ti-
moris tutum a pena: secundi vero tutum ab offensa.
Timor autem reuerentie sic fuga est sed magnitudi
nis aut altitudinis: hoc est ab illa. Finis autem hu-
A iusmodi motus propria paruitas aut depressio est.
Nota. Nihil enim aliud est reuereri magnum aut altū ali-
quem quam consideratione magnitudinis aut alti-
tudininis ipsius inter proprie paruitatis ac inferi-
oritatis limites resilire. Ex quo accidit interdū tan
ta coāgustatio quibusdam atqꝫ depressio: vt in con-
spectu sapiētū vel parū aut nihil se scire sentiant et in
cōspectu eloquentiū pene elingues efficiātur. Quē
admodū accidit moysi. Exodi quarto vbi dixit moy
ses ad dominum. Ex quo locutus es ad seruum tu-
um: impeditioris et tardioris lingue sum. Simile est
et illud Trenorū tertio. Ego vir videns pauperta-
tem meā in virga indignationis tue. Est eni virga
indignationis dei: hoc est ex flagello altitudinē atqꝫ
magnitudinem diuine potentie cōsiderans pauper
tatē suam: id est paupertatem et inferioritatē defe-
Erubescentia. ctūqꝫ omnimodum clare vidit et sensit. Erubescentia
vero siue pudor est fuga aspectus siue visus et decli
natio ab illo. Finis autem hmōi fuge absconsio est
siue latibulum: siue nō apparitio eius qđ videri fu-
giebat. ¶ Quia ergo motus determinantur distin-
Motuum diuersitas guntur et diuersantur penes terminos et plagas: ma
nifestū est quattuor istos motus: videlicet timoris
pene: timoris offense: timoris reuerentie et pudoris
siue erubescētie diuersos esse motus diuersitate essē
tiali atqꝫ specifica. Quare et principia eorum simi-
li diuersitate diuersa esse necesse est: ab alio eniꝫ ad
aliud mouet pudor ꝙ timor secundū vnamquamqꝫ
B specierū suarū pnominatarum. ¶ In vniuerso igitur se-
Septē affe- ptē sūt affectiōes in deū: tres qdē in ipm sm ipm: vi

delꝫ honor amor et sapor vt ita dicam⁹. Quarta pu ctiones in deum.
re ex būficijs q̄ ab ipo sūt velut redūdātie ex ipsis in
illū: et hoc noiatur vsitato vocabulo gratitudo. Quinta
in ipꝫ ex occasiōe malorū nostroꝝ videlicꝫ timor sm
duas species suas pmas. Mala eni nostra sūt et pec
cata et offense in deū. Sexta vero pudor vt diximus
qui mouet ab aspectu siue intuitu ipsius dei ad lati
bulū siue ad nō apparationē feditatum nostrarum:
qđ latibulū cōfessionē siue reuelationeꝫ ipsarū sepe
nos meminimus noiasse. Septima vero spes est ve
nie liberationis et gratie: cuius motus nō est sine oc-
casione malorū nostroꝝ sicut supra tetigimus. Ne-
mo eni sperat a deo veniaꝫ nisi culpe quā agnoscit.
Nemo liberationē nisi a malo: vel in quo est: vel qđ
sibi iminere cognoscit. Nemo gratiā nisi qui defectū
propriarū viriū ad placenduꝫ ac seruiendū eideꝫ co
gnoscit. Spes aūt retributionis et glorie nō videtur
habere occasionē a malis nr̄is: cū ex bonis meritis
magnificētissimaqꝫ dei bonitate solūmodo: et nullo
modo malis speretur eterne mercedis retributio.
Verū mala nostra nō nullaꝫ dant occasionē diuinis Nota.
promissionibus. Torpor eni noster et pusillanimi-
tas: remissioqꝫ et tepiditas excitantur animantur ro
borantur ac tenduntur magnificentia diuinarū pmis-
sionū sicut psal. dixisse videtur de seipso vbi ait In-
clinaui cor meum ad faciendas iustificatiōes tuas
in eternū ppter retributionē. Quēadmodum enim
quondā populuꝫ hebreorū allexit et attraxit ad cul
tum suum deus pmissionibus temporaliū: et cōmi-
nationib⁹ contrarijs conuertit ab idolatria et alijs
Promissio temporaliū quid signet. malis. Sic et populū euangelicū alliciendū et attra
hēdū dixit pmissionib⁹ eternorū. vt quos dei amor
et bonitas sincera ad dei cultū per seipas gratis nō
inducerent. saltē magnificentia pmissionū celestiū
alliceret et quodāmō mercaretur. Nec dubiū ē sacras
scripturas frequētantib⁹ et intelligentibus pmissi
ones illas temporaliū figuras fuisse pmissionum
istarum. Si quis vero dixerit: quia timor reueren-
tie non aliud est ꝙ honor. Respondemus: quia in-
dubitanter erat cum honor euidēter motus i deum
sit inquantū honor. Timor vero reuerētie ab eo est
non soluꝫ sicut auctore: qꝛ de hoc nō agitur: sed etiā
sicut termino. Reuerentia eni est sicut secessus imo
sessio spūalis et datio loci: qua maioribus cedi et da
ri locus cōsueuit. Quēadmoduꝫ eni videntes maio
res nostros cedimus eis et damus locū eis. coangu
stantes nosipsos corporaliter seu literaliter. Honorā
tes aūt ad eos quos honoramus: et in eos poti⁹ spi-
ritualiter mououemur. Nec contradicimus nobis
ꝙ dicimus septē istas affectiones. id est virtutes af
fectiuas in deū esse intelligētes velut terminū: cum
dicamus aliqꝫ esse ab ipso velut termino: qm termi
nuꝫ intelligimus large videlꝫ determinatiuuꝫ qđ est
C qꝫ. Cum eni qui timet dicimus esse terminuꝫ timo-
ris non in quem est finaliter: sed in quē est vt ita lo-
quamur materialiter pro eo ꝙ determinat qdāmō timorē
cū d: timeo deū: termin⁹ ei i quē finaliterqꝫ mot⁹ ē
illud ē cui⁹ acqsitio p se itēdit. Quapropter eo acqsi-
to cessat. Quoniā igitur necesse est oēs affectiones
que in deum sunt affectiones inꝙ rectas aut esse in
ipsum propter ipsum: hoc est sine cōparatione be-
Nota. neficiorū aut cum comparatione beneficiorum: et
hoc iterum duobus modis. videlicet: aut cum occa
sione malorū nostrorū aut sine occasione: et sine occa
D sione propter beneficia gratitudo. Cū occasione ve-

ro timor spes et pudor ut diximus: honor vero amor
et sapor in ipsum secundum ipsum. Mala vero nostra
non nisi in tribus generibus inveniuntur: videlicet
culpe pene defectus. Manifestum est septem affecti
onis sive septem affectivas virtutes nostras posse
esse in deum cum mala nostra non dant occasionem
nisi tribus: beneficia vero per se nisi uni. Considera-
E tio vero ipsius dei per se non nisi tribus. ¶ Quoni-
am autem res que preter ipsum deum sunt. Aut nos
ipsi sumus aut propter nos facta sunt: aut a nobis fiunt: ne
cesse est omnes affectiones nostras in ista tria genera rerum ca
dere videlicet vel in nos vel in ea que propter nos fa
cta sunt vel in opera nostra cadere: et in parte ista non
seperamus nos ab angelis quia virtutes eedem pene

Fides.

omnes sunt nobis et angelis. ¶ Non enim alie sunt vir
tutes aut naturales aut gratuite angelorum quam no-
stre nisi pauce quales sunt fides spes que apud eos
locum non habent. Ubi enim lucidissima est ac presen-
tissima cognitio: non est locus fidei ubi autem res ip
sa presens non est locus spei sicut dicit apostolus. Quod
enim videt quis quid sperat. Similiter et videre per
speculum et in enigmate non convenit glorie future
sicut dicit apostolus in xiii. i. ad chorin. videmus nunc per
speculum et in enigmate: tunc autem facie ad faciem.
Et iterum. Nunc cognosco ex parte tunc autem sicut
et cognitus sum. Forsitan autem sunt et alie virtutes
.s. dona quas gloria patrie propter earum imperfe-
ctionem non patitur: sicut est timor offense: qui usita-
te vocatur filialis similiter et timor inicialis. Cau
sa autem huiusmodi in istis duabus virtutibus est i
F mixta omnino timori securitas. In tuto enim erimus
et a pena et ab offensa: cum alterutra earum multitu

Adverte.

dine status illius glorie attingere impossibile sit. Pri
mum igitur nobis inquirendum erit hic: quas affectio
nes in nos invicem habere debeamus. Quia igi-
tur affectiones quas res ipse sunt: et a rebus ipsis impri
muntur diversitatem rerum ipsarum et numerum secun
tur. Necesse est numerum rerum secundum speciem sive
statum sive dispositionem secundum quam grative sunt affe
ctionum: eundem esse quam et rerum sive dispositionum
huiusmodi et quoniam rem unam contingit in esse multorum
statuum sive dispositionum talium necesse est in unam
eandem rem sive ex illa multas esse huiusmodi affe
ctiones. verbi gratia. Quoniam unus et idem homo.
et homo est: propter quod et debetur ei ab unoquoque ali-
orum dilectio: et princeps aut prelatus est: propter quod debe
tur ei honor reverentia et obedientia et subditus est: propter
quod debetur ei eruditio disciplina et defensio: et interdum ad
versarius veritatis propter quod ut ita dicamus debetur ei con-
tradictio: interdum miser vel spiritualiter vel corporaliter: propter
quod debetur ei miseratio: si facultas adsit etiam subventio et
ipsemet omnium aliorum socius est ad minus natu

Nota.

re. Interdum autem et fortune quandoque autem gratie: pro
pter quod debentur ei fides veritas et equitas. Fortu
ne autem societatem large intelligimus: ut etiam in bel
lo: in negociatione: in mensa: in itinere societas ista
intelligatur. Interdum sanctus est non tantum sanctita
te gratie gratum faciente: sed sanctitate sacramentali
propter quam etiam si sola esset debetur ei venera
tio: et prophanatione elongatio. Vides ergo quan-

Multitudo et varietas affectuum.

ta multitudo et varietas bonarum affectionum diri
tur in eundem hominem ex multitudine seu varieta
te statuum atque dispositionum ipsius: licet autem
ita diximus non ignoramus quin eruditio corre-
ctio et defensio possint esse ex una et eadem affectio-
ne: et etiam ex diversis sicut ex charitate possunt es
se per se vel ex pietate sola: vel ex zelo vel ex iustitia
tanquam ex debito officii pastoralis ex omnibus istis
simul: ex solo etiam honore dei omnes possent esse.
Debes etiam scire: quia non intelligimus per hec quod
diversitatem dispositionum huiusmodi sequatur diversi
tas affectionum: quemadmodum ostendimus de ap-
prehensionibus et maxime in tractatu de fide. Sed
revera diversitas affectionum est: quoniam affectio-
nes omnes motus sunt et ex necessitate secundum diversita-
tem terminorum qui sunt: ut supra diximus a quo et in
quem. Quemadmodum motus pietatis est in lenien
dam sive tollendam miseriam alienam: motus iusti-
tie in reddendo quod suum est alii. Motus benivolen-
tie in alienum bonum vel augendum vel conservandum et
defendendum. Motus zeli in tollendam prohiben
dam dei contumeliam: et ad hunc modum de aliis.
Motus fidelitatis et veritatis contra fraudem atque
mendacium que indubitanter ambo sunt partes iniu-
stitie et iniquitatis: et ad hunc modum se habet de aliis.
Quia igitur motus diversi sunt ex necessitate: quo-
rum fines diversi erunt ex necessitate principia eorum
immediata diversa principia et eadem remota possunt esse
diversorum motuum eadem etiam contrariorum motuum. Hoc enim quoniam

Nota.

motus licet diversi sint vel etiam contrarii: in hoc saltem uni-
untur quod uterque eorum: vel quilibet si plures sunt duo
bus: via est ad acquirendum finem: cuius acquisitio
per eos intenditur: verbi gratia. Cum aliquis intendit ut
largus appareat: vel de largitate laudetur: manife
stum est ipsum interdum furari rapere vel alias ma
le acquirere: et sic acquisita largiri. Licet ergo con-
trarii motus sint rapere et largiri: tamen in hoc uniun
tur: apud huiusmodi homines quod utrumque via est ad finem id
est vanitatem glorie quam intendit: utrumque enim propter
huiusmodi finem facit. Sed hic amor vane laudis: prin-
cipium remotum est ad utrumque naturaliter. Principi
um enim propinquum et immediatum rapiendi avaritia
debet esse sive cupiditas: aut odium sive ira in eum
qui sic damnificatur.

¶ Eandem rem tractat: sed summari et in argumen
tum contrahi sequentia nequeunt. Quare videat sigil
latim omnia diligens lector et notet accurate omnia
que sunt singularia: atque ita suos affectus optime re
gere discet si voluerit.

His autem ita se habentibus facile est tibi
videre: et numerare rectas affectiones que
sunt: vel esse possunt hominum invicem vel G
in alterutrum. Ostendimus autem hec eti

Vis concupiscibilis sex affectionum capax.

am tibi alia via: et diximus: quod vis nostra concupiscibi
lis non est susceptibilis nisi sex affectionum que sunt
amor et odium: dolor et gaudium fames spiritua-
lis atque satietas sive fastidium: et hanc famem non
intelligimus nisi desiderium: contrarium autem de
siderio non invenimus nisi satietatem atque fastidium
sive abhominationem. Nisi quis dicat privationem desi
derii contrariam eidem. Et de amore iam expedivi
mus nos: quia virtus est secundum unamquamque tri-
um specierum suarum. Verumtamen amor qui est in
quodcunque aliud propter deum: ex eodem habitu amo

Bene.

ris est: ex quo est motus amoris in deum. Generali-
ter enim motum in finem: et motum in viam propter finem
ex eodem primitivo motivo esse necesse est. Amor
ergo in deum: et in homines propter deum idem ha
bitus est. Eodem modo se habet et de honore quo in
vicem nos honoramus propter deum: similiter se habet et de

pudore si i aliquo casu hoc reperiri posset q erube-
sceret qs intuituz hominuz propt intuitum dei. Affe
ctio igitur amoris in nos inuicem nō auget prescri-
ptum numerum affectiuarū virtutū. Similiter neq
honor. ¶ De odio autem questionē habet an virtus
H
Questio de odio.
sit alia q amor. Neq eni contrarietas multiplicat
disciplinam neq sensū. Eadem quippe disciplina q
cognoscitur sanuz et que sani sunt cognoscitur egrū
et ea que eius sunt. quomodo ergo nō eodem habitu
quo amatur alterum contrariorum odietur et reli
quum. Similiter eadem virtute sobrietas et sumit
cibus ad necessitatē: et abstinetur a superfluo quo-
modo ergo non eadem virtute amabitur alterū con
trarium: et odio habebitur reliquū. Preterea cum
eodem gustu sapiat alterum contrariorū et desipiat
reliquum. appetatur alterum et eijciatur reliquum
vel repudietur. Quomodo ergo erit quod nō eodez
habitu amoris amplectetur alterū contrariorum et
fugietur reliquum. Preterea ex eodem pncipio mo
tus voluntarij exeunt motus cōtrarij scilicet in sur-
sum et deorsum: et in ante et retero: dextrorsum et si-
nistrorsum. ¶ Amp. Ponamus q ista nō habeat ni
Nota.
si habitum amoris ad aliquod bonū: et nullum ha-
beat habitum ad contrariū siue sit possibile siue im
possibile. Querimus qualiter iste se habebit ad cō
trarium predicti boni cum sit manifestum quia non
amabit ipsum sed neq indifferenter se habebit ad il
lud cum amet eius contrarium: vel odio igitur ha-
bebit ipsum vel amabit illud? Nō amabit autem il-
lud cum amet eius contrariuz odio ergo habebit il
lud. Cū igitur non sit apud eum aliushabitus circa
alterutrum huiusmodi contrariorū q amor erit ex
necessitate istud odium siue odire ex amore habitu
quo amat eius contrarium. Nō est igitur necessari
us alius habitus q amor positus proter odiū con-
trarij eius quod amatur. ¶ Et hoc quidem multis
I visum est predictis rationibus. Veritas autem ecō
trario se habet vt nobis videtur quod enim alteruz
contrariorum ex altero naturaliter sit impossibi-
le est: quare impossibile est ex amore esse odium vel
ex odio amorem. Similiter ex eo quod est amare nō
erit odire aut econuerso. ¶ Amplius. Si ex amore
esset odiuz oporteret ex necessitate similiter ex odio
amorem esse et non esset dignius: vt esset solus habi
tus amoris propter amare et odire q vt esset solus
habitus odij propter eadem. Diximus igitur: quia
reuera duo habitus boni sunt causa autem i hoc est
Quia quemadmodum in rerum vniuersitate inue-
niuntur diligēda vel propter se vl propter aliud sic
et odienda. Et sicut quedam diligere precipimur le
ge dei sic et quedam odire Vitia enim et peccata p
se et propter se odienda sunt: et si nulla lege precipe-
Vitia odienda.
retur: nullus honor inde sequit. Et expresse vtrum-
q habitum posuit qui dixit Iniquos odio habui et
legem tuam dilexi. Nec tamen passioni boni odij q
de habitu ipsius se laudasset: et quasi iactasset pro-
pheta: nisi et hanc virtuosam: et illam esse virtutez
agnosceret cum dicebat. Nonne qui oderunt te do-
mine oderam et super inimicos tuos tabescebam?
Perfecto (inquit) odio oderam illos et inimici facti
sunt mihi. Q si dixerit quis: quia si odium esset vir
tus esset actus eius lege preceptus. Respondemus
K hic: et propter hoc centuplo amplius restitueretur ei in purgatorio. Tota aūt restitutio nō est ibi nisi augmentum meriti et etiam meritum. Quare q̄to amplius quis hic venialiter peccaret. Hic decedens in statu gratie tanto maior gratia ei fieret in purgatorio et magis eius meritū augeretur: ꝛ ita de malitia reportaret quis cōmodum et ita de maiori maior. ¶ Amplius. Pena illa in purgatorio inflicta aut est sufficienter expians peccatum illō veniale p quo inflicta est aut non: si sic. Inique ergo agitur cum eo: dum ei p eodem alia pena infligiꝭ. Quare nulla alia infligitur p illo eoð: q̄ diminutio gratie nō infligiꝭ eidē. q si nō est sufficiēter expians illō pctm̄: nō potest tn̄ inficiari qui p pte expiet illō: si ei nec p pte inutiliꝭ ꝛ inuacuū infligeretur si vero p pte manifestum ē qm̄ p aliquanta pena purgatorij: pōt totaliter expiari peccatū illud.

Nota.

Maior aūt est diminutio gr̄e ꝛ glie q̄ quātacunq; pena purgatorij ꝛ nemo est in purgatorio: qui non quamlibet penam purgatoriam sustinere mallet q̄ duas illas. Nec enim extimationem habet gratia vel aliqua pars eius et incomparabiliter multo fortius nec gloria nec pars eius aliqua.

¶ Pena autē purgatoria modis omnib⁹ finita est

Pena purgatoria finita.

Maiori ergo pena in infinitū punitur ille cum detractione ꝛ diminutione gratie et glorie simul punitꝭ q̄ puniendus sit cum puniendus non sit nisi pena sufficientꝭ expiante peccatum illud hoc autem ē purgatoria aliqua vt dixim⁹.

L ¶ Amplius. Si peccatum veniale diminuit gratiam huiusmodi aliud peccatū equale cum inueniat eam et diminutam ꝛ debilitatam plus eam diminuet ꝛ debilitabit q̄ illud quare tandē adeo diminutam et debilitatam eā inueniet aliquod equale ex huiusmodi venialib⁹ quod eam fūditus extiguet. sicut accidit i egro cui⁹ virt⁹ diminuitꝭ p accessiōes febriles eq̄les q aliqua ex illis inueniet virtutē ei⁹ ita diminutā ꝛ debilē: q eā radicit⁹ extiguet. Simile est de aspsionibus equalibus aque super aliquem ignem q vltima aspersio inueniens eū diminutū et debilitatum equalibus aspersionibus precedentibus totaliter illum extinguet. quamuis non sit maior aliqua aspersionum precedentium.

Nota.

Amplius. Nihil natū est diminuere aliqđ virtute sua qđ non sit natū ꝛ totū illud cōsumere si multiplicat siue crescat virt⁹ eius cōtra illud. Quare si peccatū veniale natuȝ est minuere virtute sua quantūcūq; ex gratijs siue virtutib⁹: multiplicata virtute peccati paulatī poterit cōsumere illā. multiplicatur autem ei virtus p additionem aliorum venialiū ac si cresceret in se: q̄re per venialia siue per vnum continue crescēs in se consumetur totaliter: aliqua ex virtutibus gratiarum. ¶ Amplius. Aut aliqua est comparatio seu proportio mortalis ad veniale: aut mortale ē in infinitū maius. Q2 si est aliqua comparatio veȝ vt mortale sit centuplo vel millecuplo maius: aliquot ergo venialia equabuntur vni mortali. Si enim centuplo est maius: equabuntur ei centuȝ venialia eq̄lia: si millecuplo. mille. Ex quo accidunt duo incōuenientia.

Acute disputat.

M Primum et sicut per mortale totaliter: extinguitur quolibet ex virtutibus gratiaruȝ ita per cētum vel mille venialia extinguuntur. Et sicut nō potest esse aliqua ex huiusmodi virtutibus cum aliq̄ peccato mortali ita nec possit esse cum cētuplū vel mille venialib⁹ que simul accepta sint equalia vni mortali.

N Si em̄ malitia vni⁹ mortalis vel vi sua vł cōtrarietate quacūq; gratie virtutē vel extinguit vł nō patiꝭ esse secum equalis malitia multoꝝ venialiū idem necesse est opereꝭ. Secundum est q quecū q est pportio culpe ad culpā eam esse necesse sit pene ad penā. erit ex necessitate aliqua pportio pene debite p mortali ad penā debitā p veniali. Quia ergo p mortali quocūq; debeꝭ pena gehennalis p veniali aūt nō immo vel tēporalis vel purgatoria tm̄. Quare erit pportio aliqua pene gehennalis ad aliquā aliam. hoc autem manifeste impossibile

Pportio culpe. ad culpā.

essentialis infinita sit duratione quãdã sit de acer
bitate ipsius. Alia aũt alia finita sit duratione et acer-
bitate saltẽ nõ maior q̃ ieihẽ naliz: tota vl' minor acer
bitate vel equalis: quare infinitum minor simpliciter.
Omnes enim due pene quarũ altera est infinita du
ratione: altera vero finita: si equales sunt acerbita-
te vel saltem proportionales: que infinita est dura-
tione: et infinitum maior est reliqua. Et hoc iam de-
clarauimus in quinto tractatu: et in ea parte eius-
dem in qua ostendimus pro quocunq; mortali pec-
cato deberi penam perpetuã seu infinitam: et de di-
uina iustitia. ¶ Iam ergo declaratum est tibi q̃ nõ
est proportio mortalis ad veniale in culpa siue in ma
licia: quare nec effectus ad effectum: hoc est nocu-
menti et lesionis peccati mortalis ad nocumentum
et lesionẽ quã irrogat veniale nec ergo lesiõis quã
irrogat mortale ad lesionem quã irrogat veniale.

Q. Cuicunq; mortali pena infinita debetur

¶ Incomparabiliter ergo maior est lesio quã irro-
gat peccatum mortale gratie ea lesione quam irro-
gat ei veniale. ergo non est comparatio diminutio-
nis siue detractionis que fit de gratia p mortale ad
illam: que de eadẽ fit per veniale. Fit autem detra-
ctio gratie totius per mortale. Nulla ergo est com
paratio totius gratie que totaliter per mortale de-
trahitur siue cõsumitur ad id quod detrahitur per
veniale de eadem. quare id quod detrahitur de gra
tia per veniale: non est gratie pars cum totius gra-
tie ad quamlibet sui partem aliqua proportio sit. si
autem non detrahitur pars non diminuit totũ im-
possibile est ergo minui quãcunq; virtutem gratie
gratum facientis per veniale peccatum. ¶ Q. si di
xerit quis: q̃ non est necesse si detrahitur pars q̃ p-
pter hoc detrahatur aliud proportionale toti: quo
niam nõ necesse est omnẽ partem esse proportiona-
lem suo toti: sicut euidenter apparet in angulo con
tingentie: que vtiq; pars est anguli recti: nec tamen
in aliqua proportione se habet ad illum. Secus etiã
est in virtutibus. virtutes enĩ non augẽtur nisi aug-
mento comparabili et proportionali quod ei addi
tur vel quod augetur: et hoc est quoniam quod ad-
ditur virtuti semper eiusdẽ speciei specialissime est

Nõ est proportio mortalis peccati ad veniale

Simile.

cum ipsa ẽt cum ipso: et si aliud detraheretur similiter se haberet. Angulus autem contingentie non
est eiusdem speciei cum recto: nec etiam eiusdem ge
neris: omnes autem magnitudines eiusdem speciei
necessario comparabiles sunt ex necessitate. et hoc
dicimus hic: forsitan enim in patria aliter se habet
Charitas enim christi hominis nulli alij compara
bilis procul dubio vel forte alterius speciei est de quo
nichil hic pro certo asserimus. ¶ De comparationi-
bus autem virtutum vie ad eas que sunt patrie lo-
quemur in vltima parte tractatus istius. ¶ Hic er-
go finem faciemus partis prime de virtutibus et mo-
ribus: de quibus multa propter imperitiam: mul-
ta propter occupationes alias multa propter igna-
uiam: multa metu prolixitatis: plurima peccatis fa-
cientibus: que maxime in talibus et nos et alios im
pediunt non scripsimus: morsibus tamen detracto-
rum nos patere non dubitamus et curiositatis atq;
superfluitatis nos esse et ab ipsis et a quibusdã ali-
is in parte ista arguendos: qui cum pauca vel lege-
rint: vel audierint: vel nouerint de virtutibus et mo-
ribus suspicantur non esse alia de virtutibus et mori
bus inquirenda: vel sicut dicit Aristo. Tanq̃ impe-
riti res: tam magnas tamq; sublimes de lõge specu
lantur: non attendentes q̃ pia sit quamq; salutaris
in talibus curiositas: neq; quantum temporis ipsi-
met rebus inutilibus ac a pietate aridis vanissima
curiositate incessanter impendunt. Facientes ergo
quod possumus occasionẽ nõnullã dedimus sapiẽ-
tibus: et ingeniorum exercitationibus non aridam
arenam infructuosarum questionum ac disputatio
num proposuimus: sed palestram perutilem ac sa-
lubrem ad vincẽdos errores: et eripiendã veritatem
virtutum cum triumphis nobilibus de medio eoꝝ.

Conclusiõ tractactus

Aristoteles.

Pia curiositas.

¶ Finis operis Guillermi Parisiensis de virtutibus
Sequitur de Moribus et eius speciebus.

¶ In hac secunda parte huius pulcherrimi tra=
ctatus de virtutibus auctor vertit quodãmodo sti=
lum: et virtutes ipsas de se loquentes inducit. Lo=
quitur autem primo fides & suos effectus ac eximi=
as dotes predicat.

Ost hec autẽ aggredimur cũ
dei auxilio part, hui⁹ p̃me de
virtutibus & moribus partem
secundã: in qua non est nobis
necessariũ p viam pbationum
incedere: sed magis p viã nar
rationũ que vnicuiq legenti
vel audiẽti per seipsa manife
sta sint scribere: vt autem ip=
se narrationes lucidiores & io
cundiores pariter sint: introducemus ipsas virtu=
tes loquentes magnificentiã et mirificẽtiam operũ
suorum: prelia quoq et victorias. et inter hec prima
Fides. fides sic de ipsa incipit loqui. Ego sum prima vita
A mẽtis hũane deo ipso teste in secũdo capitulo Aba=
cuch. Iustus mẽs ex fide viuit: cum eni deus vita ani=
Tres cõiũ= marum sit: vt dicit Augustinus: et tres sint coniun=
ctiones dei ctiões ipsius ad aiam humanã. Prima scz ad eius
ad animam. affectum: & vtraq istarum vita sit gratie. Tertia ve=
ro ad eiusdẽ sit sensum: scz interiorẽ spiritualẽ ime=
diam secũdum totum diuine luminositatis: & hec est di
uine vita glorie: quare ego sum p̃ma vita gratie: qz
prima coniũctio viuificantis virtutis que de⁹ est ad
mentẽ humanã. Prima eni coiunctio illius: coniũ=
ctio inq̃ gratie ad mentẽ humanã coniũctio eiusdẽ
est ad intellectum ipsi⁹. quare ego mortẽ mentis hu
B mane p̃ma mortifico. p̃ma de illa triumpho. ¶ Ego
sum lux que prima tenebras ignorãtie & infidelitatis
irrumpo. ego sum lux in operib⁹ recreationis & refor
mationis humane. Primũ creata: quẽadmodũ lux
cum operationibus diuinis moyse attestante. Ego
sum colũna lucis de egypto tenebrarum & error̃ du
catu meo intellectũ humanũ educens potenter & vi=
ctoriose: sicut legit̃ in Exo. 13. Ego sum in bellis spi
ritualibus bellatrix prima & ordine dignitatis vite
primus debetur congressus: sicut beatus prudẽti⁹
Prudẽti⁹. dicit. Prima subit campũ dubia sub sorte duelli pu
gnatura fides. Ego sum ante cui⁹ faciẽ abijt mors.
Iuxta quod legitur Abacuh 3. Mors quidẽ infide=
litatis detractiua ignorãtie que & erroris. Ego sum
radix sapientie que nunq̃ concidit: sicut legitur Sa
pientie 3. Fides enim in seculum stat: sicut legit̃ Ec
clesiastici. 40. Ego sum porta vite: p quã solam vita
ingreditur in mentẽ humanã. via qua deus ad mẽ=
C tem humanã ingredit̃. & ppter hoc vbi ego nõ sum:
nullus aditus patet deo. Ego sum porta illa: q̃ por
ta morti et mortis auctori clausa est: sed p̃nceps vni
uersitatis de⁹ intrat per eam: sicut legitur Ezechie=
lis. 46. Ego sum via. Teste Augustino preterquã in=
Fides por= utiliter curritur: imo quod plus est p̃terquã nõ nisi
ta est morti ad mortem currit̃. et ideo via sum vite: quoniã p me
clausa. solam ad vitã venitur. Ego sum via veritat̃, quã ele=
D git propheta Dauid que veritatẽ dei vsq ad nubes
euangelizantiũ adduxi: vt infiniti errores mortife=
ri exinaniti per me euanescerent. ¶ Ego sum argu=
mentum teste apostolo in. 11. ad Hebreos que dedi=
gnor esse confusio probationũ atq quarũcũq sua=
sionum credi faciẽs improbabilissima per meipsam
et eleuans intellectum humanũ ad ea sublimia co=
gnoscenda: que nec oculus vidit: nec auris audiuit
nec in cor hominis ascenderũt. teste apostolo in se=
cundo ad Romanos. Ego sum argumẽtũ quo mor
ti et omnibus erroribus impietatis concludit̃. Ego E
sum argumentũ quo humana sapiẽtia confutat̃ at=
q cõfunditur: & omnino stulta efficitur. Ego sum stul=
titia omni sapientia mundana sublimior. Ego sum
stultum dei sapientius hominibus: sicut legitur pri
me ad Corintheos primo. Ego sum columna veri= Fides colũ
tatis firmissima: humanum subsulciens intellectũ: na veritatis.
vt nõ patiar eum ruere in profundum erroris mor=
tiferi aut ignorantie: nec patiens mutare dubitati=
one aliqua vel hesitatiõe periculosa: hoc est que rui
ne approximet. ¶ Ego sum virtus erigens ipsum a F
claudicatione naturali: qua vel euidentia veritatis
sustentari naturaliter vel baculo probationis: aut
cuiuscunq suasionis incumbere vel inniti possit ne
ruat in aliquos ex nominatis pfundis atq pericu=
losis. ¶ Ego sum totius edifi. ij spiritualis fundamẽ
tum teste apostolo in. 11. ad Hebreos Et propt̃ hoc
qui me non preiecerit: ruinam sibi tantum edificat:
propter hoc confidẽter dico alijs sororib⁹ meis virtu
tibus: vt in me glorient̃ur: qz sine me nec edificantur
nec stant: immo ruunt oẽs. Porro virtute mea sunt
tanq̃ fundamentũ earũ. si ergo me subtraxero om= Fides ful=
nes corruũt: per me intrant omnes in habitaculũ su= cit oẽs ali=
um: hoc est in cor humanũ. Nullus patet eis ad id as virtutes.
aditus vel ingressus nisi per me: nisi id eis pandam
nec colligẽtur hospitio: nec etiam cognoscẽtur ho= G
spitio digni esse nisi per me. ¶ Ego eni sum p quã co
gnoscũt̃ p quã appciant̃: q̃ qd ad qd valuerit: ppter
quid querende et amande & hospitande sint hoib⁹.
ostendo et suadeo vilissime essent & subiectissime. ne
mo illas requireret. nulla esset intẽtio vel memoria
earum. Nemo de eis curaret nisi ego procurassem:
non sue firmitati dent totum quod stant & qd viuunt:
que statim cadũt & extinguntur cum eas portare de=
stitero: ideo semp idigẽt mea supportatiõe. ¶ Ego
sum galea salutis caput humane mẽtis & intellectũ Fides ga=
protegens contra iacula hereticor̃ & philosophorũ lea salutis.
eorum: & eas velut sagittas paruulorũ retũdẽs: et i
ipsos iaculãtes deoras linguas eorũ contra ipsos
infirmans: & vt sibi solet mẽtiat̃ iniquitas eorum effi
ciens. ¶ Ego sum primus dei bellator: arcẽ huma= H
ne mentis: id est virtutẽ intellectiuã p̃me expugnãs
et prima potẽter & victoriose ingrediẽs: & ipm p̃mũ
dei hostem: id est sensum humanũ & mũdi sapiẽtiam
in eadem arce occidens: aut saltẽ captiuãs: sicut do
cet Apostolus in. 10. 2. ad Corintheos. In captiui=
tatem redigentes omnẽ intellectũ extollentẽ se ad=
uersus scientiã dei & in obsequiũ christi. ¶ Ego i ista I
arce expugnatura vexillũ eius: hoc est regis regum Fidei vexil=
in signũ victorie & triumphi erigo: id est dei filius in lum.
cruce pendentẽ morte vincentẽ. Et serpẽtẽ in palo.
iuxta quod legitur Numeri 21. Antiquũ serpentẽ &
veterem hominẽ nostrũ simul cũ eo crucifixum in al
tor recto mee confessionis porto: ego sum principi
la siue signifera regis regum vexillũ quod p̃duxi an
te totum exercitũ sanctorũ in quod qui aspiciũt: sa=
nãtur: saluãtur: atq triumphãt. iuxta quod legitur
Numeri. 21. et Sapiẽtie. 16. Ego sum in domo dei
prima lucerna in templo eiusdẽ lãpas prima. Neq K
enim i domo cordis humani: quod vtiq domus dei
est aliqua lucerna ante me ponit̃: neq in tẽplo eius=
dem quod idem est cor humanũ est aliqua lampas
anteq̃ ego accendor. Siquidem idem cor humanũ

et domus dei est habitatio ei eiusdē: digno virtutum apparatu sibi paratū ꝛ templū eiusdem cultui ꝛ honorificētie cōsecratū. Ego sum in celo spirituali: id est quocūqꝫ sanctorum sum in tota ecclesia dei stella que primo in ea oritur: et stella matutina que noctis spiritualis id est ignorantie mortifere tenebras prima irrumpo: ꝛ diem gratie in ea nuncio: ꝛ diem glorie qui pleni luminis est ꝛ ardoris solem itelligētie et iustitie christū dominū preueniēs prenūcio. Sicqꝫ deniqꝫ ex ortu veri solis hoc est apparitiōe eius in iudicio dies ille glorie illucessit. Ego sum stella cardinalis nauigantib⁹ per mare mundi huiusmodi portum ostēdens ꝛ patriam: sine ducatu meo nauigantes in omnia pericula incidunt frustra habētur omnia armamēta siue instrumenta nauigij preter me. Quorsum eni dirigāt lacertos gubernatiōis nauigantes per me solā sciunt. Ego sum stella noua que tribus magis ducatū prebēs eos ad domū vbi erat puer perduxi: sicut legitur Mathei. 2. Ego sum lucerna ad quā in nocte p̄sentis vite ambulat: sicut testatur Apostol⁹ in. 5. 2. ad Corintheos. Sine me ergo in tenebris ambulat: per fidem eni ambulam⁹ et non per spem: sicut testat Apostol⁹ in quito ad Cor. dicēs. Ego sum victoria que vincit mūdū: testāte Johanne in. 5. prime canonice sue. ¶ Quis victorias meas enumeret: que mundū vinco? quis digne narret victorias: videlicet quib⁹ potior in sacramēto altaris: vbi simul vinco quinqꝫ sensus ꝛ ita psterno: vt neqꝫ obmurmurare valeāt cōtra veritatē sacramēti et contra eam penit⁹ conticescāt. Quis mirari sufficiat sensus hūanꝰ ꝛ ipsi⁹ sapiētie virtutē ibi ita hūiliatam atqꝫ calcatā: vt velut sathanā sub pedib⁹ eā conterā: vt nec pedem mouere valeat nec gannire. Similr̄ ꝛ hereticorū atqꝫ philosophoꝝ iacula adeo retusa adeoqꝫ repulsa vt nec vsqꝫ ad me iam ea iacere possint. Nihil enim illo sacramēto ab his patior nec me iam tangūt vel attingūt eorū sagitte. Quis gloriā meā dignis laudibus attollat quā sequūtur miraculorū opera magnifica: sicut testat Marci vltimo. Signa autē illos qui crediderint hec sequent. Mea est gloria miraculorū omniū de me eni dictum est. Si habueritis fidem sicut granū synapis ꝛ dixeritis huic monti tolle te ꝛ trāsfer te in mare: stati tollet se ꝛ mittet se in mare: sicut etiā legit Mathei. 21. et Marci. 11. Quapropter ꝛ mihi obediūt fulgura miraculorū: in illo fulmino sathanā vbiqꝫ: sicut legitur Job. 38. Nunqd mittes fulgura ꝛ ibūt: sed quid hic immoror? Ego sum que deum si fas est dicere in mūdo deifico: neqꝫ enim ad ipm colendū accedit nisi per me: teste Apostolo in. 11. ad Hebreos. Accedētem ad deū oportet credere: qꝛ est ꝛc. Si ego nō essē quis ei crederet? quis eius assertiōib⁹ aut testimonijs fidem adhiberet? vbi ego nō sum: nemo eni crederet: vbi ego nō sum nō maior fides assertiōib⁹ ei⁹ aut iuramētis q̄ cuiusuis periuri aut latronis creditur: immo nec plus eius sermōibus auscultatur. ¶ Ego abstuli a demōibus ꝛ idolis alijs creaturis culturam eius: ꝛ restitui ei gloriā cultus ꝛ honorificentie sue. Et fas est dicere ego restitui ei et reedificaui i hominib⁹ solium glorie sue quod idolatria defecerat atqꝫ polluerat: per me ereptus est de cōtradictiōib⁹ populi Judaici hereticorū ꝛ philosophorum. Ego cōtradictiōibus qui contra ipm se erexerant detractatiōib⁹ et blasphemijs eius omnibus silentium imposui. ¶ Ego ranas Judeorum ne contra ipm coaxent: canes hereticorum ne contra ipm latrent: et loquaces philosophos ne contra ipsum garrulent obmutescere feci. Ego feci victimas ei humanorum sensuum et naturalis itelligentie immolatui et quotidie imolare non cesso. Ego caput humane mentis: scilicet itellectū in eius veneratiōnem et adorationē per credendi obediētiam iclinaui. Ego cultum eius in honorificentiam per huiusmodi sacrificia ꝛ adorationes ichoaui. Ego prima in omi genere obsequiorum eidem seruiui: pma scilicet in officio militari dum pro eo primo pugnaui. Prima in officio sacerdotali: dum prima ei sacrificia et capitis inclinatiōes obtuli prima in officio lucerne prima in officio lampadū prima i officijs stellarum spiritualiū: ꝛ ad hūc modū de alijs. Ego sum prima armatura in capite mētis humane. prima corona in eodem prima vestis id est pileus vel mitra siue tyara eiusdem: vel pma gemma in corona intellectus quā ex quinqꝫ luminibus apprehensiuarum virtutū deo auctore constat esse fabricatā. Quē in precedente diximus parte austrū quinqꝫ stellarum: hoc hic coronam intelligimus quiqꝫ gēmarum: et diadema ex auro naturalis intelligentie et quinqꝫ iam dictis preciosis lapidibus fabricatū. ¶ Ego sum virginitas mentis humane: id est itegritas porte illius que intellect⁹ est nec idolatrie nec heresis adulterio violata. Ego sum annulus argenteus in digito sponse regis celorū: hoc est signaculum ꝛ insigne castitatis candore puritatis ꝛ luce salutaris veritatis resplendēs suauitatem sincere cōfessiōis resonās. tria eni hec in argento itelligunt. In hoc autē q̄ annul⁹ digitū totalit circuit atqꝫ circundat. intelligitur munimē et protectio virtutis sꝫ dei corruptionē ifidelitatis ex omi parte repellēs. ¶ Ego sum in gemmis saphyrus in calculis lucidus in pannis byssinū splendens ꝛ candidū in ministris ministrator luminis sum vt vulgo dicitur seruiens de candela sum portitor lucerne aut lucernā proferens in nocte: in itineribus ꝛ victorijs dux ꝛ vie premōstrator. Attende qꝛ ex his laudib⁹ tātis fidei euidēter apparent per contraria opprobria ꝛ vituperia fidelitatis. Quid eni est hereticus nisi dom⁹ sine fundamento et ita totaliter corruēs: ꝛ terra inuia id est sine via: ꝛ domus sine lucerna ꝛ templū sine lampade: ꝛ nauigans sine ducatu cardinalis stelle? Quid est cultor peruersi dogmatis nisi adorans idolum mendacij erroris sui iclinatio ad eum capite mentis immo imolator velut animalis occisiōis sensus naturalis intelligentie? ¶ Quid est mens heretica seu aliter ifidelis nisi diaboli primipila siue signifera contra dei scientiā se extollens: ꝛ cōtra dei veritatem se erigens? Quid est deniqꝫ mens heretica vel aliter infidelis nisi cornix garrula contra veritatem dei garriens: et rana tumultuosa ꝯtra eam coaxans: ꝛ canis rabidus adeo in mortem latrans: et veritatē dei in mendaciū trāsferēs gloriamqꝫ ipsius in idolum cōmutans? Quid est iniqua mēs infidelis nisi mens deo sponsa relicta: mendacio corrupta et erroribus prostituta: ꝛ a peruersis dogmatibus velut caldeis fornicātibus abomiabiliter inquinata? Quid est mens infidelis nisi meretrix per ipm omnis corruptionis initiū: ꝛ radicem infidelitatis diabolo execrabiliter vitiata et capitabiliter dedicata? Quid inq̄ est mens huiusmodi aliud nisi mens insani capitis id est furiosi intellectus: qui si

Marginalia (left column): Fides stella est i celo spirituali. — L — Nota. — M — Victorie fidei. — N — O — Miracula ex fide. — P — Nota. — Q

Marginalia (right column): Obsequium fidei. — R — Fides virginitas mentis humane. — S — Heretici descriptio. — T — V

ne argumento contra dei veritatē disputare contendit? Quod est mens infidelis: nisi bellator imbecillis: et omnino inutilis qui capite id est itellectu letaliter vulnerato vulnus mortiferū in eo gestans: immo capite erroribus confiscato: qua dei veritatē impugnare presumit? Quis eni laudes meas enumeret: aut enarret quas tam studiose scribere aggressus ipse est Apostolus in. 11. ad Hebreos. Nō compleuit sicut ipsemet testatur ibidē dicēs. Et quid adhuc dicam deficiet: nisi mihi tempus ꝛc. Sunt indubitāter ꝛ alie laudes fidei multe et magne ꝛ alia opprobria ꝛ suggillationes infinite infidelitatis: quēadmodū si diceret: q2 mens īfidelis est viator nocturnus sine duce et luce: ꝛ multa huiusmodi. sed imperfectum meū omnibus non sufficit.

Laudes amplissime fidei.

¶ Timorē de se loquentem facit: quo modo supra de se fides pulcherrime elocuta est. Enumerat itaq3 suas laudes ac dotes pulchro et eleganti ordine. modeste prefatus.

Timor vero laudes suas huiuscemodi sermonibus orditur atq3 psequit. Fides magnas ꝛ miras laudes suas recēsuit: nec tamen oēs: plurimas enim ptermisit. Vera dixit per oīa: necnon in toto cetu seu choro virtutum: atq3 donorū ius ꝛ honorē obtinet primogeniture: ꝛ in multis sicut ipsamet testata est: primatū atq3 principatū. verum laudes eius ita recipio: vt meis non derogem: ꝛ meas sic predico: vt suis non detraham. Et primū quidē ab his i quib9 debilis videor: pusillanimis et tremulus animi deficiētis ꝛ concidētis ordiar declarans euidenter: q in illis fortissim9 sum. Fugam me esse fateor spiritualem nō quidem fugā pusillanimitat: aut formidolositatis: sed caute declinationis: sicut dicit Prouerbiorū. 14. Salomon. Sapiens timet ꝛ declinet a malo. et iterū eiusdem. 15. Per timorem domini declinatur a malo. ꝛ iterū eiusdem. 14. Timor dñi fons vite: vt declinet a ruina mortis. Sicut eni nō est audacia: sed īsania toto se impetu precipitare in infernale incendiū: sic declinare ab illo non pusillanimitas est: sed virtuosissima fortitudo irrūpens laqueos atq3 fortissima vincula diuitiarū et delitiarū trahentium ad illud: sicut non fortitudo demoniaci erat quod frequenter insilebat aquam ꝛ frequēter in ignem. Sed arreptio demoniaca: sicut legitur Marci nono. Sic illa que videtur insipiētibus fortitudo qua fortes sunt ad bibēdum vinum et miscendā ebrietatem: sicut legitur Isaie quinto. Sic nō fortitudo est frenesis vel insania: sed magis infirmitas et egritudo pessima: licet freneticus aut maniacus fortior videatur longe: q̄ si esset sanus: sic iste insanie quibus fortes iudicantur carnales ꝛ seculares homines: magis rabies sunt exagitantes eos ꝛ energie pessime: ppter quod impotes sui et mente capti dicuntur. Nō potest dubitari admirande fortitudinis esse cum igne deuorante habitare: de quo legitur Isaie tricesimo tertio. Cum igne qui est ad ↄsummationē deuorās et vltima eradicans genimina: de quo legitur Job tricesimoprimo. Hic est ignis carnaliū seculariūq3 desideriorū. In his ardoribus ego frigus facio. caro enim peccati et corpus mortis huiusmodi: de qbus legitur in septimo ꝛ i octauo ad Romanos. Michil aliud est q̄ fornax ardoris huiusmodi: ꝛ scaturigo flammarum seuissimarum in medio huiusmodi flammarum ego tremere facio. In medio huius ardoris frigere facio omnes illos in quibus sum. Ego medium fornacis babylonice facio: quasi ventum roris flantem vbicunq3 mittor: sicut legitur Danielis tertio. Angelus domini fecit'e. Ego enim frigus sum siue frigiditas spiritualis ꝛ tremorem cordis inducens. Quemadmodum enim tremor corporalis est ex vehemēti frigiditate corporali: sic tremor spiritualis ex vehementia frigoris spiritualis siue frigiditatis: qualiter autē dubitari potest fortitudinem magis esse magnificam: atq3 mirificam: qui tantas flammas superat de tantis ardorib9: tā mirabiliter triumphat. Probo autem istud ꝛ ptestimonia prophetica: ait Salomon Prouerbiorū decimoquarto. In timore domini fiducia fortitudinis. et Ecclesiastici tricesimoquarto. Qui timet dominū trepidabit. non pauebit ait. et philosophus. Qui timet dominū omnia timent eū. Denique adeo magnifica est fortitudo mea: vt pessim9 auctor malicie: vbi ego sum appropinquare nō audeat: sicut testatur Salomō Prouerbiorū tricesimo. Timor domini ad vitam: et in plenitudine cōmorabitur absq3 visitatione pessimi. Non nouit me qui turpiter me fugitiuum aut pusillanimē putat. Audiant Job loquentem de me. 28. Ecce timor domini ipe est sapiētia: et recedere a malo itelligentia. Non turpit malum declinat: vel etiam fugit qui sapienter ab eo declinat: et intelligenter recedit: ego sum qui disrūpo compedes ꝛ vincula: quemadmodū Samson (in nono Judicum) ligatum funibus per me disrupit et liber de vinculis exiluit. Ego sum qui infirmitates ꝛ debilitationes tollo: et vires restituo. quemadmodum in paruulis et inadultis febres īterdum curo: et lecto: quasi adherentes et affixos: immo alligatos mirabili agilitate ꝛ subita exilire facio: per me impletur illud isaie vaticiniū: tunc saliet sicut ceru9 claudus. Ego mēbris contractos subito currere facio: et ambulare etiam non valentes interdum volare. iuxta illud Poete. Pedib9 timor addidit alas. Ego exanimes et iam: iamq3 extremū spiritum exalantes viuifico: et eousq3 conforto: iuxta litteram ac si nichil passi essent ad queuis agenda: et patienda expeditissimi: ac strenuissimi fiunt. Ego ad portanda onera penitentiaꝝ fortissimos ac robustissimos facio penitentes. Ego ad trāsiliēdos montes ꝛ colles excelsos dignitatū ꝛ principatuū seculariū agillimos immo volucres facio me habentes vehementes accelerātes. Quis infirmū me dicet cum mecū nullus claudus ac debilis esse possit? Nullus qn̄ irrumpat vincula et carceres peccatorū: nullus qui non transiliat vt dixi montes: et colles altitudinum mundanarū. Nemo calūnietur fugam meam: fuga quidem mea fuga parthorū est: que vtiq3 nō est formidolositatis ignauia: sed bellandi peritia. Fugiēdo namq3 vincunt parthi: propter quod et fugiētes ab his qui eorum prelia norunt fugiūtur ꝛ maxime timētur fugientes. sic ego dum fugio fugior: quoniam dum timeo timeor. quod nouit philosophus qui dixit: quicūq3 timet deum oīa timent eum. qui vero non timet deum timet oīa. Non est fuga pusillanimitatis excludere iacula: aut ptegere se vel etiam abscondere ab eis: sed preliandi potius nobilissimū artificium ac victoriosissimū. Non hostem fugio: quē presentē semper habeo. sed vires ei subtrahorum mei ꝑm ab his que vires illi prestarent longe me facio. Qui enim ab arce ꝛ menibus simulata

Timor.

Fortitudo vera

Nota.

Tremor corpalis et spiritualis

Poeta.

Fuga parthorum.

Fuga vitiorum.

X Y A B

fuga abstrahūt hostes protrahunt nō pusillanimi-
tati ascribendū est. sed magis bellandi peritie: sicut
populus dei nōnunq̄ fecisse legit. ¶ Veniā ad miri
fica opera mea. Dico ergo: q̄ maxime michi minet
hostis et inferni carcerem: mortē: ꝛ tormenta. Ego
C ignem et gladiū contra eum in armaturas fortissi-
me protectionis et tutissimū refugium cōuerto: im
mo arcem impugnabilē ipsum infernū michi facio
quotiens quippe ignea tela carnaliū concupiscen-
tiarum: aut seculariū desideriorū mittit: vt me traij
ciat: ipsum infernū ante oculos meos pono: et illū
Inferni cōsideratio. velut clipeum iaculis illis obtundo: eoq̄ me tueor
et protego. Quis habens enim ante oculos infer-
num leditur? ab huiusmodi iaculis in eū velut in do
mum refugij quotienscūq̄ tētor fugiēs in tuto sum.
Ex illo velut arce fortissima hostiū tela despicio: ve
lut armatura impenetrabili et infallibili circunda
tus et munitus oīa hostium tela elido et tundo et
quod est mirabilius in illo igne sempiterni ardoris
D ardores concupiscentiarū mearū extinguo. In om-
ni estu tētationū mearū fornacē illam infernalē re-
frigerium michi facio: et quod est mirabilius ab il-
la fugiens ad illam fugio: ꝛ quātū ab illa fugio tan
to ipsa est michi fortius refugiū atq̄ securi⁹. Quā-
to eni illam magis timeo: tanto ab illo magis secu-
rus sum. Null⁹ eni in ipām imittitur: nisi qui ad ip-
sam passibus: aut saltibus malorū desideriorū: aut
aliarum passionū malarū: aut operum maloꝝ: aut
Nota. cōmissionū currit vel i illam se precipitat aut demer
E git. ¶ Amplius Cum michi formido siue expauen-
taculū in orto meo: quo aues volatiliū cogitationū
vanarū imūdarū atq̄ noxiarum deterreo: similiter
in bestias vitiorum omniū. Infernū enim crexi mi-
chi viua ac iugi recogitatione: imo terrore cōtinuo
in omni anima vel consciētia quā inhabito. Ad cor
enim in quo huiusmodi formido erecta est: null⁹ est
accessus huiusmodi feris vel auibus. ¶ Amplius.
Infern⁹ est michi medicina mirifica: solo intuitu in-
numeras īfirmitates et plagas per me sanās in om
Effectus timoris. ni aīa quam inhabito. oīa eni vulnera carnalium
a: seculariū desideriorꝫ oīes paralises seu dissolu-
tiones voluptatū noxiarum oīes ardores ꝛ febres
concupiscentiarū per aspectuꝫ eius extinguo. Ego
sum ianitor et custos cordis humani ipsum īfernuꝫ
F pro claua nodorum innumerabiliū seu clauorum vi
brans. ꝛ non vnam solam mortē vel ictum cordi hu-
mano siue ad dexterā vel sinistram declinauerit intē
tās. similiter vitia et peccata tam terribili claua ab
ingressu eiusdem terrens ꝛ diffugans. Ego sum ia-
nitor gladium ex vtraq̄ parte acutum: siue bypēnē
diuine sententie ad deterrendos fures vitiorū ꝛ pec-
catorum manu gestans et vibrans: mortem vtriusq̄
scilicet anime et corporis. non solū huiusmodi furi
bus: sed etiaꝫ anime que aliquē ipsorum receperit:
vel ad se intrare permiserit intentās. Ego sum tor-
tor: non ad mortificandū: sed potius ad vitam qui a
morte eterna fugere ad vitā: velut a tergo fustigās
compello. Ego sum tempestas ad liberationē ꝛ sa-
lutem terre motum spiritualē in corde humano fa-
ciens: ꝛ oīa diabolica edificia in eo subuertens et
G discutiens ab eodem. Ego diabolus ascensorē cor-
dis humani mea compulsione et agitatione ex illo
exagito vel deijcio: ꝛ alium in eo sessorem ꝯtra deū
non sustineo: quēadmodū equus reg; alexandri qui
Nota. dicebatur bucefalus: omnē alium sessorem sua exa

gitatione deijciebat: et solum regeꝫ sustinebat. Ego
sum fortitudo ꝛ virtus sic exagitans quēcūq̄ possi-
deo: vt diabolicā loricam: sic disrumpat ac laceret:
vt macula macule non adhereat aut se teneat: sicut
dicitur de Ogero dato: qui fuit vnus de duodecim Ogerus dotus.
egregijs bellatoribus francorū tēpore Caroli re-
gis: qui se de hoc iactasse legitur vel dicit: videlicet
q̄ adeo valida se exagitatione concuteret: vt quam-
cūq̄ fortem loricam ferreā: predicto modo lacera-
ret: quod et si fabulose: vel potius per hyperbolem
dictū sit de illo: de me tamen verissimū est. Diaboli-
ce auteꝫ lorice sunt: de quibus legitur Apocalipsis
decimosexto. Et habebāt loricas ferreas. Ego sum H
ventus aquilo: nubes cogitationū ꝛ affectionū car- Aquilo.
nalium: que diē mentis obnubilant dissipans iuxta
quod legitur Prouerbiorū. 25. Et serenū puritatꝫ
in eadem faciens muscas volatiliū cogitationū fri-
gore meo interficiens. Similiter ꝛ reptilia vitiorū
carnalium de terra corporis humani exterminans
riuos concupiscentiarū restringens ꝛ congelans: et
totam vitam imo oīes vias: id est semitas vite hu-
mane purificans. ¶ Hec enim oīa litteralis aqui
lo litteraliter operatur frigiditate sua. Ego suꝫ vē-
tus aquilo frigiditate mea mare mundi huius con
gelans et solidans: ita vt per ipsum imo super ipm I
mare fidei: id est viri timorati: quasi super solidum
pauimentū ambulent. Quod in petro super mare
ambulante euidēter est ostēsum: per me enim in cō-
spectu dei sedis: quem pro parte ad infernū dirigo.
est mare mūdi huius vitreū simile cristallo: sicut le- Nota.
gitur Apocalipsis quarto. Ego aquā humani cor-
dis in deorsum semper fluentē congelo et induro si-
cut cristallū: sicut legitur in Ecclesiastici. 43. et ita
de aqua vilissima virtute mea gemmaꝫ facio. Ego
sum custos: qui contra fures ꝛ latrones semper cla-
mo: et etiā vbi non sunt: clamorib⁹ meis illos deter-
reo: ꝛ vbi sunt interdū: sed eos esse ibi nescio. instar
custodū litteraliū qui dum clamāt contra latrones
quos tamen non vidēt neq̄ sentiunt clamorib⁹ suis
eos diffugant. vnde Grego. Bonarū mentiū est ibi Gregorius
culpas agnoscere vbi culpe non sunt. Ego sum qui K
a proditione vitiorum: ne scilicet sub specie virtutū
humanā animā interficiant: vtcunq̄ eruo. Sicut fa
ciebat Iob in nono. Verebar omnia opera mea sci
ens q̄ non parceres delinquēti. vbi Gregori⁹. Ple-
runq̄ eni sordet in conspectu interni iudicis: quod
intentione fulget operantis. Ego sum custos ꝑcu-
tus custodiam ꝛ solicitudinē etiam ab ipsis virtuti-
bus armentur: ne vel seruitcem vel ipm possessoreꝫ
suū occidant. Aut enim superbiā que mors est om- Superbiā
nium virtutū gignent occasionaliter: aut securitate
in manus vitiorū inciderēt aut corpore iacture aut
in pace dormirent: que rubigine oīes consument:
quemadmodū ꝛ ferrū: et quies: et pax per rubiginē
corrūpit: atq̄ consumit: excito ergo eas instar ferri
ne in pace dormientes rubiginētur: stimulo eas: ne
quiete torpescāt. Exterreo igitur eas: ne falsa secu- Timor securitatem ociosam expellit.
ritate ab improuisis hostib⁹ occidātur. cōprimo:
ne in superbiā intumescāt. Verissimū enim est illud
quod legitur Ecclesiastici. 27. Si non timore domi
ni instāter te tenueris: cito subuertet domus tua: et
quā cito dixerint virtutes pax ꝛ securitas: repentin⁹
eis superueniet interius. Iuxta quod dicit Aposto
lus. 5. prime ad Thessalonicēses. In pace eni hmōi
est amaritudo: scilicet virtutū amarissima: vt legit

Ysaie.38. Uirtutes enim tentatione proficiunt: sicut infra docebimus profectu multiplici: quemadmodum et bellatores litterales: et quemadmodum quondam filii israel: quanto amplius opprimebantur: tanto amplius multiplicabantur: sicut legitur Exodi primo. Uirtus enim ut ait Gregorius: aut proficit aut deficit.

L Ego sum qui custodio ipsos custodes id est ceteras virtutes et etiam meipsam: quemadmodum formido non solum fructus aut fruges custodit: sed etiam seipsam et a se enim imprimis et ab illis aues et feras deterret sic ego michi et aliis virtutibus caueo. Ego sum custos et vigil assiduus: qui eque tempore pacis ut tempore belli vigilo. Ipsam enim pacem propter predicta pericula merito timeo: et quod etiam est multis mirabile contra ipsam securitatem vigilo. securitas enim est omnium hostium eorum primus et maximus (utpote) michi contraria. Nichil enim tamen inimicum est alteri contrariorum: quam alterum securitas michi contrarium: nichil aliud est quam debite cure: et solicitudinis omissio vel negligentia. unde securus: quasi sine cura: hoc est quod dicit Seneca: quod hoc habet ignauia ut interdum secura sit: nunquam vero tuta. Ista securitas ut diximus timorem omnium bonorum custodem interficit arma sumere non sinit: et quod est deterius ea deponere in medio hostium interdum facit: hec est que gladiis et hostibus et omnibus periculis eos qui in ea confidunt exponit. Innumera sunt exempla in veteri scriptura: sicut de Holoferne in decimotertio Judith de Amalechitis in principio primi Regum de Philisteis in decimosexto Judicum. Qui Samsone in templo Dagon corruentes super eos interfecti sunt. Ecce in prescriptis officiis michi seruit infernus: seruit et in aliis duobus: quemadmodum Pedagogus virgam vel ferulam ostendit paruulo: et a stultitia auertitur doctrinam et disciplinam amplectitur: licet alteruter earum non tangatur: sic infernus michi virga vel ferula est: cui intuitu vel ostensione puerulos meos velut dei Pedagogo erudio et castigo. Infernus est mihi barbualdus cuius ostensione paruulos meos: et ab omnibus stultitiis auerto: et ad omnia bona facienda et sustinenda compello: non derogo fidei sorori preno iate mee: nec in derogatione laudis: aut glorie eius quicquam dicam. Uerissime dixit quod ipsa quodammodo deum deificat: et ego non minus et hoc ipsi Pagani idolatre michi testificantur: sicut ille qui dixit. Primus in orbe deus fecit timor. et ipse Ysaie octauo. Dominum exercituum ipsum sanctificate: et ipse pauor vester et ipse terror vester.

Timor vigil optimus

Securitas ociosa.

Similitudo.

Statius. e

M

Tres filie timoris.

¶ Attende tres filias meas: scilicet timorem pene timorem offense: timorem reuerentie: et considera laudes singularum et mirabilia. Quis haberet deum iudicem: nisi esset primogenita mea: scilicet timor pene? Quis iudicium eius aut iustitiam formidat: nisi per eam? Quis ab eo vel ad ipsum fugeret: nisi per eam? Quod ergo timetur quod ab eis vel ad ipsum fugitur: per me est. Deinde quis eum non offenderet nisi esset secunda filia mea: videlicet timor offense: ego auerto paratos offendere ipsum ne offendant: quis pacem vel ad momentum seruaret: si ego non essem? quis in eum vel vereretur vel reuerteretur: nisi esset tertia filia mea: videlicet timor reuerentie? Sed quid in his immoror laudes meas et ipse spiritus sanctus studiose describere curauit. et potissimum in primo sic incipiens. Timor domini gloria: et gloriatio: et leticia: et corona exultationis: quid preclarius aut sublimius de quaque virtute dici potuit? Deinde timor domini delectabit cor et dabit leticiam et gaudium in longitudine dierum. et consequenter. Timenti deum bene erit in extremis: et in die defunctionis sue benedicetur. post hoc. Initium sapientie timor domini. et hoc idem. Dauid psal. sine me ergo ad sapientiam stulte quis conatur etiam post pauca. Timor domini scientie religiositas: ego enim sum plenitudo religionis: religionis inquam scientie non superstitiositas puerilis stultitie que vulgari gallico papilardia proprie dicitur. Ego plenitudo sapientie: sicut ibidem post pauca legitur. Et plenitudo a fructibus illius: omnem domum meam et implebit sapientia a generationibus et receptacula a thesauris eis: quod est dicere. Quia omnem domum meam in mentem quam ihabitauero implebit generationibus suis sapientia et omnia receptacula: hoc est tres vires nobiles superiores iplebit thesauris suis: hoc est absconditis et preciosioribus diuitiis suis: et deinde. ego corona sapientie replens pacem et salutis fructum: replens id est perficiens et consummans vel replens id est plene conferens.

Nota.

N

Effectus timoris.

O

Qualiter autem sit gloria et gloriatio letitia: et corona exultationis et corona sapientie: in ultima parte tractatus huius declarabitur. Ego gloria senum: sicut legitur eiusdem Ecclesiastici.25. Ego fons modestie id est consummatio: certificans spiritualis diuitie et gloria exvita: sicut legitur Prouerbiorum.22 Ego dei thesaurus: sicut legitur Ysaie tricesimotertio. Timor domini ipse thesaurus eius. Ego super sapientiam et scientiam: immo super omnes virtutes: et velut operimentum pulchritudinis: sicut legitur Ecclesiastici.25. Quoniam magnus est qui inuenit sapientiam et scientiam: sed non est super timentem deum. Timor enim domini super omnia superposuit: et iterum eiusdem Ecclesiastici. Super omnem gloriam operuerunt illum: id est operimentum posuerunt illum viri sancti: subaudis in eo superabundantia et plenitudo: sicut loquitur in psalterio. Non est inopia timentibus eum. et Prouerbiorum.40. Timor domini ad vitam: et plenitudine commorabitur. ex me amenitas atque sterilitas spiritualis: et propter hoc legitur Ecclesiastici quarto. Timor domini sicut paradisus benedictionis.

Timor est thesaurus.

P

Sunt et alie multe et magnifice laudes mee quas per ora prophetarum spiritus sanctus auctor meus canere dignatus est. inter quas et illa est eximia: quod ipsum christum dominum apothecam: immo fontem gratiarum omnium et virtutum replere dictus sum. Cum enim aliis datum sit in ipso quiescere solum moueri replere eum ab ipso spiritu sancto mihi attributum est: ita enim ibidem dicitur. Requiescet super eum spiritus sapientie et intellectus et ita de aliis. deinde vero dictum est. Replebit eum spiritus timoris domini. nec mirum est. Cum ego plenitudo sapientie sim: cum ego paradisus sim benedictionis: cum ego sim diuitie gloria exvita: cum sim ipse deus thesaurus. Quid ergo decuit magis implere illum: in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei: sicut legitur ad Corintheos.2. Et in quo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: sicut legitur eiusdem primo. De me specialiter dixit spiritus sanctus in primo Ecclesiastici. Timor domini expellit peccatum. nam qui sine timore est non poterit iustificari. Apparent ergo officia mea tam salutaria: et opera mea tam preclara tamque miranda.

Nota.

Nota.

Timor expellit peccatum

¶ In partibus enim sapientie ego sum initium siue principium: hoc est quod vulgo dicitur introductiones: quare sine me et non nisi per me patet ad sapientiam ingressus. Sum et plenitudo sine tertiam filiam meam vel partem: que est timor reueren-

rie in ornamētis regalibus corona sicut supra diximus corona exultatiōis et corona sapiētie timor domini. In ornamētis domus vel etiā anime humane operimentū glorie ex. 40. Ecclesiastici. Sup omnē gloriam operuerūt illum in agris vel in ortis paradisus benedictionis. In ministris custos arcēs diabolum et deterrēs in mente quā inhabito ex tricesimo Prouerbiorū. Timor domini ad vitam custodiendā supple: et in plenitudine cōmorabitur absq; visitatione pessimi: et iterū. In ministris ianitor vt diximus. Et tertio in ministris mūdator domus: scilicet expellēs peccatū vt dictū est. et mundo in ministris tortor et carnifex: sicut legitur in psalterio. Cōfige timore tuo carnes meas: vt dicit Augustin⁹: q: velut quidam tortor carnales cōcupiscētias timor trucidat atq; mortificat in opportunitatib⁹ seu cōmoditatibus foris. et in decimoquarto Prouerbiorū. Timor domini fons vite. ¶ In partib⁹ ligni sapientie radix. Ecclesiastici. 1. Radix sapientie timere dūm. In forinsecis instrumentis formido siue expauēraculum: vt supra diximus: inuētis aquilo ppter causas quas supra notauim⁹. In elemētis terra frugifera et ager plenus qui benedixit dominus in armis claua. in numerabilib⁹ clauis siue bullis aut nodis terribilis furibus et hostibus spiritualibus: et hoc i superioribus declarauimus.

Timor radix sapie.

Spes seipām cōmendat: et suas filias enumerat: scz fiduciā: securitatē non ociosam: erectionē: consolationem: confortationē: expectationē bonorū repromissorū: iocunditatē singulas quasi diffiniens.

Spes vero ipsimis dicit: timorē qui laudes suas ita psecutus est nullo modo eē sibi contrariū: quin etiam adiutorē fortissimū. Sicut enim timor fugit: hoc est fugere faciat vt effugiat. sic ego insequor vt assequar: licet cōtrarij fines sunt effugatio malorum et assecutio bonorū: immo ad alterum sine altero non peruenit. Nemo eni assequit bona diuie pmissiōis: nisi a malis effugerit siue euaserit: hoc est liber et imunis effectus fuerit eiusdez cōminatiōis ¶ Amplius. Iste intētiones nō sunt contrarie imo sese sociabilissime cōpatiunt: simul eni intēdet ds et effugere a malis: et assequi bona repromissa: sicut apparet in timore quē sancti vocant initialē. ¶ Amplius. Timor est mihi medicina: contra timorē presumptionis et velut pōdus me retinens atq; custodiens ne eleuer ad ruinā. ¶ Euidētius aūt apparebunt laudes mee: ac preclare operationes: si filias meas aut partes enumerauero. Har ergo pma est fiducia siue fidentia que est spiritualis innixio in illud in quo sperat. Secūda est securitas non stulta illa quā supra dixim⁹ incurie quā habet ignauia: sed potius sensus quidā roboratiōis vallationis et ptectionis diuine. Tertia est erectio contra ea que aduersus nos se erigūt seu cōsurgunt: et hmōi contrarium est defectus siue diffidētia dei. Quarta est cōsolatio: de qua legitur in psalterio. Hec me cōsolata est in humilitate mea. Quinta pfortatio que est velut resumptio viriū: et respiratio ex pñentia diuini adiutorij. Sexta: expectatio bonorū repromissorum absq; hesitatione. Septima: iocunditas que spem hmōi velut comes inseparabilis cōmitatur: et fidentia quedā est velut colūna mentē humanā et totum edificiū virtutū sustinēs. et ipsa velut sup duas bases diuine misericordie atq; iusticie erecta: et

Spes.

M

Fiducia. Securitas

Erectio. Cōsolatio.

Confortatio.

Expectatio.

Iocūditas

eisdem suffulta. Qui eni confidunt in dño: non solū in misericordia cōfidūt seu sperant: sed etiam in iusticia et veritate qua promisit se non deesse sperantibus in se. et hac et ppter hanc dixit Dauid. Dñs firmamētū meū. etiā alia littera que habet. Domin⁹ petra mea. propter hanc eandem dixit et illud. Statuit supra petram pedes meos. Et illud vt mons syon qui habitat in hierusalē non commouebit i eternum. sic qui confidunt in domino: non est ergo mihi timendū a ruina quā tale firmamētū portat et sustinet. non est mihi timendū ab ipulsu et mutatiōe que immobili per oia fulcimento totaliter innitor. Nō est ergo mirum si cū labētibus labūtur qui solis labilib⁹ innitunt: sicut dicit Beda. Qui cad ēti eni innīdo incūbit vel innititur cum ipo incessanter necesse cadere habet. Merito et totaliter innitor: quē misericordia michi fundamētū supposuit: nō eni ita crudelis est vt se subtrahat et me cadere pmittat: sicut dicit Augustinus. Et ego supaddo: quia non est proditor aut illusor: vt me sibi inniti iubeat et se michi ad me supportandā offerat ad ruinā meā se michi subtrahat: propter quid eni diceret Spera in dño. propter quid tam crebro ad sperandū in se inuitaret nisi nos suffulcire et supportare vellet: de hoc Augustinus super psalteriū. Ante oñia i ecclesia catholica didici: vt spes mea non esset in homine. Maledict⁹ enim qui confidit in hoie: sicut legit Hieremie. 17. Hanc maledictionē declino: et benedictionē que ibi subsequitur obtineo. Baculo arundineo innitit: qui sub innitente confringitur/ et ipm vulnerat qui cōfidit in homine: sicut legitur Ezechielis. 29. Pro eo q fuisti baculus arundineus domui israel et confractus es: et lacerasti oēm humerū eorū. alijs ergo inniti vel incumbere non est nisi cadere. Ego sum firmamentū quod deus secūda die: videlz post creatā lucem fidei erat in creatione mētis humane: que est iustificatio malorū. ¶ Ego sum qui nunq cōfundor sicut et ipse Dauid dicit. In te speraui nō cōfundar ineternū. et Ecclesiastici. 2. Scito: q: nullus spauit in domino et confusus est. Confunditur (inquit Augustinus) qui sperat in homine: et hoc est quoniam homo speranti in seise subtrahit. Aut ppter pprias infirmitatē et impotentiā ipm minime fulcire sufficit: quin in ruinā potius secum illum trahit: ppter hoc impulsiones aduersitatum et aliarum tentationum me minime deijtiunt aut concutiunt. Quoniā domus mea fundata est supra firmā petrā: sicut legitur Mathei septimo. Descēdit pluuia et venerūt flumina: flauerunt venti: et irruerunt in domū illam et nō cecidit: fundata enim erat supra firmā petrā. Non sum sicut ille qui relicto beato Martino innixus est felici infirme ac fragili. Edificiū meum fundamentū habet in sublimi: imo in supremo celorū: et idcirco toto pōdere innixiōis mee in illud feror. Merito ergo dum inferiora michi subtrahunt si illa non sequor subtractione eorū michi quicq mihi deperit: quemadmodū et mundanis edificijs subtractio superiorū in nullo nocet: et hoc est quādo superioribus in nullo penitus innitūtur. huiusmodi ergo filie mee, ppa laus est firmitas et icōcussibilitas contra ruinam. Merces autem salus et liberatio et oñibus persequētibus. quā et petebat Dauid cū diceret Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex oñibus persequētibus me et libera me. Si fides: et quia fides fundamētū est in edificio spiritua

Nota.

B

Spes.

S

Spes non confundit.

Nota.

indubitáter debetur et conueniéter reddenda: sicut
in tractatu de renouati noe mundi in capit. de resur
rectione mortuorum declarare deo auctore propo-
nimus. In dei logica nullum argumétum validius
Nota. ad me syllogisandum atq3 probanduz q mors vnige
niti filij ipsius: nullu ad destruendam hesitatiõem vel
obiectionem mihi contrariam adeo efficax aut vali
dum. Cum enim non solum non inferatur sed etiam
non conferatur securitas de omnibus dei beneficijs
per huiusmodi medium. ¶ Qui enim recipiat mor
té vnigeniti filij dei: recipiat utiq3 fide perfecta. Qui
vero et consequenter securitatem obtineat merito-
rum omnium et ex vlla parte comparandorum bene
ficio mortis illius. ¶ In dei thesauris nullu pignus
preciosius nullum magis assecurans aut certius q
ipse dei filius et spiritus: quorum vterq3 in pignus
3 datus est vt supra dixi. Ve tibi hesitatio mihi con-
traria que aures misericordie dei petétibus obstru-
is et obcludis: et eos quicq3 impetrare non sinis si
cut testatur Jacobus in primo dicens. Nõ ergo esti
Nutatio met homo ille quod aliquid accipiat a deo. Ve tibi
nutatio mater imperfectionis vt ait philosophus:
ve tibi nutatio que spé das diabolo obtinendi oém
A illuz in quo viuis. Sicut vulgari gallicano dicitur
postq3 iam nutat iam habebitur: o dei contumelia:
o dei intolerabilis iniuria. o omni gladio et igne vi
dicanda et profligenda pernicies qua táta testimo-
gni et spirituales habeātur. Q mirar⁹ est qui animā
proximi sui ꝑcio biblie sue redimeret qui illā daret
vt illā a peccato mortali liberaret. Et sicut supra di
xim⁹ ipsa stercora literalia ꝑ plateas sparsa tot ha
bent studiosissimos atqꝫ auidissimos collectores.
Anime vero vulnerib⁹ peccatorū prostrate ꝛ pene
vbiqꝫ latētes paucissimos habent qui curēt. Si ce
ciderit nūmus immo si obolus in via:fere tot habet
reuelatores quot pretereuntes. Sed si ceciderit aīa
in via morū negligitur vt stercus:et quod deteri⁹ ē
cōtemptu et aspernatione spiritualiter cōculcatur.
Sicut dicit Psalmista. Pones eos vt sterc⁹ terre:
et hieremie nono Et cadet morticinū hominis q̄si
stercus ꝛ cetera. Uere autē vel saltē non stercoribus
Nota.
viliores anime haberentur. Si viderimus fratrem
infirmantē corporaliter . Et cibū corporalē sumere
nō valentē miserabiliter:dolemus super eū vt dica
mus Ecce iā duo vel tres sunt dies postꝙ cibū non
accepit. Ecce de cibo spūali si ꝑ annum non accepe
rit rarus est qui doleat. Quid est omnis corp⁹ hu
manum nisi equus vel asinus ipsius spiritus et quid
spiritus nisi sessor et rector corporis asino vel equo
illo ꝯparteris sessorē atqꝫ rectorē omnino negligis.
Corpus humanū quid.
Quid est quero vulnus in corpore nisi foramē in ve
ste Sicut dicit Judas in epistola sua. Carnis macu
latā tunicā:ꝛ apostolus in: vi. ij: ad Coꝝ. Nō enim
querimus expoliari sed superuestiri. Uesti cōpate
ris dolori pene incōsolabili : vestē inꝙ fraterne ꝛ ip
sum fratrē vestitū non curas. ¶ Amplius. Quid est
vulnus in corpore nisi rima vel fissura in tabernacu
lo. corpus enim nō est nisi tabernaculū militātis in
l
eo spiritus:sicut docet petrus in. v. ij. Scio ꝙ velox
ē tabernaculi mei depositio ꝛ cetera. Quid ē mors
Mors corporalis leuiter ferenda.
corporaliter nisi ruina tabernaculi istius. Quanta
igitur demētia est tantopere curare ruinā vel fissu
rā in tabernaculo hmōi:ꝛ inhabitatorē atqꝫ militā
tem in eo:nō attendere casū equi et hmōi ruinā ta
bernaculi mirabiliter expauescis ꝛ ruinā eqtis atqꝫ
inhabitātis penitus negligis. ¶ Manifestū ergo ē
ex his qꝛ hmōi homines nō fratres reuera diligunt
fratrū equos aut asinos vestes ꝛ tabernacula sicut
diximus quod inde apparet quod per se ē posito po
nitur:quo remoto remouetur. Posito autem his
scilicet equo vel asino veste seu tunica tabernaculo
corporis ponitur hmōi dilectio: ꝛ remotis remoue
tur morte enim corporis extinguit ab his transeūti
m
bus euanescit. Unde vulgo dicitur ꝙ mortu⁹ amicū
Anima prius diligēda deinde corp⁹
nō habet:dicit ergo fraterna charitas nō inhuma
na sū vt fratrū corpora vel oderim vel non curē sed
ordinata sū vt in primis animas ipsorū diligam et
maxime Secundo corpora. Tertio corporalia que
qꝫ bona ipsorū Nullū enim ī bonis fraternis iama
tū ꝑtereo:sed que vilia et vilipēdenda sunt cara nō
habeo:sicut scio q̄ ꝑciosa sūt et cara habenda nō vili

pendo. Ego iustissima ⁊ verissima estimatrix preciosarum ⁊ vilium ⁊ maxime hoim qui non aliud totū
vel preciū eius impono ꝙ deus. Nō eñ ꝓpter hoc
minus deserēdi sunt ꝙ ipse sit. Non eñ deserendus
vel dimittendus est ꝓximus nisi cum eius societas
aut contubernium deum nobis auferret: sicut multis infirmis accidit quia malorum cōtubernio facile corrumpuntur. ibi ꝓculdubio recedendum infirmis ab hominibus hmōi: interdum scilicet charitatis officia illis subtrahēda. Quemadmodum si sacerdos iuuenis requiratur vt audiat confessionem

Charitatꝭ officiū iterdum subtrahendum.

iuuencule in cuius concupiscentia ardet potest subtrahere se ⁊ relinquere eam alij confessori ꝓpter periculum ꝓpriū: ⁊ hoc ne amittat deū. ¶ Sunt ⁊ alij
casus in quibus etiam officia charitatis subtrahēda sunt ꝓximis ꝓpter similia pericula. Sicut xp̄s
posuit animam suam ꝓ fratribus vt ipsemet dicit
Joan. x. Sic iudico faciendum esse: ⁊ sic etiam fieri
facio. chariores eñ effectio ꝓximos aliis ⁊ sibijnuicem ꝙ anime id est vite eorum. sicut dicit Apostolꝰ
de seipso in. xiij. ij. ad Cor. Ego autem libentissime
impendo ⁊ super impendar: ego ipse ꝓ aīabus vestris. ¶ Dicit autem charitas dei virtus ista ⁊ gratia: vel quia dei donum est vel quia ea carus habet
deus. ¶ Tertio nominatio eius ē qua communicatio sancti spiritus nominatur non solum q: ea communicat ipse spiritus sanctus ab eis qui de eo communiter viuunt. Sed quia omnia. hoc ē bona ⁊ mala spiritualia ⁊ temporalia. ꝯmunica sunt illis. De

N

Charitas cōicatio sācti spiritus

quibus est: sicut legitur Actuum. iiij. Erant illis
omnia communia. Hec ē communio ⁊ societas: de
qua Joannis primo prime canonice sue. Et vos societatem habeatis nobiscum ⁊ societas vestra sit cū
patre ⁊ filio eius Jesu christo. Antiquum ꝓuerbium socratis. Amicorum omnia communia. Añ cū

Socrates.

quidam pauper diceretur coram eo amicus cuiusdam diuitis. Cur ergo iste pauper: ille diues. Amicus autem non est qui particeps fortune non ē. Verissime ergo dicit habens istam gratiam communicationis. Mea omnia sunt magna deiformia. In

O

omnibus dei nundinis omnes negociatores michi

Nūdie dei.

lucrantur: hoc est quoniam particeps sum omnium
illorū ⁊ socius. Sicut dixit Dauid de seipso. Particeps ego sum omnium timentium te ⁊ custodientium mandata tua. Nemo eñ dubitat de sociis negociatoribus: qui quilibet eorum ⁊ omnibus negociatur ⁊ singulis ⁊ econtra. Et quin omnibus ⁊ singulis lucret ⁊ perdat: hoc ē ⁊ lucrum commune oībus ⁊ singulis et detrimentum quod vulgo dicitur
perdo. Tota autem vita sanctorum que vita gratie

Vita scōꝝ ꝗdam negociatio

est: negociatio est. sicut docet veritas in parabolis
euangelicis. Mathei. xiij. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: ⁊ eiusdem. xxv. in parabola de talentis. Similiter ⁊ Luce. xix. vbi expsse dicitur. Negociamini dū
venio. Merito ergo non solum diues: sed ditissima
sum. que tot habeo negociatores mihi tot et tanta
lucrātes. Videlicet preclaras diuitias gratie ⁊ glorie statim vbi video bonam palmatam alicui fieri
dico partem ibi habeam vt vulgo dicitur ⁊ statim
efficior ꝑticeps lucri illius. Quot bona vel video:
vel audio fieri. tot bona mercata. siue tot bōas pal

P

matas audio vel video fieri. Omni bono enim opere quisquis est operatur. Mercatur regum celorū
quicunq; sunt ⁊ quodcunq; sunt qui bona operātur
⁊ operarij mei sunt. Omnium enim operum illorū

Nota

ego particeps sum cum audio pulsare ad matutinale seruitium i vna ecclesia. Gratias ago deo ⁊ glorior q: illa hora scio surgere operarios meos ad operādum mihi hoc est ad arandū vomere discipline corda ⁊ corpora sua ad seminādum ⁊ ipsas dei laudes
⁊ ipsas deuotiōis lachrimas. Semina enim nostra
sunt (vt dicit Augustinꝰ) quicquid boni fecerimus:
Similiter ⁊ ad edificandum mihi celeste palatium
scio eosdem operarios surgere. Omni enim bono
opere edificatur operanti: ⁊ ei ꝓ quo ipsum opus
fit domus non manufacta in celis. Cum audio pulsari in alia ecclesia: ⁊ similiter de omnibus in quibꝰ

Q

pulsationes fieri audio. Nec solummodo de his ē
gaudium meum ⁊ gloriatio: sed etiam de omnibꝰ
illis ꝗs ad bona facienda surgere illa hora credo.
Quicunq; orant deum quiq; laudant aduocati mei

Aduocati charitatis.

sunt: causam enim meam apud deum agunt: orationibus enim communibus psalmodiis cantionibus
lectionibus non solum causa totius ecclesie agitur
coram deo: sed etiam singulorum fidelium: quanta
ergo mihi fiducia esse debet quod feliciter agatur
causa mea quam tot ⁊ tanti aduocati tanq; gratiosi
allegant corā deo. Quis ergo potest equaliter vel
similiter gloriari mihi: cui tot ⁊ tanti: tanq; diuites
atq; prudentes negociatores mercantur: immo lucrantur tot ⁊ tanta operari omni genere bonorum
operum operantur cuius causa tot ⁊ tanti aduocati allegant ⁊ vt paucis magna ⁊ mira ⁊ de lapidibꝰ
meis dicam q; bone lachrime ex oculis sanctorum
ꝓfluunt super peccata mea defluunt: vt eorum ardores extinguant vt sordes eorum diluant super cor
meum cadunt vt illud compluant irrigent ⁊ fecundent: quot cilitia vel alie aspere vestes corpora sanctorum armant cordi meo se affectant vt: eius abstergant rubiginem: vt illud eliment atq; splendiscent. quot vel fustes vel virge vel flagella corpora

Charitatꝭ effectus.

sanctorum: vbicunq; terrarum percutiunt peccata
mea fugiant ⁊ conferunt. Quot elemosyne de manibus sanctorum exeūt tot lapides in hostes meos
iaciunt ad lapidādū eos. Quot manꝰ scōꝝ ad erogandum aliquid pauperibus extendunt. tot manibus implentur celestes thesauri mei. Manus enim
pauperum vt dicit Augustinus Christo sunt gazophilatium. Quotq; a quibuscūq; sanctis ꝓ ipso dimittuntur vel contemnuntur in celo mihi reponuntur thesauri. ¶ Q; si dixerit quis q; ista communicatio vel societas eque vel plus damnosa est ꝙ fructuosa. Quia ⁊ si multi de sociis lucrantur aut bene
operentur bona. Sunt ⁊ alij innūerabiles qui oīa
perdunt ⁊ dissipant. communis autem perditio est
⁊ dissipatio: sicut ⁊ commune lucrum. quare maior
perditio ⁊ dissipatio tua ꝙ lucrum: cū plures ⁊ for

Nota

tiores habeas perditores et dissipatores ꝙ lucratores ⁊ bonos operatores. In quo respōdeo q; pietas vel compassio que pars mei est sufficienter respondebit. Ista enim que dicit detrimenta ⁊ perditiones ad eam pertinent ⁊ pars eius sunt. Potest
idq; legitima bona enim mihi retinui omnia ⁊ mea
illa facio. Mala autem ipsa sibi retinuit: mihi spiritualiter seruit sacramentum sacre ꝯmunicatiōis

Sacra eucharistia.

hoc est eucharistie: sicut ipsū nomen ipsius indicat.
Inter mltos ei saluberrimos effectꝰ eiꝰ ⁊ iustitias
ego sum vna nō minor. ⁊ propter hoc cōicare vere
dicuntur ꝗ me ꝑ virtutem tanti sacramenti in ipso ⁊

cum ipso recipiunt. Quia vero ego communicatio
sancti spiritus sum: manifestum est ꝙ contrarium
Proprietas excōicatio quedam. meum excommunicatio est, eiusdem de necessitate.
Quare proprietas siue proprietarietas excommu
nicatio est. Sicut enim commune se habet ad ꝓpri
um: sic communitas ad proprietatem. Quia ergo
vnum vni contrarium: excommunicatio autem est
mihi contraria. similiter ⁊ ꝓprietas ex necessitate.
vnde ⁊ idem sunt excommunicatio ⁊ ꝓprietas qua
re excommunicatum ⁊ esse ꝓprietarium idem. pro
prietarij ergo verissime excommunicati sunt: ⁊ hec
Proprietas proprietas est amor priuatus quod dicit esse beat⁹
A Aug. fundamenta babylonice ciuitatis ⁊ vocat il
lum amorem sui: ⁊ dicit ꝙ iste amor crescit vsque ad
Amor sui. ꝯtemptum dei. Ex bonis autem meis ⁊ laudib⁹ ma
nifesta sunt mala huius excommunicationis. sic ei
excommunicatus id est ꝓprietarius est ille sol⁹ de
quo salomon Eccl'ia. iiij. Ve soli quia cum ceciderit non habet subleuantem se. Oibus eni bonis pre
nominatis seipsum priuat. qui se per hanc excom
municationē diuidit ab aliis. Ego facio vnumquē
que possessorem meorum ciuitatem firmam: sicut le
B gitur ꝓuerbiorum. xviij. Frater qui adiuuat a fra
tre quasi ciuitas firma. ꝓpter me dictum est Ysaie.
vnus erit in mille ⁊ minimus in gentem fortissimā.
In vno eni pugnatorum meorū immo in vnoquo
que pugnat totus sanctorum exercitus per me ⁊ pro
pter me. Et ꝓpter hoc spiritualiter terribilis dici
tur eccl'iast. Canticor. vi. Terribilis vt castrorum
Simile. acies ordinata. Quemadmodum vni membro be
ne se habenti congaudent oia: ⁊ male se habenti cō
dolent. Quemadmodū ꝓ vnoquoque pugnāt oia. sic
se hñt ⁊ de toto corpore siue exercitu sanctor. Ego sci
ens descendere pluuiā donor ⁊ gratiar expādo pal
lium meum immo vas meum. vel cor omne qđ pos
sideo adeo dilato adeoque in oēm partem extēdo vt
ne illa stilla pluuie istius vas meum effugiat. Sic
dem omne datum optimum ⁊ omne donū ꝑfectum
desursum est descendens a patre luminum. Sup cu
iuscunque cor descendat super cor qđ possideo descen
dit. Quicquid eni boni cuicunque alior fit: vnicuique
possessorum meorum fit per me. sicut iam ostendi.
Ego cor omne quod possideo ortum delitiar facio
⁊ paradisum celestem. Omnem eni arborem fructi
feram omne lignum pulchrū visu ⁊ ad vescendum
suaue. hoc est vnumquemque sanctorum virtutum ⁊
gratiarum speciositate atque varietate decoro ⁊ fru
Nota ctum bonorū operum ꝓferentem in cor quod possi
deo infigo ⁊ planto: ⁊ in illo gesto. In corde eni ha
bemus infixos ⁊ adherentes quoscunque ꝯcordialiter
C diligimus. Idem dico de bonis gratiar atque virtu
tibus: quia vbicunque eas audiā vel credam esse cor
di possessionis mei eas infigo ⁊ vt meas eas diligo.
Quicquid autem plantatū ē in terra mea mihi fru
ctificat: quare oēs electi velut arbores ꝓciose ac no
biles omnia dona gratiar in agro cordis quod pos
sideo. s. plante mihi fructificant. Ve ignorantibus
Pulchre. istas diuitias meas. sicut enim si vnum ex electis ⁊
sanctis a corde meo duelli permitterem: quod non
aliud est ꝙ separari a me. ita vt eū diligere desine
rem. vnam nobilem arborem ac preciosam ab agro
meo auelli sustinerem. Sic qui nullum sanctorum
diligit vel qui ꝙcumcunque illorum sic diligere desi
nit pro orto delitiarum cor suum vastam solitudi
nem habet ⁊ hoc est: quoniam qui diligit vnum di
lectione hac ex necessitate diligit omnes ⁊ qui vnum
quemque non diligit. sic nullum omnino diligit hac
dilectione. Qua de causa vno amisso sic a corde hu
mano omnes auulsi sunt. Ex quo apparet ꝙ peri
culosum sit vel vni homini: cuicunque irasci ira mor
tali: vel vnumquemque illesum non diligere. Sine me
dicit ista gratia quicunque me non habet excōmuni
cans a ꝯmunione sanctorum ⁊ corpore xp̄i mystico
separatus: mihi ergo omnes arbores fructificant:
omnes agri pleni quibus benedixit dominus fru
ges ferunt. ¶ Si quis dicat ꝙ hec iustitia super me Questio.
hierusalem: id est spiritualis: sicut dicit Augustin⁹
vt cui communicātur ac aliqua bona communicet
ipse ⁊ sua/ ⁊ ita necesse habeo communicare omnia
mea toti ecclesie sanctorum: quare nihil mihi relin
quitur. cum omnia mea necesse dare habeam. ¶ Re D
spondeo quod dando ⁊ communicādo illa possideo Responsio.
atque retineo: retinendo vero illa amitterem. Hoc ei
est priuilegium ⁊ mirificentia spiritualium donorū
quod dando retinentur: ⁊ etiam multiplicantur li
cet enim de sola sapientia hoc dixerit quidam ꝙ sa
pientia est nobilissimus anime thesaurus qui distri
buta suscipit incrementum et auarum dedignatur
possessorem: si non publicetur thesaurus elabitur.
Sic ⁊ de amore manifestum est: qr qui non dat amo
rem: ipsum non habet. Amare enim nihil aliud est Amor.
ꝙ amorem dare: quia ergo qui non amat. amorem
non habet. Manifestum est ꝙ qui amorem non dat
amorem non habet. Qui autem retinere vult ipm
non dat ipsum ergo neque habet. Sunt eni dona gra
tiarum ⁊ virtutum velut lumina ⁊ splēdores. quod
si quis retinere conaretur extingueret: sic se habet
non solum de donis gratiarum atque virtutibus: sed
etiam operibus earum: propter quod dicit Grego
rius: ꝙ virtus aut proficit. Expresse autem de amo
re dei dicit ꝙ non est ociosus in Omelia de penthe
coste. Sine me etiam mortuus est quicunque me non E
habet. sicut dicit Johannes in. iij. prime Canonice
sue. qui non diligit manet in morte: qui ergo me nō
habet mortuus est ⁊ excommunicatus vt diximus.
¶ Quarta nominatio ei⁹ est qua nominatur amor
⁊ hoc est essentialis eius nominatio: ⁊ ideo omni
bus nota. Manifestum autem qr amor est quedam
vnitas siue vnio amantis ad amatum. ꝓpter quod Amor qd.
⁊ vinculum amor ipse dicitur Ad ephes. iiij. Soli
citi seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. ec
ce ibi vnitas simul ⁊ vinculum dicitur. ⁊ iterum ad
Colos. iij. Super omnia autem charitatem habere
quod est vinculū ꝑfectionis: vnum ergo sunt amās
⁊ amatum. colligata sibi colligatione spūali. Quē
admodum dicūtur corpora corporali ligatura seu
vinculo colligata vt archa ⁊ scamnum: ⁊ etiam ips
corp⁹ animalis. ꝓpter quod dicit Aug. In suggil
lationem auaritie periculosum est fieri vnum cum
eo a quo necesse habes separari. vniunt enim se hu
iusmodi ligatura seu vinculo se ligantes tempora
libus: ⁊ propter hoc iuxta passiones illorum patiū
tur quasi in ipsis. Unde dicit auarus se destructum Vide.
cum eius temporalia destruunt ⁊ grandinatum cū
eius vinea degrandinata est et exustum cum eius
dom⁹ exusta ē. ꝓpter hmōi vnionem seu ligationē
amoris. Btūs vo Dyonisi⁹ i hierarchia sua vocat
amorē totalē declinationē amātis i amatū hocē tota
lē fluxū siue raptū q amās fluit vl rapit i amatū cū
oib⁹ suis: ⁊ hoc si ꝑfect⁹ fuerit amās ac vehemens.

y Omnia em̄ quodammodo que amantis sunt trahit ꝛ impellit amor in amatum. ¶ Huiusmodi ergo do ni seu gratie in⁊tuum amor est prima virtus ꝛ laus est quod delectabile atq̄ iocundum facit amatum q̄tumcunq̄ amarum vel molestum. Sic etiam si in fernus amaretur dulcis ꝛ delectabilis esset. Secū da laus ꝛ virtus eius est: qꝛ quicquid tetigerit suū facit amantis. quod multi ignorant. Cum em̄ mani festum est: quia ipsum amantem ꝛ q̄cunq̄ eius sunt facit amati. Perfectus amor non vidit quādo ecō uerso hoc faciat cū verius hoc efficiat quod ide ma nifestum est: quia bona ꝛ mala eorum quos amamꝰ nostra per 9munionem quam supra ꝓsecuti sumus Non autem ita est econuerso. Non em̄ bona ꝛ ma la nostra ex necessitate ꝛ semper sunt eorū quos dil gimus. Interdum diligimus nec diligimur. Inter dum autem plus diligentes minus diligimur. Si cut dicit Apostolus de se in .xiij. ij. ad Cor. licet plꝰ vos diligens minus diligar. Hoc est quod dicit do minus Josue. i. Quemcunq̄ locum calcauerit ve 3 stigium pedum vestroꝝ: vester erit: ꝛ alia littera ha bet. Quemcunq̄ locum tetigerit pes vester: vester erit. Pes cordis dicit Aug. amor est: qui si rectus est dicitur charitas si vero curuus dicit̄ cupiditas. ¶ Manifestum autem quicquid tāgit amor noster vostruꝫ est. per modū predictum. facillima ergo est nobis acquisitio omnium bonorum dum solum hu iusmodi tactu ea acquirimꝰ ꝛ nr̄a facimus. ¶ Me rito ergo pauper est qui nec tangere curat spiritua les diuitias tali tactu non est miseranda paupertas hmōi hominum. qui nec tangere volunt nec diuiti as spirituales amare. Iste amor est velut accipiter rapacissimus: cuius rapacitatem nullum volatile effugit. bona em̄ spūalia seu virtutis siue opera: si sint recta volucres sunt spūales in sublime celorū volantes: ꝛ vsq̄ ad cōspectum altissimi penetrātes Iste accipiter statim vbi visa vel audita fuerunt ca piuntur ꝛ rapiuntur et habentes illium vt diximus efficiuntur. Cor em̄ hmōi amore p̄ditum omne bo num statim vbi vel viderit vel audiuerit amat ꝛ ꝓ pter hoc suum facit illius in quo est siue cuius est. Huius accipitris omnis preda non nobilissima est nisi volet ad dn̄m in primis ꝛ deinde ad omnia ea q̄ eius sunt. Hmōi volatum atq̄ rapacitatem vt ipse deus aufugit aut euadit: licet em̄ scriptum sit. Q̄ omnibus mobilibus mobilior est sapientia: ꝛ qui ascendit super cherubin ꝛ volauit super pennas vē torum. Cum iste accipiter eum consequitur ꝛ com prehendit: ꝛ ligatum tradit possessori suo sicut ipse met testatur ꝓuerbiorum. viij. dicens. Ego diligen tes me diligo. Qui ei diligit vinculo amoris ligatꝰ est ꝛ traditus amato sic ligatus q̄tumcunq̄ em̄ lon B ge sit deus a te. Iuxta quod dictum est. Lōge a pec catoribus salus. Tamen statim cum amaueris: im mo q̄cito ipsum amas eundem capis ꝛ tenes. Iste amor est vinculum quo solus deus tenet ꝛ possidet cor humanum. Per hoc vinculum ei se tradit vt il lud teneat ꝛ possideat. Alioquin id est sine hoc nec tenet ipsum nec possidet deus possessione pacifica eiq̄ accepta. Qui ergo rumpit hoc vinculum dn̄i seipsū spoliat. Si vero aliquid qđ cōtra eū sit amet ille se ꝑ vinculum amoris possidendum se iam tra didit ꝛ tenendū. quēadmodū solet tradi equus vel asinus ei a quo possidendus est. Ex quo apparet q̄ sa insania sit aliqđ amare 9 deū. Ille ei ꝛ diabolo se

Amatū de- lectabile.

Spūales di uitie facilli me 9parā̄t

Nota.

ligatū tradit q̄ sic amat. Iste amor est in p̄dicamēto relatiōis cōꝑantis. Et ꝓpter hoc si fas ē dicere. deo quodāmodo vel cōparat eos in q̄bus ē. i. ama tores dei. Amici ei in⁊tum amici pares sunt vt po te inuicē ꝑ cōꝑantiā relati. ꝓpter qđ ꝛ ipsa veritas dicit. Joan. xv. Iam nō dicā vos seruos ꝛ post pau ca: vos aūt dixi amicos. Iste amor est ꝓprie spiritꝰ adoptiōis filioꝝ in quo clamamꝰ abba pater sicut legimus ad Ro. viij. Est em̄ iste amor grā adoptio nis: hoc ē filiatio spūalis qua nature filij dei ꝑ gra tiam sunt. in quibus ipse est. hoc est germanitas si ue fraternitas spūalis siue natio siue cognatio: si cut legitur. Eccli. iij. Filij sapientie ecclesia iustorū ꝛ natio illoꝝ obediētia ꝛ dilectio: ꝑ hūc amorē fra tres aplōs ꝛ alios electos vocat dei filios. Joā. xx. Vade ad fratres meos ꝛ dic eis. Ascēdo ad patrē meū ꝛ patrem vestrū. Et vt v̄bis ipsꝰ vtamur iste amor dicit. Ego sum radix viuifica. de q̄ q̄cunq̄ nō ꝓcedit ramus aridꝰ ē. Sicut testat̄ Greg. Nihil hꝫ viriditatis ramus boni opis nisi de radice ꝓcesse rit charitas. Ego radix sapiētie q̄ nūq̄ cecidit sicut legit̄. Sapien. iij. Et p̄me ad Cor. xiij. Charitas nū q̄ excidit. Ego honorabilis sapiētia sicut legit̄ ec cle. i. Dilectio dei honorabilis sapiētia. ego sum ignis quem dei filius venit mittere in terram. Si cut ipse dicit Luce. xij. Ignē veni mittere in terram ꝛ quid volo nisi vt accendat̄: De hoc igne non incō uenienter intelligit̄ quod legit̄ trenoꝝ. Ignē misit in ossibus meis ꝛ erudiuit me ego ignis illuminās atq̄ splendificans ad splendorē eterne pulchritudi nis q̄cq̄d in me ardescerit ꝑducens sicut dicit Greg. Non fulgebit aīa i splēdore eterne pulchritudinis nisi in officina arserit charitatis. Ego ignis purifi cans ꝛ examinans ad ꝑfectum oīmq̄ aliene mixtu re spurcitiā a corde in q̄ sū expurgās: sicut dr̄ psal. Igne me examinasti ꝛ nō est inuēta in me iniq̄tas. Ego sum vitalis calor q̄ extincto vite gratie relinq̄ tur sicut supra ostendimus ex tertio p̄me Canonice Joan. qui non diligit manet i morte. Ego calor dis gregans ꝛ abinuicem separans etherogenea. Non em̄ corporalia patior adherere ꝛ miscere spiritibꝰ humanis ex quo manifestū est q̄ amor mundi frigi ditas est: q̄ tam diuersa vt sunt corporalia ista ꝛ mē tes humanas aggregat ꝛ adiuuat. Nulla em̄ magis diuersa sunt q̄ corporales delitie ꝛ diuitie ad men tes humanas: q̄ tn̄ ita eis 9glutinat ꝛ adherere fa cit vt mēbra sua ea reputēt: ꝛ etiā dicere nō erube scant. De grangia em̄ aut furno aut molendino cō sueuerūt dicere auari hoc est melius mēbrū qđ ego habeā: ego oleum letitie q̄ ipse xp̄s dr̄ vnctus p̄ par ticipibꝰ suis. Nō solū agnominari: sed etiā noīari voluit xp̄s. Ego oleū ad medicamēta morboꝝ spūa liū ad leniēdos dolores aīaꝝ ad 9diēdos cibos bo noꝝ opeꝝ. Sine me ei nec suauitas ē aīabus nec so lamē seu leuamē doloribꝰ earū nec sapor aut suaui tas bonoꝝ operū cibis. Insipidi em̄ sunt sine me: et si em̄ vt dicit Aug. bonū sit qđ fit: non tn̄ bn̄ fit qđ si ne charitate fit. ¶ Ego sū oleū scīm q̄ inunguntur ꝛ efficiunt̄ veri ac sc̄ti dei sacerdotes. Sine me ei nec sanctitas ē nec sanctificatio. ego sum vnctio siue do cens de oībus: sicut legit̄ p̄mo Joan. ij. Sicut enim amor mūdanꝰ atq̄ carnalis in oībꝰ excecat eos q̄s arripuerit ita vt ipa q̄ amāt nō cognoscāt. Ita ego q̄s vngo i oībꝰ illumio ꝓpt̄ hoc dr̄ vulgari ꝓuerb. Si quis amat botrathā luna videt ei. Adeo enim

Amici.

D Charitas

Nota.

E

Charitas oleū q̄dā.

F Oleū scīm charitans,

excecat amor mundanus atqꝫ carnalis vt stercora temporalium diuitias nobiles reputari faciat ⁊ ꝑclaras. Nec solum intus excecat amor huiusmodi: sed ⁊ foris: verbi gratia. Si quis deformissimā mulierem amet videtur ei speciosa ⁊ si nigerrima ē videtur ei saltem fusca. Hoc autem vel excecatio est: vel saltem cecutiatio. Causa autem in hoc est quoniam mundana atqꝫ carnalia tenebre sunt apud id quod est nobile aut sublime in anima humana ⁊ q̄si puluis ⁊ terra iniecta in ipsum. Unde q̄to profūdius se iniecerint vel inheserint menti humane: tā-tomagis illam obtenebrant vel excecant. Spiritualia vero lux sunt ⁊ lumina apud illud ⁊ q̄to profundius aut vicinius in eo fuerint: tātoplus illud illuminant: q̄toqꝫ plus per plura illorum apꝰ eam fuerint tanto plus lucis vel plura lumina erunt apud illam. Hoc autem inde manifestum est: quia elōgatio ab his que carnis vel mundi sunt mētem humanam facit propinquare ad illuminationem suam. Quemadmodum elongatio a tenebris ⁊ appropinquatio ad spiritualia appropinquatio est ad lumina: ⁊ ad primum ⁊ ad purissimum lumē: propter qꝺ legitur in Psalmo. Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Ego sum vnctio crismatis: reges ac sacerdotes constituens per me em̄ solam veri reges regnāt et veri reges ac rectores sui sūt ac suorū: sine me enim serui sunt nequissimi vitiorum. Ego sum fons plenitudinis et habundātie vniuersalis omniū bonorū ꝓpter quod Aug. Ubi charitas ē quid est quod nō possit prodesse vbi vo ipsa nō est quid est quod possit ꝓdesse. Ego fons ꝓprius bonorū vt dicit augustinꝰ cui nō cōmunicat alienus ego sum vita virtutum vt dicit ꝓsper de vita cōtemplatiua sine me em̄ omnes mortue sunt: et sicut supra ostensum est ego vestis nuptialis sine qua a nuptiali cōuiuio eiicitur quicunqꝫ intrare p̄sumpserit sicut legitur mathe. xxij. Ego stola prima atqꝫ p̄cipua que filio ꝓdigo reuertenti de regione dissimilitudinis id est peccati reddi p̄cipitur. Luce. xvi. Ego tunica talaris vel polimita suauitate fragrans quā figurauit tunica ioseph Gen̄. xxvij. Et vt breuit̄ de laudibus meis multa ac magna ⁊ mira nō tamen omnia dicaꝫ ego sum in elementis ignis nūq̄ decidēs aut descendēs. in gēmis carbunculꝰ ardētissimus: ac rutilantissimus. In colorībꝰ rubor de christi sāguine tanq̄ de sanguine muricis expressus. Christi enim passio vt ait beatus Bernardus. amore ipsiꝰ ⁊ imprimit vicinius ⁊ exigit a nobis iustius. Ego sum presens purpura ac coccino bis tinctꝰ: propter duo mandata diligendi deum: videlicet: quia creauit ⁊ quia recreauit ardens velut illo sanguine tintincta. Ego sum in liquoribus oleum in arboribus oliua. In vestibus sacerdotalibus infula vel planeta. In floribus rosa vel lilium flammeum. in metallis aurum ignitum. In vestibus militaribus palliū atqꝫ cappa alata. Pallium quia posteriora ꝑ obliuionem operio vel anteriora reuelo. Hoc est spiritualia ⁊ eterna ī suppellectibus coopertorium operiens omnia immunda ⁊ erubescenda: sicut dicit salomon prouerbiorū. x. vniuersa delicta operit charitas ⁊ Iacobi. v. Charitas operit multitudinem peccatorum. ego sum ī membris pes quo sola via mandatorum dei curritur. Sine me ego in expeditꝰ ambulare nititur quicunqꝫ aliquid de dei mandatis adimplere aggreditur. Ego in mēsuris spiritualibus latitudo. Quare sine letitudine est qui me non habet ego in potestatibus secularibus rex vel imperator. In ecclesiasticis sacerdos abbas vł episcopus. Ad nutum em̄ meum vel imperium omnia fiunt apud eos in quibus sum. ego sum in ministris camerarius: omnia venire faciens omniaqꝫ ea facilitate qua supra diximus habundare faciēs. ego sum in dispensatoribus bonorum distributor. omnia distribuendo retinens. ita vt ip̄m apud quē sum post me in primis donem: deinde oīa que eius sunt ego prima ⁊ maxima largitas que nihil idatum relinquo. Cor qꝺ inhabitauero instar domus dei celestis ordino ⁊ dispono. Ibi em̄ ⁊ hāc dispensationem obtineo. Ip̄m ei deū ac dn̄m seculoꝝ ego dedi: sicut legit̄ i. viij. ad Ro. Qui ꝓprio filio suo nō pepcit: sꝫ nobis oībꝰ tradidit illū. Ego sū in istrumētis seu in vehiculis currus quo in celū currit̄. ego sū currꝰ q̄ in celum raptus est helias. sicut legitur. iiij. Regū. ij. ego sum radix ex qua pendet tota lex ⁊ ꝓphete. sicut legitur Mathei. xxij. ego sum finis ad quem tēdit tota lex. sicut legitur. i. Thimothei p̄mo. Finis p̄cepti charitas. ego sum plenitudo legis. sicut legitur ad Rom̄. xiij. Plenitudo legis est dilectio: ⁊ ad Galathas. v. Omnis lex in vno sermone impletur: per me dimittuntur peccata. sicut legitur Luce. vij Dimissa sunt ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Ex his autem laudibꝰ manifeste sūt suggillationes contrariꝭ mei quod ē odium. Similiter ⁊ alterius inimici mei qui est cupiditas siue amor temporalium. Quid plura? lege apostolum in. xiij. prime ad Corinthi. ⁊ inuenies ꝙ quasi totum se effudit in laudes meas: lege p̄mam canonicam Ioan. ⁊ apparebit tibi quod de ea dicit Greg. qꝛ omne quod loquitur charitatis igne vaporatur. Et ad vltimum lege in. xiij. ⁊ xv. euangelium Ioan. ⁊ legis euidēter: qꝛ preceptorem meum solummodo se dicit ibi Deus his verbis. Hoc est preceptum meū diligatis inuicem. De me est scola eius in primis ⁊ maxime per me em̄ sunt discipuli eius quicūqꝫ de scola eius sunt: sicut ipsemet testatur dicēs eiusdē. xiij. In hoc cognoscent homines ⁊c. Ego de alienis laboribus siue lucris mercedem ⁊ lucrū ꝑcipio: dū inde gaudeo. Sicut dicit Aug. Uis habere mercedē de alieno opere gaude inde ⁊ mercedem tibi inde cōparasti. Felix ac nobilissimum ꝯmerciū nihil dare ⁊ mercedem vel lucrum percipere immo de alieno labore duplicē mercedē accipere: gaudere em̄ gaudium recipere ē. Dum ergo de alieno labore gaudeo. primam mercedem: vel gaudium hic percipio: ⁊ scdaꝫ in futuro. Teste Aug. Expecto per hoc ip̄m ꝙ mei sunt alieni labores: et lucra aliena euidenter probans. Certum em̄ ē: qꝛ gaudiū q̄bus est cibꝰ ⁊ potꝰ est spiritualis atqꝫ refectio cordis. Qꝛ ergo de fructibus seu opibus bonis alienis licet mihi gaudere q̄tum volo quocūqꝫ inuito vel ꝯtradicente. Quare mei sunt. oēs em̄ fructus de q̄bus sine iniuria alterius possum comedere: q̄tum ⁊ qn̄ ⁊ quotiēs volo. quocunqꝫ inuito ⁊ contradicente. proculdubio mei sunt. ¶ Ego sum fur fidelissimꝰ atqꝫ iustissimꝰ ⁊ innocētissimꝰ q̄ oīa bona aliena clā capio mea facio: ⁊ cꝗro: amādo ei illa atqꝫ ide gaudēdo: nesciētibus illis: quoꝝ sūt clā illa rapio mea facio ⁊ acꝗro nulli molesta dānosa sūt furta mea. imo vtilia ⁊ iocunda: nō ꝓpt̄ hoc aūt minꝰ hꝫ aliqs: aut minora bōa sua cū ea more ⁊ mō mea rapuero. ⁊ furatꝰ fuero si

Carnalia.

Spūalia.

E

Charitas vnctio chrismatis.

Charitas fōs bonoꝝ

F

Nota

G

Charitas pctā operit

H

Charitas dedit nobis filium dei.

Suggillatio odij ex laudibus charitatis.

Deꝰ preceptor charitatis.

Nota

I

Charitas fur fidelissimus.

nedetrimento bona possidentium illa capio ⁊ de il
lis ditor: cum multo fructu ⁊ lucro eorum. Cum eni
illa per modum dictum possideo si ad notitiam eo
rum hec veniunt duplicantur eis: quia prius non ni
si in seipsis illa possidebant. nunc autem in seipis ⁊
in me illa possident. Si vero boni: id est bonorum
amatores sint laborant multi mendicantes hostia
tim singulatim rogantes viros sanctos vt eos colli
gant ⁊ associent sibi in bonis suis: non incumbit mi
hi labor iste vel mendicatio: nec est mihi necessari⁹
consortem atq participem omnium bonorum que
viri sancti possident me facio et hoc est eis nescien
tibus. vel etiam prohiberi: vel etiam contradicere
non valentibus. Quare manifestū est: vbi ego non
sum paupertatem omnidam esse ⁊ laborem mendi
Charitas numisma dei est. cationis necessario assumendum vbi ego sum om
nia affluere facio ppria ⁊ aliena. ¶ Ego sum dei nū
mus siue nummisam hoc est ista moneta cui⁹ ima
go sum illi⁹ ⁊ per me dignoscitur: sicut supra dixit
R Augustinus Amor enim alieni boni que vere boni
tas est super omnia animas sanctorum deo assimi
lat cū eius indiuiduuz: id est propriē proprium ⁊ es
sentiale sit bonitas pura implens omnia secula bo
nitatibus ⁊ causis ⁊c. ¶ Ego de alienis bonis tot
xenia regi regum offero vel p̄sento: quot eidem lau
des ⁊ gratiarum actiones ⁊ benedictiones deo red
do. Hoc ergo est ius meuz. Hec dignitas ⁊ potestas
vt de omnibus bonis vbicunq sint: et cuiusq sint
xenia mea ⁊ donotiones huiusmodi facere possuz.
¶ Ego sum debitum quod semper solum semper de
Charitas ē debitum. tinet debitorem: sicut dicit Augustinus super illud
Apostoli. Nemini quidq̄ debeatis nisi vt ad inuicē
diligatis. ¶ Ego sum debitum quo reddito reddun
tur omnia ⁊ debito ⁊ nihil furti vel rapine remanet
apud reddentem ⁊ quo non reddito totum furtum
aut rapina est quicquid est apud ipsum. Qui enim
non reddit deo ⁊ primo amorem debitum: fur est ⁊
latro etiam cordis sui. Ego sum census ⁊ redditus
quem deus in omni corde sibi ⁊ proximis reddendū
constituit ⁊ litteras suas: videlicet veteris legis ex
huiusmodi redditus vel census assignatiōe dedit. si
cut legitur. xviii Leuitici ⁊ sexto Deuteronomij se
Nota cūdo. ¶ Heu quot fures ⁊ latrones habet vnusquis
q vestrum qui censum istum vel redditum: nondum
nobis reddiderunt. si tamen ⁊ de cetero reddere vel
lent: consilium meum est: vt consilium bonum habe
remus de subtractis: id est de retroactis ammitten
L dis. Heu quia de furto illo pene nemo confitetur: ⁊
Vinculū est charitas. nemo qui inde faciat restitutionum. Ego vinculuz
quo solo alligari potuit dominus fortis ⁊ potens
dominus potens in prelio. Alligari inq̄ ante presi
dem ⁊ ante pilatum ad columnam. Si totus mun
dus ferrum esset aut acerum non possent ex illo fer
ro aut acero fabricari cathene quibus vel ligari vel
teneri potuissz: ego sola sic eum alligare potui ⁊ te
nere. Ego vinculum quo solo trahi potuit ad terrā
immo vsq ad inferos ⁊ per ipsam miseriam ⁊ mor
tem nostram per spinas et clauos dei filius per me
adhuc trahitur a diligentibus se quicunq eo indi
guerint ⁊ in ipsum venire voluerint: per me solam
gloriantur electi deum se habere in vinculis suis.
Ita ei solet dici de mulieribus de amatoribus su
is non habes ipsum in vinculis tuis. Gloriatio in
cogitabilis est audere estimare se deum habere in
Nota vinculis: vel eum vinctum tenere. Tenebat eū loth
vinctum hoc vinculo cum ei diceret dominus. In
octauo. Genesis. Non potero ibi quidq̄ facere do
nec inde exieris: propter quod dixit Isaie ad eum
lxiiij. Non est qui consurgat ⁊ teneat te. Tenet au
tem eum vinctum quem ipse similiter vinctum te
nuerit. Sicut ipsemet testatur dicens. Prouerbio
rum octauo dicens. Ego diligentes me diligo. Ac
si diceret. Quos hoc vinculo vinctos teneo. Simi
liter ⁊ ipse me vinctum tenet. Ego funicul⁹ triplex
qui difficile rumpitur de quo legitur. Ecclesiastici.
quarto. Velut enim ex tribus cordellis conuertor **M**
quorum primus procedit ex beneficio nature. Qua **Charitas ē**
bona nature largior. Secundus ex beneficio gratie **triplex fu**
qua bona gratie tribuo. Tertius ex beneficio glo **niculus.**
rie: qua bona glorie presto. Qui habet in iugi ⁊ vi
uaci memoria triplicem istam beneficentiam crea
toris habz materias: vnde extrahat cordellos istos
⁊ vnde nectat funiculum istum triplicem: vel ex vna
sola bonitate diuina. Tres isti cordelli digitis mu
lieris fortis qui fusum apprehēderunt. Ex prouer
biorum vltimo. Mirabili artificio extrahitur dum
diuitie bonitatis illius in largitionum bonorum **Nota**
naturalium erga nos: deinde bonorum gratuito
rum. Tertio bonorum glorie pro vt dignum ⁊ iu
stum est cogitātur: possunt isti cordelli aliis modis
multipliciter inueniri propter istos cordellos non
solum funiculus: sed etiam funiculi ⁊ vincula no
minor. Osee. xi. Vbi dicit deus. In funiculis adam
traham eos in vinculis charitatis. Ego sum funi **N**
niculus et vinculum quo solo extrahitur quicunq
peccato de lacu miserie ⁊ de luto fecis quo solo tra
hitur de culpa ad gratiam ⁊ de gratia ad gloriam:
per me solam dei filius traxit ad se omnia ⁊ per me
a terra exaltatus est: sicut ipse dicit Joannes. Ego
si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ip **Per chari**
sum. Per me enim solam ad altum crucis tractus **tatem xp̄s**
est ⁊ in ea leuatus. Neminem vnq̄ traxit nec tracta **crucifixus.**
turus est nisi per me. Similiter nec aliquem traxit
pater nisi per me. Quare manifestum est q̄ nemo
venit ad christum dominuz nisi per me. Ego via ex
cellentissima. sicut testatur Apostolus in decimo
quarto prime ad Corint. dicens. Adhuc excellentio
rem viam vobis demonstro. Ego in domo dei cele
stis dispensatrix potentissima omnia habens i ma
nu ad dandum etiam ipsum regem et dominum se
culorum. Ipsum enim dedi ⁊ do: quibuscunq volui
⁊ volo. Hoc ipse enim ⁊ pater testatur Joannis ter
tio. Sic deus dilexit mūdū vt vnigētū filiū suū daret
⁊ cetera. De ip̄o filio i vltimo ad titū. q̄ dedit semet
ip̄z p nobis. Quicq̄d aūt vterq dedit ex me dedit ⁊
p me. In quocūq eisum ip̄m iaz dedi omnia ama
to istius. Omnis vere amans per me amat ⁊ p me
quasi per vinculum vel funiculum tenetur ⁊ possi
detur ab amato: vt supra diximus. Ego sum pleni
iuris ⁊ possessionis domina a deo habens in pote
state omnem illum apud quem fuero vt illum ple
no iure amati ipsius faciam: ita vt in omnem eius **O**
vsum ipsum transferam: propter hoc ipsum regem **Charitas**
celorum ⁊ dominum dedi humano generi in preci **pleni iuris**
um redemptionis. sicut in Psalmo Redemptionez **domina.**
misit dominus populo suo. In sacrificium reconsi
liationis: sicut predictum fuerat Isaie. liij. Obla
tus est quia ipse voluit: ⁊ ad Hebreos. ix. q̄to magis
sanguis xp̄i qui per spiritū sanctum semetip̄m ob
tulit īmaculatū deo ⁊c. In antidotū sanatiōis: sicut

P in eodem Isaie capitulo legitur. Vere languores
nostros ipse tulit ⁊ dolores nostros ipse portauit.
⁊ i. petri. ii. Cuius liuore sanati sumus. In scutum
protectionis: sicut in psalmo legitur. Scuto circun
dabit te veritas eius. Et alibi. Improperia expro-
brantiũ tibi ceciderũt sup me: in cibũ ⁊ potũ refectiõis
sicut ipsemet dt Joã. vi. Qui mãducat carnẽ meã ⁊
bibit sanguinẽ meum ille in me manet ⁊ ego eo. Et
Q in quarto iterum. ¶ Qui manducat me viuet prop-
ter me. ¶ In aduocatũ iugis interpellationis apd
patrem misericordiarum: in propugnatorem dia-
bolice debellationis ꝓpter quod dicitur Dominus
Beda. fortis ⁊ dominus potens in prelio. Ubi Beda. illo
nimirum prelio: quo potestates aereas debellare ⁊
ex illarum tyrannide mũdum veniebat eripere. Ex
pressus autẽ Apostolus. ii. ad collocẽses. Exspo
lians principatus ⁊ potestates traduxit confidẽter
palam triumphans illos i semetipso. De vtroqꝫ au
tem simul hoc est de officio aduocationis ⁊ de offi-
cio propugnationis ipsemet loquitur Isaie. lxiii.
Ego sum qui loquor iustitiam supple vt aduocat⁹:
⁊ propugnator sum ad saluandum. Dedi enim hu-
mano generi in pontificem ⁊ in sacramẽtum sancti
ficationis: ⁊ de pontificio latius legitur. iii. Luce.
⁊. ix. Ad hebre. fere totum de sacramento vero no-
tum est omnibus fidelibus q ministerio altaris ip-
Sacramen semet sacramentum est quo sacrantur ⁊ sanctifican
ta a chari- tur digne ipsum recipientes. Dedi ipsum in fedus
tate ꝑfecta sue ad deũ pacificationis: sicut legit expresse Esaie
lxii. Dedi te in fedus populi mei propter quod per
cussus est quemadmodum percuti solet gladio vel
mortem animalis apd barbaros animalis inq̃ cu-
ius morte firmabatur inter eos pax aut amicitia ꝑ
pter quod deus pater. dicit eiusdem. liiii. ꝓpter sce-
lus populi mei percussi eum. Sed quid in his imo-
Nota. ror non est genus donationis quo ego in eo vsa non
sum dedi enim eum in pignus humane assecuratio
nis: propter quod dicit Augustinus Ipse est pign⁹
certissimum nostre redẽptionis: ⁊ si legeris Isai-
R am diligenter inuenies multos alios modos dona
tionis. Sicut est simul vbi dicit. Ecce testem popu-
lis dedi eum ducem ac preceptorem gentibus. lon-
gum esset enumerare solos modos: qui apud eun-
dem prophetam leguntur: sicut q datus est in lapi-
dem angularem: ad fundamentum totius ecclesie
dei. Sed istos modos enumeraui vt liqueat de iu-
ris possessione et vsu quem habeo in eo et habere
me glorificor. Adeo enim ipsum possideo vt qui in
me manet, in eo maneat ⁊ ipse in eo sicut dicit Joan
nes in quinto. ⁊ qui me plenus est eo plenus sit di-
Charitas cit Augustinus. Quomodo alio q̃ deo plenus est:
ignis est. qui charitate plenus est. ego sum ignis quo omne
sacrificium coquitur quo omnis victima salitur: si-
cut legitur Marci. ix. Omnis victima igne salie.
Sine me q̃ ⁊ cruda ⁊ salsa sunt sacrificia: ego ignis
quem i altare dei semper ardere precepit deus hoc
est in corde humano. Qui eum enim dixit deus in le
uitico. Ignis in altari meo semper ardebit: ego [illegible]
ignis quo totum celum: id est omnium celestiũ mi-
litiarum exercitus ardent et hec non consumpta si-
ue penaliter: sed vltra omnem admirationem sua-
uiter: sicut ait Gregorius de apostolis. Quia post
modum per eius amorem suauiter arserunt frigo-
re mortifero mortui extincti sunt ac gelidi quo ego
non calefacio. Nũc potes loqui laudes suas soror
mea pietas. cuius laudes etiam mee sunt omnia et
vt supra dixi bona mea facio beniuolentissima cõ-
munione. Insuper ⁊ omnia bona in partem meam
⁊ ius cesserunt vt supra dixi.

¶ Pietas consequenter ⁊ congruo ordine su
as laudes percenset: ac velut declamatorio stilo ꝓ
sequitur.

Dicit ergo pietas. Loquor laudes meas Pietas.
sine inuidia ⁊ detractione sororis mee be
niuolentie: cui nec inuidendum est nulla-
tenus nec detrahendum. Cum eius bona
omnium sint ⁊ omnibus communia q̃tũ in ipsa est.
Dico ergo q mala portio mea sunt: ⁊ in ius meum
cesserunt sicut bona ⁊ in ius ⁊ partem sororis mee
beniuolentie seu communiõis. Q̃ si dixeris: quia Infern⁹ bo
ergo infernus de parte tua ẽ. Respõdeo q non: quo nus diligẽ-
niam infernus non est malus immo valde bonus dus q̃ttuor
⁊ diligendus propter quattuor. Primum quia est causis.
pars domus regie ⁊ regalis palatij ipsius regis re Prima cã.
gum. Carcer enim pars est domus regis valde ne-
cessarius. Ibi enim fures raptores ⁊ latrõnes: ⁊ om
nes alij malefactores vincti ⁊ compediti detinẽtur
⁊ arctissime custodiũtur ne alijs vlterius noceant.
¶ Secũda causa est quia formido ẽ que vulgo dici
tur expauentaculum deterrens eos qui male agere A
vellent ne illud opere impleant timorem seruilem
eis incutiens ⁊ cohibens manum: non autem ani- Scda cã.
mum ex toto. Manet enim in huiusmodi homini-
bus sicut ait Ambrosius peccandi voluntas ⁊ seq̃-
retur opus si speraretur impunitas hoc est vt vul-
go dicitur expauentans malum: quemadmodum
ribaldi dicunt de patibulo quod vulgo gibetum di
citur. Sicut enim ipsi ribaldi licꝫ irrisore ipsum no
minant videlicet expauescens eũdem quem vulgo
maluesonie vocauit. Hoc est Barbualdus q̃ paruu
lis ad terrorem ostenditur. Etiam de quo matres
⁊ nutrices paruulis minantur quod eos deuoret si
fecerint hec vl' illa. Barbualdus enim vulgari gal
licano dicitur figura vel pictura terribilis qua ma
tres ⁊ nutrices vtuntur ad paruulos deterrẽdos: q̃
necessarius ergo sit infernus communitati homi-
num ad deterrẽdum eum a malo: manifestum est
per hoc: hac ergo de causa diligend⁹. Tertia causa B
est: quia innumerabiles peccatores ad penitentiaꝫ Tertia cã.
terrore suo compellit: et ipsa peccata de cordibus
eorum expellit: sicut legitur Ecclesiastes primo. Ti
mor domini expellit peccatum. Quemadmodum
⁊ magni in timore subito ⁊ magno a febribus inter
dum curantur. Si peccatores ab ardore carnaliuꝫ
⁊ secularium desideriorum plerumqꝫ liberantur: si
cut supra ostendimus in laudibus timoris. Qua-
re manifestum est q infernus diligendus est vt me
dicina salutaris febres carnalium ⁊ secularium de
sideriorum extinguens ⁊ expurgans. Si quis au-
tem dicat ex precedenti causa diligendus est vt me
dicina preseruatiua ⁊ ex hac in qua sumus vt medi
cina curatiua: non inconuenienter hec dicit. Quar C
ta autem causa propter quam diligendus est hic: Quarta cã
quia omnes dei iniurias ⁊ contumelias vindicat:
⁊ deum de omnibus inimicis suis. Non est ergo di
ligendus solummodo ex amore iustitie hoc est quia
instrumentum est et locus iustificationis malorum
⁊ vindicte: sed etiã ex amore sincerissimo quo deus Nota
diligitur. Si quis enim regem aliquem vere dili-
get seruum illius qui omnes iniurias ⁊ ꝯtumelias

eius vindicaret: et de omnibus inimicis cum perfecte vlcisceretur non solum diligeret: sed charissimum haberet. Quia ergo isernus hmōi dei seruus est: merito ab amicis dei diligēdus est. Apparet ergo ex istis quattuor non ad me: sed magis ad sororem meam beniuolentiā in infernum pertinere. Qd si dixerit quis τ mala diabolica ad me pertinent: et quia miserandum est eis qui in tanta miseria positi sunt. Respondeo q̄ non. Limitata eñ est miseratio τ forma prescripta miserendi in. vi. Luce vbi dictū est. Estote misericordes τc. Quibus ergo pater misericordiarum non miseret: mihi nō est miserendū.

Limitata mia.

Quod dico τ de malis damnatoꝝ: salua pace eorū qui dicunt suffragia ꝓdesse damnatis. Mala ergo hominū mala mea sunt: siue sint mala penaꝝ. Sicut eñ soror mea beniuolentia communio est bonorū sic τ ego communio sum malorum: τ mea sunt reuera mala omnia huiusmodi. Et inter mirabilia mea hoc primum mirū est: q̄ de malis aliorū ego bona sum: τ per omnem modū verbi gratia. De aliorum sordibus ego munda sum τ in eis lauor lixiuiam faciens ex cinere quod ipsi peccatores sunt: sicut dicitur in Psal. Cinerem tanq̄ panem manducabam vbi dicit Sego. Cinis ille peccatores sunt. Cinis ei reliquie sunt icendij ardoris alicuius ex concupiscētijs carnis oculorum τ mundi quas enumerat. Joannes in. ij. prime canonice sue τ de peccatore legit in. iij. Sapientie. Ignis est cor eius Ipsi ergo peccatores mihi ministrant cineres. Ego aūt cor compassionis superesfundo τ admisceo: τ sic lachrimaꝝ lixiuiam conficio in quibus assidue versor. Non ē ergo mirum si munda sum ex sordibus eorum: quia cineres mihi sunt. Et ꝓpter hoc acumen salsedo et amaritudo lixiuie de vulnerib⁹ coꝝ vulnerib⁹ meis sanitas ꝓuenit. Ministrat ei mihi quomodo vinū compunctionis: qd̄ est lachryme cōpassionis: quod dum illis compassionem infundo: videlicet lugens supra ea: vulneribus meis sanitatem ꝓpter hoc ipsum ꝓcuro. Cor eñ meum hmōi lachrimis in primis infundit τ replet nō solū ipsa veritate: sed etiā merito: quia sic apud deum vulnerum meorum mereor sanitatem. Attestante mihi veritate Mathei. v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiā consequentur.

Nota

¶ Sic se habet τ de alijs infirmitatibus. Dum enim cum infirmis p compassionem infirmior. sicut faciebat apostolus in. xij. ad Corin. ij. Tunc fortis sum τ potens efficior. Sicut de semetipso ipse testat̄ τ q̄tomagis sic infirmor tanto magis fortis efficior. Quod inde euidenter probatur quia magnitudo τ vehementia operationis indubitabile testimonium est magnitudinis τ fortitudinis non solum mee: sed etiam cuiusq̄ alterius virtutis. Que ergo infirmatio huiusmodi scilicet compassiōis ꝓpria operatio mea: τ ꝓprius fontis mei riuus aut emanatio est. Q̄tomaior vehementiorq̄ fuerit: tanto maiorem ac fortiorem me indicare esse τ testatur. Eodem modo de superbia eorum ego humilior et generaliter de omni corruptione ipsorum τ vitio. Puritas τ incorruptio mihi accrescūt. Et hoc est quoniam lixiuia lachrimarum tāto apd̄ me redundat τ copiosior τ acutior amarior ad lauandū τ purificandum aptior q̄to vita fratrum seu proximorum mihi vel visa vel audita fuerit impurior atq̄ corruptior. Hec ei est natura mea mirabilis hec mirifica virtus vt q̄to in fratribus magis multiplicantur impuritas atq̄ corruptio tanto aqua istafōtis mei: videlicet aqua lachrimarum cōpiosior exuberet.

Lachryme pietatis.

Nemo enim dubitet: quin pia corda tanto lachrimis compassionibus vberius affluant, q̄to proximorum magis ac magis habundare vel conspexerint vel etiam audierint. Ego de paupertate aliorum ditor: paupertate inq̄ spirituali maxime. Inde enim crescunt diuitie mee. Immo inde mihi accrescunt diuitie nāq̄ mee cōpassiones sunt fletus τ lachrime. Diuitie inq̄ p̄sentes future autem sunt consolationes τ risus: sicut ipa veritas testat̄. Mathei. v. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Et Luce. vi. Beati qui nunc lugetis quoniam ridebitis. Uniuscuiusq̄ enim virtutis ꝓprie diuitie sunt. presentia merita τ futura premia. Presentia autem merita sunt vniuscuiusq̄ ꝓprie operationes eius. Quare manifestum est: quia de paupertate aliorum ego ditor. Inde eñ crescunt diuitie mee tam presentes q̄ future.

Nota

Ex quo manifestum est: q̄ de meritis aliorum ego premior: quia ipsa damnatio occasionaliter auget mihi meritum: propter qd̄ similiter τ p̄mium. Sic de stultitia aliorum ego sapientior sum. Dum enim proximos meos stulte agere ꝯspitio ꝓspitio vel audio. Inde ego sapiens vel sapientius ago. qui ei suscipit animas sapiens est. Sicut legitur Prouerbiorum. duodecimo. Ego autem cum stulte eas agere video eas in animo compassionis suscipio. Ego de perditione aliorum lucror eo modo quo iam dixi: quia inde crescunt diuitie mee: ego enim in dei spiritualibus nundinis socia sum: solummodo perdentium τ mentes suas male vendentium τ perditiones eorum lucra mea sunt: sicut iam exposui. ego sola soluo antiquam illam questionem vulgarē qua queritur quis lucratur: quicquid incauti mercatores perdunt mihi negociantur ad lucrum quicunq̄ in suum negociantur ad lucrum.

Diuitie pietatis vnde.

Non enim paruum lucrum est dolo compassionis τ luctus quē in suis detrimentis atq̄ perditionibus socij mei faciunt: q̄tum autem valeant cuiuscunq̄ precij sunt: nouit sapientissimus deus qui pro eis dat consolationes eternas: τ risum interminabilē vt supra ostendi. ego sola porto onera aliorum: τ ideo sola impleo. legem christi in parte ista que sola difficultatē habere videtur. Quod enim facit soror mea beniuolentia communicando bona sua τ alijs largiendo. Non solum leue est: sed etiam iocundum atq̄ suauissimum. Nihil enim q̄ dare iocūdius: sicut neq̄ beatius: sed omnium oneratorum onera portare: quod habeat difficultatis aut molestie dolor in me compassiōis τ luctus euidenter ostendit. Hoc autem est vnum de mirabilibus meis: quia q̄to maiora τ plura huiusmodi onera porto tanto velocius curro. Ipsa enim portatio onerum huiusmodi non solum mea vehemens ambulatio est. Et etiam cursus τ in vnaquaq̄ virtute similiter se habet. Uniuscuiusq̄ enim vehemens operatio cursus eius quantoq̄ intensior fuerit: tantoq̄ cursus istius velocior. Non enim aliter virtutes ambulant vel nos per eas nisi operando. Nec alij sunt passus vel earum vel nostri nisi operationes: quare augere vel intendere passus est augere vel intendere operatiōes: quia ergo ambulatio fortissima cursus est ingressibilibus litteralibus. manifestum est: quia operatio fortissima aut intensiua cuiuscunq̄ virtutis cursus eiusdē est siue huius

Mirum de pietate.

Aliud. mi⸗ illam. Est ⁊ aliud de mirabilibus meis incursu: qꝛ
q̄to plura ⁊ grauiora onera hmōi porto. tanto mi⸗
nus onerata sum q̄ illi qui nullū ex huiusmodi one
ribus portant: hoc est qui peccantibus in nullo cō⸗
patiunt̄ omnium peccatis se onerant: ⁊ penam oc⸗
casionaliter ꝓ omnibus patientur. Non eni͂ frustra
dixit spiritus sanctus de quibusdā per Amos in. vi
Quod nihil compatiebantur super contritione io⸗
seph. Oblata eni͂ materia compassiōis nisi compas
sio īpendatur: īdubitāter peccat̄. Quare manifestū
est cū oībus peccātibus ꝯpatiendū sit q̄ nulli ꝯpatiū
tur omniū peccatis occasionaliter onerantur ⁊ qui
minus compatiuntur minus se exonerāt: ⁊ qui am⸗
Nota plius compatiuntur amplius se exonerant. Cum ꝗ
vt deus nec in eis neque cũ eis valeat habitare. Iu-
diciũ autem immoderate plenitudinis triplex est: · Judiciũ immoderate plenitudis triplex.
videlicet timor seu struma qua omnes superbi de-
turpati ac deformati sunt horribiliter. ¶Alia aũt
effusio supereffluens et hec est spiritualiter in super-
bis iactantia. quasi enim bona sua iactando euomen-
tes effundũt. Et hoc est quod legit. Ecclesiastici. xxi.
Gratie fatuorum effũdunt. ¶Tertiũ iudiciũ est crepa-
tio qua corpus ipm quodammodo dirũpit ad dilacerat.
Superb⁹ enim bonis que videt habere se implet dũ
ea sibi retinet sua faciens et sibi attribuens et quod est
de monstris horrificis superbie et abusionib⁹ eius
incogitabilib⁹ etiam eis que foris longissime sunt ab
eo seipm replet vsque ad nauseam iactantie et crepa-
tionẽ impatiẽtie: ꝓpter hoc ergo ab humilib⁹ ho-
norari dicit de⁹. eccl'a. iij Quia et ei aduenienti et
inhabitanti oia cedũt et a seipsis secedũt spaciũ ei-
dem in semetipsis amplissimum facientes et totũ ei
cordis hospitiũ dimittẽtes. ꝓpter quod etiam dictũ
est illud Isaie. ¶Hec dixit sublimis et excelsus iha-
bitans eternitatẽ: et cũ contrito et humili spũ habitat
quia humilis spũs dũ nihil de seipso occupat in nul-
lo ei domũ cordis angustat. et ꝓpter hoc spaciose de-
us apud ipm habitat et cũ ipso. ¶Ex tota vero puita-
te. i. scdm oẽm dimẽsionẽ est ei patẽs et liber oẽ ef- · Humilis nõ
fugiũ omnũ a rethib⁹ et retinaculis diabolicis. Non · illaqueat.
enim pñt vere humilẽ retinere hmõi recia vel retina- · Similitudo bona.
cula ꝓpter dictã puitatẽ. Parui enim pisciculi etiã
p angustas viaculas rethiũ libere euatãt. nec ab eis · X
retineri possunt: magni vero pisces etiam rethibus
largissimarum viacularũ retinent: et ꝓpter hoc su-
perbi in oẽm dimẽsionẽ extensi oi rethe diaboli de-
tinent et capiunt. Est ei etiã patẽs effugiũ et decli- · Alia similitudo non minus apta.
natio a sagittis et iaculis diabolicis. Quãtumcũque ei
ingenietur diabolus non põt vere humilẽ sagittare
ꝓpterea quod illũ humilitas extenuauit quasi i nihilum.
Sicut quia sagittari⁹ etiã peritissim⁹ filũ tenuissimum

sagittarenō potest sic nec diabolum vere humilem.
¶ Et vt breuiter dicamus non habet in vere humili vbi sagittam figat. Ecōtra vero superbus omnib⁹ iaculis & sagittis patet expositus & omniū bestiaꝝ morsibus: ita vt nec etiam cecos sagittarios effugi at: nulla sagitta nullum iaculū nullus dens cuiuscunq bestie infernalis illum pterit vbiq detractio num & laudum iaculis trāsfigit. ¶ Vbiq maledico
In supbos — rum dentibus deuoratur. nisi enī cor eius dilatatum in omnē regionem & locum: & attinget a mari vsq ad mare: & a fine vsq ad finem spiritualiter. Nō enī dentes maledicorum vbi lederent neq iacula detra ctionum eum vbiq transfigerēt. Quemadmodum panem totum corporaliter parisius existentem den tes & lingue rome existentes in nullo lederent. Si igitur vbiq hmōi iaculis & gladiis transfigit: vbi q spiritualiter est cor miseri supbi. ¶ Est & humili tati ex paruitate sua totali in omni parte mundi se curitas: & non solum in celum: sed vbicunq deus ē absq repagulo & difficultate qualibet recipit & vbi q spaciose habitat: neq compressionum neq angu stationem timens: & hoc est qm in vltimitate parui
Nihilitas spiritualis — tatis spūalis. ¶ Hec autem vltimitas nihilum ē si ue nihilitas spūalis. Et de hoc nihilo dicitur Job. xxvi. Appendit terram sup nihilū & quasi sup fun damentū supportans ipm. ¶ Quemadmodū enī su perbia ꝓpter vanitatem suam nihil supportat aut sustinet: quin potius omne eidem innixum & supin cumbēs deiicit atq precipitat. Sic humilitas ꝓpter sui soliditatem non solum terram vniuscuiusq ani me fidelis: sed totam ecclesie terrā sustinet & suppor tat. Istud nihilum nec cōprimi potest neq angustia ri: sicut neq minui. ꝓpter hāc cām diabolus nec cū deo nec cum angelis in celo vel ad momentū hore potuit habitare. Totū enī celum implebat de⁹ dia bolus vero intumescens supbia & magnificatus va nissime vltra mensuram suā naturalē nō potuit ibi habere locum vl̄ iuenire. Angeli vero sancti in par uitate humilitatis naturalis psistentes locū suum retinuerunt: locū deo & in semetipsis dantes vel po tius seruantes. dignum quippe & iustum fuerit vt qui locus in semetipsis abstulerāt: & locū ꝓprium ī
Nota — celo abstulerant: locū ꝓpriū in celo amitterent. & dum locū aliene glorie iniquissime vsurpabant in ī fimum ignominie iustissime deiecti essent. Est & ve ro humili ex paruitate humilitatis pax. Sic econ trario supbo ex destensiōe & timore supbie intolera bilis inquietudo atq concussio. Quemadmodum arborib⁹ excelsis frondosissimis atq ramosissimis
Similitudo. — est a quocunq vento crebra impulsio atq ꝯcussio: & vsq ad auulsionem & ꝯfractionem plerumq exagi tatio sit supbis. Parue vero plantule in mediis fla tibus ventorū validissimoꝝ pacē habent atq quie
Similitudo. — scunt. Quemadmodū vel a nauiū amplitudine di stensa impetū ventoꝝ vsq scissuram sustinent vbi si la vel strictissimi panniculi illesa ac integra se con seruant. Concussiones aūt & exagitatiōes atq scis sure incordibus magnatū p lites & bella reruq tē poraliū suaꝝ pericula ciuitatis fiunt velut p flatus & impetus fortium ventoꝝ. Et hoc est qm corda eo rum ad magnitudinē & amplitudinē potestatis coꝝ distenta sunt. ¶ Magnus enī id est rex vl̄ pnceps su pbus: intus. id est spūaliter: & in corde est magnitu dine & amplitudine adequatus regno suo monstrū scz horrificū caput habens in ciuitate q̄ est caput re gni sui pedes in fine. Et ad hūc modū per totum re — Nota.
gnum cordis distēsus ꝓpter hoc: q quecūq pars re gni bellis aut aliis inquietudinibus cōcurritur ne cesse habet in ea & ipse spiritualiter. Hoc est corde exagitari. In cordibus vero superboꝝ vel diuitum vel potentum similes exagitationes faciūt laudes & vituperia ꝓbra & obprobria adulationes & con uitia: applausus & irrisiones cachinationes &c.
¶ Tertia laus humilitatis est inclinandi & demittē — B
di se atq incuruandi ꝓmptissima facultas: ex qua — Tertia
est ei infrangibilitas. Supbis vero ex ipsa supbia — laus humi
rigor & inflexibilitas: sicut dicit Greg. sup Job. Su — litatis.
perbia niens ad id quod spōte non appetit: nullis ex hortationibus flectit: ad id vero quod per semetip sam appetit etiā cogi querit. Frāgit ergo rigor su perbie. maiori vi trahente vel impellente cedit hu militati flexibilitas illesa psistens & ad modicū in curuata ad rectitudinem suam statim reuertit: ꝓ pter hoc fabulose dicitur q inter quercū & arundi nem orta est altercatio: & quercu cōquerente de im — Fabula inter
petu ventorum: q cum fortissima atq durissima et — quercū & a
hoc mole et in spissitudine ligni sui ꝓfundeq ac la — rūdinem.
tissime radicata: esset tamē pipsum radicitus euul sa: & insuper ex medio fracta nec non & ipsam arun dinem interrogante & dicente. Tu dic o arundo que adeo debilis & parua es qualiter ventos tam vali dos illesa & integra effugisti. ¶ Respondisse fertur. Tu inquit o quercus supba eras & duritia & infle xibilitate resistere volens vento fortiori et ipsumq super te transire non sinens humiliata vel incurua ta merito fracta es. Ego vero omni vento cedens: ad omnem ventū me humilis & absq vlla rebellio ne & resistentia super me illum transire sino: & ita a nullo ledor a nullo aliquid mali patior. Quicquid
passa es rigor tuus & inflexibilitas atq superbia — Socratis in
fecerūt tibi. ¶ Ex eadem est ei et inuincibilitas. — uicibilitas
Quē admodum fuisse fertur socrati. Cum ei mul tas tyrannides passus esset & minaretur ei tyrann⁹ mortem. Respondit mortem volo. quo audito tyrā nus dixit. & ego te faciam viuere inuitum. Tunc so
crates. Nihil inuitus patiar: quicqd intuleris: hoc — B
volam siue mortem siue vitam. Cedebat domini so crates omni furore tyranni inclinans cor suum ī su per ipsum transiret absq resistētia & repagulo que cunq persecutio quam tyrannus irrogaret. Qua propter sicut nihil passus est inuitus sic & permāsit inuictus. Et hoc est q dicit. Augustinus in libro de
libero arbitrio. Et vnde male qrvere inuictus est q̄
nihil patitur iuit⁹. ¶ Est ei exeadem pars illa cult⁹ — Latria.
dei que adoratio vocat. Facillime enī sub deo & an te deum incuruatur vere humilis: immo vt ad vnū dicamus: ipsa humilitas q̄tum ad hoc cōtinua dei adoratio ac veneratio est. Adoratio enim ac vene
ratio incuruatio siue inclinatio capitis est: caput ei — Adoratio
nostrum cor nostrū est. Quare in continua dei ado — quid.
ratione perseuerat: qui incessanter in humilitate p sistit. Superbus autem econuerso per omnia se ha bet. De quo dicit. Job xv. Cucurrit aduersus deū erecto collo & pingui ceruice armatus est. Et iterū. Tetendit aduersus deum manum suam & contra oī potentem roboratus est. Propter quā causam con sueuimus ipsum dicere idolatram simul & idolum. Venerari enim & adorari vult ab hominibus & coꝛ ante se incuruari tanq idolū & ipsemet se colit lau dibus cantionib⁹ et venerationib⁹ incredibilibus.

Non enim est finis lectionũ quas de laudib⁹ suis mi-
ser ipse in corde cogitando legit neq; responsorio;
que de seipso apud se insanissime exultando decan-
Nota tat:sed instar antichristi extollitur super oẽ colitur
aut dicitur deus. Sicut dicit apostolus in scdo. ii.
ad Thessalonicenſ. Et ppter hoc casus p̃cipitatio
C nis eius non solum infinitus:sed plusq; infinit⁹ eẽ vi
detur. Bernar. dicit q; humana superbia diabolicã
Hũana sup excedit. Cum dixisset diabolus. ii. Isa. Ero similis
bia diaboli altissimo. Homo nõ contentus de similitudine ista
cã excessit. dei. Gene. i. Faciamus hominẽ. Sed vult esse lõge
excelsior altissimo. Contentus quippe est altissim⁹
vt fiat eius voluntas bona supbus vero vult suam
voluntatem ipleri siue bona siue mala sit. ¶ Quar
E ta laus humilitatis est leuitas. Leuitas enim in cor
Quarta poribus. Principium est motus in sursum hoc est
laus humi ab infimo. quod est medium. Sic humilitas princi-
litatis. pium est in animabus motus spiritualis in sursum
hoc est enim in sublime beatitudinis ⁊ glorie : vel in
Supbia ini sublime quod deus est. Hoc aũt manifestum est per
tiũ oĩs pctĩ contrarium. Initium enim omnis peccati superbia.
Peccatum autem est motus in deorsum:siue ad in
fimum qđ est eterna damnatio aut baratrum siue p
fundum inferni. Propter hoc manifestum ẽ. quod
dicit veritas Luce. xviii. Omnis qui se exaltat hu-
miliabitur:⁊ omnis qui se humiliat exaltabiẽ. Ac
Questio. si diceret. Omne leue spirituale ascẽdet:omne gra-
ue spirituale descendet. ¶ Si quis autem querat q̃
F modo ventus superbie nõ mouet in sursum. Respõ
demus quia reuera non mouet ad deum. sed ꝯ deũ
sed neq; in sursum veritatis. sed magis in sursũ fal
sitatis aut vanitatis quod est vere deorsum qđ inde
manifestum est quia omnis elongatio ab altissimo
descensio est ⁊ appropinquatio ad infimum. elonga
tio aũt ab altissimo non est fm distantiã corporalẽ:
sed spiritualẽ que non est nisi dissimilitudo : quare
G elongatio ab altissimo ẽ dissimilitudo ab ipso. ¶ Ma
Nota nifestum igitur est ex hoc quia supbia est elongans
ab altissimo ⁊ hoc. quemadmodũ idolum a deo ve
ro:⁊ vanitas ⁊ falsitas a veritate ⁊ innumerabilia
hmõi. Non est enim elongatio a deo e regione:qm ni
chil est et e regione : sed totum subest ei absolute.
Hoc est quicquid est bonum:quicquid est malũ sub
sub eo est:quicquid ergo ab eo elongaẽ vel recedit
ad deorsum descendit. Habʒ hoc admirationis ista
leuitas quod non solum nullo dictorum ventorum
moueẽ aut rapiẽ:sed etiã figitur. Hinc ẽ q; veri hu-
miles q̃to amplius atq; magnificentius laudari se
audiunt:non solum tanto humiliores de se sentiunt:
sed etiam in humilitate tanto magis fixi psistum q̃
to altius laudib⁹ attolluntẽ. tanto ad infima sua am
plius se dimittunt:quẽadmodũ qui vento se concu
ti sentientes:⁊ rapi eo vel auferri timẽtes. q̃to fla
Sĩlitudo. tus fortiores vehementioresq; esse cognouerint tã
to ad terram amplius se inclinant. eiq; pressius ad
H herentes. eidem artius se affigunt. ¶ Sic abraham
Abrahe hu in. xviii. Genesis. q̃to ampliorem gratiam familia
militas. ris colloquij se inuenisse apud deum videbat. tan
to terrenitatem suam magis:magisq; recolebat:ei
q; astrictius adherebat:crebro repetens ⁊ replicãs
dicebat. Loquar ad dominũ meum cum sim puluis
⁊ cinis. E contrario vero superbi q̃to flatibus ve-
hementioribus agitantur. tanto magis pondera ter
renitatis infirmitatis paupertatis sue ac peccato-
rum per obliuionem vel negligentiam recogitatio-

nis abiiciũt ppter quod vt naues vacue aut nimis
paruum onerate in omnes collisiones ⁊ alia picu-
la rapiũtur. ¶ Quemadmodum enim periti nauigio Sĩlitudo.
rum naute q̃to validiorem ventũ esse cognouerit.
tantomagis nauem onerant. Ne venti impetus et
vehementia illã in periculum q̃cunq; rapiat. Sic
vere humilis p̃nominatis ponderibus per memo-
riam eorumdẽ se onerat per cogitationem ponens
ea ⁊ aggregans in corde suo. Et attende q; licet sa- I
burra ⁊ lapides inutilia sint tamen in hoc vtilia sũt Saburra
nauigantibus:qr naues contra impetum vẽtorum .i. arena.
retinent. ipsosq; nauigantes et merces eorum atq;
res alias a periculis maris custodiunt. Sic pecca-
ta preterita vel etiam imminentia non solum inuti
lia sunt:sed inestimabiliter noxia. In hoc autem per
vtilia q; naues cordis modo quo diximus onerãtia
ipsum nauigantem per mare huius mundi cum ol
thesauro virtutum custodiunt. Sic ⁊ alia tria pon-
dera vtilia sunt. vʒ terrenitas infirmitas ⁊ pauper
tas. Et hoc est quod legitur Iob. xxviii. Qui fecit
ventis pondus:vbi Gregorius Corpa animabus.
Nos autem itelligimus quia cottidie per predictã
humilitatis prudentiã contra flatus p̃nominatos
incessanter facit pondus vt diximus electorum ani
mabus. hoc est quod dicit Apostolus de seipso i. xii
secunde ad Corinẽ. Ne magnitudo reuelationũ ex- Paulus.
tollat me datus est mihi stimulus carnis mee ange
lus sathane qui me colaphizet. Sed ⁊ ipse domin⁹
dixit ei. quia virtus in infirmitate pficitur. Sic pi- Ethin⁹ pi
scis qui dicitur ethinus presagiens iminere tempe scis.
statem:iuxta narrationem plinij ⁊ solini lapidẽ den
tibus arripit ⁊ in ore portitat vt eius pondere qua-
si saburatus per inundationes fluctus natans. non
rapiatur aut circunferatur ab eis vel periculose vl
contra consuetum natationis sue modũ. Hoc artifi
cium ⁊ industriam scripsit pinxit vel p̃fixit natura i
huiusmodi pisce humilibus. Sic onerari tecta do- Nota
morũ consueuerunt aut lateribus:ne vento rapian-
tur ⁊ dispergãtur. Sic ⁊ que in aqua ponuntur ppẽ
aliquam preparationẽ vel artificiũ:vt pelles ligna
linum canabũ ne impetu atq; rapiantur. in quo ap-
paret dementia ⁊ dementatio superbo;:qui ecõtra
rio facientes omni direptioni ⁊ dispersioni se expo
nunt. Facit ⁊ ad hoc ipsum exemplum lucie sacra-
tissime virginis quam tanto pondere fixit spiritus Lucia ṽgo
sanctus:vt multis paribus boum trahentibus mo
ueri non poterint a loco suo. Sic in imo fundamẽ
to ⁊ firmamento humilitatis spiritus sanctus figit
⁊ firmat electos suos vt nec flatu ventorũ nec inun-
datione fluminum cedant vel moueantur. ¶ Quod si K
quis miretur: quia hec leuitas ac imũ nostre terre-
nitatis ĩfirmitatis paupertatis ⁊ peccato; electos
impellat vel descendere faciat cum principium sit
mouendi in sursum siue ascendendi. Iam respondi-
mus qr hoc ipm ascendere est. Non enim in imo vel i
infimo se videt nisi q̃ in alto est. Quia q̃to minorem
se videt ⁊ iudicat tanto indubitanter supra se eleua
tior est. q̃to enim aliquid a remotiori videẽ tanto mi
nus videẽ ⁊ ecõuerso:⁊ hoc est quod legitur Treñ.
iij. leuauit se supra se. Hoc ẽt certũ iudiciũ q̃ supbi Nota.
minus e vicino se ĩueniẽ dũ magni sibi videẽt. Si ei
a lõge sese ꝯspicerẽt. pculdubio puos seipos vide-
rẽt ⁊ ecõtrario hũiles dũ se nõ solũ puos: sʒ ẽt nul-
los vl pene nullos se reputãt e lõginq̃ se videt. Ac
igitur est q; hũiliatio ista ẽ leuitas q̃ hũilis conseq;

super se eleuatur. ꝛ nūc paruum. nunc minimū nūc
pene nullum. Interdū etiam quandoqꝫ nullum vel
nihilū se reputet. et tunc quidē verissime de se iudi
cat cū nihil se esse existimet. sic ecōuerso iuxta testi
moniū apostoli in. vi. ad Gal. si quis existimat se
aliqd esse cū nihil sit ille seducit. Quēadmodum
etiā que est ꝓportio leuitatis ad leuitatē in corpo
ribus eadē altitudinis ad altitudinē in locis et si
tibus suis naturalibus. sic q̄ est humilitatis ad hu
militatē hic vel etiam in patria ea est sublimitatis
ad sublimitatē in gloria vt quemadmodum ignis
tanto est in loco suo ꝛ situ naturali aere altior quā
Maria dei genitrix — to est eo leuior. Sic ipa beatissima dei genitrix tā
to ē ceteris electis sede glorie sublimior quāto hu
milior est. Et ipe xp̄us dominus secundū ꝙ homo
est tāto omnibus celestibus virtutibus omnibusqꝫ
ciuibus celestib⁹ eminētioris glorie quāto adhuc
etiam est nō solū fuit humilitate maiori preditus
ꝓpter qd dicit. beatus. Gregori⁹. Hoc speciale spe
cimen electorū esse solet vt de se sentiant infra qꝫ sint
vt aūt aliquid videatur minus q̄ sit remotio indu
bitāter efficit. ¶ Manifestū igitur est vere humilē
Verus humilis — huiusmodi leuitate super semetipm lōge eleuatū
et exaltatū Est aūt huiusmodi leuitas merito hu
militas ex virtute humilitatis ꝛ merito pro eo ꝙ
ipsū possessorē suum. et a semetipso et ab homini
bus bonis suis exonerat ¶ Quid igitur mirū si nihil
portās vere humilis et ipemet extenuatus in nihi
lum velut leuissimus ad locū sibi proprium tota ve
locitate fertur et rapitur. Ecōtrario vero superb⁹
seipso et suis oneratus et etiā alienis dū illa per
arrogantiā sibi attribuit quid mirū si toto precipi
tio fertur in profundū ad quod hmōi pōderositas
mouē solūmō nata ē Qꝫ aūt superb⁹ pōderos⁹ sit
q̄ pōderos⁹ q̄si vniuersali omniū testimonio cōpro
batur. Nemo em̄ videt superbū qui nō dicat onero
sus est mihi iportabiliter super collū meum porto
ipm. Similiter et vnusquisqꝫ dicit de superbo. totū
Superbus onerosus — mūdū onerat. ꝛ omnes portāt eum supra colla sua
et iterū. Nemo potest eū portare vel sustinere. vide
tur tibi parū onerosus: qui tot colla ꝛ humeros tā
grauiter onerat de cuius pōderositate ꝛ iportabi
litate oēs homines ꝯqueruntur. Econtrario igi
tur per omnia se habet humilitas. et ecōtrario de
illa omniū testimoniis cōclamatur. Nulli em̄ one
rosa est. nullus humilē ꝓ huiusmodi causa vel fu
git vel abiicit vel declinat.

Quinta laus humilitatis — Quinta laus humilitatis est pōderosi
tas q̄ quidem est ei ex supradictis qua
tuor. vel ex vno eorū. cū in se equaliter
leuis sit. subiectū suum rapiens vt dixi
mus in sublime. quēadmodū superbia
ex seipa pōderosa est vt diximus. et principium de
scēsus immo casus atqꝫ ruine. Ex obliuione vero p̄
dictarū quatuor atqꝫ negligentia recogitandi eale
Nota — uis ē atqꝫ vanissima. ¶ Habet autem humilitas ex
ista ponderositate laudem et admirationem mon
struficam qm̄ ex ea et per eam ascendit. et hoc tanto
velocius ac fortius quanto ipa huiusmodi ponde
rositas et maior et magis ei fuerit. tunc aūt illam
magis inesse dicimus cū artius atqꝫ intimi⁹ cogi
tat vel potius sētit. Manifestū est em̄. quia tanto
vnusqsqꝫ depssior ē atqꝫ ab alto vanitatis supbie
remotior quanto fuerit in vtroqꝫ istorum abundā
tior: quanto aliquid ab alto vanissime superbie re

motior: tanto humilitate sublimior.

¶ Quare manifestū ē qꝫ hmōi ponderositas humi
lem eleuat ac sublimat: quemadmodū leuitas va
nitatis supbū ad ima confusionis deiicit ꝛ ꝓfundat N
dū a vere alto beatitudinis vel quod est deus altis
sim⁹ p̄cipitat eū et elōgat. Inter monstruosas au
tem supbie abusiones q̄ multe sunt ꝛ magne. Hec
vna est ꝙ supbus de ipsa ponderositate sua cōten
dit ascēdere: qm̄ de ipa supbia ꝛ de oneribꝫ q̄ ipsa
cōgerit ꝛ apportat sup dementissimū cor superbi.
Quidem mouet ipm ad hoc vt velit sup esse aliis
nisi ipsa supbie ponderositas. Sic ecōtrario p̄no
minata humilitatis pōderositas mouet vere humi
lem ad hoc vt velit omnib⁹ subesse ꝛ inferior appe
re. Et hec est causa ꝓpter quā specialiter superbi
palee in sacra scriptura vocantur. Palee namqꝫ de
superioritate duab⁹ de causis ꝯtendūt: videlicet aut
leuitate ꝓpria aut venti vehementia: sic supbi iter
dū leuitate vanitatis supesse aliis volunt ¶ Inter Superbi
dum aūt vehemētia venti circumferētis eos ꝛ ex
agitātis: quemadmodū palea q̄ leuior ē aliis ꝛ hoc
qꝛ vilior atqꝫ minor. Vere a it supb⁹ omnib⁹ aliis
superior esse ꝯtendit. Sic qui minor vel vilior est me
ritis plerūqꝫ supesse vult aliis ꝛ preesse: ꝛ hoc ipa
vilitate ac minoritate sua q̄ nō est nisi vanitas sup
bie illius. Silr ꝛ qui vehementiori flatu laudū ex
tollit: eo ipo aliis supeminere se existimat ꝛ eis
honore ac dignitate p̄esse ꝯtendit. Quēadmodū Nota
si palee propter hoc granis suis meliores se opi
narētur ꝛ eis ꝓpter hoc dn̄ari vellēt qd se exaltāt
dictarū causarū eleuate essent sup grana. granis
imo residentib⁹ Hoc indubitāter est insania super
borum: qui ꝺ eleuatione vanissima hūc errorem
hauriunt cū eum non preciositas aut meritorum
eminentia faciat sed magis vilitas et inutilitas.
Quemad modum in paleis. Nobilitas enim et p̄ O
ciositas granorum eas in imo retinet. Sicut in cō
traria paleas eleuāt et sicut vilior ac minor palea
et inutilior vēto vel propria vanitate plus aliis e
leuatur. Sic qui superbia vilior omniqꝫ altitudine
indignior plus aliis hominibus vel electiorib⁹ opi
nione vel ambitione p̄sumptionis extollit atqꝫ cō
tendit vt dominet ¶. Sexta laus humilitatis ē gra Sexta laus
cilitas: ex qua est possessori suo irrefragabile testi humilitatis
monium et laus certissima spiritualis virginitatis
Quemadmodum in puellis gracilitas ꝛ demissio
ventris attestātur corporali virginitati tumor vero
ventris econtrario. Sic tumor superbie de spū ma
ligno eam concepisse: immo de p̄ncipe demoniorū
primo genitam: eiusdē filiam. s. superbiam cōpro
bat euidenter de animabus hmōi que nec tam de
testabile adulterium erubescūt sicut nec monstruū
tam deformis partus qui vtiqꝫ non est nisi struma
diabolica perhorrescūt. dicitur vsualiter et credit
a multis mulieres interdum a demonibus incubis
imp̄gnari. Verum tn̄ non nisi ventum ex hmōi ipre
gnatione eas habere in vtero: multi credunt et se
etiam experimento autumant comperisse: ꝓpter qd
non aliter ab hmōi ipregnatione detumescunt nisi
cum incredibili ventositatis et tumultus emissiōe
qd vtiqꝫ parabola verissima est imp̄gnationis diabo
lice qua modo diximus. Quid enim habet in vētre cor
dis superbus nisi ventum fallacissime vanitatis:
hoc enim sūmopere malignus spiritus intēdit vt vē
to superbie inflet quos afflauerit vt filiam suam p̄

mogenitam in eis generet: et vt eas per hmōi sup-
biā deo displicentes et abhominabiles reddat iste
ventus cum tumultu incredibili per iactantiā sic e
mittitur vt tñ inde non minuatur sed potius auge
atur per confessionē vero sic emittitur vt euacueſ.

Cōfessio de monib⁹ hor rifica

¶ Confessio aūt et si suauissima sit aurib⁹ dei tom
nium militiarum celestium tumultuosa tñ est z hor
ribilis atqȝ terrific a demonibus: eos diffugat atqȝ
perfligit a vere ac pie confitentibus. Ac his qui tā
P horrificam strumā suam obstētant et pdicant dicē
tes se esse grossi magni vel alti cordis: non attēden
tes in sanissimi: ꝙ vidisse grossos z grossi cordis p̄
dicant impregnatos se esse a diabolo consitentur z
sacratissimū matrimonium qđ cū xp̄o domino in
baptismo contraxerunt execrabiliter polluisse.

Impgnationis diabolice rami

¶ Sunt huic impregnationi diabolice rami seu fi-
lie horrifice monstruositatis: alia est impregnatio
a proprio patre carnali. Anima eñ q̄ superbit de
nobili patre carnali ab ipso spiritualiter impregna
Q ta est: et ingrossata. Et qđ detestabilius interdum
est ab ipsa matre carnali: dum de potentia et nobi-
litate eius aut diuitiis superbia intumescit: et qđ
est maioris stuporis ab vno quoqȝ cognatorum z p
pinquorum totius generis similiter et affinū simi
li pollutione in sanissime ingrossantur: nec accidit
simile nostrum in naturis vez ꝙ vna sola mulier a

Supbia nobilitatis

toto vno populo impregnetur. Qui eñ de toto ge
nere suo propter eiusdem potentiam diuitias aut
nobilitatem inflatur superbia: aut de toto populo
exercitus sui. Quemadmodum rex dauid quondā
cum populum israel instinctu diabolico numerari
statuisset Sicut ic. ij. Reg. xxiiij. Altimate a toto po

Xerxes

pulo illo simul spiritualiter impregnabatur. Con
trario xerses rex cum coram se videret exercitū su
um multitudinis innumerabilis: attendēs qz isra
centum annos totus ille exercitus in puluerē con-
uertendus esset: dixisse fertur: regem tanti tamqȝ
fortis exercitus me vocant homines. Ego autem
fateor et dico me esse regem pulueris. Maioris āt
horroris magisqȝ monstrifica abusio est: ꝙ de p̄fe
tam mortuo fetum hmōi diabolicū vel a matre iā
mortua et totaliter incinerata concipiunt merces.
De veritate hmōi superbientium de asino suo con
cepit et ab illo impregnata est anima q̄ de corpore
suo superbit cū corpus velut asinus sit anime aut
equus. ¶ Vidimus interdum nōnullas animas ab
ipsa virginitate sua impregnatas: z audiuim⁹ non
nullas earum dixisse q de ipsa virginitate sua gros
se erant hoc est superbe. Et iste sūt virgines fatue
de quibus legitur Math. xxv.

Septima laus hūilitatis

¶ Septima laus hu
militatis ē et⁹ p̄funditas z ex hac ē et⁹ subiectio affiu
ētia z copiositas gr̄arū. Quē admodū eñ aq̄ cor-
porales loca p̄fundiora prius replent et habūdāt
in eis. Sic aque spiritu ales: id est fluenta grati ar
B corda humilitate p̄funda: hoc est qđ dicit Salomō
p̄uerbiorū 3. xi. Ubi humilitas ibi est sapiētia. Et
in psalmo. Ualles abundabant frumento. Et iterū
Inter mediū montiū ptransibūt aq̄. Certū aūt ē ꝙ
inter mediū montium vallis est siue cōuallis p̄fū-

Ptolome⁹

da comparatione montium: ptolomeus aūt philo
sophus in doctrinis suis moralibus dicit: ꝙ inter
sapientes sapientior est qui humilior existit: propē
hanc eandem p̄funditatem omnia flumina adma
re fluunt et mari influunt. Sic de fluminibus grati
arum dubitandum non est: quia ad corda humilia

Paradisi celestis

fluant ex fonte paradisi celestis ac spiritualis qui
est spiritus sanctus: p̄pter contrarium vero p̄fun
ditatis qđ est tumor vel altitudo tumida flumina
montes deserunt: z quasi eos fugientes toto impe
tu ad valles currunt. Et hoc est qđ dicit Augusti.
ꝙ tumor infusa repellit. Hinc est p̄ cor beate virgi
nis et dei genitricis fuit ceteris humilitate p̄fun
dius: ideo fluentis gratiarum illustrata fuit habū
tius. Sic et xp̄s dominus in eo ꝙ homo qui est om
nibus et angelis z hominibus incomparabilit hu
militate profundior: ideo est omnibus donis gra-
tiarum repletior. Ex hoc igitur manifestum est ti-
bi qñ statim vbi cor humanū supbia intumescere
ceperit statim omniū gratiarū a se fluenta reiicit.
Quemadmodum si loci vel etiam abyssi profūdi-
tas in montes per tumorem conuersa fuerit: statī
ipsum omnis aquarum copia deserit: propter qđ z
aridus et durus postmodum efficitur. Utriusqȝ aūt
propriū est supbie vez ariditas et duricies. ¶ Octa
ua eius laus est vacuitas omnia replentis ex qua

Octaua laus

largissimo bonorū omniū largitori gratissima est
atqȝ charissima Et hoc est quia deo nihil gratius
S q̄ dare p̄pter hoc eñ omnia facit et fecit vt sint q̄
dat et quibus det. Superbis aūt quos plenos iue
nit non dat dona gratiarum suarū quoniā non ha-
bent vbi recipiant: omnia eñ receptacula eorū sup
bia vsqȝ ad nauseam et crepationem vt supra dixi-
mus repleuit Humilitas vero cū ei⁹ largitate cō-
tendit z dixit: Imple saccum meum si potes. Quā
to eñ plura et maiora bona in eum miseris tanto
magis vacuum ipsum inuenies magisqȝ capacē.
Qui eñ habundant donis gratiarū et hi sine du-
bio sunt humiliores magis vacuos ab eis se senti-
unt testantur et clamāt instar p̄funditatis atqȝ vo
raginis auaritie q̄ crescentib⁹ diuitiis crescit abys
salis ista vacuitas humilitatis crescentibus donis
gratiarū in ea ampli⁹ augentur. Et quēadmodū
mare cum ipsum intrent omnia flumina non redū

Nota

dat sic nec ipsa. imo dilatatur et qđ est mirabilius
de ipsa repletione exinanitur siue euacuatur z hoc
testimonio siue reputatione sua. Declaratio autē
hmōi est qz crescentibus aliis donis et virtutibus:
necesse est vt crescat humilitas: cum omnes virtu-
tes gratuitas equales eē necesse sit: sicut in p̄cedē
tibus declarauimus. Hec est terra que non satiaſ

Crescētib⁹ aliis virtutibus crescit humilitas

aqua de qua legitur p̄uer. xxx. Et ex ipsa loquens
dauid dicit. Anima mea sicut terra siue aqua tibi
¶ Ex hac vacuitate pacē habet a contrario suo hu
militas: et hoc est de mirabilibus eius vnū: sicut
de monstris superbie est: ꝙ ipsa secū pacē nō habz.
C Superbia eñ sonat alio subiecto quodāmō semet

Superbia

per ipsam impugnat. Superb⁹ enim superbum non
patitur: imo alter alterū ipellit atqȝ repellit: sicut
tumor tumorē. Et sicut apud geometras declara-
tū est ꝙ spherica corpora que maxime tumida sūt
in solo pūcto sese cōtingere possūt: z p̄pter hoc pū
gere se inuicem possūt: non aūt sibi inuicē plane tre
cte applicari. Sic est etiam de cordib⁹ superbia tu
mentibus qđ pungere et impugnare se possūt: non

Similitudo geometrica

aūt localiter z amicabiliter sibi inuicē cōiungi. Cō
cauū aūt tumidum vel sphericū intra cōcauitatē
suam sine difficultate qualibet recipit z ei conueni
entissime applicatur. Sic cor humile supbū q̄si in-
fra se recipiens amplectiſ: p̄pter qđ dicim⁹ qđ pa
cē hz ab illo et etiā cum illo: et sicut natura vacuum

non patitur: quin in illud virtute vehementissima
impinguat corpus aliqd quo repleat. Sicut vacuũ
humilitatis gratia vacuũ esse: ase non patitur: sed
Nona laus humilitatis fortissima inundatione in illud ifluit qd replet. No
na laus est eiusdem paupertas ex qua est ei trutan
A nica querulositas atqz mẽdicitas quemadmodum
enim trutannus si quid habet pecunie illud abscõ-
dit: et vbi vestis eius integra est non ostẽdit illis a
quibus elemosinam petit: sed magis lacerationem
atqz decerptionem eiusdem. Similiter et quod ha-
X bet sanum in corpore vel carne sua non ostẽdit. Id
vero qd habet vel corrosum vel putridum vel sca-
biosum improbissime ingerit oculis hominũ: vt sic
eos ad miserandum sibi puocet vel impartiri aliqd
importunitate clamorũ et instantissima ostentatio
ne miserationũ suarum ac de eis quasi redemptio
nem audituum suorum aliquid extorqueat. sic vere
humilis deo et toti curie celesti vulnera: vlcera: mi
seriasqz omnes spirituales suas instantissime ostẽ
tare et defectus atqz paupertates iprobissime cla-
mare non cesset: nunc omnibus in simul: nunc cuili
bet singulatim curiam celestem totam circuiens in
quantum ipse est tedio et molestia afficiens et reue
ra molestissimus esset toti curie: si in curia illa mo
lestie locus esset. Econtrario superbia cum paupri
ma sit: sicut apparet in illo pharisei ex. xviij. Luce:
Qui cum in oratione debet petere elemosinam vt
mendicus: et sanitatem vt languidus et egrotus di
uitias suas predicabat et quecunqz sana habere si
bi videbatur dicens: Ieiuno bis in sabbato decimas
do omnium que possideo et iterum. Non sum sicut
Decima laus ceteri hominum. ¶ Decima est vilitas ex qua cum
Y perfecta fuerit: semper se despicit vere humilis sẽ
per se irridet subsãnat et etiam conspuit: et alia q
vilificationis sunt ipse semper irrogat sciẽs ex hoc
sibi apud deum pcium gloriam et honorẽ sicut dicit
Gregor. Quia tanto est vnusquisqz in cõspectu di
gloriosior quanto in oculis ppriis fuerit ipse despecti
or. Gaudet etiam perfectus humilis cum sibi illa-
ta ab aliis fuerit iniuria. Si. di. beatus Ber. Qui
ver9 huilis nõ vult videri huilis sz vilis. pbra igr
et ob pbra detractiões et conuitia irrisiões: et vitu
peria: conculcationes: cõsputitiones oppressiones
et quecunqz sunt similia vt gratissima xenia et mu
nera recipit preciosa: vt diuitias supernas et the-
Nota sauros nobilissimos custodit. Sciens q quanto sacc9
eius in dei iudicio talibus inuentus fuerit repleti-
or: tanto gloriis et honoribus et laudibus efficitur
ei ab ipso cumulatior. Sic faciebat quidam vir sã
ctus qui stultum se similabat vt irrideretur: cõspu
eretur fimoqz et terra obrueretur: et propter hoc p
singulos dies in ciuitate qua morabatur noctib9
orationi vocabat et se diebus omnibus hmõi ludi
briis exponebat. Sic vir ille sancte recordationis
Johãnes de mõte mirabili Johannes de monte mirabili cum apd cameracũ
opprobria multa et conuitia a personis vilissimis
sustinuisset transiens iuxta eos post modum reuer
Z sus est ad eosdem inuitauitqz eos precib9 et hoc vt
eum amplius irriderent et vt in eum opprobria et
conuitia clamarent et vt maior esset ei ex his cõfu
sio capitiũ ponẽs de capite suo faciemqz reuelãs
patenter se exposuit eorum opprobriis. ¶ Amplius.
Ista sunt alimenta humilitatis et cibi: ppter qd di
citur Trenorum. iij. Saturabitur opprobriis. Sũt
et delitie eiusdem. ppter qd dicitur Actuũ. v. Ibãt

apostoli gaudentes a cõspectu cõcilij: qm digni ha
biti sunt pro nomine iesu cõtumeliam pati. Felix et
vere beatũ palatum qd saporare potest hmõi deli
cias propter qd dicit Apostolus in. xij. ad Roman. A
Benedicite persequẽtibus vos: hoc est maledicen Nota
tibus sicut docuerat veritas Math. v. Beati eritis
cum vos maledixerint homines. et Luce. vi. Bene-
dicite maledicentib9 vos: et hoc tanq escas et ali-
menta ferentibus et offerentibus grataqz xenia et
munera preciosa cõferentibus. Nequissime imo in
sanissime persequũtur humilitatem qui dapiferos
hmõi fercula et delitias deferentes eadem et offerẽ
tes vel male recipiunt: vel turpiter repellunt: vel qd
est deterius vt hoste nequissimos psequũtur: da-
piferi proprie sũt qui dapes mẽsis inferunt: hec cãt
que diximus dapes sunt humilitatis coci ver osũt Nota
qui cibos pparent. ¶ Quid igitur mirum si mortua
fame et inedia vel confecta vel debilitata est humi
litas: vel etiam mortua apud hmõi homines q su-
stinere volunt q in eis vel modicũ cibi apponatur
in mortẽ eius impissime coniurasse videntur cũ nec
de suo ei alimenta puideant nec de aliene patiant
eidem ab aliis puideri de suo escas humilitati p-
uideat qui apud semetipsũ siue in corde suo semet
ipsum despicit sibi cõuitiatur sibi exprobrat: de qd
turpiter aut inique agit qui semetipsum conspuit
conculcat et modis omnibus vilem habet atqz vi-
lificat non expectans qd ab aliis talia ei dicant vel Mors hu
fiant. ¶ Heu q merito nobis imputanda est crude- militas
litas et mors humilitatis nostre: q̃s ex defectu ali B
mentorum patit: cũ tanta apd nos sit copia eorum
dez. Nec em longi9 nobis querẽda sũt vel pcio emẽ
da: cum in nobis ipsis eorũ imensam copiã habea
mus. Et ad vnũ dicam9 ex vno solo peccato morta
li tanta elici potest hmõi escarũ copia: tãtaqz vari-
etas: vt nunq hauriri possit: tanta quippe vilitas
est: tantaqz turpitudo tantaqz sentina spurcitie ac
fetoris ad vnũqdqz mortale peccatum: vt nulla li-
gua discere re sufficiat eius vituperia put dignum
et iustũ est exprobrare Eodem modo non est mirũ
si pauperrima est humilitas: si saccus eius vacu9
cum ministri qui vtiqz multi sunt deferentes imo i
ferentes tam grata xenia tam preciosa munera
tam nequiter tãqz atrociter repellantur et in nullo ei
benefacere permittantur. Et quod deterius est ista
sunt ius: portio eius de omni cõtumelia et ignomi
nia. De vtroqz supradictorũ vera humilitas semp Nota
clamat. mecum tibi debetur. Diues essem si q mea C
sũt mihi redderent et dimitterẽtur: aut saltem red
di sinerentur. Sed vt dictum est necessaria ipsa vi-
temee mihi tam impie tamqz immisericorditer mihi d
negantur et subtrahũt. Iste sunt reuera diuitie qui Diuitie hu
bus in presenti diues et abundans est vera humili militatis
tas. et quibus perpetui honoris diuitias et glorie
mercatur. Sicut ostẽdit Dauid. ij. Re. xvij. Dimit
tite eum vt male dicat mihi iuxta preceptum domi
ni. Si forte respiciat dominus afflictionem meã: et
reddat mihi bonum pro maledictione hodierna.
Similiter et in psal. Maledicẽt illi et tu bñdices:
propter hoc ipse xps dominus in psal. dic. Non cõ
fũdẽtur super me qui querũt te deus israel. Quoniã
propter te sustinui opprobriũ operuit cõfusio faci
em meam q si presenti cõfusione velut pcio aut me
rito: hoc obtinere a te volo: vt non confũdant: hoc
est ab eterna cõfusione liberẽtur. qui querunt te.

Nec miruz est immo iustissimum: vt qui despiciũt
fugiunt et oderunt ꝓpria et ad aliena rapiẽda ma
nus extollũt: vtrisqꝫ priuati: pauperrimi atqꝫ nudis
simi relinquantur: propria dimittit: immo despicit
fugit ꝛ odit atqꝫ persequitur: qui sic se habet ad ea
que nominauimus. Qui gloriã honorem ꝛ laudeꝫ
vel aliquid hmõi vel cupit: vel etiam oblatum re-
cipit: vtrisqꝫ priuatur. Et hoc est: qm̃ laus ꝛ gloria
et honor et quicqd est huiusmodi q̃ cito hmõi hoi
nes tetigerint. in nihilũ falsitatis et iniquitatis et
vanitatis conuertitur ꝛ penit⁹ euanescit. Et hoc ẽ

Laus ꝓpe virtutis fugienda

qm̃ ipse amor taliuꝫ merita eorũ penitus euacuat
et ãnullat. Quantũcunqꝫ em̃ preclaris meritis vir
tutũ et gratiarũ quis excellat si statim inde lauda-
ri vel honorari voluerit vel amauerit iam amisit.

D

¶ Euanescũt enim dona gratiarum et virtutũ sub
limiũ exhorrentes impietatẽ vtriusqꝫ sacrilegij: q̃
et dona que mutuo ad vsuraꝫ a deo feneratore ac
cipit sibi appropiat: gloriãqꝫ ꝛ honorẽ que soli⁹ dei
iura sunt propria sibi et rapit et vendicat. Sed ꝛ tu
mor superbie illas repellit vt diximus et flatus in
fernales hmõi sacratissimas illas lucernas vitali
ter lucere et ardere in corde hmõi non permittũt:
falsa igitur et vana est laus que de hominibus hu
iusmodi predicatur. Diues supra moduꝫ ꝛ inclitũ
cor qꝺ tantis diuitijs tãqꝫ desiderabilibus habun-
dat. Habet em̃ diuitias quibus eterni sũmam ho-
noris et glorie cõparet. Hoc em̃ foro ꝛ hoc p̃cio ve
nales illas exposuit deus solus aũt habet eas qui
eas diligit amplectitur custodit arctissime: ꝛ si op⁹

Exemplũ

est eas comparat p̃cio vel obsequijs et mercatu.
Quẽadmodũ quidẽ ex sanctis patribus cuidaꝫ ex
discipulis suis in penitentiaꝫ iniũxisse fertur vt cõ
tumelias ꝓbra et opꝓbria vituperia et cõuitia: ꝛ
q̃ sũt huiusmodi a quibus posset emeret si eas ali-

Consuetudo ꝓbandi phõs p ꝓbra ꝛ conuitia

ter habere non valeret: qui cum transiret ante senẽ
qui sedebat in porta athenensiũ vt probaret ingre
dientes et egrediẽtes philosophos: ꝛ probaret eos
de cõsuetudine ꝓbris: et cõtumelijs: atqꝫ cõuitijs
accidit vt iste discipulus transiret añ dictũ senem.
Dictus vero senex iuxta consuetudinem suã ei con
uitiatus est. Discipulus aũt stati ꝓcidit ad pedes
eius gracias agens. Cui senex: pro quo inquit mi-
hi regratiaris. Cui ille. Qꝛ qꝺ ab alijs p̃cio eme-
re consueueram hodie a te gratis accepi. Nec em̃
vel obsequiũ vł aliquod p̃cium a me acceperas:
cui tantum bonum attribuisti crede mihi qꝛ sputũ
spurcissimum in facie ꝓiecit: vere ac perfecte hu
lis sputum quidem abhominabile vas illud abho
minationis de se ipso eiecit. Sed vere humilis bal-
samum p̃ciosum in eo accipit. Sic dauid non terrã
de manibus semey: neqꝫ lapides sed aurum ꝛ gem
mas p̃ciosissimas recipiebat virtute humilitatis
ita cõuertẽte et hec ẽ eiusdẽ alimonia eterna. Et õ
monstris eius ac mirabilibus vnum: quemadmo-

E

Exemplũ aliud

dum de illo famosissimo symone de calumna narra-
tur: et in ecclesia dei legitur. Qꝫ cum vermeꝫ de pu
tredine carnis eius cadentem pro reliquijs quidẹꝫ
nobilis paganus exciperet: gemmã preciosã in ma
nibus suis se inuenisse gauisus est pro verme illo:
quam mutationem licet dextera excelsi fecerit non
tam me rito sanctitatis dicti simonis q̃ humilita-
te et deuotione dicti nobilis fecisse credẽda ẽ. Cõ
trariam vero magicam sed maleficam et alchimi-
cam virtutem habet amor inanis glorie. Qui ver
aurum sapientie salutaris purissimumqꝫ argentũ
sacre doctrine gemmasqꝫ virtute preciosissimas in
plumbum et scoriam et calculos vilissimos cõuer
tit. Et hoc est qꝺ dicit dñs. ysa. i. Argentũ tuũ ver
sum est in scoriam. Sicut em̃ supra diximus apud
hypocritas falsa et vana sunt omnia opera et ope
rum radices: et aliud sunt ꝛ aliud videnẽ. Sic apꝺ
eos qui verbum dei adulterantes et ad venandas

Martialis

laudes vanas et questum cupiditatis illud intor-
quent: dũ tam male illꝺ recitant incipit esse suũ vt
ait martialis cocus. et per tam nephariũ abusum
virtutem euacuãt: vt in ore eorũ non sit in virtute ne
qꝫ in magnificentia. Sicut in psal. esse legi. Neqꝫ vi
ta et spũs sicut legitur Ioh. vi. Sed magis mors
est verbuꝫ dei in labijs eorũ quemadmodũ in psal.
le. vbi nos habemus. Et gladius in labijs eorum.
Ibi illa translatio habet. Et mors in labijs eoruꝫ
Sed spiritus non sunt in ore eorum verba dei nisi
forte spiritus ventus inflans eosdẽ et tumultuose
personans ex eis: sed non sunt spiritus viuificans
qꝺ apparet ex morte ipsorũ et ex morte etiam eoꝝ
qui eos audiunt: ꝓpter hec oĩa et multa alia: etiã
verbum dei in ore eorũ verũ non est sicut dicit mu
lier illa vidua Helye. Ii. xvij. tercij. Re. Nunc co-
gnoui qm̃ vir dei es tu et verbũ dei in ore tuo veꝝ
est. Verbũ ergo tuũ est qꝺ debuit esse verbũ dei qꝺ
quidem sic loquens suũ facit: dũ sola q̃ sunt in eo q̃
rit: non que dei sũt cui⁹ inditiũ est qꝛ ipsi hmõi ho-
mines etiam vocant hmõi verbũ suũ ꝛ sermonem
suũ. Et inde inoluit abusio apꝺ auditores vt dicãt

Pessima cõsuetudo

Isti sunt sermones magistri illi⁹: ꝛ nunq̃ dicãt isti
sunt sermones dei: nec deum auctorem eorũ nomi
nent. Sed preintitulant eos nominib⁹ magistrorũ q̃
debuerunt esse ministri verbi dei: sicut docet petr⁹
in. iiij. prime epistole sue. Si quis loquitur q̃si ser
mones dei nõ q̃si suos aut aliorũ hominũ. hoc mo
do igitur falsificat et sophisticat verbũ dei inanis
et falsa gloria. ¶ Amp̃. Iuxta hũc modũ sicut vir-
tus humilitatis sputa conuertit in balsama preci
osa. Sic sagittas detractionũ ꝛ cõtumeliarũ facit
aureas et lapides increpationũ conuertit in gem
mas. Sic tumultũ detractionũ conuitiorũ probro
rũ et improperiorũ ꝛ irrisionũ ꝛ totũ ruine inferna
lis vt vulgo dicitur strepitũ insuauissimũ conuertit
concentũ ꝛ musicalis melodias. Nulla em̃ genera
musicorũ nulle cãtationes: nulli soni quantũcunqꝫ
modulati adeo suaue sonant aurib⁹ corporalibus
hominum: vt vere ac perfecte humilitati supradi-
cte predicto modo tumultuans atqꝫ strepens qꝺ ex

Nota

contrario euidenter apparet. ¶ Nulla est enim mu
sicalis suauitas cui non preferant inanis glorie a
mato res laudũ suarũ sonos seu predicationes tã
eis suaui⁹ non resonent. Quare enim vere ac pfe-
cte humilib⁹ econtrario se habere necesse est vide-
licet vt omni musicali suauitati strepit⁹ et latrat⁹
caninos: sibilos serpentinos antedictos preferãt.
Hec ergo est gloria humilitatis inter alias mirac
ꝙ tot et tantos habet cantores et tantos cythari-
stas: tot et tantos musicales ioculatores: ꝛ tanto
suaui⁹ ꝙ imitantes instrumentaqꝫ sue artis tanto
suaui⁹ resonare facientes: q̃ profũdi⁹ siue intimi⁹
altos se transfigere opinant humilitatẽ fugienteꝫ
laus et gloria incessanter sequũt hoc est vnũ de mi

Mirabile humilitatis D

rabilib⁹ ei⁹ qꝺ eas studiosissime fugiẽs post se tra-
hit. In quo etiam apparet vilitas earumqꝫ contẽ-

nendo tantum et fugiendo obtinetur. Uel secundum Ieronimum. potius apparet in hoc gloriositas earum quod amatores suos vilissimos fugiunt et contemnunt. ¶ Alia gloria eiusdem est quanto magis dignus est laude et gloria vere ac perfecte humilis quanto indigniorem eis reputat quanto que eos fugit studiosius et contemnit tantoque de eo verius predicantur. Et hoc est quia ut supra declarauimus in quo vna virtutum et omnes et quia omnes in eodem equales in quo illa vna ac perfecta est humilitas in eo vere omnes ac perfecte. Qui autem omni virtute preditus est cum laus nulla nisi pro virtute alicui debeatur: laude omni dignus vere igitur omnis laus de eo predicatur. Ex quo et apparet aliud mirabile verum quod omni laude indignus est et omni gloria inanis glorie et vane laudis amator: ut pote nulla virtute preditus: virtute inquam veri nominis. Et propter hoc hec inanis et illa vana dicitur quoniam a veritate utraque vacua. ¶ Manifestum igitur est quod studium hominum huiusmodi est homines mendaces efficere et facere eos ipsos mentiri. Et ideo inter viros virtutum qui dii et in psal. et in iohanne x. nominantur non dii sed idola vanissima sunt. Et inter homines veri nominis non homines sed simie hominum reputande: quod potissimum propter hypocritas dicimus qui sunt speciem sanctitatis habentes: virtutem eius negantes. Sicut legitur in .ii. ad Thymo. Et sicut idola inter homines videntur cum omnino vita careant. Sic isti viuentes videntur inter homines cum sint mortui. Et quemadmodum si quis a longe spectans arundinem vento agitatam: eam propter huiusmodi motum viuere putet quia motus vitam attestatur. Sic isti non spiritu vite sed vento inanis glorie agitati viuere putantur: dum ad falsam prenominati opera mouentur. ¶ Eodem modo latet causa motus eorum sub operimento speciei atque simulationis: sicut sub remotione causa motus arundinis. Mira insania huiusmodi hominum qui se tam turpibus illusionibus exposuerunt: qui se et bona sua dentibus detractorum posuerunt in fauces immanium beluarum se et bona sua omnia ingerunt. ¶ Quid ergo mirum si morsus crudelissimos et deuorationem patiuntur assiduam. Quid mirum si tota in dolore et cruciatu vita eorum est: que iugiter dente huiusmodi bestiarum et detractorum atteritur et gladiis linguarum incessanter transfigitur. Cautissime atque prudenter agit humilitas bona sua omnia seorsum longe faciens a dentibus et gladiis huiusmodi dicens cum apostolo. et in primo prime ad Cor. Qui iudicat me dominus est: coram deo teste iudice remuneratore: omnia bona sua reponens neque latratus neque morsus huiusmodi bestiarum timens qua propter verissime ei dicitur. Altissimum posuisti refugium tuum. Quemadmodum et de luna vulgariter dicitur quod quamdiu adeo in alto erit: canis eam quicunque rodere non poterit. ¶ Humilitas igitur est in elementis terra iugi conculcationi exposita: in ministris custos sicut dicit Ambrosius super Beati immaculati. quia caput custosque virtutum humilitas et Gregorii. Qui virtutes sine humilitate congregat Quasi qui puluerem in ventum portat in munitionibus turris. Ad cuius altitudinem nec sagitta ascendit nec iaculum ut diximus: in officinis latibulum atque thesaurus. Qui in medicinis atque medicaminibus vel medicamentis rememoratrix fascini. In ministris diuini officii paruulus versus imperfectus incipiens et cantans. Benedicamus domino. In auibus ancer raucus semper et querulus qui ad omnem portam quantumcunque alta sit se inclinat. In floribus viola figuram auis volitantis et alas expansas ad solem habentis rostroque pendentis: humilitas enim semper volat. Licet repere videatur ut supra diximus. Rostro pendet ad solem scilicet iustitie sue et intelligentie christum dominum: non solum ipsum laudans et confitens ore bonaque sua illi attribuens: sed etiam totum se expendere ex totali beneplacito eiusdem. Nunc recognoscens in paupertatibus trutannus et astutissimus ac improbissimus mendicator. In bellatoribus luctator per supplantationem hostem deiiciens. Omne enim bonum quod superbus sibi arrogat vel attribuit sustentamentum atque suppodiaculum diabolo facit et propter hoc contra semetipsum diabolum fulcit. ¶ Uerus autem humilis econtrario. Dum enim omnia bona deo attribuendo a se remouet sublato omni fulcimento diabolum cadere cogit. Ipsa est in odoramentis thus: quod quanto in summum tenuiorem resolutum fuerit tanto maioris suauitatis odorem deo spargit. Sic humilitas dum proprium subiectum in nihilum extenuat flagrantis suum odorem deo spirat. In aromatibus cynamomum quod cineret coloris est: et se humilis cinerem se esse clamat sicut supra ostendimus de abraham. Fractum enim cinamomum puluerem emittere videtur: et ob hoc quidem cuius est cineret coloris quod est specialissimum pulueris quod humilitati congruit: sicut in eodem exemplo abrahe ostendimus. In odoramentis etiam humilitas est muscus qui odorem amissum iuxta stercora vel ad latrinam positus recuperat. Iuxta stercora humilitas ponitur vel stercora iuxta eam cum sordes peccatorum solicite cogitantur. ¶ In gemmis vero multiplex. Et primum quidem cristallus qui vires in lapidibus preciosis extinctas attactu suo dicitur suscitare et de virtute humilitatis hoc supra ostendimus que alias virtutes extinctas suscitat et debilitatas confortat: propter hanc virtutem cristallum matrem gemmarum esse putauerunt. Secundo ametistus que est gemme violacei coloris: et ebrietatem tollit ut dicitur. Nulla autem ebrietas maior est magisque dementans homines quam superbia secundum omnem sui partem vel ramum et hanc virtute sua funditus tollit humilitas. Tertio iaspis que dicitur quod fugat fantasmata et quos est qui fantasmatibus illudatur et cuius cor fantasias patiatur: nisi qui somniat se aliud esse cum nihil sit et hoc ipsum somniari ab aliis totis studiis ac viribus procurat atque quirit huiusmodi aut somniatorum fantasmata exterminat humilitas. Quarto saphirus cuius virtus est tumores reprimere corporales sic humilitas spirituales. In lapidibus preciosis qui gemme non sunt primum est onichinus siue chamatus cuius virtus esse dicitur inuictum reddere. Hic autem est proprius humilitatis est ectus in bellis spiritualibus sicut dicit Beatus augustinus quod solus vincitur qui de se presumit: solus vincit qui de se non presumit. Secundo diamas cuius virtus esse dicitur facere gratiosum et ista est propria virtus humilitatis. Sicut enim odibilis est coram deo et hominibus superbia ut legitur Ecclesiastici. x. Sic humilitas gratiosa. Hec est in instrumentis speculum que nobis semper nosipsos ostendit. In ornamentis fascia pectoralis et cingulum sicut illis duobus tumor mamillarum restringitur: sic omnis tumor superbie humilitate tollitur. In arboribus hu-

Uirtutes oes virtus vna

Terra humilitatis elementum

Humilitas volat licet repere videatur

Cinamomum

Humilitas muscus est aromaticus

Humilitas ametistus

Humilitas christallus

Iaspis

Humilitas est saphirus

Sicomor⁹ militas est sicomorus cui⁹ virtus dicitur a capti-
R one omnium liberare qđ et si verū non videat̄ d̄ hu
militate tamen dubiū non est: q̄ possessorem ei⁹ nul
la detinere possunt vincula peccatorū. Ipsa est in
liquoribus balsamū qđ omnibus liquoribus sup-
uentū fundū petit et omnibus incorruptibilior ē:
et ad conseruandū a corruptione efficatior: q̄ tria i
dubitanter humilitati congruūt. Humilitatis oīs
operatio honorificatio est seu veneratio creatoris:
hoc est quoniam ipsa est incuruatio siue inclinatio
non solū capitis sed etiam toti⁹ corporis et mētis
Semper em̄ incuruata semper inclinata: corā deo
tanq̄ adorans et venerās cū incedit humilitas nō
solū pre magnitudine onerū: vel talētorū predicto
rum rationū quas reddere tenetur de eis aut pec
catorū aliorū ꝛ delictorū. Ecōtrario vero superbia
de magnitudine onerū erigitur et eleuat̄: ꝛ hec ē de
Nota abusionibus illi⁹ monstrificis. Magnitudo em̄ sci
entiarū offitiorum dignitatū et etiam quarūcunq̄
virtutū ꝛ gratiarū magnitudo est onerū: ꝛ propter
hoc humiliare atq̄ incuruare debet oneratos et
hoc tantomagis quanto maior ipsa est: ꝑpter virū
q̄ ergo istorū .s. propter incuruationem ex onerib⁹
et de veneratione legitur ecclesia. iū Quanto ma
ior es humilia te in omnibus: et post pauca. Deus
ab humilibus honoratur.

Prosequitur opera patientie multiplices
eius laudes effectus: quas opere precium est vide
re.

POst hec prosequemur opera ꝛ mirabilia
L patientie. Et dicemus in primis: q̄ ꝛ vir
tus fortitudinis: ꝛ virtus q̄ signat̄ ꝑ hoc
nomē mitis: et māsuetudo interdū pati-
entia nominat̄. Similiter et ipsa humilitas. Est et
humilitas patientia inuincibilis contumeliarum
quēadmodū patientia dicitur qua quis fortis est
ad tolerandas molestias. De fortitudine eius di-
cit Tullius q̄ ipsa est laborū ꝛ dolorū inuicta per
Patientia quid pessio. Nos aūt ista superius lucide distinximus ꝛ
causas dominationum earū assignauimus. Pa-
tientia prout de ea intendim⁹ virtus est qua corda
nostra armantur ad vincendas molestias in eo qđ
moleste sunt siue cum lesione aliqua seu vulnere si
ue sine vulnere omni ac lesione ac dolore cordis.
Patiēs q̄s Iuxta id qđ dicit Aristot. in libro topicorū q̄ pati-
ens est qui patit̄ subaudis lesionē vel dolorem sed
non deducitur: sub intelligis a rectitudine: hoc est
non deserit propter hoc rectitudinē sed vincit ipsā
Mitis molestiam lesionis atq̄ doloris. Mitis vero est
M scđm ipsū qui nec patitur lesionem vtiq̄ vel dolo-
rem nec deducitur: horū exempla siue lapis percus
sus: ꝛ si in aliquo ledatur non tamen frangitur. Si
militer et homo vulneratus qui de vulnere nō mo
ritur. Similiter et molle percussū vel impulsū qđ
sine lesione omni cedit: et impellēs vel percutiens
amplectitur quasi congratulans et aggaudēs im-
pellenti vel percutienti ꝑpter hoc q̄ suauiter sci
ictus et impulsionem recipit illesum omnimodo se
custodit. Durū enim econtrario: pro eo em̄ qđ du-
re et repellendo vel resistēdo: vel impellentem: vel
percutientem recipit lesioni se preparat ꝛ exponit.
¶ Aliud exemplum est lignum viride qđ sine lesio
ne sui flecti se sustinet et curuari lignū vero aridū
eo ipso qđ curuationi et flectioni resistere nititur
aut elisionē aut etiā fractionem nō effugere facit.

¶ Ad idem exemplum de arundine vento agitata
et de quercu eodem vento confracta qđ supra po-
suimus. Est aliud exemplum de obice que dum aq̄
cursui resistit: eam contra se retinendo fortiorem
efficit: ꝛ propter hoc rupture discrimini se exponit
Libertas vero .i. vie vacuitas impetum et rapidi
tatem atq̄ fortitudinem fluminis debilitat et eua
cuat: vt contra eam nihil penitus possit. ¶ Est igi- Impatientia
tur impatientia sicut duritiea percutientē se adiu-
uans et sicut ligni ariditas incuruationem eius in N
fracturā conuertens et sicut obex aquā tribulatio-
nis retines fortitudinem eius vt diximus cōtra se
ipsū auget. ¶ Post hec aūt scire debes q̄ patiētia
interdum dicitur insensibilitas de qua dicit Aristo Insensibilitas
telis: q̄ quidam sunt insensibiles vt rusticole et nō
videtur ista patientia virtus: neq̄ nomine patien-
tie digna iuxta testimoniū Aristotelis qđ posuim⁹
Nihil enim doloris vel lesionis patitur qui in sēsi-
biliter patitur: alio modo etiam ignorantia in qui
busdā patientia videtur dum enim nesciūt quid eis
agitur: nec vindicant nec irascuntur. ¶ Tertio etiā
timorositas patientia videtur. Quidam enim solo
metu irasci desinunt sicut ꝛ se vindicare de molesta Patientia asinaria
toribus suis. ¶ Quarta patientia quā vocare cō-
sueuimus asinariā siue asinam et ista est cōsuetudi
naria quorundā patientia de qua aliquando irrisi-
mus aristotelem. Quidā vero flagellis assueti vt
asini flagella nec timent nec eis leduntur nec vir-
tuose illa sustinent sed passibiliter tantum: et ideo
nō virtuose agunt sed solūmodo patiūtur sicut asi-
nus. Pati enim vere patienter ꝛ virtuose vel age
re ē vel resistere passionibus quod iterum agere ē. Perfecta patientia
Portare e ionus nō solū pati est grauitatem ꝛ gra
uamen oneris sed etiam agere et vincere. Perfe-
cta vero patiētia est: e tā opus perfectum habet si
cut dicit petrus in primo .i. Que non solum vincit
dolores et molestias passionum: sed ꝛ cum gaudio
eas excipit et grāꝫ actiōe et cōpassione inferentis
atq̄ oratione pro eo. Et de victoria quidem primū Patientia O
laudes orditur hoc modo. ¶ Ego victrix gloriosa
que sine ictu seu repercussione hostes destruo et pro
sterno. Neq̄ enim festucā leuare dedignor ad refe-
riendos eos ipsis gladiis suis eos interfitio. Gla-
dius enim eorū quem armatura mea repello atq̄
retundo intrat in corda eorū: propugnatores mei
non solū hostes vincunt per me: sed etiam se ipsos
sicut legitur ꝓuerbio. xvi. Melior est patiens viro
forti et qui dominatur animo suo expugnatore v̄r
bium. Dominari animo suo: hoc est quod intelligi
mus vincere seipsos. ¶ Propugnatores mei dimi
dii tantum pugnant: et contra se ꝛ contra hostes si-
cut ibidem dicit expositor: quia ibi totus pugnat.
Hic vero dimidius. Patiuntur enim mirandā rebel Sorores patientiē
lionē in semetipsis quā et virtute mea nobilissime tri
umphant. Alie sorores mee simpliciter et inuicem
pugnāt preter humilitatē que soror mihi simillima
est ꝛ ego illi. Non solū eis hostes forinsecos persequē
tes ꝛ demones in eis pugnantes vincere necesse ha
beo sed ꝛ propugnatores meos saltē dimidios. Q. si
enim castitas vicūs pugnat et ꝑpugnator eius cō
tra semetipsum mee virtutis est et perfectionis ꝑ
quā temtationis molestia ꝛ langor turpis desiderii
vicit̄: ꝑ mei eis triūphāt molestie q̄ntū molestie vbi
cūq̄ triunphant. ¶ Hec igitur est mihi triunphādi
forma vel modus singularis quod bellatores me-

os de seipsis facio triūphare in primis. Deinde d hominibus persequentib⁹. Tertio de demonibus per eos et in eis tanq̄ in equis et armis cōtra eos pugnātibus. ¶ Alia gloria mea nobilior atq; sublimior est q̄ ipsi qui contra meos pugnare videnť reuera non pugnant: immo eis multipliciter seruiunt: multiplicia obsequia ac beneficia prestant: et hoc est q̄ legitur prouerbi. xij. Qui stultus est seruiet sapienti. Et iterum ad Roma. viij. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonū Et beatus vincentius ad dacianum torquentem illū. Nunq̄ aliquis adeo bene seruiuit mihi vt tu. Primuz ergo hmōi seruitiorū est quo ipsam patientiā operatur sicut dicit Jacobus Operanť in ḡeam id est excolunt quemadmodum arborē vel agrū vt crescat et multiplicet et fructificet vberius. Primum ergo seruitium est secundum hoc agricolationis siue ruriculationis quare agricole siue ruricole mei sūt qui hostes ac persecutores mei videnť vel ipsaz patientiam operanť patientiam dico virtutē vert nominis occasionaliter eius autez auctor ꝛ operator solus est deus. Verū patientiē consuetudinariā sicut durities in lateribus equorū et in natibus asinorum ex assuetudine stimulatione et in manibus cocorum aliorūq; duris operibus assuetorum verissime operantur quemadmodum fabri: lignarū scutum et ferrarū loricam. ¶ Armatura protectionis ego sum dicit patientia ptegoꝗppe cor qd me gestat a gladijs ac iacul' persecutionū atq; tribulationu m q̄re fabrile siue fabricatorꝫ huitiū mihi impendūt q̄ me psequi ꝛ ipugnare videť: et ꝯ seipsos possessoresq; meos armāt ꝛ muniūt. ꝛ hoc tāto fortius q̄nto atroci⁹ i eos seuire videť: quēadmodū ignis testā armat ꝛ laterē ꝯ seipm: q̄ vehemētius ipas exurere videť. ¶ Tertiū seruitiū est liberatio a vinculis. hoc est diruptio vinculoꝝ ꝛ laqueoꝝ. laqueus ei irretiens pꝓsperitas ē tpalis: cultrū ꝯo incidens laqueū istū est aduersitas: quare qui aduersitatem nobis ingerunt cultro tali laqueū prosperitatis q̄ irretiebamur incidūt Sicut dicit Huido Cartusieñ. O insani ꝛ impatientiū qui tam studiosos atq; officiosos liberatores suos hostes ac psecutores reputant. laqueumq; prosperitatis tantis dispendijs defendere conantur. Quid ergo mirum si eo capriui et irretiti tenentur hoc est qd legitur Dani e. iij. De tribus pueris missis in fornacem ignis in quos nihil aliud potuit ignis: nisi vincula quibus ligati erant consumpsit: sic est de igne tribulationis qd nihil potest in animas patientiū et hoc est qd legitur Sap. iij. Justorū anime in manu dei sunt et non tangit illos tormētū malitie. Et hoc est quoniaz scutum seu lorica patientie totam vim ignis extinguit: et ignem ad eas transire non sinit. ¶ Et quoniaz tribulatio plerūq; in scriptura ignis accipitur. Dico inquit patientia q̄ tot seruitia mihi impēdit tribulatio: q̄t sunt virtutes ꝛ operationes ignis hmōi: ergo prima est virtus illuminatio qd ipsa illuminet testatur Hiere. Trenorum iij. dicens. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Hoc est in tribulatione quam mihi ex indignatione vel ira sua infligit: de hoc Greg. Culpa oculos clausos habet. pena apertos propter qd dictū est ad Nabuchodonosor Danielis quarto. Septem tempora mutabūtur super te ꝛc. Donec scias q' in regno hominū dominať excelsus et quicunq; voluerit dabit illud et post pauca. Redditus est mihi sensus meus. Per illaz ergo tribulationem humiliatus nabuchodonosor sensū recuperauit et illuminatus est: propter hoc flagellantur adhuc paruuli: ꝛ flagellum eis quasi lucerna adhibetur vt per eaz videant qd alias non cognoscerent. Nec mirum cū et ipsa bruta animalia vt canes equi et asini: et multa alia flagellis erudiantur et illuminantur ad cognoscendū vt videnť super virtutem brutalē. ¶ Secūda operatio ignis est emollitio et hoc euidens est in quibusdam materijs corporalibus vt in cera et in butiro ꝛ in multis alijs. Sic et tribulatio emollit corda eorum in quib⁹ est instar cere: vt impressionem similitudinis diuini decoris accipiant et scripturam sacre eruditionis. Quemadmodū legitur Cantico. viij. Pone me vt signaculum supra cor tuū. Similiter ꝛ in tribulatione multorū corda sacrā eruditionez velud scripturā spūalē recipiūt et retinēt tāq̄ cera remollita Neutrū horꝫ alias facturi: ꝛ hoc ē qd legiť Job xxiij. Deus molliuit cor meū: ꝛ q̄lr̄ molliuerit: statī subiungit dicens: ꝛ omnipotēs cōturbauit me sub audis tribulatione. ¶ Tertia operatio ignis liq̄factio etiā durissimorū est vt vitri cristalli ꝛ metalorū quā non facit nisi fortissimus ignis et conflatu follium vehementi adiutus. Per hanc operationem preparantur durissima vt fluant i omnē modulū ꝛ formā iuxta libitū artificis: sic obdurissima ꝛ cōsuetudine mala et gelicidio peruersitatis aut cupiditatis fortissima tribulatio: que mortē vel ingerit vel saltē minatur eousq; liq̄facit vt omnē modulū et formā viuendi fluere parati sint. Qui enī grauissimis egritudinibus laborāt ꝛ iā iamq; morituros se formidant: licet alias durissimi et incorrigibiles fuerit sacerdotes aduocant consilio eorū penitus se tradentes: et instar metalli liq̄facti in quēcunq; recte viuendi modulū seu formam fluere seu transire parati. Modulos autē et formas recte vite intelligimus varios penitentiarū modos. Formas vero recte viuendi et modulos multas et varias intelligimus diuersorū ordinū professiones ꝛ et hoc est quod legitur in Psal. Liquefacta ē terra ꝛ omnes qui habitāt i ea. Similiter ꝛ alibi. Emittet verbū suū et liquefaciet ea. Per verbū enim ponūtur ante oculos eorū ardores sempiterni: et ignis gehennalis eorū cordibus apponitur et inde per timorē dissoluūtur et liquefiunt. Ad idē ptinet quod sequitur. Flauit spiritus eius aquilonaris scilicet flatu tribulationis: de quo legitur Ezechiel primo. Vide et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Ad hoc pertinet ꝛ illud. Sicut fluit cera a facie ignis sic peant peccatores a facie dei. Quēadmodum enim cera dum liquefit fugiūt omnes impressiones et imagines ibi facte. Sic omnia vitia et peccata velut impressiones et signacula diabolice turpitudinis omnes errores impietatis velut scripture diabolice falsitatis pereunt: et hoc modo pire peccatores dicuntur sicut ꝛ micalus music⁹ corrumpi et sicut dicit prouerbiorū. xij. Verte impios et non erunt. ¶ Quarta operatio ignis est obduratio que similiter manifesta est in quibusdam materijs. vt in luto et laterib⁹ de quo iā dixi qm̄ armat omnes in eos. Adde autem dicit patientia quod inessibilem ꝛ immasticabilem: ꝛ immorsibilem efficit tribulatio possessorem meum. ¶ Cum enim tres

Patientia armatura protectionis

Prosperitas temporalis ē laqueus irretiens.

Ignis tribulationis nihil agit i animas patientium

Prima virtus ignis illuminare

Secunda operatio ignis emollire

Tertia liq̄facere

Nota

Simile

Quarta operatio ignis est obdurare

Dentes diaboli — ordines dentiũ sint in ore leonis infernalis diaboli sicut legitur Danielis. vij. videlicet precisi q̄ sũt heretici et malorũ omnium suggestores. Canini q̄ sũt detractores. Molares q̄ sũt persecutores duo genera victima non timent possessores mei: ꝛ hoc ē propter duritiã suaȝ: ꝙ canini dentes diaboli detractores sint nõ debet esse questio: cum tã crebro scriptura nominet eos canes. Q̄ꝫ autem morales sint ꝑsecutores: expresse habetur ysaie iij. Quare atteritis populũ meuȝ et facies pauperum commolitis.

Detractores — Quod aliter nõ intelliguntur facere nisi ꝑsequendo et tribulando. Hi dentes semꝑ tundũtur a possessoribus meis. Interdũ autem frangũtur preualēte duritia eorũ contra duriciem hmõi dentiuȝ. Interdum autē et auelluntur ex ore diaboli: cũ enim vincitur in bono malũ: sicut docet apostolus in. xij. ad Rom. Interdũ exemplo patientie ꝓuocatus persecutor frangitur ab ira sua: et ꝑsequi desistit et tunc frãgitur dens diabolicus. Interdũ autem et ꝓuocatur ad penitentiã: et tunc omnino dens ille maledictus ex ore diaboli abrutus euellitur. Illuditur autem ridiculosissime et cũ multa ignomia diabolo

Nota — quãdo totiens mordens nihil prendit atq̄ꝫ ꝑcidit tamdiu masticans nec ledit: nec corũ attenuat tãdiu masticans ꝛ molere conatur. Dentibus autem cõfractis aut auulsis recedit. Hoc modo patiẽtia martyrũ exdentauit diabolũ ĩ multis locis. Nec vllum dentē: id est persecuorē et relinquens. In mul-

X tis enim locis patientia martyrum ꝑsecutores suos omnes abstulit diabolo et abrupit ab eo. Et ꝓpter hoc tot dentes molares ex faucibꝰ eius auulsit: quot ꝑsecutores xp̄iane religionis eidē abstulit ¶ Eodē modo et tot dẽtes caninos ex ore eiꝰ extraxit quot detractores xp̄iane religiõis ad se conuerti.

zelus rectitudinis — ¶ Alio modo zelus rectitudinis cõterit molas iniqui id est diaboli videlicet per vindictã: sicut dicit Iob de seipso. xxix. Cõterebã molas iniqui: ꝛ de faucibus eiꝰ eruebã predã. Qui enim ꝑ vindictam cõterit impios ꝑsequẽtes iustos: molas diaboli siue morales dentes eiꝰ cõterit. Et qui quolibet mõ eos cõuertit docẽdo seu ꝑdicãdo quasi malleo verbi dei similiter eos cõterit. Nõ leuis cõtumelia ir-

Y rogatꝫ diabolo nec leue dãnũ sibi reputat irrogatũ cũ q̄libꝫ dictoꝝ mõrũ aliq̄s dẽtiũ eiꝰ cõterit vel ex ore eiꝰ abrũpit. Magna ẽt ꝯtumelia irrogat eidē ꝙ diu mustificẽs frangẽ dẽtibꝰ andictis enitẽs electos nihil ꝓficit: sed mordẽdo magis ꝛ masticãdo cum confusione ieiunꝰ ab eis abcedit. Sic aũt illudunt et possessores mei dicit patientia: quẽadmodum illuditur canibus qui cum porrigi sibi panem putant lapidem ꝓ illo dentibus arripiunt ꝛ dẽtes

Nota — suos ad illum grauiter allidunt Quod vbi sentiũt parcẽtes dentibus suis statim lapidem dimittũt, Sic et diabolus durissimos inueniẽs meos o̅ẽdicit patientia. Allisis dentibus eos dimittit diabolus tanq̄ parcere volens dentibus suis victusq̄ꝫ ꝛ confusus eos in pace dimittit interdũ. Q̄ꝫ iocundum est immo gloriosum: sic exdentare diabolum

Z vel saltem vincere atq̄ꝫ eidem illudere. E contrario vero aduersarij mei id est impatientes hoc est qui irascuntur vel facile cedunt morsibus ictibus: compressionibus hmõi dentiũ. non solũ pascũt spiritualiter vel nutriũt et impinguãt diabolũ de seipsis: sed etiam velut coci eiusdē se ipsos et coquũt et ꝑparant. ¶ Qui irascuntur quidem nouum ignē vel iresus sibimet assandis vel craticulandis vel quod verius est carbonandis apponunt ac si tribulationis ignis ad eos sic coquendos et preparandos diabolo non sufficeret. Hi proprie sunt carbonate diabolici et vstulaticiũ: qḋ vulgariter dicitur braleiȝ delicate et laute pascũt diabolũ qui se ipsos carbonatas vstulaticiũ ꝛ assaturas diabolo faciũt. Qui vero facile cedunt quasi emolliti molestia tribulationũ et liquefacti sorbiũculas diabolo faciunt se ipsos. Quales solent fieri de caseo liquefacto ad ignem: et de alijs multis. ¶ Isti videntur misereri diabolo extenuato et quasi dura masticare non valenti. Sorbiuncule quippe paruulis dentes nondũ habentibus et senibus quibus senectus vel aliq̄s sua dentes excussit solũmodo preparantur ꝛ apponuntur propter illusiones supradictas: et alias mꝉtas que suis locis scripte et scribende sunt dicitur in psalmo Draco iste quem formasti ad illudendũ ei. ¶ Quinta operatio ignis est disgregatio seu separatio etherogeneoꝝ: hoc est rerum que diuersaꝝ sunt naturarum: et per hanc virtutem est purgatiuus metalloꝝ adulterinaȝ commixtionem habentium. Et hoc est quoniam per eaȝ separat a metallo omne qḋ aliũde ei admixtũ vel adherens fuerit sicut ab argento plumbum vel scoriam: et ab auro es et quodcunq̄ aliud ei admixtũ fuerit et a ferro etiam feces propter hanc etiã operationem tribulatio ignis in scriptura dicitur creberrime tribulatio vñ in psalmo Argentum igne examinatuȝ purgatũ septuplũ. In hoc ergo dicit patientia mihi et meis seruit tribulatio: q̄ꝛ q̄cquid admixtũ ē de terrene substantie fecibus animabus earũ: vel etiam de vitijs et peccatis totum ignis tribulationis ab eis separat et expurgat. Quemadmodum dicit beatus Augustinus. de Cypriano martire. Quia oĩa mea resecata sunt falce martyrũ. Omnia inq̄ que contra sacramenta visus aut dixisse fuerat aut sẽsisse. Sic vides et de his quibus per cupiditatē et auariciam terrena substãtia velut spiritualiꝉ immixta est inseparabiliter. Graui egritudine quasi igne dissoluente ab eis separatur: ꝛ vel erogãda vꝉ reddenda pauperibus in manibus sacerdotũ traditur. Sic est de honoribus et dignitatibus que a possessoribus suis ĩ tribulatione forti positis a suis deseruntur: immo ꝑ contemptũ reijciũtur quẽadmodũ feces a metallis ĩ igne positis. ¶ Verissime ergo dicit patiẽtia: quia tribulatio ignis purgatorius mihi ē et meis. Et q̄ꝛ purgatrix est fecũ eaꝝ et lotrix sordiũ: et ꝑ hoc ipsi tribulatores purgatores et lotores mei sũt et meorũ. Hoc igitur ē quintum seruitiũ: quod mihi et meis prestãt et exhibẽt ipsi vocãtur tribulatores et ad hoc officiũ etiã pertinet seruitiuȝ coquinaꝝ: quoniam excoctio non est alia operatio ꝑ se q̄ purgatio: vnde ꝛ merito digestio q̄dam dicitur excoctio vnde et dominus ad synagogam: excoxi te in camino paupertatis. Et ysa. i. Excoquã ad purũ scoriam tuam propter hoc dictũ ē. Nume. xi. Q̄ꝫ populus siccabat coturnices ad ignē. Coctio eñ est siccatio crude et impure humiditatis in carnibus. Vñ tñ aq̄ cocte sicce apparẽt carnes plusq̄ assate. Itē in hoc igꝉ officio mihi ꝛ meis seruiũt tribulatiões. Et ꝓpꝉ hoc q̄t gñatoꝛ mẽtoꝝ irrogauerꝉ martyribꝰ ꝛ tot de eis fercula de eisbꝰ paueꝛt ꝛ qm̄ aliq̄s assauerũt ꝛ alios exusserũt alios frixerunt alios in oleo feruẽti vsq̄ coxerũt.

Quĩta operatio ignis — B

Tribulatio ignis

D

Excoctio

Martyrum tormenta

Alios pistauerũt seu noluerunt: sicut beatũ Victo-
rẽ in tot fercula de eis regi regum obtulerũt: ⁊ men
sis celestibus intulerũt. Michi autem et meis talit
in officio coquinario seruiũt: q̄ ipsa tormẽta videli
cet que ipsi tormenta reputant: epula mihi sunt tã-
to lautiores tantoq̄ gustui meo: ⁊ meorum suauiores
quanto ipi eas credunt amariores. Ego in quibus
Salaman-dra. salamãdra sum: cui ignis cibus ⁊ quot modos ignis
seu tribulationũ michi quisquis adhibet tot delici-
as ferculorũ michi parat ⁊ apponit: et hoc expresse
asserebat: vnus ex meis: videlicet inclitus martyr
Vincẽtius. Vincẽtius dicẽs ad Dacianũ. Has epulas ego sem
per desideraui: euidẽter intelligens de tormẽtis: et
iterum nunq̄ aliquis adeo bene seruiuit mihi sicut
tu. ¶ Quapropter coci mei sunt omnes tyrãni siue i-
C peratores siue reges siue principes. in quo apparet
gloria mea: ⁊ magnificẽtia et sublimitas meorũ. in
cuius coquina seruierũt: et seruire non cessant toto
studio ac viribus: qui toti mundo imperare ⁊ dñari
videntur. Et q̄ est precellẽtius tanto studiosius tãto
q̄ officiosius quãto atrociori malicia profundiorīq̄
astutia psecutiones ⁊ tormẽta mihi ⁊ meis exquire-
re ⁊ excogitare conãtur. Michi ergo seruiũt: vt ser-
ui coquinarij: qui omnibus ⁊ alijs dominant: et hec
singularis gloria imperij et dominationis mee: de
qua latius sum inferius locutura. Interim aũt prose
quar de alijs officijs seu seruitijs: in quib⁹ michi ip
D sa tribulatio seruit: ⁊ ministri ipsi⁹: ⁊ hoc in quãtum
Sexta operatio ignis ignis. ¶ Huius ergo sexta opatio est probatio: sicut
cut legitur Sapiẽtie. 3. Sicut aurũ in fornace pro-
bauit eos. et Ecclesiastici. 10 Vasa figuli probat for-
nax: quoniã in igne probatur aurũ ⁊ argentũ: homi
nes vero receptibiles i camino humiliationis: ⁊ ite-
rum Prouerbiorũ. 27. Quomodo probat in confla
torio argentũ: et in fornace aurũ. ⁊c. Probatio aũt
non est nisi veritatis ⁊ puritatis ostẽsio. et propter hoc
cum nec in auro nec in argento inuenit ignis: quod
separet: aut expurget aurũ vel argentũ probatũ: id
Nota. est purum et verũ ostẽsum merito reputat. sic est de
vasis fictilibus: q̄ in fornace probantur. Si enĩ ardo
rem fornacis absq̄ crepatione sustinuerint: vel si nõ
inde exilierint laudabilia eo ipso esse probãtur: ⁊ hoc
est q̄ que reproba sunt vel crepant in fornace vel in
de exiliunt ardorẽ fornacis sustinere nõ valẽtia: sic
est dicit patiẽtia de omnib⁹ meis quod igne tribu-
lationis veri ac puri ipso testimonio ignis idubitã-
ter comprobant dum ipm q̄diu beneplacitũ dei est
sustinent. Reprobi vero in eo q̄ crepãt iracũdia vel
inde furientes exiliũt: vel victi eiusdem molestia ce
dunt: ⁊ ideo cõsummunt. Bona vero spũalia si qua
habeant velut arida vel palee ab igne hmõi deuorã
tur: hoc est quod dictũ est ad Thobiam per angelum
Raphaelẽ. 12. Et q̄ accept⁹ eras deo necesse fuit vt
tentatio probaret te. hoc est vt euidẽter ostẽderet: ⁊ ti
bi ⁊ alijs: q̄ vere bonus ac purus eras. Quicũq̄ er-
go vel michi vel meis tribulationẽ infert: vel poti⁹
inferre se putat: ⁊ michi et meis affert irrefragabi-
E le testimonium probitatis. ¶ Septima opatio ignis
Septima operatio ignis. est consumptio et in hoc seruit michi ⁊ meis ignis.
Quia quicq̄d est cremabile: aut cõsumptibile meis
totum cremat atq̄ cõsumit: videlicet paleas venia
lium peccatorũ: vt puri semper ⁊ imaculati stent iugi
ter ante deum. zelator enim puritatis et macularũ
persecutor feruentissimus est deus in suis: et propter
hoc extra ignem tribulationis eos esse nõ patitur.

¶ Octaua ignis operatio est dealbatio: sicut euidẽ F
ter apparet in caminis ⁊ furnis: in quib⁹ frequẽter Octaua.
ignis accenditur: propter quod dicit Danielis. 12.
Dealbabũtur quasi ignis: ⁊ probabũtur multi. ig-
nis vero secularium desideriorum animas humanas de
nigrat. sicut legitur Trenorum quarto. Denigrata est
super carbones facies eorũ. Hanc nigredinẽ ignis
tribulationis abstergit: sicut dicit monachus ille i
vitis patrum: qui quotidie proclamabat ⁊ flagella-
batur: vt sic a cogitatiõibus et desiderijs carnis li-
beraretur: cum per annũ essent ei continuate hmõi
proclamationes ⁊ flagella: interrogatus qualiter
esset ei super illa tentatione: respondit michi: nõ li-
cet viuere ⁊ fornicari liber. ¶ Nona ignis operatio Nona.
est desiccatio per quã etiã cõseruatiuus est eorum que G
humiditas corrumpit et putrefacit. Et propter hoc
q̄ corda humana corrumpũtur ⁊ putrefiũt delicijs
igne tribulationis conseruãtur. Et hoc est quod di
cit Gregorius in pastorali. Cor salomonis idcirco
funditus domũ sapientie deseruit: quoniã ipm nul
la disciplina tribulationis interi⁹ custodiuit. ¶ De Decima.
cima operatio ignis est medicatio contra pestẽ cor
poris: ⁊ contra frigus secularis ⁊ carnalis amoris. H
Hoc enim habet proprium prosperitas: q̄ torpidos et
somnolẽtos nos efficit: immo etiã ⁊ soporat. Vnde
etiã ⁊ diabolus in talibus dormire dicit: sicut legit
in Job. 40 Quia in locis dormit humẽtibus: hoc
est in omnibus delicijs madentib⁹. propter quod ⁊ Lu
ce. 11. dicitur. q̄ imundus spiritus ambulãs per lo-
ca arida et inaquosa querẽs requiẽ et non inuenit.
In huiusmodi enĩ hoĩbus: videlicet qui prosperitate
affluunt omne genus deliciarũ ⁊ in requiẽ omnimo-
dam: etiã vsq̄ ad soporẽ inuenit diabolus. nec enim
ipm permittũt excitari vel euigilare in ipsis. Hinc Nota.
est q̄ stimulos sacrorũ eloquiorũ quibus molestissi
me pungit ab eo auertũt. similiter ⁊ sacrã exhorta-
tionẽ qua ad bellum cõtra eum quasi voce tube ho-
mines inuitantur fugiunt: ⁊ a dei cõminationibus
quasi tonitruorũ fragoribus ipm abscondũt. Et vt
ad vnum dicamus omnibus rebus ⁊ sermõibus: qui
aliquid molestie inferre possunt diabolo omnẽ adi
tum obcludunt. Sanctorũ enim virorũ aspectus oc
cursus alloq̄a: sanctorũq̄ librorũ inspectiões adeo
studiose declinare videntur: tanq̄ iurati sint ne quic-
q̄ molestie apud eos diabolus patiat: sed ⁊ quicq̄d
ei placere potest officiosissime exquirere ⁊ procurare
videntur: non solum tanq̄ in protectione sua ipm su I
sceperint: sed ac si ad perendinandũ et deliciãdũ ip- Vndecima
sum receperint. ¶ Vndecima operatio ignis est: q̄ operatio
terret lupos: et propter hoc a meis infernales lupi ignis.
fugiunt ignem istũ expauescẽtes. ¶ Quia vero tri- Tribulatio
bulatio etiã aqua dicitur: etiam in officijs ⁊ in effe- aqua dicit.
ctibus aque seruit michi tribulatio. Aqua enim di
citur tribulatio i psalmo. Operuit eos aqua tribu
lationis. ad idem ptinet quod legitur Trenorũ ter-
tio. Inebriauit me absinthio. et Hierem. Inebria-
bo eos absinthio: et potum dabo eis aquam fellis
et vt vim inde non faciã in ordine ex operationibus
aque vna est mersio siue submersio: sicut ibi dicitur
Operuit eos aqua tribulationis: vnus ex his non
remansit omnes inimicos meos michi submergit.
Inimici autem mei et capitales delicie sunt carna-
les et seculares illos: ita submergit ⁊ delet: vt mẽo-
ria eorum non sit. sicut legitur Ecclesiastici vndeci-
mo. Malicia vnius hore obliuionem facit luxurie Nota.

maxime. Quāto fortius ergo minorū luxuriaꝝ nec
memoriā reliquit: ista est aqua salsa scilicet maris:
que etiam scabiem purgat ꝛ abstergit et remouet a
Nota.
pedibus equorū et corporibus hominū: ꝛ oīno etiā
sanat eādem. hec scabies luxuria est. iuxta illud qđ
dicit Augustinus in libro confessionū. Delectabar
scalpi scabiem libidinū mearū. Huiusmodi scabiei
prurigo: non solum scabiosā: sed vlcerosam ꝛ sanio
sam: hoc est saniē abominabili defluentē efficit ani-
mam humanā: et ꝓpter hoc deo incredibiliter abo-
minabilē. ¶ Manifestū igitur est hoc: q꞉ aquam tri
bulationis meis immittunt: adiutores immo pro-
pugnatores mei sunt. Quemadmodū Exodi deci-
tertio. ab ipsis egyptijs dictum est. Fugite israelē:
q꞉ dn̄s deus Israel pugnat pro eo. sed et pro me et
meis pugnant: qui contra me pugnare videntur. Eo
dem modo et medici sunt atq̧ meorū: dum tam hor
rificam abominabilemq̧ scabiem meis purgant ꝛ cu-
rant eos ab illa. Accedit ꝛ illud ad gloriam meā: q꞉
quanto studiosius: quanto enixius ad tribulādum
meos intendunt: tanto fortius et officiosius in offi-
cio medicandi eisdē seruiunt: tanto fortius pro eis
Aqua ma-rina.
pugnat. Hec aqua videlꝫ marina salsa amara: quo-
niam ad lauandum mundandū aptissima est. Laua
torium meū est balneum mundatiōis. quare qui tri
bulationem meis parant: balneū eis et lauatorium
exhibēt: quapropter eorum sunt balneū et lotrices.
Attende autem ꝙ paruuli scabiosa habētes capita
lauari ea vehementer formidant: ꝛ interdū non susti-
nent. Sic scabie luxurie vlcerosa corda habētes tri-
bulationis lauacrum expauescunt: et instar paruu-
lorum scabiosa capita habentiū lotricibus obnitū-
tur: et plerūq̧ etiam dētibus ꝛ vnguibus repugnāt.
quemadmoduꝫ etiam panni putrefacti lauari se nō
patiūtur: īmo in ipso lauacro dirumpūtur. Sic cor
da putredie luxurie detrita: tanꝙ̄ spirituali vetusta
te corrupta in manibus persequentiū seu tribulan-
tium tanꝙ̄ reuera in manibus lauantiuꝫ lacerātur.
Hec aqua: videlicet marina nutriendis piscibꝰ pin-
guissimis atq̧ nobilibus aptissima est: ꝛ ꝓpter hoc
tribulatio nutrix mea et meorū est: sicut mare pisci-
um. et qui aquā huiusmodi ministrant meis: nutri-
mentū eisdem ministrant. Et quemadmodū piscibꝰ
in sola aqua bene est: sic meis in sola tribulatione. ꝛ
Uide laudes patientie.
hoc est quod legitur Isaie. Computrescēt pisces si-
ne aqua et morientur siti. Sed de aqua marina et de
aqua salsa tātum michi est sermo: quēadmodū eniꝫ
carnes in aqua dulci putrescunt. Sic corda luxurio
sorum in dulcedine carnaliū voluptatum que vtiq̧
in aqua salsa et amara tribulationū incorrupta ser
uarentur: propter hoc qui delicias hm̄oi exquirūt:
nichil aliud ꝙ̄ putrefieri corda sua querere vidētur:
et hoc est quod dicitur Iohelis pmo. Cōputruerūt
iumenta in stercore suo. ¶ Amplius. Quemadmo-
dum cete grandia balene quas quidā cethos vocāt
Cete in mari.
in solo mari inueniunť: ꝛ quāto maius mare fuerit
tanto maiores pisces ac piguiores nutrit. In aliјs
aquis tantū pisciculi comparatiōe marinoꝝ pisciū
nutriūtur. Qua de causa manifestuꝫ est solos meos
de patientia magnos et magnificos esse. Contrarij
vero id ē voluptuosi adeo pusilli sunt ꝛ pusillanimes
vt nec stillam maris videre audeant: hoc est stillam
tribulationis: immo a facie eius fugiunt. Mei ve-
ro a toto pondere affectionū suarū in illud currunt
quasi in locum sue habitationis proprium: quasi in
patriam: immo quasi in locū deliciarū suarū. ¶ Et
R
quanto profundius ac latius mare huiusmodi fue-
rit: tanto in eo spaciosius deliciātur ꝛ natāt liberiꝰ ꝛ
iuxta illud In tribulatione dilatasti michi. Et sicut
de amaritudine maris nichil transit in saporem pi-
scium: sed magis in eaꝫ ex ea dulcissimi sunt ꝛ nutri-
untur: ita vt cū in abysso amaritudinū sint: quasi nō
Patiētia.
tangit eos amaritudo: ita est de possessoribꝰ meis.
Propter quod specialiter videtur de eis dictū Sa-
piētie. 3. Nō tāget illos tormentū malicie. Sic mei
in amaritudine tribulatiōis dulcissimi sunt: nō eniꝫ
amaricātur ira vel impatientia cum circūdati sunt
amaritudinibus tribulationum. Ipsis aque maris
pro muro ꝓ̄me sunt a dextris ꝛ a sinistris: quemad
modū castro vel munitioni mari sito: et hoc si conti-
nua fuerit tribulatio: ꝛ ꝓpter hoc inexpugnabiles.
Si vero vadens et veniens sit tribulatio instar efflu
xionis et refluxionis maris: similiter inexpugnabi-
le est quod nec obsidione impugnari potest. Inūda
tione eni maris operireť obsidiōis exercitus. et ad
hoc inducere solent quidam verbuꝫ illud helysei ad
puerū suū. Dimitte illam: q꞉ in amaritudine est ani
Nota.
ma eius: quasi dicat. Nō presumas obsidere castrū
illud: q꞉ in medio maris situm est: vel sepe inūdatio
nibus maris circūdatur: quemadmodū aliqua ca-
stra indie: ꝛ propter hoc ipm̄ nullus audet obsidere
Aqua dulcis tribulatio.
exercitus. ¶ Aqua etiam dulcis tribulatio non ime
rito accipiť: sicut voluptas aqua salsa. iuxta qđ le-
gitur Iohānis tertio. Qui biberit ex hac aqua siti-
et iterū. Et exponitur de aqua secularis vel carna-
lis voluptatis. Et quoniā aqua salsa quātūlibet hau
sta fuerit vel bibita sitim nō sedat: sed ꝓuocat aqua
salsa voluptas prenoīata intelligiť. Uoluptas eniꝫ
carnalis vel secularis quāto ampliꝰ bibitur: tāto ar
dentius sititur. Aqua igitur tribulatiōis merito di
Uoluptas carnalis.
citur aqua dulcis. ¶ Amplius. Quoniaꝫ voluptas
carnalis vel secularis vitium est inebrians vsq̧ ad ī-
saniam. Aqua vero tribulatiōis ebrietatē soluit hu
iusmodi. sicut legiť Ecclesiastici. 31. Infirmitas gra
uis sobriam reddit animā: intellectū voluptate in-
ebriatum et immersum restituit: ꝛ ad claritatē ꝓsti-
nam reducit. ¶ In hoc igitur fuit meis dicit patien
L
tia aqua tribulationis: q꞉ vel eos ab hm̄oi ebrieta-
te preseruat atq̧ custodit: vel si quādo eos tetigerit
eos īde liberat: ꝓpter hoc semp sobrij sunt qui mei
Aq̄ dulcis.
sunt: ꝛ eisdem ab ebrietate nō est timēdū. ¶ Ampliꝰ
Sicut aqua dulcis puluerē congregat atq̧ conglu-
tinat in glebam et agriculture preparat: sic tribula-
tio corda que volūtas in ista est sensibilia frustatim
atq̧ minuatim vsq̧ in puluerē dispergit: tribulatio
cōgregat ꝛ cōpingit: ꝛ agriculatiōi spirituali aptā
facit. ¶ Amplius. Sicut aqua dulcis aspersiōe gle
bas rigat ꝛ ad recipiendū semē ꝓparat. Propť qđ
dixit veritas Mathei. 11 pauperes euangelizātur.
Semen eni verbi dei in illis ꝛ facilius ꝛ velocius ca-
pit ꝛ capiť: ꝙ̄ quos aqua tribulatiōis asperserit at-
q̧ rigauerit: licet autē aquā tribulatōis dulcē dicā.
palato meo videlicet et meorū: ad fecūditatem spi-
ritualis et bone frugis. Sic et virtute amarissima
atq̧ salsissima est ad extinguēdum fertilitatē cōtra-
riam: id est frugis carnalis ꝛ male malis. Sale eniꝫ
aspergi solēt agri: vt steriles efficerenť. iuxta illud
Nota.
Terram fructiferam in salsuginem: a malicia inha
bitantiū in ea. Oīa quippe genimina pestiferaꝝ
herbarum aqua salsa exterminat. Sic aqua tribula-

tionis oĩa genimina carnaliũ desideriorum et vi-
tiorum eliminat⁊ succrescere non sinit: propter hoc
pauperes ⁊ afflicti: laboriosisq; ac duris operibus
deditis a vitijs carnis plerumq; mundi inueniũtur.
N Sicut ecõtrario voluptatibus immersi a volunta-
te ab eis immunes inueniunt rarissime. ¶ Ut ergo
ad vnum dicam. Quicquid potest aqua frigida ad
sedandũ sitim corporalẽ: ⁊ iterum cõtra ardores cõ-
tra siccitatẽ. Et iterum ad dirigationes ad fecũda-
tiones ad ipinguatiões agrorũ atq; plantar*: hoc
Aqua tribulationis
michi exhibet: ⁊ i hoc michi famulatur aqua tribu-
lationis. et qui meos illa aspergũt vel ductus hui*
aque vel copiam eisdem preparãt gratissima obse-
quia ac saluberrima in hoc eisdem impẽdũt. Et q̃
maxima tribulationũ mors ipsa videtur: et mortis
preparatoria: vt egritudines carceres ⁊ vincula: et
mẽbrorũ mutilatiões. ¶ Itẽ seruitutes ⁊ oppressio
nes horum singulorũ fructus obsequia ⁊ famulat*
officiosissimos breuitate qua poterimus proseque
R mur. Et in primis dico dicit patientia ex voce sua ⁊
Infirmitas est castigatio.
suorũ: q̃ castigatio est egritudo siue infirmitas. Iu
xta illud Castigans castigauit me dominus: et morti
non tradidit me. Non enĩ plaga inimici pcutit me-
os: quia nec in mortem eorum intẽdit: sed magis in
eruditionẽ ⁊ salutem. vnde ad Hebreos. 12. Flagel-
lat pater omnẽ filium quẽ recipit. et i Apocalipsis
tertio. Ego quos amo arguo ⁊ castigo. Castigatio
vero iudiciũ ac testioniũ verissimũ est: ⁊ magistra-
lis solicitudinis ⁊ paterne dilectiõis. Magistralis
quidẽ solicitudinis per hoc quod legitur Isaie. 9.
Scdm aliam translationẽ. Per oẽe flagellũ: ⁊ do-
lorem erudieris israelẽ. et Osee. Ego eruditor om-
nium eor. ⁊c. Paterne dilectiõis p hoc quod supra
diximus ex duodecimo ad Hebreos. Et ex eo quod
dicit Augustin*. Qui except* est de numero flagel-
lorũ: except* est a numero filiorũ. Hec igitur est glo
ria mea ⁊ meorũ dicit patientia: quoniã deũ ipsum
habent magistrũ: et eruditorẽ atq; pedagogũ et ca-
Egritudo domatio.
stigatorẽ. ¶ Deinde ipsa egritudo non solũ castiga
tio est: sed etiam domatio. sicut legit Hieremie. 31.
Castigasti me domine ⁊ eruditus sum sicut iuuencu
lus indomitus. Nullus eniz adeo petulãs est luxu-
ria. nullus enĩ adeo rebellione recalcitrãs. Nullus
adeo efferri assuetus cornib* impatientie ac supbie
in alios: quẽ non ĩfirmitas oĩno subigat ⁊ perdo-
met. vnde in psalmo. Tu humiliasti sicut vulneratũ
Egritudo stimulatio.
superbum. ¶ Quarto ipa infirmitas siue egritudo
stimulatio est: ad exiliendum: scilicet de luto fecis ⁊
O de feculentia spurce ꝯuersatiõis quo stimulãtur asi
ni. vt vulgo dicit infangati: hoc est luto tenaci ĩfixi.
Nota.
vt inde exiliant: innumerabiles eniz de luto luxurie
stimulatio tribulationũ exilire coegit. Cogit iugi-
ter meos stimulat ductor eorũ deus: nõ permittẽs
eos vel ad modicũ i luto cuiuscũq; peccati demora-
ri. vel voluptuosis stimulis huiusmodi: ⁊ stimulato
re carẽtibus ⁊ ꝓpter hoc in stercore suo cõputrescẽ-
tibus: sicut dicit Iohelis pmo. Cõputruerũt iumen
ta in stercore suo. Aliter etiã seruit mihi ⁊ meis ista
stimulatio: q̃ cogit et dirigere ⁊ accelerare gressus
nostros: et hoc vel vt fugiam* insectãtes nos predo-
nes infernales vel vt festinemus ingredi in illam re
quiem eterne felicitatis. sicut dicit Apostol* i quar
to ad Hebreos. Propter hmõi defectuz stimulato-
ris et stimulationũ quidẽ: imo multi pigro ac tar-
do cursu ambulãt per viam vite istius. Quare me-

rito consequitur eos et comprehẽdit angel* domi-
P ni persequens eos. sicut legitur in psalmo. ¶ Quinto
Infirmitas citatio est.
dico q̃ ĩfirmitas citatio est: ⁊ si fuerit ad mortẽ per-
emptoria. si vero nõ ad mortẽ dilatoria. In hoc au-
tem seruit mihi siue dilatoria siue peremptoria sit:
quia de facienda pace ⁊ cosiliãda seu ipetranda gra
tia sessorum: et aduocatorũ: ⁊ de procurãdo modis
oĩbus ne cõtra me feratur sententia me solicitat.
Si vero peremptoria est multo vigentius vt hoc ad
eadem faciam: et vt etiam sine dilatione accelerem
hoc facere me compellit. Et vt ad vnum dicã vtraq;
citatione mihi ⁊ meis per insinuationẽ dicit ante iu
dicium. Para tibi iustitiã. nec est modicũ aut par-
uipendendũ istud officium citationis qua vocor ad
istud iudicium. Nichil enim periculosius obliuisci
Q tur: nihil damnabilius negligimus aut pterimus.
Infirmitas ꝯmutatrix optima.
¶ Sexto ĩfirmitas est cambitrix et cõmutatrix opti
ma: que de malo in bonum: aut de bono in meli* cõ-
mutat: ipsaq; vitia et peccata que omniũ malorum
pessima sunt dimittentibus illa in bona virtutum ⁊
gratiarum cõmutat: ⁊ hec quidẽ cõmutatio creber
rima est: immo mutatio dextere excelsi. Rarissimũ
enim est: vt malos corporalis infirmitas nõ mutet
in bonos: et ad penitendi gratiã non adducat. Spe
cialiter autem cambitrix est ipsa infirmitas corpo-
ralis: q̃ quẽadmoduz debitis obligati: id est a cha-
rissimis suis tradi solẽt campsorib* dicẽtibus illis
his verbis. Ecce trado tibi hunc charissimũ meum
cui nec vadium omnũ relictum est ad vadiãdum: nec fi-
des ad mercandũ hac conditione: vt ipm absolutũ
et quittum et quietũ ab oĩbus debitis et insuper
Nota.
diuitem michi reddas omnẽ fidem mẽtitus est: qui
nec fidem quae promisit in baptismo: nec illam quã
in ingressu religionis: nec illam quã quocũq; voto
R de se obstrinxit. nec illam quã vxori carnali si vxora-
tus est: nec illam quã domino suo seculari obligat*
seruauit. Quare verũ sicut vulgo dicitur: q̃ non est
ei fides relicta ad mentiendũ qui omnẽ huiusmodi
fidem trãsgressus est: sed nec vadium ad inuadiãdũ.
Quare corpus et animã viresq; omnes anime ⁊ cor
poris ac membra oĩa apud diabolũ inuadiauit.
sicut legitur Sapiẽtie primo. Spõsiones posuerũt
ad illam apud pessimũ ac districtissimũ fenatorez.
Oĩa predicta posuit et inuadiauit quicũq; mor-
tali peccato eidem vel cuicũq; vitio subiecit. ⁊ sicut
ferissimi feneratores non parcunt vadijs: immo vsi
bus suis ea applicant. Sic diabol* nec anime pec-
catorum nec corpori parcit nec alicui ex virib* ani-
me aut corporis membris: immo oĩb* ⁊ singulis
abutitur in suum seruitiũ quod est ad peccandũ. sic
dicit patientia. Unũquemq; meorũ infirmitati cor-
Ratio corrigẽdi p tribulationẽ.
porali committit ⁊ cõmendat misericors de*: vt ip-
sum de malo cõmutet in bonũ: aut de bono efficiat
meliorem: ⁊ hoc vtiq; me adiuuãte semp meliorem
efficit. Similiter et fidem omnẽ quã mentitus fue-
rat ac veritatẽ auxilio meo eidem restituit: dum ad
penitentiã ipm reuocat et adducit. Omnia etiã de-
bita eius soluit: q̃ ipsius infirmitatis afflictio per
me: hoc est patiẽter sustinetur pro penitẽtiali satis-
factione a deo proculdubio computatur. diuitẽ in-
super illum efficit: quoniã corporalis infirmitatis
labor ad meritum eterne retributionis valere ꝓfi-
cit cum per patientiã sustinetur: et hoc est quoniam
misericors deus laborem quem patientia cõdiuit ⁊
fingit in precepto siue preceptũ: vt in psalmo legit.

itavit per patiētiā idvaleat labor afflictionis apud
ipm:quod obseruatio precepti. ¶ Ubi igitur impa
tientia aduersatrix mea non ipediuerit semp est mi-
Nota. chi et meis tam mirāda: tamq lucrosa cōmutatrix
et cābitrix infirmitas. Et valet ad hoc id quod legi-
S tur Ecclesiastici. 31. sicut supra dixim⁹. Infirmitas
grauis sobriā reddit animā. Quid eni est anima de
ebrietate cuiuscunq vitij vel peccat per infirmitatē
corporalem sobria effecta: nisi de mala cōmutata i
bonam: ⁊ nisi de a deo debitis obligata: vt nec ei va
dium ad inuadiādū: nec fides ad mentiendū relicta
esset ab omibus debitis absoluta et quieta: et insu-
per diues gratie in re et in spe glorie effecta. ¶ Se-
Tribĺatio asperitas i itinere. primo tribulatio est asperitas in itinere p̄sentis vi-
te: hoc est ne magis nos: sicut dicit Gregorius. Diu
peregre q̄ cito ad patriā peruenire delectet. Aspe-
rum enim inquit fecit deus electis suis iter vie ⁊ vi-
te istius: ne dum elect⁹ quasi quadā vie seu vite isti⁹
amenitate pascitur: magis ipm peregre q̄ cito per
uenire delectet: present vite p̄speritas seu felicitas
vie istius est detinens aut retardans viatores ame-
nitas. Uides ergo q̄ non vile neq paruipendēdum
prestat michi et meis dicit Patientia. Uite p̄sentis
prosperitas que non nisi tribulatio est: cum et meis
liberationē de p̄senti seculo neq̄ et patrie possessio
Tribĺatio est ablactatio puulorū nem accelerat. ¶ Amplius. Tribulatio est ablacta
toriū paruulorū dei. Ablactatoriū proprie amarū
illud est seu insipidum: qd nutrices vel matres abla
ctare volentes paruulos: hoc est ab vberib⁹ separa-
T re. ponūt in summitatib⁹ māmilla ū: qualia sunt cy
rus furigo absynthiū synapis. Ubera igitur in qui-
bus interdū pendēt huiusmodi paruuli fōtes sunt
presentiū delectationū: lac enī quod solo sensu par
uulos delectat: presens voluptas est carnalis aut se
cularis. Ubera igitur huiusmodi carnaliter seu se-
culariter delectabilia sunt. Uolens igitur pater mi
sericordiarū paruulos suos ablactare: et ab vberi-
bus hmōi separare: solidisq cibis spiritualiū deli-
ciarum assuefacere et ad mēsam celestem p̄uocare:
predicta delectabilia p̄sentib⁹ aspergit tribulatio-
Augustin⁹ nibus. ¶ De hoc Augustin⁹. Uis esse mānetrectus
vis semper pendere ab vbere: ve illis qui ablactari
se non sinunt: qui pendere ab hmōi vberibus nō eru
bescunt: ⁊ tam ridiculosam istam puerilitatē: immo
infantiā vsq in senectutē et seniū protrahere nō ve-
rentur. Hi sunt pueri cētum annorū maledicti. sicut
legitur Isaie. 65. Puer centū annorū morietur: et
peccator centū annorū maledictus erit. Non atten-
dentes miseri q̄ incōparabilit turpius est etate grā
deuos ab vberibus antedictis pendere q̄ ab vberi-
bus carnalibus nec vidētes quasi irrisiōib⁹ patcāt:
quando cum eiulatu ⁊ lachrimis ab hmōi vberibus
euelluntur: aut cum eis vel auferunt hmōi vbera aut
denegant. Hi sunt qui lugēt: vel ablata sibi tēpora-
lia vel denegata siue non cōcessa: ⁊ hoc luctu tāto ri
diculosiori: quāto ipsa etas corporalis magis eos ad
sublimia spiritualia: et eternorū magis eas debere
iudicat inhiare. Heu q̄ turpe est quāq ridiculosum
in corpore canicies atq grandeuitas: ⁊ in mēte dis-
Optimū dictū senece. sipientissima ifantia: sicut dicit Seneca. Quia tur-
pissimū est: q nomina habem⁹ senum ⁊ vitia puero-
rum. Et in quoniā in nobis nō pueritia tēpore sene
ctutis: sed quod deterius est puerilitas in nobis re-
manet. ¶ Ex quibus omibus manifeste colligitur:
Nota. q̄ isti omnes senes ⁊ cani: (vt ita dicamus) pueri dū

in senectutē inseparabiliter a presentiū deliciarū pē-
dent vberibus omi solide refectioni renūciauerūt ⁊
mēsam patris omino non curātes: immo vt verū di
camus fugientes: ⁊ declinant. Heu q̄ lugēdi sunt se
nio corporali confecti: ⁊ canicie capitū niuei vbera
sibi detracta lugentes. non minus incōparabiliter
inconsolabiliter: q̄ paruuli ablata sibi pomula vel
pirula vel nuciculas eiulatu intollerabili deplorā-
tes. Gloria igitur mea est dicit patiētia q meorum
nullus est paruulus: nullus ifans pendēs ab vberi-
bus. Omes facti sunt viri: et euacuauerūt que par-
uuli sunt. sicut dicit Apostolus in. 13. p̄me ad Corin
theos. Erubescant ad vbera cū eiulatu videre curre
re: imo ⁊ respicere: p̄pter hoc promittit eis doctri-
nam diuine scientie tamq ablactatis. Isaie. 28. vbi
dicitur. Quem docebit domin⁹ scientiā ⁊ quoniā in-
telligere nos faciet auditū ablactatos a lacte auul
sos ab vberibus. ¶ Ue miserie temporū nostrorum
vbi adhuc pendentes ab vberibus huiusmodi: non Pendētes ab vberib⁹.
solū doceri ad quod nec dū idonei sunt: sed etiam sa-
crū vsurpant magisteriū: et sacris cathedris incuba
re easq inquinare non verētur exterius qui in cuna-
bilis deliciarum carnalium adhuc iacent interius:
qua monstruositate nihil magis stupendū nihil in-
tolerabilius: videlicet mente pēdere ab vberibus ⁊
corpore disputare de celestibus mente iacere incu-
nabilis et corpore insidere cathedris magistralib⁹.
Non imerito igitur in his que dei sunt balbutiunt:
et docere eorum balbutire infantiū est. ¶ Amplius A
Tribĺatio ferula est i schola. Presens tribulatio corporalis ferula seu flagellū est
in scola celestis magisterij in qua dicit Patientia.
Omes mei discipuli sunt doctrine et discipline vir-
tutum insistentes. quapropt qui flagellū hmōi vel fe-
rulam fugiunt scolares fugitiui sunt scolā sacri ma
gisterij fugientes. Omes vero mei (vtpote) celestis
scole discipuli et flagellis dorsum exponere et pal-
mas ferulis porrigere paratissimi sunt: in quo eui-
denter apparet eos esse celestis magisterij discipu-
los: ⁊ doctrinam eius omibus flagellis ⁊ ictib⁹ pre-
ferentes: voluptuosi vero qui scolam hmōi fugiunt
ad scolā diaboli ptinere: qui peruersitates omimo-
das ⁊ isanias solas docet. Est ⁊ p̄sens tribulatio fla-
gellum quo granū excutitur ⁊ separatur a palea. di-
cit ergo patientia. Me os triticū siue frumentū ele
ctorum: de quo legit Malachie. 9. esse p̄fiteor. Fla-
gellū palee timeāt peccātiū aut peccatorū. illis enī
solūmodo minatur ⁊ illa sola atterit: me autē pur-
gat ⁊ liberat ab illis: nō hereo amore paleis peccā-
tium vel peccaminū: immo separari ab eis cupio.
quapropt in hoc flagellū mihi ⁊ meis seruit p̄ voto
Tribĺatio virga qua vestes purgantur. ¶ Est etiam flagellū quo percussa vestis excutit cu-
ius percussione cadunt puluis ⁊ pulices ⁊ pediculi.
Uestis meorū omniū caro est: que vix aut nunq̄ est
absq puluere terrene admixtiōis ex ea ⁊ in ea semp
gignūtur primi motus ⁊ etiam secūdi ⁊ tertij pecca-
torū: velut pulices atq pediculi in flagello tribula
tionis cadere cogūtur: quēadmodū in claustris mo
nachorū cisterciensiū sepe fieri vidimus. Qui ergo
huiusmodi flagello corpora meorum p̄cutit: vestes
eorum ab hmōi in puluere et bestiolis excutit. et p̄-
pter hoc desiderabile ac salutare obsequiū eis pre-
stat. Quid ergo mirum si pulices et pediculi volu-
ptuosos comedunt ⁊ corrodūt qui vestes suas excu-
ti nunq̄ sinunt: hoc est quod legitur Isaie. 26. Iusti
tiam non fecimus in terra: ideo non ceciderūt habi

tatores terre:que terra peccata carnis sunt quę vtiq; i
Nota. carne habitat. vt dicit Apostolꝰ in decimotertio ad
x Romanos dicēs: q habitat in carne mea peccatū.
Merito igitur habitatores hmōi non cadūt de ter=
ra carnis: seu corporis illius qui mea negligit vel
facere vel saltem pati iustitiā disciplīne. Iustitia di
sciplīne ipsa est tribulatio: ⁊ hoc cū in vindictā pec
catorum eam sibi quis irrogat vel sustinet irrogari
Est etiam flagellū tribulatio:quo canes ⁊ cani spiri
tuales arcētur et absterrenť. instar litteraliū bestia
rum : quēadmodū enim patresfamilias sedētes ad
mēsas suas virgas seu flagella: in manu sua tenere
consueuerūt ad abigendos canes. qui interdū men
sis improbe se ingerunt et percussi inde aufugiunt.
Sic omnes stulticie vitiorum hmōi virga vel flagel
lo percutiente corpus : quasi absterrita fugiunt.
Et hoc est quod legiť Prouerbioꝝ. 22. Stultitia col
ligata est in corde:scilicet pueri ⁊ virga disciplīe fu=
gabit eam. ¶ Est ⁊ tribulatio formido:que vulgo di
y citur expauētaculū: quod i scolis atq; capitulis ne
Tribulatio gligentias atq; stultitias puerorū atq; monachorū
est formido absterret. vnde vulgo expauentaculū malorū diciť:
sicut et a latronibꝰ insultantibus patibulo irrisorie
dicitur:quod ipm est expauentaculū ignauorꝝ ⁊ for=
midolosorū. ¶ Quid plura ipe tunsiones ipi ictus
tribulationū conuulnerationes sunt ꝯfessiones ⁊ cō=
tritiones inimicorū mei ⁊ meorū. Inpatientiā eni
et voluptuositatē que michi ⁊ meis inpacabiliter ⁊
implacabiliter inimicātur:omnino conterūt ⁊ ꝓster=
nunt mortificant et extingunt. Assidua eni tribula=
tio vel saltem crebra inpatientiā mortificat: ⁊ etiā
z operatur:sicut dicit Apostolꝰ. Simili ⁊ voluptuo=
sitatē extinguit:sicut supra ex. 21. Ecclesiastici. Et
malicia vniꝰ hore. ⁊c. Ex persona ergo mea ⁊ meoꝝ
Vide. dictum est. Si exurgat aduersum me preliū:in hoc
ego sperabo. Prelium eni quod aduersū me exur=
git:quātum est de intentione persequētium pro me
est ⁊ meis omibus impugnās hostes quos nolaui.
Nihil ergo sibi vendicēt impij: in nullo gaudeāt vel
glorietur:qui persequi ⁊ impugnare me intendūt ⁊
inaniter putant. ¶ Ego eni sum arbor nucis: cuius
fructus tundendo colligitur: ꝓpter hoc tūdor ⁊ ver=
Arbor nu= beror vt fructus: quibus onusta sum tunsiōibꝰ red=
cis. dam. Ego sum arbor mirrhe ⁊ thuris incisiōibus ⁊
vulneratiōibꝰ:tam preciosa aromata ꝓferens ipu=
gnare me falsissime autumant: vbi fecunditatē me=
am potius adiuuant. et vt tam desiderabiles fructꝰ
vberiores proferā nescientes ⁊ inuiti efficiunt. No=
uit hoc pater celestis meus et meorū solus agrico=
la:qui hmōi hominibꝰ quibus diabolus in perniciē
meā et meorū abuti intendit in tam vtilē ac salubrē
agricolationē meā vtitur : sicut dicit dominꝰ Isaie
decimo. Virga furoris assur ⁊ nesciuit ⁊ post pauca
Ipse autem nō sic arbitrabitur ⁊ cor eius nō sic esti
mabit:sed ad ꝯterendū erit cor eiꝰ: ⁊ ad intētionem
gentium non paucarū. Tunsiōibus tribulationum
mei adequātur ⁊ complananť:quēadmodū tele: vt
gratiori candore niteant siue in toto niteāt. ¶ Mei
Byssinum. enim omes byssinū sunt et vestis candida sicut nix
qua rex regum christus dominꝰ quodāmodo vestiť.
Item sunt et byssinum quo sponsa eius coopta est:
sicut legitur Apocalipsis decimonono. Datū est co
operire se byssino candido ac splēdenti. ¶ Tunsio=
A nibus ego et mei cedimur et quadramur: vt in edifi
Nota. cium superne hierusalem collocemur:quēadmodum

lapides ⁊ ligna. Qui igitur tunsionē fugiūt aut re=
pellunt in predicto edificio collocari renuunt. Into
lerabilis autem superbia est lapidibus ⁊ lignis fa=
bricatoris omniū dei:qui fabricatus est auroram ⁊
solem non solum recusare et repellere: sed etiam ꝑ=
sequi artificium. Quid enim habēt cōtradicere ce=
dere et quadrare volenti deo huiusmodi ligna ⁊ la=
pides. iuxta quod legitur Isaie quadragesimo. Ve
qui contradicit factori suo testa de samijs terre. ⁊c.
Tunsionibꝰ mei polliuntur in decorem pariter ⁊ ni=
torem:sicut tibi cantat ecclesia. Tunsionibꝰ ⁊ pressu
ris expoliti lapides. sed de pressuris scribemus ca=
pitulum speciale. ¶ Tunsiōibus mei fabricātur in B
vasa misericordie et electionis: sicut dicit ipsa tota
sanctorū ecclesia. Supra dorsum meū fabricauerūt
pctōres. subaudis me totam cū vniuersitate mēbroꝝ
meorū in speciem ⁊ decorē vasorum gratie. Tunsio=
nibus michi et meis:qui tundūt ⁊ mallēat: fabricāt
coronam eterni regni ⁊ glorie:sicut dicit beatꝰ Ber=
nardus. Quia persecutores nobis eterni regni co=
ronas fabricant. quapropter aurifabri siue aurifi= Vide pul=
ces operarij quidē seduli ⁊ ifatigabiles ⁊ vtiq; quā= chrum.
tum ad me ⁊ meos gratuite operātur. Ve illis q hu
iusmodi operarios operari nō sustinent opus hoc
in edificationē corone ꝓprie pro viribus ꝓhibētes
et impedientes intolerabili isania glorie sue inuide=
re videntur qui operarios hmōi ab opere isto prohi
bent remouēt pro viribus ⁊ repellunt. nō amant co=
ronas suas : immo oderūt qui eas fabricari non si=
nunt:qui opus earum tantopere impediūt et ope=
rarios earūdem pro viribꝰ ꝑsequūtur in opere isto
varij sunt operarij et artifices. Alij vero malleādo
vt diximus fabricant tundentes ⁊ ferientes. Alij la=
pides preciosissimos imponunt: videlz qui durissi=
mas tribulationes et maiori precio diuitiarū cele=
stium regi regum ab ipsis qui ea patiuntur cōpa=
randas inuitūt:clauos aureos eisdem coronis infi=
gunt:qui pungētes molestias inferunt. quāta mer=
cede cōducendi essent a nobis huiusmodi operarij
et fabricatores coronarū nostrarū qui a deo studio=
se operātur in illis ⁊ etiam sumptibꝰ suis: ⁊ animas Nota.
suas ⁊ corpora in huiusmodi opera expēdentes nul
lam a nobis mercedē vel ab alio expectātes: quāte
glorie quāteq; preciositatis ⁊ speciositatis:quante
mirificētie ⁊ decoris sunt huiusmodi corone ex mul
titudine ⁊ magnitudine operariorū ⁊ ex studiosita=
te ⁊ laboriositate sic operandi. Ego dicit patiētia ⁊
me soli nouimus. Et ꝓpter hoc gratias aginꝰ: nō C
solum largitori coronaꝝ coronatori nostro deo: sed Patientia
etiam ipis operarijs benedicētes eis duplici bñdi
ctione: sicut docet Apostolus in duodecimo ad Ro
manos. Benedicite inquit maledictiōibus. benedi
cite quoniā ⁊ bona nobis supradicta faciunt ⁊ sum=
ptibus suis: vel qꝛ benedictiōe nostre oratiōis indi
gēt vt miseri: ⁊ qꝛ nobis operanť tam studiose tam
laboriose sibi:tam fructuose vero nobis. Attēde au
tem q instar ditissimorū artificum magnates manꝰ
proprias interdū huiusmodi operibus non appo=
nunt:sed ministros suos atq; satellites coronas hu=
iusmodi patiētibus operātur : sicut et cuidam regi
nos dixisse meminimus. ¶ Quotiēs igitur videmꝰ
aliquem vindicantē se ⁊ repercutientē eum qui se ꝑ=
cussit. debemus increpare ipsum: vt quid facis hec In appeti=
frater? vt quid percutis operarium tuum:et fabri= tores vindi
catorē corone tue:qui tam studiose eam tibi fabri= cte.

cat: an forte quia non bene operatur in illa: etiā te-
ipsum fabricat in vas: vt diximus electionis ⁊ ado-
rarent vasa aurea vel argentea fabricatores suos si
eos agnoscerent: et tu persequeris tuum. Similr ⁊
cum videm⁹ amicos nostros volentes vindicare iu-
rias nostras vel repellere persecutores vel auerte-
re tribulationes nostras increpare debem⁹ eos pro
eo: ꝙ remouent operarios ab opere fabricationis co-
ronarum nostrarum. Et non sinūt eos operari: nec
eos fabricare in eis ostendere: qm̄ non in hoc amo-
rem vel gratiam nobis exhibēt: sed sub ꝑtextu amo-
ris et gratie coronarū nostrarū fabricationē ipedi-
unt: nō mirū si tam pauci coronas obtinent cū per-
paucissimi sint q̄ eas sibi sustineāt fabricari. ¶ Qui-
dicandi essent nobis huiusmodi operarij tota ipor-
tunitate exhortationum ne deessent coronis nostris
operarij. Nunc autem ꝙ gratuito: immo iprobissi-
me et copiose se ingerunt in tam desiderabile obse-
quium nostrū: ⁊ nos vt hostes atrocissimos eos per-
D sequimur: in quo non tam illos ꝙ nosmetipsos ne-
Gloria pa-tientie. quissime impugnam⁹. ¶ Hec igit̄ est mea atq; meo-
rum gloria singularis ꝙ omēs qui se imicari michi
vel meis credunt operarij mei ⁊ meorum sunt coro-
nas nobis perpetuas suis sumptibus fabricātes: ⁊
incredibilibus studijs atq; laboribus nobis in tam
desiderabili opere officiosissime seruiētes: et qd̄ est
maioris glorie: nescientes penitus et inuiti tunsio-
nes tribulationū coci mei consolationes siue paca-
tiones mee sunt de omī eo quod comedi ⁊ bibi in ta-
berna diaboli: quēadmodū tunsiones laterū paga-
menta sunt exiquocorū suorū ribaldū qui aliud non
habet vnde illa soluant. Unde ⁊ de consuetudīe cum
ab eis requirunt̄ exiquoca sua pro eis latera sua tū-
denda exponunt tabernarijs ad placitum eorundē.
Sic et viri patientes presentiū tribulationē tunsiōi-
bus gratanter latera sua exponunt: vt de peccatorū
deo debitis sic satisfaciāt. et hoc est quod legit̄ Mi-
chee septimo. Iram domini portabo: quoniam pec-
caui. Abacuh tertio. Ingrediatur putredo in ossi-
bus meis et subter me scateat: vt requiescam in die
Dauid pa-tiens. tribulationis. ⁊c. Dauid vero nonne exponebat la-
tera sua tunsiōibus cum dicebat. Ego autem in fla-
gella paratus sum sicut penitentes. si vere peniten-
tes sunt totos se supponunt consilio sanctorum con-
fessorum: totosq; penitentialib⁹ flagellis exponunt
vt de exiquoco debito ex taberna diaboli deo satis-
faciant: qui aliud non habent quod pro huiusmodi
debito soluāt tunsiones seu verbera tribulationum
pagamenta sunt debitorū meorum. vnde qui meos
tundunt et verberant: quibuscunq; molestijs paga-
mentū eorum ipsis pagant: vt vulgo dicitur. Et ip-
simet molestatores insultādo dicunt bene pagam et
pagamentū suum: et interdum etiam minando dicē-
Sermo ru-sticorum seu paganorū. tes. Ego pagabo tibi pagamentū tuum. irrideo: et
irridēt me: minas istas [illegible] non esse minas: im
mo promissionem desiderabilem. Quid eni desyde-
rabilius tāto onere debitorum oppressis. qui iamq;
in carcerem formidandū atq; horrificū purgatorij
pro debitis huiusmodi detrudendū ⁊ gratius ac de-
siderabilius offerri non potest aut promitti: ꝙ debi-
Nota dili-genter. torum huiusmodi pagamentū. Pagamētū nostrū
nobis faciunt qui molestias tribulationū nobis in-
ferunt: immo vt verius loquamur conferunt: et hoc
est quoniā debita nostra penitentialia soluem⁹: no-
bis procuIdubio largitur. et hoc euidēter habetur

ex verbo illo psal. Qui laborem fingis in precepto
sicut supra exposuimus. Euidenter etiam habetur
exemplo latronis in cruce pendētis: qui dicebat ad
dominū saluatorem. Memēto mei domine dum ve-
neris in regnum tuum. Cum enim esset latro et ho-
micida: ⁊ propter hoc penitētie asperrime debitor.
vnde se a tāto debito absolueret: nisi per ipsum quod
patiebatur suspendij supplicium. Quod quidā pa- E
tienter sustinens in pagamētorum debitorum peni
tentialium illud vertit: et dominū redemptorem in
cruce confitens: vt dicit Hieronym⁹. Fecit homici-
dij penam martyrium. similiter ⁊ homicidij penam
hoc est homicidio et latrocinio debitam fecit peni-
tentialis satisfactionis debiti pagamētum. Sic fa-
ciunt omnes mei. omnes tribulationū egritudinū ⁊
ipsius mortis molestias conuertunt in debitorum hu-
iusmodi pagamentum. Uel dum patiēter illa susti-
nent vel dum orant ad dominum: vt illas pro peni-
tētijs vel omnino non actis vel male actis recipiat:
et eis computet in pagamentum. Hec est sapientia Sapientia patientie.
meorum et gloria: vt ipsam iram dei ⁊ vindictam in
placationem eiusdem ⁊ reconciliationem ipsorum.
Mō forum conuertant: ⁊ de ipsa ira dei pacem sibi
faciant apud ipsum: gladium eius ⁊ ignē deuiuent
in sacrificium reconciliatiōis ⁊ hostiam pacificam.
Scimus quia negociatoribus vel alijs in publicis
nundinis pro mercibus quas emerūt: vel ex aliqua
alia causa etiam obligatis: gratiam magnā facit ⁊
gratissimum facit munus vel obsequium: qui ī ali-
quo facit eorum pagamentū: ⁊ q̄ totū faceret nihil
ei gratius facere posset. Quoniam pro defectu hu-
iusmodi pagamenti capi solēt mercatores ⁊ arctissi-
me custodiri: et si non facto pagamēto de nundinis Ul. le.
recesserunt tanꝙ fures ⁊ latrones iustitiari. ¶ Igit̄
cum omībus peccatoribus similia pericula immi-
neant: ⁊ incomparabiliter atrocior iustificatio: si de
nundinis vite presentis non facto pagamēto de pe-
nitentiali pro debitis peccatorum exierunt manife-
stum est: quia incomparabiliter ⁊ gratiora prestant
eis obsequia. ⁊ munera largiūtur preciosiora q̄ tri- Tribulato-res.
bulationes ⁊ molestias eisdem inferunt. Quapro-
pter non hostes non persecutores aut tribulatores
dicēdi sunt huiusmodi homies: sed magis pagamē-
torum nostrorū in huiusmodi nūdinis factores. alij
scilicet pro parte: alij vero in toto. Omibus igitur
gratiarum actionibus prosequendi sunt omni mo-
re amplectendi (vtpote) beneficiorum inestimabilium
et munerū largitores: ⁊ iter benefactores pene pri-
mi computandi ⁊ pene maximi: propter quod cum
orāt mei pro benefactoribus suis: istos specialiter
intendūt. Isti sunt thesaurarij meorū custodes: scili-
cet diuitiarū quibus eos redimāt a carcere penitē-
tiali vel purgatorij. Debita enim quibus obligati Thesauri patientie.
sunt ad satisfaciendū eis de iniurijs ⁊ molestijs illa-
tis thesauri sunt absconditi et solum michi ⁊ meis no-
ti: quibus eos redimant huiusmodi debitores: hoc
est quod legit̄ Prouerbiorū decimotertio. Redem-
ptio anime viri proprie diuitie. Temporales enim
diuitie aliene sunt et mundi sunt: ⁊ mundo remanēt
cum ex eo egredimur. sicut dicit Apostolus p̄me ad
Timotheū quinto. Nichil intulim⁹ in hunc mundū
haud dubiū: quia nec auferre quid possum⁹. Istas
omnes diuitias dicimus proprias quas sine iniuria F
alteri⁹ expendim⁹ ⁊ retinem⁹. Expendim⁹ quidē de-
bita satisfactionū: debita cum deo debitis compen-

fantes hoc est hec pro nris eidē offerētes: τ vt vulgo
Nota. F dicitur Assignātes. necesse autē habet hec debita p
suis recipere: quoniā sup hoc dedit nobis patentes
litteras suas: videlicȝ euāgelicas duplices scilicet
vel triplices: sicut apparet Mathei. 6. In ipsa ora
tione dominica. Dimitte nobis debita nostra. τ Lu
ce sexto. Dimitte et dimittemini. O q̄ diuites mul
ti sunt huiusmodi diuitijs. et tamen ignorāt quot τ
quantos habēt thezauros τ custodes diuitiarū sua
rum: sed diuitias suas ignorātes: quasi nichil habē
tes sunt: τ reuera pauperrimi: sed τ illud mihi τ me
is idulsit pater misericordiarū: vt debita huiusmo
di quātumlibet male pagabilia et vt vulgo dicitur
male sedentia: τ etiam obliuioni tradita τ penitus
ignorata: vel etiam talia de quibus huiusmodi de
bitores eis nec festucā vnam plicarēt τ vulgari gal
licano dicitur hoc mihi τ meis indulsit pater mise
ricordiarū: vt hec omnia debita pro suis recipiat: et
Nota. sua pro illis dimittat. ¶ O q̄ securi multi ad thro
num gratie dei accedere possunt q̄ cōfidēter dimis
B sionem debitorum suorū petere qui huiusmodi ha
bundant diuitijs et thezauris vt diximus abscondi
tis: et non tam petere cōdonari sibi debita: q̄ etiaȝ
audenter dicere pater misericordiarū vende ea mi
chi: eo tamen foro quo eis in prescriptis testimoni
um euangelij magister imposuit veritatis. Ipsos ve
ro dolores damnorū et iniuriarū molestiarū ad in
numerabiles vtilitates: quarum partē iam dixim⁹
retinent sibi mei numinatum. Redēptores meorum
sunt huiusmodi homines redemptiōis sue precijs
eos obruentes: qui captiuī apud sarracenos eum
dicare coguntur oblatim picta minutim pecuniaȝ
illā qua de carcere illo et vinculis redimātur. Mei
vero massis aureis et argenteis: etiam nō petētes
obruuntur: non deest enim nisi saccum parare τ obtē
dere. Hic saccus ego sum dicit patiētia: τ hunc etiā
saccum ipsi etiam qui tribulant operantur: sicut su
pra diximus: q: tribulatio operatur et saccum. igi
Nota. tur ipsi qui tribulant prestant. ¶ Nō est miseranda
paupertas eorū qui merces aureas τ argēteas an
tedictas reijciunt et repellunt: et ne ad eos veniant
summopere declināt. Proculdubio in hoc sicut ca
nes sunt: qui eque aurum et argentum cum eis ob
ruunt fugiunt: vt lapides communes: τ lapidari se
miseri: immo insanissimi timent quod vtiqȝ nō est in
intentione persequentiū: sed reuera eos ditari τ the
sauros eorū impleri intentio est miseratoris dei: p
manus eorum licet nesciētium. Quis adeo isanus
tantusqȝ redemptionis sue neglector si auro τ argē
to vndiqȝ obruatur: licet vulnerib⁹ afficiatur: si due
de costis eius frangantur: vt non colligat saltem ali
quas de huiusmodi massis aut vasis aureis τ argē
teis que iaciūtur in ipsum: presertim si se videat tā
tis debitis obligatum: propter que et immineāt ei
carcer horridus et vincula et afflictio iestimabilis.
Hic est carcer purgatorius cuius ignis teste Augu
stino maior est: q̄ quicquid homo pati potest i hac
Nota. vita. Audiuimus quendā ex conscolaribus nostris
cum proiectus esset in ipsum sacculus pecunie co
qȝ percussus esset dicenteȝ se velle talib⁹ lapidibus
D vsqȝ aurelianis lapidari. ¶ Heu quātū negligitur: τ
immo etiā vilipenditur aurum et argentum huius
modi: vel quia nō cognoscitur pro debitoribus hu
iusmodi carcer imminens: et vincula et debita qui
bus onerati sunt non pēsantur. Mirabile autem vi

detur: quare fuit ausus dicere dauid. Ego sum pau Dauid.
per et dolens cum dolores tante diuiti. sint: vt ha
berent tantam astutiam stulti nostri temporis sicut
canes qui proiectis ossibus grauiter lesi vel vulne
rati apertis faucibus et paratis dentibus in ea ir
ruunt atqȝ dolores quas passi sunt ab eis negligen
tes: immo obliuioni tradētes visioni eorum soli in
tendunt magis aliquid venerari ex eis vel vi extra
here: q̄ percussos et lesos se plangere enitentes: nos
autem econtrario facim⁹. Cum enim totum studiū
nostrum et conatus. vt de illatis tribulationib⁹ fru I
ctus absconditos et vtilitates quas diximus elice
remus ad planctum et luctum maledictiōes τ que
relas: ad litigia et bella nos conuertimus: vt reue
ra adhuc animales: et spiritū quo spirituales istas
diuitias cognoscamus: et diligamus penitus non
habentes: qui diuitijs vel dignitatib⁹ sibi illatis cō
quiruntur. nō homines: sed animalia brutissima cē
sendi sunt: talia enim loquerētur canes et asini si lo
qui possent. ¶ Loquela eni christiana et linguagiū
mei et meorū proprium est: vt dicant econtrario et
glorientur: non quidem se lapidatos lapidib⁹ pre
ciosis huiusmodi: sed magis thesauros suos lapi
dibus huiusmodi repletos: et non verbera se susti
nuisse vel vulnera: sed dona preciosa se accepisse: et
inde gratulari et exultare: vt τ de preciosis muneri
bus non inde dolere vel lugere: vt de vulnerib⁹ pre
dicare: semper gemmas esse tribulationes eo q̄ lu
ceant et illuminēt possessores suos: τ se eas studio
sissime colligere: vtpote qui earum preciositatem
nouerunt τ virtutem. ¶ Econtrario vero quos ego
dicit patientia non docui: si per viam auro et argen Patientia
to: et gemmis nobilissimis stratam. ambulauerint
omnia vt lutum et lapides cōmunes conculcant: ni
chil inde sibi colligunt. Aurum enim et gēme alijqȝ
lapides preciosi apud illos solos p̄ciosa sunt. Amā
tur: queruntur thesaurizātur: qui illa norunt: longe
prestantiora sunt apud canes τ asinos carduus vn⁹
et officulus pro vno siquidem carduo totum mūdū
dimitteret asinus si totus aurum esset: similiter τ ca
nis pro officulo vno. ¶ Redemptores igitur meoȝ
sunt: et hoc a carcere quem diximus vinculis τ affli
ctione dura. Similiter thesaurari et diuitiarum cu
stodes et gazophilatia magnifica ipsi: qui persecu
tores eorum se estimant et tribulatores. ¶ Ex quo Thesaurarij patiētie
apparet q̄ inclyta sim quamqȝ diues dicit patiētia K
et q̄ opulenti et abūdantes diuitijs omnes mei pro
pter hoc sepe diximus: q̄ ditissimus est omnis chri
stianus: et si nichil aliud haberet q̄ mortē cum illa
ei et ad omnia debita soluēda sufficiat: τ ad celestes
regni diuitias comparandas. sicut ostendim⁹ in la
trone de quo superius mentionem fecimus. Addi
mus autem hic: q̄ diues valde est et inclyt⁹ christia
nus qui nō habet nisi solam febrem tertianam triū
aut quattuor accessionum: aut solam effimeraȝ dū
modo in illa sciat et velit negociari cum deo. ¶ Isti
sunt liberatores meorū et ereptores de captiōibus Nota.
periculosissimis τ hoc multis modis. Primum ne
capiantur cum aduentum predonum siue captiuo L
rum presenserint flagellis et stimulis vrgent peco
ra sua τ armenta ad fugam: et fugere ea cogunt ad
arcem vel menia. vbi ab hostibus secura sint τ in tu
to. Sic ab insectantibus de omnibus et diuitijs hu
iusmodi homines stimulando et flagellando meos
de mundo ad deū confugere compellunt. Et in cele

stem ciuitatem que vere refugij ciuitas est introire
ipsum enim mundum odiosum eis reddunt atq ter
ribilem: ita vt ab eo toto timore et horrore affugiãt
¶ Secundo captos liberant a captionibus eorum
Nota. vincula disrumpentes: quemadmodũ factum est cũ
olim populus christianus obsideret castrum quod
dam: quod sarraceni detinebant captum quendam
nobilem christianũ opposuerunt machine que vul
go petracitra dicitur. sperantes q in eam partẽ ia
cere nollent lapides: per huiusmodi machinã. Illo
autem clamãte: vt propter eũ nullo modo ab hmõi
oppugnatiõe desisterẽt pcibusq ꝛ lachrimis quib⁹
poterat hoc petente machina illa lapides iacere ce
perunt: et hoc quanto rectius poterant in illuz. Fa
ctumq est deo procurante: vt primi lapides iactu
sic rumperetur funis quo illigatus pẽdebat: ꝛ ip
se caderet in fossatum desubtus. vnde abstractus a
christianis sic liberatus est ꝛ cum gaudio multo ab
exercitu receptus. Potuit ergo ille dicere et canta
re Laqueus contritus est et nos liberati sumus. et
hoc modo dicebat Dauid ad deum. Dirupisti vicu
Vincula car la mea carnalium et secularium desideriorum sicut
nalium desi dirumpitur cathena illa que omnes nos ligatos te
deriorum. net: sicut dicit Seneca id est auctor viuendi: vno eñ
Seneca. ictu tribulationis interdum tedet aliquem viuere ꝛ
mortem ipsam desiderat. Ita igitur illa cathena ru
pta est: cuius ruptura in profundũ cadimus humi
liationis. vnde excipim⁹ a populo sanctorũ. ¶ Ter
tio liberant eos ab incendijs et ardoribus carnaliũ
ac secularium desideriorum: aquam tribulationis
super eos effundentes: et sic in illis eadem extinguẽ
Nota. tes. ¶ Ve insipientibus qui gratissimi ac deuotissi
mi sunt omnibus qui aquam afferunt et supereffun
dunt ad extinguenda domorum suarum incendia.
Sic extinctum fuit incẽdium monachi qui cõtinuis
ardoribus libidinis vrebatur: quotidiana flagella
tione et proclamatione. Unde euoluto anno iterro
gatus qualiter esset ei super illa temptatione respon
dit michi viuere non licet: ꝛ fornicari libet. Eis igi
tur qui ad extinguenda animarũ suarum incẽdia tã
preciosum tam desiderabile prestant obsequium in
festissimi sunt et eos: hostes ac persecutores repu
tant proculdubio non intelligẽtes q̃ officiose i hoc
eis seruiant quamq̃ vtile: imo salutare obsequiũ
eis prestant. ¶ Quarto liberãt eos: quemadmoduz
N pastores et canes ouiculam de ore leonis; aut lupi
faucibus: aut quemadmodũ ciues exeuntes obuiã
predonib⁹ vt eripiat gladijs iaculis lapidib⁹ predã
de manu hostiũ q eni persequunt: hoc est qui psequi
intẽdũt et persequi vident aut pcutiẽdo gladio seu ba
culo aut iacẽdo lapides: aut ipsz arripiẽdo aut ptra
feras seu predones vociferando meos dicit patien
cia eripiunt. Os enim leonis infernalis spiritualis
Os leonis. mundus iste est: venter eius profunditas ipsa pecca
torum. De ore isto petebat liberari dauid cum dice
bat. De ore leõis libera me domine. De hoc legitur
Job. xxvi. Saluabit te ex ore augusto et non haben
te fundamentum subter se. De hoc legitur Amos. 3.
Quomõ si eruat pastor de ore leonis duo crura aut
extremum auricule: sic eruantur filij israhel qui ha
bitant in samaria quasi interpretat custodia. Hunc
enim modum ereptionis ꝛ liberationis maxime est
videre in capitulis regularium. Ubi rigor discipli
N ne capitularis seruatur. Ubi enim de vnius fratris

correctione agitur. videres alios proclamãtes seu
accusantes alios duarũ obiurgationũ seu increpa
tionũ lapides iacientes. alios in gladio seu baculo
percutientes. hoc est in virgis seu flagello quo hu
iusmodi homines disciplinari solent alios eripien
tes ipsam predam: videlicet fratrem rebellantẽ aut Nota.
fugere volantem capientes: ve hmõi hominibus in
cipiẽtibus qui intelligũt se esse liberatos de ore leo
nis: ꝛ ereptos de faucibus luporum infernaliũ. Et
propter hoc se dure vel male tractatos in capitulo
dicunt: cum deberent gaudere et gloriari se esse ere
ptos ꝛ liberatos a tantis periculis: frater correct⁹
seu emẽdatus nichil aliud est q̃ de faucibus ferarũ
infernalium liberatus. Fauces enim et dentes qui
bus bestie ille deuorant homines: non sunt nisi vitia
ꝛ peccata. Quare receptio ꝛ liberatio est a faucib⁹
earum. Apparet igitur nõ solum ingratitudo: sed in
sania insipientium q. redemptoribus ereptoribus
ꝛ liberatoribus suis: nõ solum ingrati sunt: sed eti
am infestissimi tanq̃ hostibus: ꝛ quemadmodũ fre
netici interdum medicantibus: seuientes in eos de
tibus et vnguibus. ¶ Merito igitur dicit panctia
quia pene est meus tot⁹ orbis terre et plenitudo ei⁹ O
cum pene mundus totus bonis meis plenus sit pe Patientia.
ne omnes homines thesaurarij sunt meorũ. Quid
enim est in mundo quod michi et meis non seruat?
Michi seruiunt estas et hyems: ignis et aqua tãta
varietate seruitiorum quantã supra enumeraui mi
chi sterilitas agrorum implet horrea: sterilitas vi
nearum implet celaria: fures et latrões eruca ꝛ eru
go. Et generaliter quicquid thesauros secularium
aut euacuat aut minuit thesauros meos iplet atq
meorum: michi tempestates ꝛ grãdines messes col
ligunt et vineas vuas vindemiant. Sicut et vulgali
ter dicunt homines se messionasse vel vindemiasse Sermo vul
cum grando et vredo vel pestis segetes eorum: aut garis.
vuas vastauerunt: et reuera si de meis sunt: verissi
me hoc dicunt. Omnia enim huiusmodi bona p me
in horrea atq celaria celestia reponunt et thesauri
zant. Sicut enim que in pauperes erogantur in the
sauros celestes mittuntur: sicut et que furto subripi
untur et que violentia auferuntur et longe sublimi
us collocantur. Elemosynarum enim largitio ni
chil aut parũ habet difficultatis similiter ꝛ vitcorie
propter hoc toleratio non furtorum aut rapinaruz
virtuosa est: ppter hoc victoriosa. ¶ Super igitur
meritum commune quod habet cum ipsa elargiti
one elemosinarũ addit meritum victorie. ꝛ propter
hoc hmõi oblationes in thesauris celestibus tanq̃
preciosiores sublimius collocantur. et ab ipso deo
amplius acceptantur vterq autem thesaurizant in
celo. Hoc enim commune habet qui bona sua ero Nota.
gat pauperibus: et qui bonorum suorum furtu vel
rapinam cum gaudio suscipit quod in celo ea the
saurizant. et vt grata munera deo ille offerunt. Sed
ego superaddo nobilem victoriam. Nichil horum
pretermisit christus dominus in seipso qui et locu
los habebat. vnde puideret egenis ꝛ furtũ iude pa
tient sustinuit: ꝛ rapinã carnificũ q auferẽtes ei vesti
mẽta sua diuiserunt ea sibi. Mihi ꝛ meis terremo⁹
domos litterales subuertens et suburens: domus
non manufactas in celis edificat. ꝛ ignis domos lit
terales exurens: domos mihi et meis non manufa

etas in celis edificat vt pueri igitur insensati irriden
di sūt qui vilissimorū istorum edificiorū ruinam siue
excidiū lugēt. ⁊ de illa celestiū edifitiorum pallacia
magnifica edificare sibi nesciunt. sed nec illa videre
vel cognoscere preualēt. ¶ Quid plura nemo me vel
meos ledere: nemo mihi vel illis nocere. Nemo qd
ꝙ auferre potest. Quicunq; enī aliquid mihi aufer
Nota. re nititur in tesauris celestibus illud mihi ⁊ meis re
P ponit Nec grādo nec terremot⁹ nec pestis alia mihi
et meis nocere potest sed eo mō quo diximus. Ego
vere dn̄a et mei dn̄i exercituum: et ꝓpter hoc perso
na me et meorū dr̄. Si consistant aduersū me castra
nō timebit cor meū Et si enī aduersum me consistāt
scd̄m intentionem suam ꝓ me tamen stant ⁊ mihi of
ficiosissime seruiūt: omnibus p̄nominatis seruitijs
ego cōfringo potentias arcū scutum gladiū et bel
lū: omnia mihi ad pacē ⁊ in obsequiū meum conuer
tēs. ¶ Ipsa mors non solū pedibus meis subiecta ē
ad calcandū sed etiam officiosissime mihi seruit. ip
Q sa ei carcerē corporis tenebrosissimū ⁊ horrificum
mihi effringit et meis vt liberemur ⁊ liberi in liber
tatē glorie filiorum scz dei inde exeamus: ꝓpter hoc
eā desiderabat apl's in. 8. ad Romanos dicēs. Infe
lix ego hō quis me liberabit de corpe mortis huius.
Ipsa est ꝓpugnatrix mea et meorū vindicās me de
hoste nequissimo videlicet carne vel corpore et occi
Nota. dens ipsum in oculis vt amplius de vindicta gaude
am. Ipsa est lucerna q̄ noctē mundi huius diffugat:
et illusiōes presentiū vanitatum velut somnia eua
nescere facit: vt reuelata facie veritas videatur. Ip
sa est lux que erroribus et falsitatibus dicit: cedat tē
pus post ipsam ei nullus est ei locus: ip̄a est securis
mihi q̄dē securit atē p̄stās ⁊ de terra maledicta vite
p̄tēns arbores erectas excecās. Ut alibi trāsplāta
te floreāt ⁊ fructificēt videlz plātate i domo dn̄i. Si
cut i psal. legit: inutiles vero vt in ignē mittant: si
cut legit Math. vij. De hac securi luce. iij. iā securis
ad radicem arbores posita est. Mors est clauis re
Matheus. gia vsualiter enī clauis regia securis vocatur. Hāc
clauem rex celorū adhibet clausis sibi et obseratis
R cordibus et eas voluntarie apud se intrare non sinē
tibus. Unde ⁊ per hanc intrat multotiens et hoc ap
paret in eis qui metu mortis tantum conuertuntur
quod obsequium meis multotiens prestitit et pre
stabit: bonus ipse adhuc iudex: cuius bonum ac iu
stissimum iudicium. Sicut legitur Ecclesiastici. xlij.
O mors bonū est iudicium tuum quoniam carnem
que corruptioni spirituali hoc est viciorū dedita fu
Ecclesiastic⁹ it: corruptioni putrefactiōis ius iustissime damna
tam exponit: et que vermes viciorū et alia reptilia
sp̄ualia nutriuit: vermibus litteralibus depascēda
tradidit: et que in via perditionis non solū gressib⁹
sed etiā saltationibus: ⁊ omnibus petulātie gesticu
lationibus lassata fuit: omni virtute mouēdi se pri
uat illā et carcere sepulchri condēnat: ipsa est nau
ta optimus qui de procelloso mari mundi huius in
portū tranquillitatis meos saltem statim educit.
Ipsa est pacifica et pacificatrix optima que litibus
omnibus et bellis finem imponit. dum capita litigi
orum atq; bellorum et capetaneos de medio tollit:
ipsa ē finis malorū sicut dicit in cathone. Mors est
que malos ne vlterius male agāt omnia compescit
Ipsa est que mundi gloriam mundiq; superbiam in
momento deijcit et posternit: de culmine regnorū
Mors.

et principatuū omnem: ⁊ omnium dignitatum quos
cūq; deijciens: ipsa est que sine acceptione persona
um ⁊ munerum dei iudicium exequitur. De quo iu
ditio legitur: iudicum. xii. Hoc iudicium a domino
omni carni. Ipsa est thesaurus amplissimus ⁊ suffi
ciens ad solutionem omnium debitorum: ad cōpa
randas celestes diuitias sicut prenotauimus. Ipsa
est vltimum post dei misericordiam redemptionis
nostre refugium. Propter qd̄ legitur prouerbiorū
xii. Sperat iustus in morte sua vt in liberatione scz
redemtione sua vt in thesauro redēptiōis vt in sacrifi
cio reconciliationis prudenter in ea negociari sciē
tibus atq; volentibus. Nunc vero narrabimus of
ficia patientie. Ego inquit patientia sum in elemē S
tis terra: de attritione fructificās vberius. In aia
libus vrsus qui de verberibus impiguor: ⁊ salaman
dra que de igne tribulationis pascitur: et quantum
ad palatum asinus carduus ⁊ pungitiua comedēs
Similiter et strutio quantum ad esum ⁊ victū que
ferrum et ferrea durissima queq; comedo: et q̄a de
cibis meis mentionē feci. Dico q mirata ⁊ q̄q; ama
ra dulcissimi cibi michi sunt ⁊ delicatissimi: ⁊ ex vir
tute filij dei dico vt lapides isti panes fiant. De qui
buscūq; ⁊ quantūcumq; duris etiam fiunt michi pa
nes: ⁊ qui non sūt de familia mea rebus hmōi lapi
dantur. Quos ego nō docui vel sciunt quando por
rigitur eis panis ⁊ quando lapis: ⁊ propter hoc cū
proijciunt eis panes hmōi fugiunt ab eis: quia pu
tant lapide esse, sicut et canis: cum ei panis proijci
tur: ⁊ putat lapidem esse fugit ab eo: cum autem co
gnoscit qd̄ ei ꝓijcitur panē esse: toto hiatu fauciū
eidē occurrit. Sic ego ⁊ mei scientes panē esse que
cūq; mod⁹ dura vocāt ⁊ lapides cū nobis ꝓijciūt cū
desiderio et gaudio occurrimus: et ea excipimus.
¶ Quid plura de illis sum de qb⁹ dicit vt alat eos i T
fame. Fame enī pascor: et siti potor: ⁊ paupertate lo Famepascitur patiētia.
cupletor: ⁊ hoc est singulis gl'ia mea: q2 vbiq; diues
sū: vbiq; inclita: vbiq; habūdās: vbiq; opulēta: quo
cūq; vo sequit me affluētia omniū virtualiū. Omne
desertū quantūcūq; aridū ⁊ sterile paradis⁹ volupta
tis est michi ⁊ ort⁹ deliciarū: vbicūq; enī carduos i
uenio: vel mericas: vel saltē lapides. Q; si nec ista
famē ad minus. vel siti inueniā q̄s dixi. Jā nō solū
cibū ⁊ potū meū: sz etiā delicias. Noli michi mina
ri de quacūq; rei inopia Illa enim copia michi est ⁊
paupertas diuitie. ¶ Ego in armis arma protectio
nis: videlicz clipeus aut lorica et sagittas et gladio
excipiens retūdens et illud implens. Sagitte par V
uulorum facte sunt plage eorum. In propugnacu Nota.
lis ante murale vnitum spei: protegens saxa a ma
chinis iacta ⁊ ignē grecū: ⁊ cetera oīa hmōi suauit⁹
sine lesiōe excipiēs vt supra tetigim⁹. In domib⁹ hie
malis a pluuijs grandinib⁹ et niuib⁹ ⁊ alijs iniurijs
sp̄ualib⁹ eos q̄ me inhabitāt ꝓtegēs. In vestib⁹ ca
pa pluuialis propter eādem causā. In arboribus Uide officia patientie.
laurus propter iniurias temporum aut aeris. viro
rem non amittens: et etiam victoribus coronam p̄
stās. In floribus rosa gratissimo rubore proprij sā
guinis semp rubens. In metallis aurum omni igne X
tribulatiōis purius ac rutilantius. In pannis pur
pura sanguinea ꝓpriarū passionū sanguine tincta
In ioculatoribus ille q̄ et singulis ictibus percutiē
tiū. ꝓ singulis denarijs se exponit et cui⁹ omnis que
stus et omne lucrū de sustinentia est ictuum aut ver

bē num. In instrumētis fabrilibus incus supra quaȝ prescripte fabricatores fūt. In aromatibus mirra omnē putredinē et vermes vicio arcēs ab his i quibus sunt. in granis synapis et piper qui detritione ꝛ extritiōe acuūtur: et qbus virtus augetur ex his. Similiter et triticum qđ per flagella et molarē attritionē a furfure aque conspertionē et tandem ignis excoctionē in salubritatē et delicias presens proficio. In mēbris spiritualibus humerus oneribus portā dis fortissimus. In partibus edificiorū. fulcrum seu fulcimentū. In partibus lecti culcitur mollitur sustinēs et super me iacentē et super incubentē. In ornamētis seu apparamētis cella seu subcelliū. De piscibus iam diximus qꝛ ego sum piscis marinus qui in abysso amaritudinū semꝑ versor tamen dulcissima semꝑ sum ꝛ in auibus auis aquatica que in aquis sēꝑ sepissime immergor. nec stilla vna mihi adheret semper arida permaneo. ¶ Ultima aūt laus mea inter sorores meas est ꝙ ipsis in futuruȝ regnum celorū promittitur. Mecum et sororis mee humilitatis ex nunc ipso testimonio veritatis promūciatur esse vbi dicit. Beati pauperes spiritu qm̄ ipsorum est regnū celorum. Et iteruȝ. Beati qui ꝑsecutionem patiuntur ꝑpter iusticiam qm̄ ipsorum est regnū celorū. Accidit et ad culmē glorie mee illō ꝙ bona mea nemo mihi auferre nemo ea minuere vel ledere vult cum tot et tanti ea totis studijs et viribus conentur augere. tāte aūt pacis ac dominatiōis est patientia qm̄ ipsa possidēt omnes electi animas suas sicut dicit veritas. Luce vicesimoprimo. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ubi eni ego non sum. nihil boni pacifice possidetur. Qualibet ei pūctura quolibet ictu omnia bona sua amittit qui me non hȝ In omniū hominuȝ domigerio de dignatione ꝛ subiectione est. Similiter ꝛ omniū rerum q̄ vel corpus eius: vel bona tēporalia in aliq̄ ledere possint. Unde omnia timet non solū fures ꝛ latrones. Sed etiā timet rubigines mures cattos. nubes et ventos imbres et grandines: ꝛ omnia hec illi minantur. Michi autem applaudunt et blandiūtur obsequia sua gratissima et officiosissima sicut supra exposuimus.

Nota.

Humilitas soror patiētie.

Luce dictū.

Finis de
mori
bus

¶ Aggreditur tractatū ꝛ pulcherrimā disputationē de vitijs ꝛ peccatis. et primū vitium ipsū desinit: deinde peccatuȝ. vtrāq̄ diffinitionem subtiliter edisserens. Ostēdit q̄ vitiū et peccatū actuale esse sicut est habitus: et actus ex ipso habitu: deinde quedam addit de peccato originali.

Aggrediemur huius tractatus partem tertiam ꝛ ipsius partis tertie partem primā que est de vitijs et peccatis: vbi primū determinaduȝ est nobis quid est vitiū: qđ peccatum et quid differat alteȝ ab altero. Dicim⁹ igitur q̄ vitium est habitus vtiq̄ malus: sicut virtus bona qualitas mentis. Malus eni est huiōi habitus nō in habendo seu participando malitiam. sȝ in essendo ipa malitia qua quis malus est quēadmodum supra exposuimus quia virt⁹ est bona qualitas mētis nō in habendo seu participando bonitatē sed in essēdo ipsa bonitas quemadmodum et color est albus nō in habēdo seu participando bonitatem. sȝ in essendo ipsa albedo. Q; si quis dixerit ꝙ cū vitiū sit malum essentialiter vt diximus vidimus. Nō ergo erit vllo modoȝ bonum hoc est nec simpliciter: nec cui nec scđm quid frigidū. et hoc est quoniam nihil recipit supra se contrariū essētie sue vllo modoȝ. Iam autam declarauimus i tractatu de bono ꝛ malo. quoniā. quod est vitiū in vno est bonus habitus ꝛ bonitas in alio ꝛ pulchritudo. Insidiositas eni in vulpe est bonitas quedā naturalis i eo ꝛ pulchritudo. In homine aut est et malitia ꝛ turpitudo. Sic se habet de iracūdia ꝛ rabie in leone et vrso ꝛ de alijs dispositionib⁹ feris et animalibus q̄ vtiq̄ in substātijs suis naturalibus et proprijs decentissime ac pulcherrime sunt. ꝛ aptissime sedēt in eisdē. In hominibus autem indecentissime ac turpissime ꝑpter discrepantiā suam naturalem ad naturam humanā Quemadmodum viror in lapide smaragdo. ꝛ croceus color in lapide topasio. et color celestis in lapide saphyro. et bonitates naturales et pulchritudines sūt. In facie autem humana difformitates essēt etiam visui intolerabiles. Quare nō sic intelligimus essētialiter cum vitium habituȝ malum dicimus sic inq̄ nec in toto nec in parte nec scđm quid. nec alicui possit esse bonum. Hec est eni intentio vna eius ꝙ est essentialiter. Hoc est tota ratione sui eē. siue tota sua essentia malitia esse habitum malūꝛ ex nulla parte vel modo bonū. ¶ Alia autē intētio est quam satis explicuimus videlicet q̄ dixim⁹. malū ibi non aliud predicare q̄ ipsum vitiū licet alia ratione seu ꝯparatione. ¶ Peccatum vo actus est ꝑcedēs ex huiusmodi malo habitu vel dispositione mala et hoc apparet ex diffinitione qua diffinit Augustinus peccatum dicens. Peccatum est factum vel dictum vel concupitum contra legem dei. vbi necesse est per factum intelligi etiam non factum. sicut et vsualiter increpamus aliqueȝ pro eo quod nō facit id quod facere debuit et dicimus male fecisti. quia istud nō fecisti. quia ipsum nō facere bonum aliquando vel bene vsualiter malefacere dicimus. Attende etiā quia in ista diffinitione Augustini cupitū etiā ad alias passiones extēditur, vt ad odire: timere: sperare hoc. ꝛ q̄a ipm desideriū radix quodāmō ē aliaȝ ꝛ ad ipm reducūt aliod̄n valde di-

A

Uitium qđ.

B

Nota.

Peccatum quid.

Diffinitio peccati ex augustino.

minuta cessit diffinitio Aug. vt cēt posti⁹ via ⁊ exē-
plū exquirēde ⁊ inueniēde diffinitiōis perfecte. nō diffi
D
nitio cōpleta. ¶ Sexto etiam ꝙ non diffinitur hic
Venialia propue nō sunt contra legem.
nisi peccatum mortale. Non eni contra legē sunt ꝓ-
prie venialia. Non eni contra legem est proprie qḋ
non est legis ipsi⁹ transgressio. Attende etiam quia
non diffinitur hic nisi peccatū qḋ dicitur actuale vi-
delicet qḋ est actus illicitus vel obmissio actus lege
precepti ⁊ hec sunt peccata q̄ solemus dicere pecca
Originale peccatum ē hereditas
ta acquisitiōis et conquestū nostrum pessimū. Quē
admodū originale peccatū hereditatem malā et he
reditariū nobis malū dicimus vt pote a primis pa
rentibus ad nos deuolutū: hoc etiam peccatū cōtra
ctū dicitur hoc est cū ipsa carne a parētibus tractū
⁊ non proprio studio vel opere a nobis acquisitum.
¶ Viciū ergo et peccatum actuale sunt: sicut habit⁹
E
et actus ab ipso ꝓcedens: non tamē omne peccatū
actuale ex malo habitu ꝓcedit: immo plerumq; ex
mala dispositione. ¶ Peccatū autē originale iuxta
Peccatum originale.
duos modos dicitur. et vno quidē modo pctm̄ pri-
morū parentum. Peccatū inq̄ actuale quo dei mā
datū transgressi sunt peccatū originale dicitur ex eo
ꝙ origo et causa fuit omniū in toto genere humano
sequentiū peccatorum. Nec dubiū est quin huic pec
cato cōueniat suprapositā diffinitio August. ¶ Se-
cunda intentione vel mō dicitur viciū hereditariū
et tractū ad omnes posteros deuolutū et in omnes
transfusum qui viciosa lege nascendi vt ait August.
Nota.
inde nati vel geniti sunt: hoc ergo vicium seu pecca
tum qm̄ latuit philosphos ⁊ multos de hereticis ne
cesse habemus stabilire ipsum in primis deinde de-
clarare qualiter vicium dicitur et peccatum et cul-
pa: vbi ostendemus euidenter quia nō per abusionē
nominationes iste attribute sunt ei: immo ꝓprie iu-
xta vsitatissimas significatiōes nominū istorū. Ter-
Proposi-tio dicendo-rum.
cio dissoluem⁹ questiōes ⁊ respondebimus ratioci-
nationibus eorum qui contra doctrinam catholicā
de pctō originali vel sentiunt vel senserūt. ¶ Quar
to inuestigauimus causam et modū quibus contra-
hitur hoc viciū vel trāsfunditur in posteros. ¶ Quī
to perscrutabimur vtrum vnum et equale sit in om
nibus: et vtrū ex eo sit artificiorum electio: ⁊ tota vi
Summari-um sequen-tium.
te nostre inordinatio: et non p̄teribimus errores eo-
rum qui cōstellationib⁹ et horis natiuitatū attribu
erunt hec. ¶ Sexto inquiremus mensuram ipsius ⁊
penam propriam eiusdem: et quo iure debeatur ei-
dem: et dicemus comparationem eius ad actualia
peccata.

¶ Non sūmatur hic locus a nobis: quoniā au
tor ipse se summauit.

Debes ergo hic reminisci primū triū viaꝝ
quibus eius esse stabiliuimus in tractatu
quem vocamus. Cur deus homo. Haruꝫ
primā posuimus errorem virtutis nr̄e ap
Error vir-tutis appe-titiue.
petitiue interioris atq; ꝑuersitatē q̄ bona nobis ma
le sapiūt: ⁊ mala bene q̄ horrifica vitiorū ⁊ peccato
rū spurcitia tā suaue nobis sapit: ⁊ virtutū suauitas
tam amarū. Quēadmodū eni error atq; ꝑuersitas
appetitiue nr̄e exteriorē seu corpalē egritudinē ha
bere se idicat: sic ⁊ in interiori seu spūali se habere ē vi
deliꝫ vt ei⁹ errorē atq; ꝑuersitas spūalē ⁊ iteriorē egri
tudīe absq; vlla dubitatione idicet. Eodēmō etiā ⁊ d
Vis intel-lectiua.
intellectiua vt nr̄a siue cogitatiua superiori nobili
euidēter se hꝫ cū tam mlriplex ei⁹ error tātaq; ꝑuer
sitas in iudiciis eiusdē ⁊ opationib⁹ appeat manife-
ste: q̄s eī nō videat quāta ꝑriacia bona mala iudicet ⁊
ecōuerso: ⁊ parua bona magna: ⁊ magna parua vl
nulla. Delicias eni corporales q̄ vtiq; mala perni-
F
tiosissima sūt: sicut in tractatu de mr̄imonio docui-
mus bona iudicat: sicut apparuit in epycuro: ⁊ to-
ta eius factiōe. Spirituales eni delicias: necnō et
diuitias parua vel nulla bona vt pote adeo longe
ab eis: vt cū tam magna bona sint fiant: vel omnino
nō videantur ab eis: vel parua eis videant: quēad-
modū corpora stellarū cū incredibilis magnitudi-
nis sint oibus paruissima vident. A nōnullis autē
nec etiā vident. Et multa etiā de eis a nullis vedeā
tur. Sicut multe stelle q̄ in galaxia sunt: a nullo vidē
Manifestū igit est his iudiciis istis egritudinē istā
esse qua vtraq; vis nostra ꝓnominata tanta turba-
tione atq; peruersitate laborat. Ois aūt egritudo
Egritudo spiritualis
spūalis vitiū est: et omnis ꝑuersitas difficile mobi
lis malus habit⁹ est. et ideo vitiū a diffinitione. Et
qm̄ innatū est nobis: merito originale vitiū natiuum
Originale vitium.
⁊ radicale atq; hereditariū nominatur. Secūda via
rebellio est inter spūale siue sublime nostrū quo bru
tis precellimus: ⁊ aiale nostrū: videlꝫ quo eis com-
municam⁹: quā rebellionē a sensu ꝑcipim⁹. Hec aūt
rebellio euidēter ostendit infirmitatē et egritudinē
ei⁹ ꝙ est in nobis supius vel nobilius. Si eni sanū es
set ⁊ firmū firmitate naturali necessario totū aiale
qḋ in nobis est subditū esset ei subiectiōe ⁊ obediētia
paratissima. Causa aūt in hoc est: quia sublime no-
strum ac nobile incōparabiliter fortius est in sani-
tate sua ⁊ vigore naturali: ⁊ insuper lege ac iure na
ture eidē prelatū suppositū. Ipsa ergo hmōi rebel-
lio iniuria est naturalis in ipsū. Siue ei per rebellio
G
nem adequari querat aiale nostrum spūali nostro si
ue ipsū superare cōtra ius et legē nature in hoc idu
bitanter facit. Quia igit ita depressū est spūale no-
strū: itaq; infirmatū vt aduers⁹ ipsū se erigere ac re-
bellare possit aiale nostrū: ⁊ hoc tā iniuriose manife
ste ifirmitatis atq; debilitatis est ipsi⁹ spūalis nostri.
Infirmitas autē atq; debilitas ois cōtra naturalē
vigorē ⁊ firmitatē, indubitanter ⁊ egritudō est ⁊ vi-
Infirmitas nostra.
tiū: cum euidēter contrariū virtus sit. A sēsu igitur
ipso manifestū est originale illud vitiū seu egritudi
nem esse in oibus nobis. ¶ Tertia via est rectitudinis
nr̄e incuruatio ad ea que infra nos sūt ⁊ auersio seu
declinatio ab his q̄ supra nos sūt ⁊ ꝓpter que crea
ti sum⁹ A deo eni inclinati seu incuruati sumus ad
ea q̄ dicunt bona carnis ⁊ mūdi tā sm̄ sublimē vi no
H
strā cognoscitiuā seu intellectiuā ꝙ sm̄ virtutē etiā
nr̄am nobilē motiuā. id est volūtatē ꝫ vt ea sola pene
cogitare: sola pene velle merito videamur a deo a-
uersi ⁊ declinati a presētib⁹ ⁊ futuris aiarū nr̄aꝝ bo
nis vt cogitatiōes ⁊ affectiōes nr̄as diligēter consi
derantib⁹ a nobilitate speciei nostre in brutalē insi-
pientiā degeneralle videamur. Iuxta prohete testi
moniū dicētis: homo cū in honore esset nō intellexit
cōparat⁹ est iumētis insipiētib⁹ ⁊ similis factus est
illis. ¶ Paucissimi etiā sūt in hoib⁹ q̄ rationabilit
⁊ nō brutaliter viuāt. Qui aūt aliter viuūt ꝯ natura
Nota.
lē istā icuruationē ⁊ auersionē velut erecti ⁊ ad bona
antedicta ꝑuersi viuūt ⁊ hoc sm̄ vtrāq; vim nostraꝫ
superiorē nobilē. Ex q̄ nulli dubiū ē brutalitatē istā
esse ē nobis originalē: ⁊ esse vitiū: cū viuere sm̄ illā vi
tiose viuere sit manifestū ē originale viciū eē. ¶ Am
plius. Non aliter recte viuimus nisi cum secunduꝫ
superius nostrū ac nobile viuimus hoc autē non est

ilii cuȝ inferius nostrorū videlicet quod est anima-le in nobis ab eo victum atq̃ subactum fuerit eius-q̃ dominationi obediens: immo in seruitutem reda-ctum sicut dicit Aplus. in. ix. prime ad. Cor. Casti-go corpus meum ⁊ in seruitutē redigo. Et hec vtiq̃ seruitus iure ⁊ lege nature debita est alioquī inique et contra iusticiā imponeretur: quare iniquū ⁊ iniu-stum esset et contra naturam domare nostrū inferi⁹ videlicet vires inferiores motiuas. Hoc autem est quod virtuosum omnes clamāt: ⁊ quod omnis intel-lectus apud se conceptū habet: ⁊ naturaliter impres-sum. ¶ Ampli⁹. Secundum hoc permittere illas re-gnare et dominari esset iustuȝ: ⁊ de his in tractatu de matrimonio multa diximus. ¶ Manifestum est igi-tur quia regnum et dominatio super vires inferi-ores nostro superiori iure et lege nature debentur q̄re seruitus et subiectio contrarie inique sūt. Ma-nifestum autē est: quoniā exceptis paucissimis ser-uitus subiectum est eis ⁊ hoc ex originali vt dixim⁹ peruersitate. Non eniȝ expectatur in hoc praua cō-suetudo: cū non solum in adultis: verū etiam in pue-ris et paruulis quatenus etas permittit. Ubi autē ab hmōi seruitute et subiectiōe vel erectum vel libe-ratū aliquatenus est. victoria vel assuefactione vel de beneficio gratie diuine. hoc esse factū dubiū non est. Omnes ergo cū originali isto vitio nasci. et secū-dum illud viuere vel in toto vel ī parte nisi econtra-rio adiuuētur manifestū est. Q; si dixerit quis quo-niam secūdū animale nostrum cōmunicamus cum brutis Et ideo quēadmodū vel operationes vel pas-siones q̄ in brutis sūt. secundum illud nihil habēt in-iustie naturaľ nihil iniquitatis immo magis sūt se-cundū iustitiam naturalē sibi. Cum ergo opatiōes seu passiones que ex aīali nostro in nobis sunt vel a nobis fiūt naturaliter nihil habebūt iniusticie nihil iniquitatis. Respōdemus in hoc: q̄ñ et si secundum animale nostrū cōmunicamus cum brutis. In spiri-tuali nr̄o tamen precellim⁹ eis. Et ideo secunduȝ il-lud qd̄ in nobis nobilius atq̃ sublimius ē nos viue-re atq̃ ogari oportet. Omnino enim indecēs et incō-gruū est pferre qd̄ inferius atq̃ ignobili⁹ est superi-ori atq̃ nobiliori: sequiq̃ illō ⁊ obedire illi: rebella-re aūt isti nostrum aīale: quod absurdū videtur esse. ¶ Amp̄. Aīale brutorū p se regnās atq̃ dominās est et nullo viculo obediētie vel buitutis in illis alicui obnoxiū aut obligatū vt pote nō habens superius apō illa. Aīale vero nr̄m sicut superius hȝ apud nos et ī nobis sic est eidē debito subiectiōis et viculo ser-uitutis astrictū quēadmodū hō g se in regione aliq̄ degēs: vbi null⁹ est alius pñceps aut dn̄s liber est ab omni obediētie debito. Si aūt fuerit ī regno vel pñcipatu alteri⁹ necesse hȝ eidē obedire ⁊ esse subie-ctus. Uerū si quidē vt ait Tullius. om̄e regnū aīe a natura tributum est q̄re aīale nostrum in nr̄o regno rōnis est: et ideo necessario legibus eiusdē subiectū. In brutis vero tanq̄ seorsuȝ est ab om̄i aliena ditiōe ⁊ potestate: ⁊ ideo liberū: ⁊ hoc est qd̄ legiť ecclesi. xiij. Pond⁹ sup se tollit q̄ honestiori se communicat merito ergo aīale nostrum pond⁹ obedientie subie-ctionis et buitutis sup se tollit. dū supiori nr̄o quod tā honestū est cōicat associatū scȝ eidem in eodē sub-tecto aīa videlicet nr̄a. Silr̄ se hȝ de homine q̄ datus est in seruū alū ⁊ de homine libero. Eodeȝ modo de equo habēte sessorē sup se ⁊ de nō habēte. Nō est aūt de aliuitēdus. i. sine pscrutatiōe trāsecundū qd̄ dixi. qȝ

Apostolus

Cum origi-nali vicio omnes nas-cuntur.

Animale brutorum.

Animale nostrum.

Cicero.

et aīali nr̄o naturaliť sunt hmōi passiones ⁊ opera-tiones. Naturaliter quidē. id est ex natura corpora-li vel dic: naturaliter autē. id est iuxta primitiuā no-stre nature institutionē seu cōditionē. Nam secūdū statum illum non nisi iusse ab ipso superiori nostro exirēt. Nunc autē tanq̄ libere exeunt nō expectato iussu seu mandato illius: qd̄ modis oībus eis illici-tum fuit iure ac lege primitiue institutionis nostre quibus iure plenissimo animale nostrum spiritua-li nostro subditū est et eidem ad obedientiā obliga-tum. Quarta via est insēsibilitas: vt ita dicam⁹ ipsi-us spūalis siue superioris nostri: qua insensibile est ad bona sua: ⁊ cū mala aīale nostroȝ sensibilissimuȝ sit ad sua bona scȝ et mala. Quoniā insensibiles eni-simus interius ad lucē nostrā ī eternā que sol intelli-gentie est: videlicet christus dominus. Quoniā dif-ficile illam etiam tenuissime atq̃ obscurissime vide-mus. Similiter ⁊ ad suauitatē internam nostrā ⁊ de-licias spirituales: que in ipso et ex ipso sūt: ⁊ in vir-tutibus ⁊ per virtutes quis ignorare permittiť: cū nec odor ptenuis ad nos inde perueniret. Idem di-cim⁹: ⁊ de saporib⁹: q̄ sēsibiles aūt sim⁹ econtrario videlȝ ad suauitates odores ⁊ sapores aīales null⁹ est qui nesciat. Similiter ⁊ q̄ difficile calefactibiles simus calore spiritualis amoris sanctorūq̃ deside-riorū q̄ facile ante ardeamus ecōtrario quis nō vi-det. ¶ Amp̄. Cū pro mō seu magnitudīe vel p modo suauitatū aut bonitatū calefactibiles esse vł calefie-ri debeamus ab illis quorū sūt. Si essemus vtcūq̄ bene dispositi: ⁊ ipsa suauita seu bona equaliť nobis propinqua ppinquitatibus sibi congruētibus que esset proportio seu cōparatio suauitatū seu bonita-tum adinuicē: ea esset ⁊ calefactionū hoc est amorū seu desideriorū nostrorum ad inuicē in illas. Quia ergo nulla est proportio vel etiam comparatio di-uine suauitatis seu etiā bonitatis ad eas que car-nis ⁊ mūdi dicūť suauitates seu bonitates: si bene dispositi essemus tam ad has q̄ ad illas nulla esset proportio seu cōparatio calefactiōis amorū seu de-siderioū q̄bus calefieremur a spūalib⁹ suauitatib⁹ seu bonitatibus ad calefactiones q̄bus calefimus ab eis que mūdi suauitatib⁹ seu bonitatib⁹. Cause eni sp pportionabiles sūt effectibus suis nisi dispo-sitionū iequalitas inter effectus faciat diuersitatē. Qr ergo ecōtrario predictis causis se habēt coruȝ effectus in nobis. Manifestū est q̄ nō eque boni di-spositi sum⁹ ad illas: quare vel ppiqui⁹ est animale nr̄m ad suauitates ⁊ bonitates suas vt ita loq̄mur vel magis bene dispositū ad illas q̄ spūale nr̄m ad suas. Manifestū est aūt qd̄ elongatio hec seu mala dispositio que ita spūale nr̄m impedit a supradict̄ suauitatib⁹ ⁊ bonitatib⁹ lesio ē magna ⁊ vitiū qd̄ ita nos peruerse habere cōpellit. Peruersitas autem oīs: ⁊ ois dispositio puertēs nos vitiū esse dubita-ri nō potest. ¶ Q; si dixerit q̄s: q; hec est naturalis ⁊ rectissima ordinatio nr̄a v3 aīale nr̄m proximū sit sua-uitatibus suis ⁊ bonitatibus. Spirituale vero no-strū lōge sit a suis: quēadmodū ⁊ nos ipi terrenis: ⁊ terrenis oībus pximi sum⁹ celo vero et celestibus remotissimi. Respōdem⁹: quia reuera sm̄ corpus ita est vt dicitur de propinq̄tate ⁊ remotiōe: quia in-ferior ista regio ⁊ mūdi sēsibilis habitatio regio no-stra: ⁊ habitatio est quātū ad corpus: ⁊ etiā q̄ntū ad aīale nr̄m in eo q̄ aīale ē: vt nūc q̄dē se hȝ. Quātū ad spūale v̄o nr̄ȝ regio nr̄a lōge alia ē ⁊ habitatō ⁊

Nota.

Uide.

Nota.

Nulla pro-portio diui-ne suauita-tis ad suaui-tatē carnis

Uitium.

Obiectio.

Responsio

eque vicina seu ppinqua spirituali nostro vt sua re
Nota hunc locum.
gio vt diximus animali nostro. ¶ Q; si dixeris: quia
hoc etiam nec verum nec debitum est: quia plus ani
males sumus naturaliter vt ita dicamus q̃ spiritua
les: et plus corporales q̃ spirituales. Dicimus q;
sermo huiusmodi hominis est sermo valde erroneus
et proculdubio hominis nescientis se esse hominem
et pene omnino ignorantis nobilitatem humane na-
ture. Generaliter enim absq; vlla dubitatione verũ
est: q; id quod est in vnoquoq; optimũ est in eo etiam
nobilissimum atq; fortissimum naturaliter: et ppter
illud etiam alia creata sunt in toto illius: sicut anima
Anime nobilitas
in nobis nobilior atq; fortior corpore: et propter il-
lam corpus creatum et membra ipsius. Similiter
N spirituale nostrum naturaliter: hoc est naturali et
primitiua sui institutione in nobis optimum est no-
bilissimũ ac fortissimum. Et propter id omnia alia in
corporibus nostris et in animabus creata sũt. Qua
re multo fortius est ei prouisum de omnibus perfe-
ctionibus suis naturaliter q̃ animali nostro de suis
et ideo eque propinquum naturali ordinatione vel
etiam amplius bonis suis omnibus q̃ illud. Neq;
enim diuine bonitati neq; sapientie eius congruit mi
nus prouidere magis minoribus: aut minus cura-
re magna q̃ parua: presertim cum paruũ animalis
nostri non curet nisi propter magnum spiritualis no
stri. ¶ Amplius. Inter regionem intelligibilium seu
Inter regionẽ intelligibiliũ: et intellectũ nostrũ nichil est medium
mundum intelligibilem et intellectum nostrum nihil
est medium. Si enim aliquid esset medium: illud es-
set intelligibile vel sensibile. Non sensibile cum om-
ne sensibile infra intellectum sit et in regione que sub
ipso est: hoc est mundo sensibili. Intelligibile vero
omne de mundo intelligibili est. aut ipse mundus in
telligibilis. Quare non est medium inter mundum
intelligibilem et intellectum. pars enim non potest esse
media inter aliquid et suũ totum. Posset quidem me
O dia eẽ inter aliquid et residuũ sui totius. Inter itelle
ctũ igitur et sua intelligibilia nihil est mediũ. Eodẽ
modo est ostendere q; inter affectũ nostrum nobilem
et sublimẽ: et sua nobilia seu desiderabilia nihil est
mediũ quare inter spirituale nostrũ totũ et sua perfe
ctibilia: vt verbo generali vtamur nihil est medium.
Eque ergo propinquum est spirituali nostro suum se
culum: vt nostro animali suum. Qd ergo nõ eque
perficitur: nõ eque mouetur ab illo: vt animale no-
strũ a suo: nõ est ex elongatione maiori seu propinq
tate minori ad id: sed neq; ex minore fortitudine cũ
dubitare nõ debeat seculum intelligibile: et ea que i
eo sũt fortiora esse: et vehementioris influẽtie q̃ secu-
lum animale: et ea que in eo sunt. Quare insensibili
Tarditas nostri spiritualis ẽ originale vitium.
tas ista seu tarditas spiritualis nostri: cum indubi-
tãter peruersitas sit atq; malitia nobis innata: ori-
ginale vitium est qd querimus contrariũq; eius bo
nitas est et rectitudo virtus est et fortitudo illius.
¶ Amplius. Indecentissime ac peruersissime ordi
P nasset creator noster spirituale: et nostrum animale
si illud debile: immo quasi emortuũ: et miserabiliter
impeditũ ad suas pfectiões creasset. Hoc vero ex-
peditissimũ et pmptissimũ ad suas cũ longe maior
glia sit creatori pfectio nri spũalis q̃ pfectio nri aia
lis. Nobis etiã incõparabiliter maior vtilitas seu sa-
lubritas in illa q̃ i alia. Siue ergo in gloriã suã siue in
vtilitatẽ nostrã: siue i ambas itẽderit creator i crea-
tiõe nra. Nõ ita illas ordinauit vt sũt. Ordiauit au
tẽ aiale nrm vt est bene. Quare nõ ordiauit spũale

nrm vt est male. Quicqd aũt ipe nõ ordiauit i nob;
et i nobis naturaliter vitiũ est in nobis siue peccatũ. Il-
Nota.
lud igitur vitiũ quo tardi seu difficiles seu pene in-
sensibiles sumus ad bona sublimia: videlz spiritua-
lia: et eterna in nobis est naturaliter siue origina-
liter: propter qd et originale vocatur et innatũ. Qui
Q ta ratio est: quia vitiũ rectissima diffinitione prope
est quo male nos habemus ad bona opera redden-
da: hoc est tarde et difficile. Ad mala vero bñ vtitur di
camus: id est prompte et expedite. Quia igitur in
nobis est naturaliter et originaliter ista peruersitas
naturaliter et originaliter est in nobis illud vitium
Poteris et iuxta vias istas multas similes inueni-
re. Non autem sufficere arbitramur tibi ad stabiliẽ
dum originale peccatũ: hoc est ad faciendam certi-
tudinem de eius esse et declarandum qd ipsũ est. Iu-
xtaqd promisim⁹. ¶ Sexta via est: quia quemadmo
dum anima hũana in potestate habet mouere e put
Nota.
vult membra corporis sui. Sic et multo fortius in po
testate debet habere naturaliter ipsas vires suas q
sunt tanq̃ membra ipsius. Quemadmodum igitur
quando potestatem non habet mouẽdi corporis sui
membra: manifesta est egritudo corporis quem mo
tum huiusmodi impedit. Sic vbi potestatem non habet
mouẽdi membra illa spiritualiter que diximus. Ma
R nifesta est ergo egritudo ipsius paralisis vel febris
Similitudo apta.
spiritualis. eodemmodo de homine ipso. Quem-
admodum enim difficultas vel impotẽtia se mouẽ
di scdm corpus ostendit in eo egritudinem vel infir-
mitatem corporis. Sic difficultas vel impotentia
mouendi se secundum spiritum: ostendit in eo infir-
mitatem siue egritudinem spiritus vel mentis: hoc
autẽ in vno quoq; nostrũ manifestũ est. Nõ eniam a
mus qd volumus vl cũ volum⁹ vel put volum⁹. Si-
militer neq; odimus: et ad hunc modum se habet de
aliis motibus spiritualib⁹. Manifesta igitur est in
nobis ista quã querimus egritudo mentis.

¶ Ampli disputatã de originali peccato; ostẽdẽs
peruersitatem illam seu corruptionẽ de qua supra
mentionem fecit: esse originale peccatum. ostẽditq;
paruulos nascentes nullum quidem habere actua-
le peccatũ: originale vero sic: et ita originale pecca-
catum non dicitur peccatum ea intentione qua pec
catũ actus dicitur seu actus priuatio.

S Ost hec prout prediximus declarabimus
istam corruptionem seu peruersitatẽ pec
catum esse verissima nominatiõe. Q enĩ
vitium sit. euidẽter apparet ex his que di
Peccatum
ximus. Dicimus ergo in primis: quia peccatum
vna intentione dicitur actus vel eius priuatio: secũ
dum quem modũ: nemo vnq̃ sani corporis posuit
originale peccatum esse peccatum. Cum enĩ in par
uulis nascentibus esse ipsum credat et docet omnis
ecclesia sanctorum: qui nichil egisse ante natiuita-
tem vel in ipsa natiuitate qd peccatum dici possit a
quocũq; indubitanter credunt: dũtaxat his excepts
qui animas antea in aliis corporibus fuisse vel in
corporibus in stellis vanissime somniauerũt vel ad
huc delirant. Manifestum est peccatum originale
non actum ipsum quo quis peccare vel peccasse di-
citur catholicam doctrinã accipere: sed magis per
uersitatem de qua proximo locuti sumus: et qui ar
gumẽtantur: nõ peccauit iste puul⁹ nec peccat: ergo nõ ha
bet peccatũ: manifestũ est: q; erronee arguitur: nisi de
pctõ actuali oclusionẽ itelligãt. Si qs ei argueret

Pecauis non volat neq; volauit ergo nō habet volatū:et iste equus nō cucurrit nec currit:ergo nō habet cursum. Manifestum est cum valde insipienter arguere:cum ad remotionē actus remotio habitus nō sequatur. Quia igitur de hoc nūq̄ fuit cōtentio inter nos et hereticos vel alios quoscūq; erroneos: exceptis illis quos supra diximus. Pertrāsibimus hoc plane dicentes:q; paruuli nascentes nullū proi sus habēt actuale peccatū:sed originale eos habe-

C re dicimus. Si eni peccatum eorū esset actuale:hoc est actus eorū idebitus vel actus debiti priuatio nō iam originale esset illud id est originaliter cōtractū seu inditum neq; hereditariū seu a parentibus traductū:sed magis acquisitū et aduenticiuʒ. Quoniam ergo vt recte dicit aristoteles circa sensuʒ sunt rectitudo ⁊ peccatum. Manifestum est:quia rectitudo et peccata iuxta hanc vnā intentionē contraria sunt Quia ergo proprie rectitudo ē bona dispositio nostra primitiue institutionis cui puersitas ista originalis contraria est et repugnās. Manifestū est quia secundū hanc intentionē originalis ista peruersitas proprie peccatū dicitur. Si eni alterū oppsitorū duorū quorūcunq; de altero aliorū duoruʒ proprie dicitur et reliquū de reliquo proprie dicitur. Contraria eī circa idem:sicut alibi didicisti ꝓprie ⁊ fieri habent et dici. Alio modo etiā peccati nomine dicitur

A videlicet indecentia in eis q̄ cōiungit gignit aut ꝓcreat. Unde et peccasse naturā cōmuniter dicunt homines quādo gignit homines senos digitos habentes in manibus aut pedibus. Similiter quādo gibbosos aut aliīs deformitatibus mōstruatos. Merito ergo peccatum nature dicitur similis indecētia: quādo videlicet gignit incuruatos quos debuit gignere rectos:et aiales quos debuit gignere spirituales ⁊ ad hūc modum se habet de aliīs peruersitatibus. Peruersitas igitur ista origialis merito pctīn

X naturale dicitur et natiuū. ¶ Tertio sicut virtutes noia sua cōmunicant actibus suis ita et vicia:sicut enim largitas dicitur non solum ipsa virtus largiendi sed etiam actus ipsius ⁊ misericordia similiter. Sic et peccatum non solum vel actus vel vicium sed vtrunq;. Cū igit̄ ista peruersitas originalis habitꝰ sit: non est mirum neq; insolitum immo certissimum vsu vulgarissimo vt actus sui quod est peccatum nomine ipsius censeatur. Sicut igitur luxuria dicitur non solum viciū carnis sed et actus eius. Sic et peccatū dr̄ originalis puersitas quēadmodū ⁊ ois actus illius. ¶ Quarto peccatū dicitur viualiter contra-

Y riū eius qd̄ debet esse in aliq̄ sicut vrina dicitur peccare in substantia vel colore videlicet cum hʒ contrarium in substātia vel colore. Contrariū inq̄ eius qd̄ habere debuit:immo nichil potest dici peccatum: nisi illud cuius contrarium deberet habere. Quia igitur contrarium originaliter habemus eius bone dispositionis quam naturaliter habere debemꝰ Manifestum est nos secundum hanc acceptionem peccati peccatum originale habere. Manifestum etiam:quia et scundū hanc intentionem verissime ac proprie originale peccatum dicitur peccatum.

ʒ ¶ Quintam autem acceptionem vel intentioneʒ adpit Augustinus dicit. Originale peccatum dici peccatum:quoniam est per peccatum: quemadmoduʒ loquela dicitur lingua. Quoniam vt apparet est per linguam:quare non intolerabili abusione peccatum originale nominat catholica doctrina quē-admodum neq; loquelam linguam. Culpa vero ꝑ eundem modum dicitur:per qd̄ et vitium aut peccatum aut peruersitas:⁊ insuper quoniā pro eo pena debet̄ qualis et qualit̄ infra determinabimus.

¶ Confutat eorū vanissimas opiniones: qui originale peccatum negauerūt: moduʒ ostendens quo paruuli ex parentibus mūdis inmundi nascātur:⁊ peccatum originale in carne esse dicatur:quū cetera dicantur esse in anima.

B Est hec vero respōdebimus obiectionibus eorū qui originale peccatuʒ esse negauerunt:⁊ adhuc negant:⁊ primum Juliano apostate qui cōtradicit in hūc modum. Non peccauit qui genuit. nec peccauit que peperit: nec peccat qui nascit̄: per q̄ ergo rimulas inquit inter tot p̄sidia innocētie introiuit originale peccatum in paruulū? In quo respondemꝰ:quia per carnē ex semine corrupto ⁊ corruptiue genitā:⁊ propter hoc corruptam et corruptiuam Qualiter autē hoc fit infra determinabimus in capitulo. ix. videlicet vbi declarabimus qualiter cōtrahatur originale peccatū ⁊ quomō ex carne et ꝑ carnē corruptam anima humana corrūpatur hmōi corruptiōne. Si quis autē querat:cū vtriq; parentum generantium mūdi sint ab originali peccato:⁊ hoc vel baptismali sāctificatiōe vel penitētiali: qualiter paruulus ex mūdis et sanctis parentibus immūdus ⁊ pollutus nascitur imūditia scilicet originali. Respondet Augustinus. Quia quemadmodū ex circūcisis parentibus nascitur preputiatus filꝰ ⁊ ex ordeo decorticato seu depalcato nascit̄ paleatum seu corticatum. Hec aūt responsio ad hominē est: ⁊ nondū difficultatis nō soluit:propter qd̄ adiīcimus:q; parentes sancti sunt id est per sanctitatē generant:sed per hoc q̄ homines ⁊ per carnē et a carne exiīt qd̄ transfundūt in prolē: et propter hoc carnalem corruptionē. id est vim corrūpendi que i carne est eorū transfūdunt in carnē ex eis genitā:quo nichil naturalꝰ est q̄ vt caro sibi similē generet: videlʒ corrupta corruptā ⁊ corruptia corruptiuā. Q; si q̄ ratūq; cū caro parētū mūdata sit ab hmōi corruptione:in hoc lauacro salutari igitur non debet generari nisi munda. Hic responsio Augustini vtraq; locū habet. Quoniā et si preputium a carne parentum actualiter ablatū sit ꝑ circūcisionem:tamen potētialiter est in illa qd̄ euidenter ostendit generatio q̄ ex illa fit et per illam:quemadmodū ⁊ in semine humano potentialiter est totum corpus qd̄ ex eo est generale. Similiter ⁊ omnes partes illius. Sic est de corruptione quā diximus. id est de virtute corrumpendi que in carne etiam mundata per baptismum remanet:licet deiecta ⁊ subiecta vt omnino nō regnet comprimente eam et calcāte gratia baptismali nō eam fūditus extinguente neq; radicitus extirpāte. Sed quemadmodum serpens capite contrito caudam atq; residuum corporis gerere vel agitare nō cessat. Sic ⁊ pestis ista primos motꝰ pene incessanter excitat:⁊ hoc qd̄ ibi dicitur. Tu confregisti capita drachonis:⁊ iterum Tu contribulasti capita drachonum in aquis:scʒ baptismalibꝰ: propter quod dicit Augustinus super. vij. ad Roma. Quia iacet originale peccatū in eis qui lauacro salutari renati sūt vt dictū atq; peremptū ne resurgat ad pristinas vires:videlʒ vt regnet ⁊ dn̄et̄:nisi de ꝑ nouū cōsensū denuo ei vires reddiderit:ppt̄ hāc cāʒ circumspecte

Nota.

Rectitudo.

Natura quomodo dicitur peccare.

Simila.

Originale peccatum.

Julianus apostatā.

Contractio originalis peccati

Nota.

dicit Apl'us in.vi.ad Romanos. Nō regnet peccatū in nostro mortali corpe: vbi augustinus exponēs ait. Nō dixit non insit: remanet eni vt diximus post salutaris lauacri mūdationē in regnantis quemadmodū ignis extinctus aque pfusione: in quo z aliqd caloris: et fumus cōtinuus remanet: qd quidem facile reaccēditur vt ardeat in combustionē illius in q est. Eodē modo et ista pestis calere z fumare nō cessat. Veruntamen non in ardorē z combustionē post lauacri salutaris aspersionē. nisi vt dicit August. p consensus fuerit reaccēsus. Et attende diligenter qz multa est differētia inter ablationē peccati originalis q lauacro salutari efficitur: et ablationē pputij quod per circoncisionē tollitur et ablationē similiter palee. Primum in hoc: quia nec pputium nec palea reuertitur post ablationē sed nec vllū alterutri9 vestigiū relinqtur. Pestis aūt hec originalis z facile reuertitur et magnum eius seminariū: etiā post baptismalē ablutionem relinqtur: qd scaturigo pmorum motuū euidenter ostēdit: deinde quāq victum et eousqz separatū si per gratiam baptismalē vt ipsū peremptū dicat augustinus. Rebellat tamē adhuc z latrunculos primorū motuū vt diximus: immo exercitū magnū carnaliū desideriorum aliarumqz noxiarū affectionum et cogitationū ad militandū cōtra sanctos immittere nō cessat. Sicut expresse testatur. Petrus in.ij.pme Canonice sue. Obsecro vos abstinere a carnalibus desiderijs q militant aduers9 animam exceptis paucis preuilegiatis in qbus fūditus extinctus fuit aut omnino sublatus: quemadmodū de beata ac gloriosa genitrice dei sentiendū ē et maxime postq cōcepit saluatorem dnm. ¶ Si qs

Virgo beata.

aūt querat cū omne peccatū nostrum in aia sit sicut et virtus z etiam viciū: quomō peccatum hoc in carne eē vel habitare dicitur ab apostolo in. 4. ad. Romanos. Facile responderi potest quia causaliter in

Nota. B

carne quoniam ex illa latet in anima: quamuis z caro intelligi possit ipsum carnale et animale nostrū de quo tamē multa supra locuti sumus. Et hoc modo intelligitur secundū Augustinum in.v.ad Galathas. Caro concupiscit aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem. Ibi eni dicit idem vocari carnem et spiritum. sed carnem secundū id quod habet a parte carnis: id est secundum id quod habet carnale vel animale. Spiritum vero secundum id qd habet ex se hoc est secundū id quod habet in se sublimius scilicet atqz nobilius. Si vero querat aliquis cū illa immundicia siue corruptio que in carne est et ex qua peccatum originale in animabus nostris fit: pprie peccatum non sit vel vicium spirituale: quomō peccatum vel vicium spirituale generat in anima z hoc naturaliter. Naturaliter enim corrumpuntur anime humane corruptione huiusmodi a sic corruptis corporibus. Respondemus ad hec et similia infra. ¶ Si vero quis dicat quia cum deus pronior sit

Questio.

ad benefaciēdum generi humano z miserendum eidem: cū ergo vel permittat vel faciat ipse quod trāsfertur peccatū parentū in filios quanto magis pertinet ad eū facere qd meritū seu sanctitas parentū trāsferatur in ipsos. Et nos quidē iam respōdim9 ad hoc: qz nō p meritū vel sanctitatē generāt neqz p ea gnatione inqz carnali sed p carnē z carnalitatē. z ideo qd carnis est seu carnalitatis trāsfundūt in filios. In generatione aūt spirituali sec9 est siue fit per

Generatio spiritualis.

doctrinā z pdicatiōē siue p sacramētū. Iuxta qd dicit veritas. Johan.iij. Quod natū est ex carne caro est: qd natū est ex spiritu spus est. In generatiōe nāqz spirituali merito transfert qd est spirit9 vt doctrina z gratia. Per predicationē eni doctrina: per sacramētū gratia trāsfertur in spiritualiter genitos. ¶ Merito autē queritur: vtrum peccatum origina- Questio

le a deo sit: videtur qz nō: cum eni dicat Johānes in alia.

primo. Sine ipso factum est nichil. Exponit Augustinus id est peccatum. Oia autē per ipsū facta sunt que vtiqz laudant deū vt dicit Augustinus. Peccata autē nō ipsum laudant: imo ipsius contumelie z iniurie ipsius sunt: quare peccatum neqz originale neqz actuale per ipsum vel ab ipso factum est. ¶ Amp. Ipsum peccatū qd apostolus dicit habitare in carne: id est vis illa corrūpendi animam. vnde est nisi a deo: et qd est nisi creatura dei. Non enim videt humanū opus cum ab omnino nesciētibus: z penit9 inuitis parentibus trāsfūditur a carne in carnē. ¶ Amplius. In sanctificatis plene qd vtiqz sūt baptismali sanctificatione renati: vel remanet in quib9 nihil remanet qd nō sit op9 dei: z cuius nō sit deus auctor totū eni abluit z abradit baptismalis sanctificatio qd ex deo non est. Non autē tollit illā corruptionē a carne illa: ergo ex deo est. ¶ Amp. Quicquid non est: vel culpa seu culpabile vel peccatum: aut actu- C

ale aut originale ex deo est: corruptio igitur illa ex Nota.

deo est: ergo qd est ex illa naturaliter z per se ex deo erit. In quo sciendum est qz multos dixisse z adhuc dicere quod peccatum originale z culpa est z pena est: z quia inquantū culpa ex deo non est: sed inquantum pena. Omnis eni pena vt eis videtur ex deo ē. Isti aūt maiorē difficultatem sibi assumūt. Primū quia cū peccatū originale vnū numero z impartibile sit in anima vna: vel totū est pena: vel totū culpa vel totū vtrūqz. Nō eni potest dici de re ipartibili qz sit parti hoc z parti illud. Quare totū et totaliter z pena z culpa. Et propter hoc totaliter ex deo et nō ex deo. ¶ Amplius. Qualiter dicunt q ois pena ex deo est auctore totaliter. Pena igitur inuidie qua torquetur inuidus ex alieno bono ex deo erit similiter et deturbatio: quia ei9 anima deformata est. Similiter damnificatio qua eius aia per omne peccatum depauperata est bonis spiritualibus z lesa in naturalibus. Quare nichil habebit inuidia qd totum ex deo non sit: et ad hunc modum se habere de odio et de alijs. Nos autē facile nos expediuimus et dicimus: quia peccatū z vitium spirituale ex deo nunqz est: imo cōtra ipsum. Nullus enim rei cuius auctor est de9 vltor est ipse sicut dicit augustinus in D

libro octoginta trium questionum. Nichilominus Acute dpec

tamen verū est qz corruptio que in carne est qua sociatam animam ita corrūpit atqz peruertit ex deo est cato origi-

nali.

Nec sequitur ex hoc qz corruptio vel puersitas ista videlicet quā i anima efficit ex deo sit. Quemadmodum qua inebriat z subuertit aiā imoderate bibentis ex deo est z creatura eius bona: nō tn subuersio aut ebrietas bibētis ex ipo est: licet hoc naturale sit alicui vino inebriare aias qsdā. Hoc eni est ex debilitate ipsarū. Quedā eni aie mero facile iebriabiles sūt. Idem dicimus z de diuitijs q vtiqz dei creature sūt bone: z indubitāter ex ipso vel ab ipso: z ita corrūpunt aias atqz subuertūt sic dic Seneca Difficillimū est diuitiarū cōtubernio nō corrumpi. Et Ecclesiastici. vi. Filimi si diues fueris nō eris imunis a delicto. Qz si dixeris qz ista corruptiōes sūt ex mala Corruptiones.

applicatione vini et deliciarū et diuitiarum ad animas: cuius applicationis malicia ex deo nō est. Ue-

E

rum quidem dicit. Accidit tamē interdū vt ex bona etiā applicatione occasionaliter corruptio proueniat: sicut cum aliquis bibit vinū causa sanitatis. potest ex hmōi potatione prouenire ebrietas: similiter et cū aliquis cōgregauit diuitias vt eas in pauperes erogaret vel in alios pios vsus expenderet: eorū tamen cōtubernio interdum corrūpitur et hoc est vel auaricia que est immoderatus amor earū vel superbia que morbus diuitū est vt dicit Augustinus. Nec sequitur si corruptio illa que in carne est ꝛ coniūctio carnis ad animā sit a deo. Similiter ꝙ propter hoc corruptio que ex hmōi coniunctiōe in anima humana efficitur ex deo sit. Sic quēadmodum cum vir et vxor vterqꝫ a deo sint: et cōiunctio matrimonialis alterius ad alterum ab eodem: ꝙ propter hoc quicqd mali ex coniūctione illa accidit ex deo sit vel eidē attribuendū. Quēadmodum eniꝫ pulchritudo hmōi mulieris ex deo ē ꝛ coniūctio ipsius matrimonialis ad maritū et eodem: si tamē pulchritudo eiusdē mu-

Nota

lieris cordi mariti illabitur profundius ꝙ deceat ipsumqꝫ in seruitutē amatorie libidinis redigat per incuriaꝫ vel infirmitatē ipsius mariti nō deo imputandū est hoc qui nec ꝑpter istam turpitudineꝫ eos coniūxit. Nec ꝑpter hoc pulchritudinē vxori dedit vt maritū per eam obcecaret atqꝫ subuerteret. Sic carnē licet corruptaꝫ: non propter hoc deus aīe hu-

Uide.

mane coniūxit vt eam in originalem corruptionem transuertat: immo potius vt eidem seruiat neqꝫ ad hoc corruptionem: id est vim corrūpendi que in carne est carne indidit vt per eam anima humana tam perniciose subuerteretur: quin potius ꝑpter innumerabiles vtilitates q̄ occasionaliter de corruptione hmōi proueniunt: de quibus in euidenti sunt due

F

scilicꝫ humilitas et timor. Nichil eniꝫ magis humi-

Humilia-
tio anime.

liat animā humanam ꝙ pene assidua vilificatio et contumelia: quas a parte carnis patitur: rememorantes ei et tam crebro brutalitatem istā originaleꝫ qua homo comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. nichil maiorem timorem prudentibus animabus incutit ꝙ crebra in eas immissio iaculorum mortiferorūꝫ: qḋ si admittantur ꝛ non repellantur mortem pessimam que est separatio animarum nostrarum a deo: non solum minantur: sed etiam inferunt. Hi motus velut scintille stimulātes incendium: non solum ardorem libidinuꝫ in presenti: sed etiam ignis eterni in futuro. Sunt ꝛ alia pene innumera quibus ad humilitatem ꝛ timorem ex antedicta carnis corruptione ad humilitatē et timorem: aliasqꝫ virtutes mirabiliter proficiunt aīe in hac ꝑte celesti magisterio erudite. ¶ Summa

G

ergo est huius responsionis: quia qḋ accidit ex causa quacunqꝫ: non propter hoc attribuendum est cause ipsius: sed solum id qḋ ex illa per se et directe causatur: per se autem et directe ex vna quaqꝫ causa ꝑuenit: et causatur id propter qḋ vel ad qḋ ipsa causa est. Si enim rex aliquis dedit potestatem iustitiam faciendi preposito suo: ille autem abutens potestate huiusmodi occideret aliquem innocentem. Licet potestas ex qua illa occisio innocētis est a rege sit: nō tamē occisio illa a rege est vel regi vllatenus imputanda quoniam nō per se et directe ex illa potestate est: sed magis ex accidenti et per abusionem et quasi ex transuerso. Non enim ad hoc vel propter hoc data erat a rege potestas illa ꝑfecto sic dicimus ꝛ de corruptiōe que in carne est. ¶ Si quis au-

Originalis
corruptio ē
contra na-
turā anime

tem dixerit ꝙ quicqd naturaliter in quacunqꝫ natura a deo est. Uerum vtiqꝫ dicit: sed originale peccatum siue originalis corruptio non naturalit̄ in animabus nostris est: imo contra naturam animarum nostrarꝫ est in maximāqꝫ lesionem et perniciē earuꝫ nec sequitur etiam si naturali operatiōe carnis corrupte est in animabus nostris ꝙ propter hoc naturaliter sit in eisdem. Quēadmodum naturali ope-

Simile.

ratione ignis est in ferro vel excrematio ī lignis: nō tamē naturaliter est in illis: imo cōtra naturā illoꝝ: Nisi quis velit distinguere naturaliter vt referatur ad agentem vno modo et ad patientem alio modo.

H

Mirabile autem et intolerabile modis omnib⁹ videtur dicere ꝙ peccatum originale qḋ est in animabus nostris a deo sit cum euidenter adeo sit contra deuꝫ: vt aqua baptismalis sanctificatiōis ꝛ igne spi-

Originale
peccatum a
deo non est.

ritus sancti contra ipsū pugnet deus: nec solū ferro et igne cōtra ipsū repugnet de⁹: imo oīb⁹ sagittis gladijs sacrorū eloquiorum omniū presentiū flagellorum atteritione. Omnia enim hec propter ipsum vel tollendum vel minuendum vel saltem reprimēdum sunt. Quod euidēter apparet ex effectib⁹ ipsius nisi enim omnia hec hominibus adhiberent̄ super oīa animalia bruta brutescerēt ꝛ omni genere desipientie rabie luxurie ceterarum hmōi pestium denegarent. Hoc autem inde euidēter apparet: quia cū omnibus his vix compesci ꝛ aliquatenus reprimi possunt: quin in oīa brutalis desipientie opera prosiliant. ¶ Qꝫ vero querunt aliqui cur sapientissim⁹

I

atqꝫ omnipotentissimus deus animā humanā tam nobilem creaturam tanꝙ ei dilectam corrūpendaꝫ presciat ex coniunctione corrupti corporis: vt quid eā illi cōiungit vel sociat? Quis eni vt aiūt sapiens

Questio
alia.

liquorem preciosum sibiqꝫ carum in vas corruptū mitteret ex cuius corruptione ipsum esse corrūpendum ꝑno scirec? Et nos iam respondebimus tibi in hoc pro parte: quia non ad hoc vt corrumpatur ex carne carni cōiungit animā deus: sed magis vt caro ei seruiat et ministret: ꝛ de ipa corruptiōe carnis iā diximus ad tātas: ꝛ tot vtilitates: seruit bene cauētibus animabus. Eadem autem questio est: cur de⁹

Alia que-
stio.

creauit quos malos futuros esse presciuit. Cui respondit Augustinus dicēs. Ideo creauit deus eos quos malos atqꝫ damnandos esse ꝑsciuit: quia sciebat de malis eorum quid boni esset ipse facturus Et de vino optimo scimus: quia in vas vbi acedie corrumpendū scienter et prudenter interdum mittitur a patrefamilias et sapienti: etiam propt̄ hoc vt ibi acedine corrūpatur: scit eni quid boni ex acedine illa eliciat. Acedo enim necessaria est ad salsamenta condimenta ꝛ etiam medicamenta. Sic ꝛ eti-

Nota.

am malicia reproborum perutilis est ad bonorum condimenta et medicamenta multipliciaqꝫ eorum incrementa. Sicut in tractatu de laudibus patientie plenius ostendimus. Malicia quippe reproborum omnes sāctos martyres fecit: patiētieqꝫ humilitatis pene omnia merita ex eadem sunt.

¶ Inuestigat causas quibus originale peccatuꝫ in posteros trāsfūdit̄: docetqꝫ modū trāsfusiōis.

Post hec inuestigabim⁹ causam qua cōtrahitur hmōi peccatum hoc est in posteros

K

transfunditur ꝛ modum quo hoc fiat. Ubi primum scire te oportet: quia fuerunt qui

Error quorundam.

dam erroneū dicētes animam humanā naturaliter diligere corpus ⁊ desiderare coniūctionem ipsius: ⁊ propterea cū ei ñem coniūgitur nimio gaudio amplecti corpus arctiusq; ei coniūgi q̄ deberet. Et q2 in origine sua ⁊ nostra hoc facit vt dicunt humana anima originale peccatū dicitur quo peccat nimio illo gaudio ⁊ amplexu q̄ deceat arctiori. Hic autē error duobus modis euidenter destruitur. Primū quia scd̄m q̄ ponunt originale peccatū illud actuale est: cum ⁊ desiderium illud ⁊ gaudium ⁊ amplex⁹ actus sint. Quare actualiter peccant anime nostre in ipsa sola coniūctiōe ad corpora nostra. Quod q̄ falsum sit inde apparet: quia vel ponunt eas fuisse ante coniūctionem corporū vt plato ⁊ pythagoras

Platonis error ⁊ Pythagore.

qui error manifeste est contra catholicam veritatē ⁊ nos ip̄m suo loco irrefragabilit̄ destruxim⁹. Aut non ponunt eas fuisse ante coniūctionem hmōi: et ita in ipso instanti sue creationis peccant. Q̄ꝫ autē peccant anime coniuncte corporibus peccam⁹ nos quare in ipsis ventribus maternis peccamus: multo fortius igitur i cunabulis: q̄to enim adulte etati propinquiores efficimur: tāto vt nobis actus nostri magis imputandi sunt propinquiores sumus. ¶ Q̄ꝫ si dixerit: quia sapientiores vl̄ capaciores boni ⁊ mali sumus in hora illa: immo in puncto illo ⁊ in ventribus matrum q̄ in cunabulis ⁊ q̄ vsq; ad q̄driēniū in quibusdam vsq; ad septenniū. Nihil etiā sciunt in septennio paruuli de animabus suis vl̄ de coniunctiōe earum ad corpora sua. Qualiter ergo aliqui sciunt vel ipsi vel anime ipsorum in ventrib⁹ matrum vel de corporibus suis vel de contractiōe animarum suarum ad illam. ¶ Amplius. Aut hoc

Platonicorū error.

sciunt naturali scientia: aut reuelatione aut doctrina. Et manifestum est quoniam non doctrina: ne recidamus in errorem platonis atq; pitagore cū nunq̄ aliqui didicerunt si autem reuelatiōe ⁊ hoc manifeste falsum cum nulla ex hoc eis vtilitas: sed sola illius peccati quod isti ponūt occasio. Preterea quomodo etas illa spiritū ꝓphetie sustineret. Nullius enim generis doctrinam hmōi etas admittit: quod si naturali cognitione illa vel erit sensibilis vel intelligibilis ⁊ intellectualis esse non potest cū illa etas vsum intellectus vel rationis non habeat. Preterea ⁊ desiderium illud ⁊ gaudium ⁊ apprehēsio sunt in illud corpus determinate et singulariter Intellectus autem ⁊ ratio vniuersales sunt. Restat ergo vt solo sensu apprehendat corpus quod ei cōiungitur ⁊ hoc iterum manifeste falsum: cum sens⁹ non nisi per corpus sit. Corpus dico medium inter sentientem ⁊ illud quod sentitur: inter ip̄am autem animam ⁊ corpus suū non est corpus mediū. ¶ Amplius. Quare imputatur ei ad peccatum vl̄ amplexus corporis sui vel gaudium de illo. Gaudendum

Nota.

est enim anime de corpore sibi dato: quia ⁊ de dato sibi oculo. Quis enī vir bonus non gauderet vl̄ de dato sibi pede q̄to fortius de datis sibi mēbris omnibus ⁊ de dato corpore toto. ¶ Amplius. Quare imputatur ei huiusmodi gaudium: nisi quia nimium: sed certum est: quia plus gaudet ⁊ in cunabulis de porrecta sibi mamilla vel de festuca ei data i manibus que omnino ⁊ inutilis est. Q̄ꝫ si dixerit quia illa corruptionem sentit in carne ⁊ illā diligit ⁊ amplectitur: qualiter contingit hoc in illa etate cū etiam vir prouectis ⁊ senibus apprehensibilis sit vix q̄ suasibilis. Apparet ergo hic error adeo ridiculo sus esse q̄ contra eum nec disputandum sit. Reuertamur igitur ad id in quo eramus ⁊ dicamus quia

Vñ cōtrahitur peccm̄ originale.

peccatum originale contrahitur ⁊ a carne ⁊ a parētibus generatur: his solis exceptis qui priuilegio gratie a deo protecti sunt: contrahitur inq̄ originaliter: si enim a diuitijs que tam longe sūt ab animabus nostris peruenit ad eas corruptio auaritie ⁊ superbie: vt supra tetigimus. Quātofortius ab ipsis corporibus passiones quales inferre possūt corpora eisdem adherebunt. ¶ Amplius. Si a vino penetrat ad ipsos ebrietas vt eas in maiorem q̄ sit brutalis insaniam transuertat q̄tofortius ipsius corpus ipsum quod eis adeo e vicino ⁊ immediate adheret eas obtenebrare poterit a lumine suo ⁊ puertere a rectitudine sua. ¶ Amplius. Quid est frenesis: quid mania: quid melācolia ⁊ omnis morbus

Frenesis.

alienationem inducens nisi vel humor inordinatus vel fumus ex illo? Nullus autem dubitat quin humor omnis de corpore sit in quo est: ⁊ omnis fumus in corpore humano est ex humore aliquo eiusdem. Si ergo vl̄ humor vel fumus ex corpore ita abalienare ⁊ inficere preualet animas humanas vt in prenominatis egritudinibus contingit: q̄tofortius ipsum totum corpus corruptum ⁊ male dispositionis animam sibi coniunctam inficere poterit atq; corrumpere? ¶ Amplius. Hereos qui vtiq; non est nisi amor dementissimus ⁊ morbus secundum medicos

Hereos q̄d vl̄ eros positiue.

cerebro contiguus ⁊ per hoc quod ei contiguus: ita dementans animas: q̄tofortius ergo ipsum cerebrum si non fuerit congruentis ipsi anime dispositionis demētare ⁊ inficere poterit animas humanas ea infectione atq; dementia de qua loquimur. ¶ Amplius. Dicit galienus in libro de elementis:

M

quia flegmatica complexio nullam virtutem anime iuuat: immo manifestum est quod omnes impedit. Dicit etiam alibi q̄ cōplexio mala corporis stimulat animam: ⁊ hoc ip̄m manifestum est a sensu. Videmus enī colericos multos iracundos ⁊ impatiētes. Melancolicos tristes ⁊ intempate curiosos: sāguineos ad risum ⁊ gaudium vanitatis leues. Sic

Nota.

ergo creditur medicis. Manifestum est corpora humana per malas complexiones suas aliasq; dispositiones innaturales animas humanas obtenebrare ⁊ inficere. Quātomagis ergo per naturam suam intimiorem hoc potuerunt. intimior autem est ipsa natura vel substantia sua vnicuiq; corpori q̄ eiusdē ꝯplexio. ¶ Amp̄. Ista brutalitas originalis seu alalitas de q̄ loq̄mur aut est in aīabus nr̄is a pte ip̄arū aut a pte corpoꝝ. Q̄ꝫ si dixerit q2 a seip̄is nō est igit̄ eis aduenticia p̄terea a seipsis hoc ē a natura sua ⁊ a substātia sequiē eis ꝯtrariū vꝫ rōnabilitas ⁊ sp̄ūalitas Impossibile autē est duo ꝯtria vel repugnātia eidem inesse scd̄m idē: q̄re cū rationabilitas vel sp̄ūalitas sint animabus humanis secundum naturam ⁊ substantiam: non inerit eis scd̄m eandē hec brutalitas. Quare ⁊ erit eis extranea: ⁊ scd̄m accidens ⁊ aduēticia. Est igitur eis a parte corporū: ⁊ hoc est quod declarare intendebamus. ¶ Amplius. Manifestū

Nota.

est quia corpus asininū aut alterius bruti animalis longe magis aggrauaret animam humanā si ei ꝯiungeret: q̄to enim magis contrariū ipsius nobilitati tanto magis eā impediret. Iuxta illud Sap̄. ix. Corpus qđ corrūpit̄ aggrauat aīam. ⁊c. Et illud

Vergilius.

virgilij. q̄tum nos noxia corpa tardāt. Si ḡ corpus humanū nō est ꝯgruens in isto statu in quo modo ē

congruens inq̄ nobilibus viribus seu operationi-
bus anime humane: quid mirum si illas impedit?
R ¶ Amp̄. Manifestum est a sensu: quia i eadem ani-
ma humana sunt velle ꝛ nolle eiusdem quandoqꝫ:
sicut apparet in egris qui appetunt contrarium sa-
luti sue ꝛ respuunt illud amore salutis. Similiter ꝛ
insanis: qui interdū aliquid volūt contrarium ho-
nestati: ꝛ illud idem nolunt atqꝫ reiiciunt amore ho
nestatis: sicut ergo non dubitatur a parte corporis
esse in egris saluti contrarius appetit⁹: sic dubita-
ri non debet in eis qui sani sunt a parte corporis es
se contrarius honestati appetitus: cum manifestuꝫ
sit aperte animam esse omnem honestatis appetitū.
Nihil enim ad corpus de honestate q̄tum ad eam
appetendam. ¶ Amp̄. Videmus aliquos nasci mo-
Moriones riones: id est perpetuo desipientes ꝛ ad vsum ratio
nis ꝓficere non valentes: nunq̄d non manifestū est
a parte corporis esse animab⁹ huiusmodi desipien
tiam. Manifestum igitur est: q̄ȯ potest corp⁹ huma
num per ineptitudinem ꝛ inconuenientiam ad ani
mam humanam vt eam perpetuo brutescere faciat
ꝛ hoc cū habundauerit eousqꝫ mala dispositio ipsi
us. Habūdauerit inq̄ vltra solitū. sicut in exemplo
moriorum. Quid ergo miruꝫ si naturaliter ꝛ gene
raliter inficiant aliquatenus animas humanas ex
naturali tarditate ꝛ generali qua omnis inepta sūt
naturali corruptiōe. ¶ Amp̄. Ex separatōe corpoꝝ
sicut appet in raptu ꝛ extasi manifestum est illumi-
nari conformari et dirigi animas humanas et eas
posse q̄ non possunt in coniūctione contraria. Ma-
nifestum est igit̄ eas obtenebrari vel saltem obscu-
rari debilitari ꝛ incuruari seu mortificari vt ita di-
catur ꝛ coniūctione corpoꝝ suorum. Quemadmo-
dū dicit mercurius in libro de deo deorum loquens
de corpore humano. Animam inquit vt aiūt obtor
O to detinet collo. ¶ Amplı⁹ Sicut apparet exemplo
iacob qui virgas amigdalinas interpolata de cor-
ticatione variatas coram posuit arietibus ꝛ ouib⁹
vt in ipso calore coitus eas videntes similis coloꝝ
fetus. id est varū velleris generarent atqꝫ concipe-
rent: sicut legitur Gen. xxx. ꝛ exemplo paruuli queꝫ
nigrum admodū ethiopis regina speciosa de rege
specioso suscepit: qm̄ in aspectu seu imaginatiōe si
milis picture hoc est ethiopis illa regina concepe-
Semē hūa rat. Manifestū autem est semen humane generatio
num. nis ꝛ aliorum animalium impressioneꝫ recipere q̄
transfundat in ꝓlem: ꝛ non vnam solam immo mul
tas: ꝛ inde est: ꝙ filiū interdum non in vna sola dispo
sitione assimilant̄ parentibus: sed etiam in multis:
Nota ꝛ quandoqꝫ in vna sola: ꝛ qn̄qꝫ in nulla. ¶ Et forsitā
ista ē cā: qꝛ hora ꝯceptiōis qn̄qꝫ sese iuicē imaginant̄
parentes solūmō: qn̄qꝫ vero alia hoc ē vl' alios hoīes
vl' alias mulieres. Et qꝛ toti animales efficiūtur i
ope hmōi siue tanti caro vt dicit Aug. Non est mirū
si semen viri imprimendi animalitatē recipit ex hu
iusmodi dispositione. habet aūt ꝛ ex parte materie
ꝓprie ꝛ alias dispositiones per q̄s non permittitur
vt ex eo generet̄ aliud q̄ homo. Non eīm totū hꝫ ex
P imaginatione vel sensu parentū generantiū. ¶ Hoc
Vitiosa lex aūt q̄ȯ prediximus de transfusione corruptionis et
nascendi. similitudinis. Aug. satis expsse dicere videt̄ vbi di-
cit ꝙ originale peccatū in oēs illos trāsit: q̄ vitiosa
lege nascendi nascunt̄: ꝛ alibi dicit. In oēs ꝯcupiscē
tialiter genitos. In quo videt̄ attribuere vitiose le
gi nascendi siue ꝯcupiscentiali generatiōi ꝯtractio

nem seu traductionē originalis peccati: veꝝ nos di
cimus: qꝛ si omne vitiū nascendi ꝛ tota ꝯcupiscētia
etiam tolleret̄ a parentib⁹. corrupta tamē caro non
nisi corruptam sibi similē generaret. Et ꝓpter hoc
diximus: qꝛ non totū habet q̄ȯ hꝫ virtutis semē hu
mane generationis ex imagine vel sensu parentū:
immo ex natura vl' substantia qualē quidē nunc hꝫ
Est eīm hoc vt ex eo non generet̄ nisi caro similis il
li ex qua transfundit̄ nisi diuine gratie priuilegio se
cus fiat quemadmodū in christo domino cuius ca-
ro sacratissima ex carne beate virginis: hoc est que
de corpore beate virginis sumpta est: ꝛ operāte spi-
ritu sancto mundata penitus ac sanctificata: ita vt
nihil corruptionis haberet q̄ȯ beatissimam illā ani
mam dn̄i saluatoris vllatenus inq̄naret. ¶ Iam au Semen q̄d
tem didicisti qꝛ semen nostre generationis potentia
totum corpus est quod ex eo generandū est. Et secū
dum Aristote. totū corpus ex quo decidit̄ siue trās-
funditur: ꝛ hoc est quoniam secundū ipsum superflui
tas est tertie digestionis que in omnia membra cuꝫ
assimilatione assumit̄. Quod si ipsum semen cū su
perhabūdauerit totum ip̄m hominem cuius super
fluitas est: totū animalem efficit: vt non aliq̄d aliȯ
ea hora cogitare eum sinat ꝛ appetere q̄ coitū q̄to Argumen-
fortius ip̄m corpus in actum sue perfectionis edu tū validū.
ctum: animalem ip̄m hominem efficere debet cū se-
men non habeat nisi potentialiter q̄ȯ corpus habet
in effectu: ip̄m enim non est nisi semē ꝛ potentia cor
poris generandi. ¶ Si quis autem q̄rat de puersita
te quam patit̄ humana aīa humana q̄tum ad spūa
lia: q̄lis est ambitio honoꝝ ꝛ arrogantia meritorū
elatio similiter ꝛ donandi libido. Unde sicut anime Q̄ȯ bona.
humane cū ista ad corpus nō pertineant nec ꝓpter
corpus querant̄. Non eīm pertinet ad corpus auari
tia vel ambitio scientie. Est enim auaritiā vel am-
bitio non tam pecunie: q̄ etiam sciētie. vt dicit Gre
gorius. Respondemus qꝛ corruptio que est ex par-
te corpoꝝ velut ebrietas quedam est q̄ non solū er-
rat anima humana in eis que corpoꝝ sunt: sed etiaꝫ
in aliis: quemadmodū ebrius non tantū errat in vi
no immo in omnib⁹ aliis. Habet autem questioneꝫ
de ista brutalitate quam aduentitiam in nobis dici-
mus: videri eīm potest: sicut ꝛ visa est multis philo-
losophis: ꝙ naturalis tantū sit: ꝛ hoc scd̄m omnes
sui partes. Omnes eīm eius partes in animalibus
brutis inueniunt̄ naturaliter. Nō eīm originali cor
ruptione vel peccato aduenit coruis auaritia: cani
bus adulatio vulpibus insidiositas: seu lupis affri
canis ꝓditiositas: equis superbia: in miluis rapa-
citas: leonibus indignatio: ꝛ ita de aliis. Quia er-
go genus animalis sumus cōmunicamus cū ipsis
quicq̄d est eis ex parte generis: ex necessitate est et
nobis. Si ergo ista sūt eis a pte generis erūt ex ne-
cessitate ex eadē pte a nobis: q̄re naturaliter ꝛ non
ex corruptione. ¶ Amp̄. Vis generatiua in eis est Nota
ad ꝯseruandas species: sicut ꝛ in nobis: ꝛ vis cōcu-
piscibilis q̄tum ad partem vnaꝫ sui in eis deseruit
ad hoc sicut ꝛ in nobis. Cum igitur fructus genera
tionis ꝛ ꝓlis incōparabiliter melior atqꝫ nobilior
sit in nobis q̄ in ipsis: si natura imisit in eis furorē
atqꝫ vehemētiam q̄ ita moueat̄ ad opus gn̄ationis
q̄to hoc magis facere debuit i nobis: ꝛ si ardere fe
cit vim cōcupiscibilis i illis ad op⁹ gn̄ationis: q̄to
magis hoc facere debuit i nobis ꝓpter lōge maio
rē ac nobiliorē factumā. Nō ḡ ex puersitate nascet̄ꝫ

ista vehementia cōcupiscentie: sed magis ex ordina-
tione ⁊ bona institutione nature. ¶ Amp. Nemo g-
uersitatem dicit aliquid horum que supra nomina-
uimus. Nemo enim culpet auaritiam in coruis vel
vitiū esse dicit nec aliquid aliorum similiter. Cum er-
go q̄tū ad animale nostrū siue inferius eadem ⁊ ex
Nota. eisdem causis in nobis fuit non sunt culpanda simi-
liter in nobis. ¶ Respondem⁹ in hoc: q͛ nec miran-
dum est: neq̧ contra ordinationem aut institutionē
nature est immo scḋz ipsam ⁊ ex ipso q̧ corpora bru
torū totaliter sibi conformant ⁊ in partem suam in
clinant: q͛ nihil habent nisi cum corporibus quales
sunt anime brutales seu animales q̄ nihil hn̄t extra
corpora: sicut declarauimus in tractatu de immor-
talitate animarum humanarū. Q͛ aūt animas no
stras humanas in partem suam incuruant corpora
istud indubitanter contra bonam institutionem et
ordinationem nature est: cum illud quod in eis est
precipuum ac prestantissimū ⁊ quod ipse anime hu
mane imagines dei sunt: ⁊ totam perfectionem suā
seorsum habeant a corporibus: immo vitam suam
Q nobilissimam ac beatam. ¶ Est etiam lex ⁊ ius natu
re vt quod ignobilius est atq̧ naturali lege subdi-
tum nobiliori ac superiori se sequat illud: et q̧ abs-
q̧ vlla rebellione ac cōtradictione obediat merito
ergo culpanda est etiam in animali nostro hoc est i
Nota eo quod communicamus: cum brutis brutalis ista
effrenitas atq̧ rebellio. Licet in animabus brutorum
aut in ipsis brutis culpanda non sit. In illis enī nō
habent vel anime eorum vel animalitas quod seq̄-
tur aut cui obediat: quia neq̧ superi⁹ aliquod. In
animabus vero nostris econtrario se habet. Anime
igitur brutorum totum debent corporibus suis q̄d
habent ⁊ possunt. Anime vero nostre modicum. Et
illud etiam non debēt corporibus nisi quatenus ex
pedit ei quod est in eis nobilius atq̧ prestantius vt
Anime ima- diximus: quo ⁊ sunt imagines dei. Merito ergo est
gines dei. in brutalibus animalibus: ⁊ in ipsis brutis precepts
effrenitas immo necessitas: vt dicit Augustinus su-
per genesis Ad litteram. v. Necessitate ferunt ani-
malia bruta non libera voluntate. In ipso vero ani
mali nostro debet esse moderatio ⁊ obedientia quā
diximus vt non nisi visu ad ea que sūt corporis mo-
ueatur ⁊ de hoc aliquid in p̄cedentib⁹ diximus. Ha
R bet aūt questionem vtrum tota illa diuersitas quā
Questio. supra dixim⁹ esse i brutis a͞ialib⁹ ⁊ eorum a͞iabus a p-
te corporum sit. Sumunt enim manichei nō leue argu
mentum pro errore suo de animalibus: que nocen-
tia vel noxia dicuntur. Quia ei multa inueniunt q̄
etiā non prouocata nocēt dicunt ea a p̄cipe tenebrarum
⁊ deo maligno creata eē ⁊ malas iō nocentia ⁊ ma-
las ēt esse p̄uiolatas dispositiōes in illis vt auaritiā
in coruo adulationem in cane: insidiositatem in vul
pe: ⁊ ita de aliis. Astrologi vō famosiores ab ima-
ginibus celestibus dicunt ea esse: ⁊ talia esse ⁊ pro-
pter hoc eaz eis obedire vt leões a signo leonis ce
lestis ⁊ thauros a thauro ⁊ arietes ab ariete ⁊ scor
Vide. pion es a scorpione ⁊ ad hunc modum de aliis. Si-
militer ⁊ animabus iam nostris quam brutorū ani
maliū nonnulli posuerunt certa principia post crea
torem. Hec autem non hic destruēda suscipim⁹ suo
S loco ea infra cum aliis huiusmodi erroribus refer-
A͞iale n͞rm uatis. In tantum autem determinatum sit tibi nūc
quia animale nostrum quod tam crebro nominaui-
mus nullo modo simile est secundum essentiam vel
speciem animali quod est in brutis. Illud enim ani
male quod est in brutis totaliter inclinatum est na-
turaliter ⁊ incuruatum in corpora illa ⁊ in illa que
corporum illorum sunt vt sepe diximus. Nostrum
vero animale cum alligatum sit per naturalem obe
dientiam spirituali nostro. Manifestum est ipsum
non esse per se incuruatum aut inclinatum necessi-
tate naturali in corpora nostra vel ea q̄ illarum sūt
sed plaga ⁊ casu horrifico: quo anime i corpora sua
cadunt q̄si in horrendos carceres ⁊ tenebrosos: ibi- T
q̧ captiue tenentur ⁊ vniuersaliter miserabiliter af
figuntur propter quod exclamat Apostolus i. vii.
ad Romanos Infelix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius? Sed nec ip̄m animale no
strum differt essentialiter vel s͞m speciē ab ipso spi-
rituali nostrō: immo solo officio secundū Augusti-
num super quintū ad Galathas: sicut iam diximus
⁊ hoc ipsum i libro de trinitate expresse dicit animā
non secundū partes diuidi cum in vires vel potenti
as diuiditur: sed magis s͞m officia ⁊ nos iā hoc ali- Nota.
bi declarauimus: q͛ anima humana non potest esse
sicut aceruus aggregatus ex viribus suis vel potē
tiis: non quasi ex frustulis ⁊ minutiis. Tunc enī nō
esset vere vna. Quoniam ex his viribus ac poten-
tiis non potest esse vnum aliquid: sicut neq̧ ex acti-
bus earum. Idem ergo secundū essentiam vel sub-
iectum est in nobis: vt dicit Augustinus animale et
spirituale siue caro ⁊ spiritus. Spiritus est natura
liter ⁊ essentialiter: caro vere sicut animale ex pla-
ga originalis corruptionis in qua caro corrupta il
lam detraxit atq̧ deiecit ac detorsit ⁊ brutali insipi
entia debilitauit. Erectio vero atq̧ restitutio ipsius Vide.
in gradum sue sublimitatis ⁊ altum sue nobilitatis
non est ei nisi per gratiam: sicut dicit Apostolus in.
septimo. Ad Romanos. Cum exclamasset. Infelix
ego homo quis me liberabit de corpore mortis hu
ius? statim subiungit. Gratia dei per Iesum Chri
stum dominum nostrum. Dicimus etiam quia ani-
mabus brutis sunt ille dispositiones q̄s partes ani
malitatis superius nominauim⁹ sunt inq̄ illis a p-
priis naturis siue essentiis: videlicet luxuria in por
co: iracundia in leone: ⁊ sic de aliis propter q̄d ⁊ cor
pora animata aliis dant. Aliis vero modus insidiā-
di: ⁊ aliis astutia venandi ⁊ armata q̄dem: aliū ad p- V
dem apture: ⁊ q̄ dētibus ⁊ vnguibus aut aliter his Nota
seuiunt in ea quib⁹ preualuerint. Aliis aūt armata
data sunt ad protectionem quidem vt cornua ceruis ⁊
duritia atq̧ densitas pellis cocodrilis ⁊ aptis simi
liter teste turtucis. Aliis etiam stercora propria ad
protectionem data sunt: sicut animali quod grece
bomiaton dicitur: q̄d in sectantibus venatoribus il
lud sagittas emittit ⁊ eos inde exurit: leporibus ve
ro pedum velocitas: ⁊ columbis alarum promptitas
loco armorum protectionis date sunt. Arma vero ipu-
gnationis vt vngues ⁊ dentes ⁊ rostra data sunt q-
busdā: vt p predā a rapinā victū sibi parēt ⁊ acqui-
rant: q͞m alia pascua natura eis non prouidit: nisi so-
lam predā ⁊ rapinā q͞m p̄ualentia viribus possent
in alia animalia exercere. Rapiūt ergo ⁊ p̄dantur
non vt noceant secundū intentionem nature: sed vt
victum sibi parent atq̧ prouideant. Sic astutib⁹ Nota
ac multis aliis astutia venandi diuina prouidentia Bruta.
data est propter solam victus sui acquisitionem.
Ex quo apparet non esse mala vel vitia in a͞ialibus
dispositiones hm̄ōi cū illis nocere non intēdāt: sed

sibi solummodo prodesse: quemadmodum exustio quam facit ignis nocumentum est p accidens istri cum nocere non intendat ignis in exurẽdo: sed magis sibi similẽ generare specieq; sue indiuidua multiplicare. Accidit tamen vt cuȝ alieno nocumento fiat. quemadmodũ domus non edificat̃ absq; cessione arborꝫ ⁊ lignorꝫ ⁊ multiplici detruncatione ipsorum similiter ⁊ de lapidibus se habet cũ edificator nihil horꝫ per se intendat: sed solam edificationem domus. In animabus aũt nostris lõge aliter se habet. Non enim sunt ꝑpter corpora vel victum corporum: licet hunc ꝓuidere debeant corporib⁹ similiter ⁊ vestitum in q̃bus duobus mirabiliter ⁊ multipliciter adiuuant̃ homines ab aliis animalibus ⁊ ab ipsis elementis. quamq̃ verum sit q̄ homines vtunt̃ ferro ⁊ ligno pro cornibus dentibus ⁊ vnguibus. Hec aũt omnia induximus vt euidenter appareat animalitatem brutorꝫ neq; malam esse neq; noxiam per se: sed ex accidenti tantũ: licet armatam et instructam multipliciter ad perquirẽdum victum. Animale vero nostrum assimilat̃ ei ex delectione ⁊ plago quam diximus ⁊ solicitudo victus corporalis. Non est enim expresse ⁊ principaliter: sed ex accidenti quod diximus ⁊ ex multiplici defectu corporꝫ. Sine ista quippe solicitudine miserrima sufficeret ei lignum vite nisi transgrediendo in istam miseriã incidisset. Quod ergo nature est in illis egritudo est in nobis ⁊ miseranda peruersitas. De hoc vero quod tetigimus q̄ anima rationalis in corpore brutali vires suas q̃s sepe nominauim⁹ exercere nõ potest. Non obstat sermo nobis editus philosophi q̃ dicit lupum indicum cuius facies rubea est habere humanum intellectum. Nec est sermo iste autenticus nec probatus. Nec aristoteles in libro de naturis animalium credendũ simpliciter reputauit propter quod dixit: ita esse si credatur editio. Reuertamur autem ad propositum ⁊ dicamus: quia luxuria in porco nec est peccatum neq; culpa ĩ eo: immo natura tantũ ⁊ opus virtutis generatiue que in eo libera est ⁊ exempta ab obedientia nobilioris aut superioris: ⁊ que etiam non est nisi propter hoc ĩ ipso. Nec alia vtilitas ex illa q̃tum ad ipm querenda ẽ: aut queritur. In nobis aũt diximus duas euidẽtes necessitates preter fructum generationis ⁊ multas alias q̃terimus. ¶ Q; si dixerit quis q̄ animale nostrum non peccat quemadmodum nec animale brutorum: quoniã nec aliud neq; aliter potest: sicut nec illa. Respondemus iuxta verbum Augustini quia ipsum animale nostrum peccat cuȝ sit ad ipsum q̃d spirituale nostrum ⁊ aliud ⁊ aliter potest ĩ eo quod animale sit depressum atq; corruptum forsitan aliud ⁊ aliter p se facere non possit. siue enim per se siue p aliud alium: ⁊ siue in eo quod tale siue ĩ eo quod alterius modi ⁊ bene agere vel male vitare possit imputandum est ei. De hoc tamen latius dicemus in tractatu de tentationibus ⁊ resistẽtijs. Valde enim absurdum videtur dictu hec vis peccat. Non enim ipsi sumus qui peccamus licet per vires aut secundum vires ⁊ a nobis requiretur nobisq; imputat̃. quicquid ex parte nostra peccatur neq; ad hoc auditum est q̄ vis concupiscibilis vocata sit ad iudiciũ vel vocanda vel q̄ cum ea in futuro iudicio vl̃ cum aliqua aliarum disceptatur⁹ sit deus vel etiam accusaturus. Q; si cui videatur originale peccatum de quo hic loquimur nihil aliud esse q̃ priuationẽ

Ui e nre nõ sunt ꝑpter corpora.

Vialitas brutorꝫ mala non est.

Luxuria in porco nõ ẽ peccatum.

Obiectio.

Nota

vel defectum gratie pro eo scilicet quia gratia est p quam defenditur anima humana ne abeat post cõcupiscentias carnis et ne inuoluatur tenebris quibus videre prohibetur que recta sunt dicimus q̄ ĩdubitanter errat: ⁊ si enim per gratiam defenditur anima humana a prenominatis etiam aliisque malis non tamen per defectum eius impugnatur ab eisdẽ nec ex illo proueniunt: quemadmodum cum per arma propria se quis defendat ab hostibus: nõ tamẽ per inermitatem seu defectum armorum impugnatur ab ipsis: sed malum impugnatiõis est extra huiusmodi defect⁹: sed magis ex odio ⁊ inimicitiis hostium ⁊ armis eorum. Altero vero videlicet vt causa: altero vero vt istrumentis. Defectus autem defensionis ex defectu gratie est: quemadmodũ ex defectu armature q̄si ita esset vt erroneus iste ponit manifeste sequerẽt̃ duo incõuentia manifesta. Primum quia in adam ante adeptam gratiam ⁊ in statu innocentie esset originale peccatum: quare ⁊ defectus seu carentia gratie ⁊ ita esset creatus in originali vel cum originali peccato quem errorem nõdum quisq̃ auditus est cogitasse. ¶ Secundum est quia viri sancti qui gratia prediti sunt ⁊ armati huiusmodi impugnationes non haberent. Non autẽ scim⁹ eos maxime impugnari: ⁊ si minime expugnari. Cum enim apud eos non sit defectus gratie non erit et causa impugnationum istarum quare cessabunt supra omnes impugnationes iste.
¶ Q; qui dicit sensu simul et pene indiget nec minus erroneus est sermo eius qui dicit: quia illa corruptio in nobis non est nisi negligentia liberi arbitrij ⁊ ignauia eiusdem similiter ⁊ rationis seu virtutis rationalis nostre: quemadmodum si quis aduersario suo viribus fortior ⁊ prudẽtia cautior volens et viriliter ⁊ strenue resistere negligensq; ictus ⁊ iacula preuidere: ⁊ etiam declinare nõ alicui egritudini eius aut infirmitati deputandum ẽ quod ab hoste suo vincitur ⁊ ab eo in seruitutem redigitur: sed magis stultitie ⁊ ignauie. Sic de spiritu ⁊ carne sentiendum esse dicit ⁊ de nobis ⁊ de iferiori nostro fortior enim est spiritus atq; prudẽtior q̃ caro que aduersus ipsum concupiscit ⁊ eidem aduersatur: et nosipsi fortiores ⁊ cautiores inferiori nostro. Quare secundũ istum q̃d corruptioni originali imputamus stultitie ⁊ ignauie spirit⁹ ⁊ nostris imputãdũ. Iste aũt sermo declinat ĩ errorem pelagij quem iã in prima parte istius tractatus destruximus ⁊ alibi in tractatu de hoc singulari: ⁊ in sequentibus in capitulo de tentationibus ⁊ resistentijs euidenter destruemus. Iste quippe homo ignorauit se eẽ hominem. Ignorauit etiam languorem istum pessimum quo ⁊ iacula prohibere ⁊ ab illis se auertere aut illa retundere ꝓhibemur. Est quam iam diximus cã ꝑpter quã trãsfundit̃ ĩ posteros p gñationem ista corruptio vcȝ naturã ipsã q̃ gñata generantib⁹ assimilat: ꝓsertim ĩ eis q̃ naturalia vl̃ q̄si naturalia sũt generantibus interdum aũt ⁊ in moribus. Unde ⁊ naturam diffinierunt aliqui viri rebus insitam ꝓcreandi similia ex similibus ⁊ Aristoteles omnem operationem nature dicit per similitudinẽ esse. Dicem⁹ ⁊ iustitiã p quã ista trãsfusio iustissime fit. Respõdebim⁹ ĩ ꝑmis rõcinationib⁹ eorꝫ q̃ nec dei iustitiaȝ nec eq̃tatẽ ĩ hoc vidẽ potuerũt vel credẽ voluerũt cũ q̃dunt pctm̃ ꝑmorꝫ gentiũ p grãȝ vl̃ patiẽtiã vl̃ remissioȝ vl̃ abolitũ fuit: debuit cessare oĩs pena ꝑpt illd

Nota.

Defectus gratie

Uide.

Nota

Solutiões

irrogata quia cessãte causa cessare debuit ⁊ effect⁹ debuit ergo cessare corruptio. Hec in carne primorum parentum ⁊ auferri penitus ab ea: quod si cessauit: ergo non est transfusa per generationem in posteros. postq̄ enim caro ade ab hmõi corruptione mũdata est carnem corruptam generare non potuit. Cum sibi similem ex necessitate solũmodo generaret. ¶ Amplius. Uel primi parentes satisfecerunt de hmõi peccato per penitentiam vel ad min⁹ christus domin⁹ generaliter ꝓ illis ⁊ ꝓ aliis satisfecit: saltem igitur post dñi saluatoris passionem cessare debuit originale peccatum: duplex enim videtur iniquitas vt aliis peccantibus alii puniantur ⁊ vt post satisfactionem condignissimam exhibitam ꝓ eo peccato de quo plenarie satisfactum ē pena aliq̄ vel pene pars infligit̃ alicui. ¶ Amp̄. Dicit Aug. Quis locus inocentie relinquitur: si alterius crimen maculat nescientem? Qualiter igitur crimen primoꝝ parentum paruulos omnino ignaros criminis vel illius maculat. ¶ Amp̄. Que est iustitia dei vt filius ade portet iniquitatem patris cum ipsemet dicat in. xiii. Ezechielis. Quia pater non portabit iniquitatem filii ⁊ filius non portabit iniquitatem patris. Debes hic reminisci: q2 iam respondimus ad hoc in tractatu qui vocatur. Cur deus homo. Nihilominus tamen ad eandem respondebimus ⁊ hic: ⁊ hoc duobus exemplis euidentissimis.

Filii ꝓdigi exemplum.

¶ Primũ est de patre qui filiũ suum postq̄ cõsumpsit diuitias sibi a prẽ traditas ⁊ dissipauit reuertentem ad cor ⁊ penitentem in gratiam pristinã recepit: ⁊ penitentiam siue satisfactionem eius acceptat non imputans ei vllo modo preteritam dissipationẽ. Uerũtñ ei diuitias nõ statim restituit immo in paupertate detinet ipsum, Attendens q2 diuitie fuerũt ei occasio dissipatiõis luxuriose. Paupertas vero erit ei ad custodiam ⁊ humiliationem. Nemo aũt audet dicere: q̄ paupertatem istam licȝ pena sit infligat ei pater amantissimus tanq̄ vindictam ꝓ preteritis delictis que eidem plene dimisit quinpotius illam filio adhibet tãq̄ medicinam cõseruatiuam ⁊ si hoc facere in filios filiorũ idem paterfamilias vsq̄ in millesimam generationẽ ex eadem intentione nemo diceret patrem seuere agere in filios vel nepotes aut vindictam ⁊ per hoc i eos aliquam exercere: sed magis ex paterna dilectione

Optime dr

⁊ pietate. Sic ⁊ pater misericordiarum deus: licet per primos parentes satisfactum esset ei de peccato eoꝝ aut saltem per christum dominũ penam hãc videlicet corruptionum q̄ in carne est videns necessariam esse ad custodiam humilitatis et conseruationem filioꝝ ade: aliasq̄ innumeras: ac saluberrimas eorũdem vtilitates: seruat ea ⁊ cõtinet vsq̄ in vltimam generationem: non vt vindictam vt diximus seu plagam pro peccatim illatam: sed vt saluberrimã medicinam q̄tũ in eo est: licet mlti sibimet in toricũ illam vertant.

Aliud exemplum.

¶ Scdm exemplum est in illo qui ꝓ dilecto suo lepra percutitur a domino euenit aũt vel saltem euenire potest naturaliter vt filiũ leprosum generet licet sanctissimum. Euidens aũt est q2 lepra in filio nõ est plaga illata pro delicto ipsius: cum non deliquerit neq̄ pro delicto alterius: q2 hoc esset iniquitas: sed magis est in eo lepra huiusmodi naturaliter. id ē naturalis dispositio vel infectio contracta per generationem ab ipso generãte. In p̄tare igitur fuit plaga illata pro delicto. In filio natura vt diximus contracta. In patre fuit acquisitio in filio hereditas. ¶ Si queratur quare leprosus est pater? dicemus q2 pro ꝓprio dilecto fili⁹ autem iure ac lege nature que est vt caro sibi similem generat. Ita est ⁊ de ista lepra originali in nobis ⁊ in Adam.

Lepra originalis.

Apparet ergo deũ non iniuste agere in filios ade dũ legem nature ⁊ ius naturale seruat in illis. ¶ Apparet etiam ip̄m in hoc non exercẽre iustitiam vltionis: sed magis equitatem naturalis conditionis. Apparet etiam ipsum potius in eos misericorditer agere: dum tam salutarem eis adhibet medicinam. non aũt seuere neq̄ ex ira: duȝ in hoc non intendit percutere: sed sanare: Quia igitur Ade ⁊ Eue occasio superbie fuit felicitas in qua erant ⁊ sublimitas. Prouidissime statuit omnipotens ⁊ misericors deus vt filiis eorum esset medicina humilitatis miserie presẽtis erũnositas. Et hoc est quod alibi dicit Augu. Quia summa dei ira est cũ parcit hic summa vero misericordia cũ non parcit hic: vt ineternũ non parcat. Ad hoc vero nõ parcit hic vt ineternum parcat. ¶ Qȝ aũt interdũ deus dicitur visitare peccata patrum in filios: vsq̄ in tertiam ⁊ quartam generationem: sicut legitur in. xx. Exodi ⁊ ipsi sancti dicũt: filios iniquitatem patrum portare temporaliter ⁊ non eternaliter intelligendum est iuxta quod exposuimus.

Cur filii portãt ineũdũ penã paternoꝝ delictorum.

Non enim portãt penam paternorum peccatoꝝ filii: vt vindictam pro eis illatam: sed potius vt medicinam q̄ discant non imitari peccata parentuȝ. ¶ Interdum autem ⁊ sic portant vt beneficia q̄ deus daturus erat eis merito parentum si boni essent peccatis eorũdem nõ obstantibus. Meminimus aũt nos dixisse aliquando q2 hec prepositio. ꝓ. non causam directam: sed magis occasionem qualemcunq̄ designat in talibus: sicut cũm dicitur pro peccato primorum parentũ punitur posteritas occasionaliter quidem verum est.

Pro.

Dederũt enim occasionem que si non esset vel quã si non dedissent penam istam non pateretur eorum posteritas.

D

Hec ergo occasio est causa sine qua non esȝ illud quod per eam esse dicitur. Non est autẽ tibi pretereundum: q̄ philosophi ⁊ poete aliquid de peccato originali quasi somniasse visi sunt: ⁊ potissimum Plato qui corruptionem istam letheuȝ flumen infernale posuit.

Plato.

Flumen quidem q2 fluit ꝑ generationem ⁊ hoc in totum genus humanum: exceptis dumtaxat illis qui priuilegio gratie ab ipso imunes effecti sunt. Infernale: q2 regionem istã mũdi inferiorem scilicet regionum inferiorum posuit ⁊ infernũ. Letheũ a lethos qđ est obliuio q2 ei⁹ haustu animas humanas obliuisci q̄cũq̄ ante cõiunctionem suã ad corpora sciebãt i cõparabilib⁹ stellis opinat⁹ est. Unde sicut narrat. Macrobius ⁊ Aristot. Alias nostras aliq̄d posse discere negant: nõ ei inq̄t discunt q̄ a natura hẽbant: sed magis reminiscũtur seu recordant̃ eoꝝ q̄ per letheũ porũ obliuiõi tradiderãt.

Scire reminisci.

Inde est q̄ apud nos dr̃ lectio apud grecos dicitur repetita cognitio. Mirabile aũt est valde qđ plato hic haustũ vocauerit. Nihil enim a parte corporis in aĩam intrasse videt̃ in sua cõiunctione ad corpus Neq̄ ei aliq̄ ex viribus apprehensiuis eius neq̄ aliqua ex motiuis aliq̄d haurit a parte corporis. Haustus enim hic proprie non potest dici inanima humana nisi apprehensio vel passio: credemes aũt Aristoteli in parte ista q̄ dicit i libro Metaphisicoꝝ eum secutũ fuisse Metaphoras, dicimus q2

haustum istum propter inebriationem seu obliuionem quam posuit in isto esse intellexit nimiam istã coniunctionem ⁊ profũdam applicationem animarum ad corpora: que magis casus ⁊ immersio in eadem dici deberet: vel deiectio aut detrusio in carcerem ⁊ captionem: sicut supra ostẽdimus ex testimonio Apostoli in. vij. ad Romanos. Fit autez id euidentius si considerantur comparationes animarũ ad corpora sua ex alijs similitudinibus. Naturaliter etiam corpus sicut domus est anime. Anima vero sicut inhabitator. ¶ Quemadmodũ autem nonnunq̃ euenit: vt qui debuit habitare pacifice in domo sua ⁊ quiete ibidem religet ⁊ captiu⁹ in vinculis tanq̃ in carcere teneatur. Sic ⁊ factũ est animabus nostris per corruptionem originalem. Sũt etiam naturaliter anima ⁊ corpus: sicut rex ad regnũ ⁊ quemadmodũ interdũ fit vt qui rex in regno aliquo esse debuit ⁊ in eodem imperare ⁊ in ipso redigatur in seruitutem: ⁊ per omnia in seruũ se hẽat. Sic ⁊ misere aie nr̃e i corpibus suis miserrima seruitute premunt: seruientes corporibus ⁊ corporalibus: donec libertatẽ filiorꝫ dei: per baptismalis sanctificationis gratiã acquirant: ⁊ per eandem imperent corporibus ⁊ ea regulariter regant. ¶ Et attẽde diligenter q̃ diximus casum: scilicet incarcerationem: atq̃ immersionem. Casus enĩ est ipse introit⁹ animaꝫ nostrarum in corpora nostra. propter ex alto sue rectitudinis ⁊ libertatis deiectionem. Similiter ⁊ propter vulnerationem et inquinationem. Recte namq̃ dixerunt antiqui: qui theologi dicentes lapsum hois esse: sicut casum cadentis in lutum lapidosum: vbi immergitur pariter ⁊ vulnerat: ⁊ etiam inquinatur. Inquinantur quidem anime nostre a puritate sua: vulneranerantur multiplici infirmitate virium suarũ. Immergunt: ⁊ non nisi adiutorio gratie ⁊ dei porrigentis dexteram suam extrahi non possunt. Hic est lacus miserie ⁊ lutum fecis: de quo Psal. Hic est limus profundi in quo non est substantia. Hec sunt profunda de quibus clamabat Dauid videlicet ꝓfundum tenebrarũ q̃tum ad vires apprehensiuas: ⁊ profundum fecium seu feculentiaꝫ q̃tum ad motiuas. ¶ Q; si quis quesierit: qualiter cadat anima humana in hoc profundũ siue flumen letheum? Respondemus q: manifestũ est quia ipsa cadit in solicitudinem prouidendi corpori victũ vestitum ⁊ omnia alia scilicet ⁊ custodiendi ac protegendi ip̃m ⁊ ideo cadit in totam miseriã corpꝰ: hoc est i omnes molestias in oẽs delitias s̃orias. Postq̃ enim omnes molestie corporis super ipsam deuolute sunt: quarũ nullam omnino pateretur: si Adam non peccasset. quoniam nulla eaꝫ essꝫ similiter ⁊ in laqueos voluptatum sensibilium cecidit irretienda ⁊ captiuanda miserabiliter ab eisdẽ a quibus omnino immunis ⁊ libera esset nisi peccatũ primorum parentũ occasionem qua esset eisdem dedisset suspensa q̃dem esset et eleuata ad spirituales ⁊ internas delitias: ⁊ propter hoc iste sensibiles non ei saperent: imo nulle essent q̃tũ ad istã. Quẽadmodũ econtrario factũ manifeste videmus: q: cũ demersa est atq̃ deiecta in sensibilia: hoc est molestias ⁊ delitias sensibiles: spũales ⁊ interne delitie non ei sapiũt ⁊ nulle sunt q̃tũ ad eam: quare si in sublimi sue naturalis libertatis ⁊ rectitudinis permaneret: nec molestias a sensibilibus nec voluptatum laqueos sustineret ⁊ hoc est: q̃a spiritualibus ⁊ internis delitijs occupata illis adeo adhereret: q̃ ad sensibilia: nisi ꝑpter necessitatẽ corpoꝝ aut aliam causam q̃ internas eius delitias non euacuaret se nullatenus inclinaret. Et hoc apparet ꝑ hoc q̃ Adam ⁊ Eua ante peccatum se non cognoscebant esse nudos: cum nudi essent. adeo autem occupati erant internis ⁊ spũalibus: vt qđ in eorũ corporibus esset vel fieret non sentirent. Sicut ⁊ nõ plerique adeo occupati sunt in sensibilibus ⁊ corporalib⁹ vt q̃ in eoꝝ animabus sit vel fiat prosus ignorant. Similiter ⁊ pomũ proserpina rapta apud inferos comedisse dicitur a poetis miseriam corporis multi interpretãtur quam ita comedit anima hoc est sibi assumit vt spiritualia ⁊ eterna scilicꝫ bona atq̃ mala non tam reliquisse q̃ omnino etiam obliuioni tradidisse videat. Solam enim miseriam corporis curare videtur videlicet molestias vt eas fugiat ⁊ voluptates vt eas obtineat: ⁊ he sunt due partes miserie corporalis: q̃ sic comeste hoc est assumpte miserã animã humanam apud inferos detinet. Hoc est in inferioribus se ⁊ nobilitate sua indignis ⁊ deo tartareoꝝ id est principe infernali diabolo inseparabiliter associant ⁊ alligant: ita vt ab eo suis viribus ad sue nobilitatis sublime reuerti non possit. Has autem partes miserie: nec penitus sentiret: nec haberet si peccatum non precessisset. Molestias enim nõ sentiret vel haberet neq̃ penam aliam cum peccatum non precessisset. Delitias vero sensibiles quascũq̃ haberet non in eis sisteret: sed sicut per odores aut vestigia ad fontem suauitatũ deum quasi illum presentiens transiret ⁊ se transferret. Non illũ ergo ille laquearent: irretirent: captiuitarent: inebriarent: absorberent vt modo faciunt: sed magis illum: sicut odores vt diximus vt vestigia ad deum fontem suũ transmitterent.

Margin notes (left column): Nota — Originalis corruptio. — Casus aiaꝝ in corpora. — Q̃ vtilis. — Nota.

Margin notes (right column): Adã ⁊ Eua añ pctm̃ se nudos esse nõ sẽtiebãt — Proserpina — Nota

¶ Questionem tractat ⁊ discutit: an peccatũ originale vnum sit ⁊ quale in omnibus. Affert postea tres modos: quibus corruptio originalis adiuuatur ad producendos fetus maledictos: ⁊ vitia. Subinde q̃stiones alias ad rem ꝑtinentes soluit.

Post hec consequenter iuxta quod ⁊ p⁹ ... misim⁹ inuestigare tentabimus. Utrũ vnum ⁊ equale sit in omnib⁹ istud peccatum quod originale dicitur ⁊ in primis quidem videri potest q̃ non. Sicut enim ex vna egritudine passiões eedem: quemadmodum ex vna febre non accessiones seu exacerbationes diuerse ⁊ dissimiles sunt: sed magis eedẽ siue similes. Sic ex illa egritudine non dissimilia vicia: sed eadeꝫ in hominibus esse debẽt: sicut ex vna febre tertiana tipi idem seu similes sũt ⁊ loquimur hic de vitijs naturalibus hoc est que ab ipsa natura hominum in ista corruptione oriri videntur.

Margin note: Q̃ singularis.

¶ Uerumtamen inueniunt in genere humano multi qui nolunt esse nisi fures. Alij qui nolunt esse nisi raptores. Alij qui nolunt esse nisi ioculatores. Alij aleatores: alij ribaldi: ⁊ clerici multi nisi goliardici volunt esse. Et de mulieribus multas inuenim⁹ que quasi naturali instinctu de omnibus vitijs eligunt meretricium: alie ioculatoriam turpitudinẽ. Et vt ad vnum dicamus pene totam vniuersitateꝫ vitiorum quasi per electionem naturalem sibi distribuunt homines. ¶ Cum ergo ex radice vna videlicet originalis corruptionis tota vite humane procedat inordinatio: vnde similiter tanta pullulat

Margin note: Nota

⁊ ꝓcedit vitioꝝ multitudo in hominib⁹. ex vno eſt quod per illud qđ vnū: non debet eſſe multitudo ſiue diuerſitas vitioꝝ in hominibus. ¶ In quo reſpōdemus ꝗ reuera vnū eſt ⁊ vna eſt iſta brutalitas q̄
G homo comparatus eſt iumentis inſipientibus ⁊ ſimilis factus eſt illis. Una quippe actu: ſed potentia eſt tota monſtruoſitas vitioꝝ: quemadmodum ſemen vnū quidem actu eſt in ſe: potentia vero tota vniuerſitas eorum quoꝝ ſemen eſt: hoc eſt que ex ipſo oriri poſſunt vel generari.

Originale pctm̄ ſemīe vitioꝝ oīm

Et ꝓpter hoc ſepe diximus hanc peſtem ſcaturiginem vitiorū ⁊ ſeminariū: propter hanc vnitatem actualem caput antiq̄ ſerpentis ⁊ caput draconis dicitur. Et ꝓpter pluralitatem potentialem capita: ſicut in Pſal. Qui cōtribulaſti capita draconū in aquis ſcilicet propter eandem pluralitatem. Ezechielis. viij. dicit. Multitudo reptiliū ⁊ quadrupedū immundorū depicta in pariete per totū: quam abolet aque baptiſmalis ſuperfuſio. Similiter ⁊ Actuū. x. Multitudo reptilium ⁊ quadrupedū immūdoꝝ in diſco Petro apoſtolo oſtenſa eſt propter eandem pluralitatē ſignandam ꝓpter idem. Sapientie. v. intelligentia impiorum multitudo non erit vtilis. Facit ad hoc illud reſponſum demonis. Marci. iiij. Dicētis legio mihi nomen eſt: ꝗ multi ſumus.

Originale pctm̄ trib⁹ modis adiuuatur.

Adiuuaꝛ aūt illud ꝓditionis ſeminariū vt fetus maledictos vitiorū germinet ⁊ gignat tribus modis. Et primū ab ipſa cōplexione corporis in quo eſt ſicut iracūdiam vel irā gignat a colerica complexione. vt pigritiam vel deſidiam a fleumatica. vt ſolicitudinem ſuperfluam atq̧ triſtitiam a melancolia. vt inanem letitiam riſumq̧ ſuperfluū atq̧ luxuriam a ſanguinea.
H ¶ Secūdo adiuuaꝛ ab ipſis vitiis iracūdia eñ rapacitatem bellicoſitatem ⁊ q̄ his ſimilia ſunt indubitāter gignit. Similiter auaritia luxuriam ⁊ luxuria auaritiam. Multas eñ mulieres nouimus luxuriaſſe per auaritiam ⁊ cupiditatem ⁊ econuerſo. Similiꝛ ⁊ gula gignit luxuriam ⁊ generaliter non eſt vitiuꝫ
I qđ ex alio oriri non inueniaꝛ. ¶ Tertio adiuuaꝛ deforis quemadmodū a ludis ⁊ ſpectaculis adiuuaꝛ vt gignat luxuriam a cantoribus ⁊ aliis muſicalibus tympanis ⁊ choris et gignat petulantiam exultationem geſticulationeſq̧ inhoneſtatiſſimas. Nec mirū ſi vis vna ꝓ diuerſitate adiuuantiū ſiue materiaꝝ ſiue aliorū diuerſitatem ⁊ multitudinem operatur effectuū: ſicut appa ret in igne ⁊ ſole: qui alia emolliūt alia indurāt alia inflammant. ¶ Et in aq̄ q̄ alia abluit atq̧ purificat alia putrefacit. Et iteꝝ alia extinguit atq̧ mortificat: alia viuificat ⁊ germinare atq̧ fruttificare facit.

Similitudo apta.

¶ Expreſſa etiam eſt ſimilitudo in hoc de ebrietate ⁊ inſania. Ebrietas enim cū ſit vna incredibilem multitudinē atq̧ diuerſitatem maloꝝ opeꝝ in vno homine gignit. Similiter
K ⁊ inſania ex vtraq̧ enim ſūt rixe homicidia blaſphemie extinctiones affractiones ⁊ innumere violentie iſtam etiam peſtem mirabiliter adiuuant oīa genera maloꝝ ſolicitatores ſuggeſtores inſtigatores ⁊ conſiliarij: interdū aūt ꝯiuratores ⁊ compulſores. Ex his aūt omnib⁹ manifeſtū eſt qualiter ex vna illa peſte tot ⁊ tanta genimina vitioꝝ ⁊ maloꝝ operū prodeant quoniam propter diuerſitatem adiuuantiū tam materialiū q̄ alioꝝ.

Coniūctio aīe ad corp⁹ quid.

Et debes ſcire ꝗ coniūctio anime ad corpus huius corruptionis caſus eſt in lacū miſerie ⁊ lutum fecis. De iſto aūt caſu dicit Ambroſius ſuper Geneſim. Quod homo male recedens a deo cecidit in ſeipſum. Unde diligenter conſiderantibus hominem in ſtatu miſerie iſtius cum non habet adiutoriū gratie quod diximus: inuenietur incarceratus in ſemetipſo: ita vt exire extra ſemetipm̄ non poſſit vel per ſolicitudinem ſeu cogitationem q̄tum ad vires apprehenſiuas vel per voluntatem ⁊ deſideriū aliaſq̧ paſſiones q̄tū ad motiuas. Non enim eſt ſolicit⁹ niſi ſibi. Hoc eſt de ſe ⁊ ſuis ſola propria commoda ſeu delitias querens aliena negligens: ⁊ interdū etiam impediens cathena a q̄ religatus tenetur in ſeipſo.

Nota.

Amor eſt ſuiipi⁹ quem amorem in libro de ciuitate dei Auguſtinus dicit eſſe fundamentum ciuitatis Babilonice ſiue diaboli. Hoc eſt quod intellexit. Dauid dicens. Factus ſum ſicut vter in pruina. Obfriguit eī ab amore dei ⁊ ꝓximi vſq̧ ad gelicidiū: ⁊ ideo tractus eſt: ⁊ ꝯtritus in ſemetipſo ⁊ circa ſemetipm̄: vt nec dei honorem diligat aut curet nec fratrum vtilitates.

Amor sui.

¶ Apparet autem euidenter iſta tractio in omnib⁹ L
illis qui querūt que ſua ſunt tantum. Et hoc eſt qđ diximus quia ſi contractus quemadmodum vter ī pruina. ſic incarceratus vt ipſe ſibi carcer ſit ⁊ cauea ⁊ ſe vel extra ſe non exit per ſolicitudinem quā diximꝰ vel amorem: ſed eſt in ſeipſo ⁊ ſuis: ſicut beſtia incaueata: que breuitate cathene retinente: icauea ſola verſatur: extra nullatenus egrediens. Sic miſer homo cauea ſibiipſi factus eſt: retinente cathena hoc eſt amore ſui: extra exire non ſinitur. Unde ⁊ inſonuit verbum illud vulgatiſſimum. Innatū eſt filiis ade commoda ſua diligere.

Verbū vulgare.

¶ Si quis autem querat: vnde ſit hoc q̄ ita rapitur captiuatur: ⁊ incaueatur anima humana a corpore ſuo ⁊ detinM
deatur a ſe ipſa? ¶ Reſpondemus quia anima humana creatur abſq̧ apprehenſione hoc eſt abſq̧ vſu apprēhēſiue ſeu nobilis ſimiliter ⁊ abſq̧ motu hoc ē vſu motiue ſue nobilis ſicut ponit Ariſtoteles. licet Plato ponat contrariū: quare q̄ſi in tenebris eſt q̄tum ad illa q̄ in ea precipua ſūt: ⁊ ideo debilis eſt ⁊ inermis: penit⁹ a parte illa ī ipſa creatiōe ſua.

Aristotelis ⁊ platōis sētētie de aīa

Inferiores vero vires non longe ab actibus ſuis creanꝛ ⁊ q̄dam in ipſis actib⁹ ſuis vt guſtabilis ⁊ tangibilis. Cetera vero q̄ a foris apprehēſiue ſūt. ſtatim vt ad lucem venit partus operanꝛ vt viſus auditus ſimiliter ⁊ tact⁹. Quare ⁊ parte eoꝝ applicatur in illa hora corpori ⁊ corporalibus nobilibus viribus vt dixim⁹ nec retrahentibus nec repugnantibus: nec illam vllatenus defendentibus quin nihil prorſus tunc agentibus. Quid ergo mirum ſi ſequiꝛ corp⁹ ⁊ trahitur ab eo: cum omnia inferiora eius: eidem applicentur ⁊ ſuperiora eius omnino non reſiſtant quin potius inferiora ſequantur.

Aīa a corpe trahitur.

¶ Si cui autem videatur q̄ morio ex ſola originali corruptione ꝓpelus deſipientia laboret errat proculdubio. Si eī ex ſola illa eſſet: omnes homines in quibus illa eſt moriones eſſent cum eadem cauſa in omnibus ſit. Adiuuaꝛ ergo originalis corruptio: ſicut diximus in morionibus ab humore aliquo vel fumo obtenebrante partem illam capitis: in qua ratio inferior operatur. Sic ⁊ dicimus in his qui amiſerunt memoriam ⁊ ad hunc modum ſe habet de aliis.

Morio seu fatuus.

Si q̄s aūt dicat: ꝗ cum originale peccatū vitiū vnū ſit debet eſſe in vna ſola vi: vel ſecūdū illam ſolā quemadmodū ſe habet ⁊ de vnaquaq̧ virtute. Q̄ ſi ē ſequitur ergo q̄ vna ſola ex virib⁹ anime humane ſit corrupta vel infecta ex illo ſiue per illud. Videlicet

ista in qua vel secundū quam est. Quemadmodum se habet et de vnaquaqꝫ virtutū quod illa vis sola in qua vel secundū quam est decorat et ornatur per eā. Manifestum aūt est a sensu: quia pestis ista in totā animam peruagata est et diffusa et totam turbidam efficit ac turbatam: totamqꝫ brutescētem quantum ad id quod est in ea precipuū et nobile: excepta vt multi magni dicunt sola synderesi que est sublimissima ac nobilissima pars eius qđ est in ea nobile ac sublime: quam scilicet synderesim nec in cayn qui tam malus tanqꝫ peruersus fuit: fuisse dicūt extinctam quis autem extincta non fuerit. Tamen dubiū esse non debet: iam in vnoquoqꝫ habente originale peccatum multū esse turbatam a puritate sua et sublimitate sua multū esse depressam. ¶ Responderunt autem et adhuc respondent multi in hoc dicentes revera plurima esse originalia peccata videlicet tria in vnoquoqꝫ scd̄m tres vires. vnum enim peccatum contendunt esse vniuscuiusqꝫ triū viriū corruptionum per se et tres trium virium corruptiones originales tria originalia opinionem suam confirmantes ex eo quod super psalm. dicit: tecta originalia peccata: et super. xvi. Mathei dicit auctoritas Bede. a seruo nequam q̄ dimittere noluit cōseruo suo repetenda esse non solū actualia: sed etiam originalia. Nos aūt iam diximꝰ propter quid et qualiter et vno et multa dicantur. ¶ Alij vero dixerūt in hoc originale peccatū corruptionem eē virtutis nostre cōcupiscibilis et esse principaliter in ea. Veruntamen redundare in alias vires concupiscibilem aūt vim tanqꝫ principale subiectum pestis istius corruptam pariter esse et infectam ab ipsa. Alias autem corruptas tantum intelligentes infectionem profūdatā et intimatam corruptionem. Corruptionem vero sine additione exteriorem dictam solummodo et quasi superficietenus deteriorationem vel obscurationem. Alij vero dixerūt de irascibili. idipm̄ qđ isti de cōcupiscibili isti autem errauerūt indubitanter et adhuc errant. Fortassis autem in hanc opinionem inducti sunt: quia potissimum sentiebant vexationes et insultus a corruptione virtutis concupiscibilis: Et ideo iudicauerunt corruptionem eius profundam et intimam. Error autem ipsorum destruit euidenter a sensu. Non enim minori difficultate resistitur cogitationibus q̄ primis motibus concupiscētiarum: et de omnibus vitijs que sunt in vi rationabili similiter se habet qualia sunt tarditas obscuritas similiter credendi leuitas. Eodem modo quedam suspitiones et quedam dubitationes: et ad vltimum incredulitas scilicet siue infidelitas et vitium quod spiritus blasphemie nominat. Si enim difficultas separationis aut purgatiōis signum et iuditium certum est profunditatis et intimationis: cum non minor sit difficultas separationis prenominatorum vitiorum et virtute nostra rationali q̄ a virtute illa concupiscibili separationis. Istorum ergo non minor profunditas seu intimatio q̄ illorum. ¶ Qđ si dixerit: quia de vitijs aduenticijs. Hoc verum est et de originalibus non. ¶ Respōdemus q̄ si in ramis est equalitas naturaliter erit et in radicibꝰ et si in fructibus et erit in seminibus et generaliter si in effectibus et in causis. Cum igitur originales corruptiones in prenominatis viribus cause sint aduenticiorum vitiorum in illis: et hec equalia erunt: et cause eorum siue radices ille originales equales.

¶ Amplius. Quis inter morbos spirituales difficilius curatur q̄ morbꝰ blasphemie? Qđ si difficultas curationis morbi profunditatem euidenter indicat: manifestum est non minus profundatam esse malitiam siue originalem siue aduētitiam in vi rationali q̄ in alijs. ¶ Amplius. Cum anima humana impartibilis sit qualiter dicūt in ea aliquid corruptum nisi aliud infectum simul atqꝫ corruptum. Affirmatio enim et negatio non dicuntur de eodem secundum idem. Infectio autem et non infectio: affirmatio et negatio sunt quare non dicuntur in anima humana secundum idem: sed neqꝫ secundum diuersa cum in ea non inueniantur. Diuersa enim in impartibili eque cōtraria suscipiant nec intellectꝰ admittere posse videtur. Propter hoc diximus. quia vna est infectio hec turbans atqꝫ peruertens totam animam: ac deprimens eam: vt sepe iam diximus: quemadmodum vna est ebrietas in ebrio que totū illum alienat atqꝫ subuertit: et omnes vires anime in eo turbulentas efficit et turbatas. Nec adhuc cogitauit aliquis tres ebrietates in vno homine ponere: vel in anima vna propter tres vires ipsiꝰ. Sicut ergo ebrius quotcunqꝫ habꝫ officia: nullum eorum composite aut laudabiliter exequit: pre ebrietate. immo omnia turbate atqꝫ peruerse agit. ¶ Sic anima humana originali corruptiōe ebriata nullum ex officijs virium suarum vt decet exequit quin potius ecōtrario. ¶ De synteresi vero quod dicunt quia superior pars rationis est: nec in cayn extincta fuit iam determinauimus. Qualiter est pars videlicet: quia non proprie immo ipsa anima est humana secundum essentiam. Ex officio autem dījudicādi sublimia spiritualium atqꝫ celestium eisqꝫ adherendi atqꝫ in eis cōseruandi synteresis dicit: quasi seorsum diuisa ac segregata ab inferioribꝰ atqꝫ carnalibus. Et licet in cayn extincta non fuerit penitꝰ in motionibus tamen et continue furiosis extincta est penitus aut absorpta. ¶ Quereret autem aliquis cum peccatum primorum parentum per vim gustabilem commissum sit et per ipsa instrumenta gustabilia. non autem per vim illam cōcupiscibilem aut per instrumenta generatiua: qua dei iustitia et quo iure vis illa tanta infectione et corruptione punita est tantaqꝫ rebellione membrorum sibi seruientiū: vel etiam anima secundum illam. ¶ Et dixerunt quidam in hoc: quia vis gustabilis et eius vsus ad conseruationem vite necessario reseruata est: et propter hoc vsus eius moderatus non habet culpam: vsus vero virtutis nostre concupiscibilis ad generandū non habet illam necessitatem: et propter hoc totus eius vsus a primo motu vsqꝫ ad vltimū culpabilis est ac vitiosus: nisi sacramento matrimonij excusetur et purgetur. Iustitia autem dei in hoc euidens est: et peccato illi congruētissima retributio. vt per mulierem torqueat secundum vim concupiscibilē qui per mulierem peccauit: et ab ea patiatur ardores cōcupiscentiarum acerrimos et cruciatus acerbissimos: q̄ neglecto dei mandato noluit contristari similiter et ab ea premat ac seruitute turpissima cui regendo et corrigendo noluit sanctissime dominari ab initio. Et vt eam sequatur et post abeat turpissima vigente concupiscentia quam post se trahere ad deū debuit: et a suggestiōe retrahere serpentina. Et quemadmodū dicit Aug. in suo inferiori qđ sepe dixīmꝰ aiale: siue i corpore iobedientiā patia-

Synteresis extinguit' in turbet' originali peccato.

Tria originalia pctā i vnoquoqꝫ.

Opinio alia.

Infectio et corruptio.

Alia opinio.

Cōfutatio

Nota.

Aia hūana impartibilis

Synteresis qđ et vnde.

Questio.

Iustitia dei

Cur rebellio maxime in mebris genitalib9

tur atq rebelliones qui suo superiori id est deo il-
la irrogauerat. In membris autem genitalibus ma-
nifestius hanc cõtumeliam patiatur: vt per genera
tionem vitium illud traduxisse a primis parentib9
reminiscens recognoscant: et filium ire se natũ esse
recogitans gratiã redemtoris et regenerationis dei
semper in corde habeat. Quicqd aut dicant aliqui
vis gustabilis punita est vel homo secundũ illã fa-
me et siti. In oculis etiam inuenitur concupiscẽtia
propter quod et tam crebro forsitan dicitur ↄcupis-
centia oculorũ. Expresse autem scribe Pe. ij. Ocu-
los habentes plenos adulterijs et insanabilis deli-
cti. vnde et aug9. Non dicatis vos habere animos
pudicos cũ habeatis oculos impudicos. Impudi-

Prurigo

cus enim oculus impudici cordis est nuntius. Si-
militer et prurigo vitium est in auribus: ppter qd
dicit Apostolus in. iiij. ad Thym. Coacervabunt
sibi magistros prurientes auribus suis et omnino
nihil inuenientes hominibus quod lepra origina-
lis non maculauerit. ¶ Quoniam autem istã corru
ptionẽ et totaz sequelam eius ptolome9 et hali alij
q astronomi qui de natiuitatibus multa scriberẽt
et vaticinãdo atq predicẽdo presumpserũt totã at-
tribuũt cõstellationibus et horis natiuitatũ neces-
se habemus aliquid dicere cõtra istaz insaniã: pro
pter simplicium et stultorum multidinem: qui que-
cũq famosos homines hmõi q̃ philosophi habiti
sunt scripsisse vel dixisse audiũt: vl ex sapientiali p
funditate: vel tanq̃ ex prophetica sublimitate scri-
ptum vel dictum credunt. Primum ergo dicimus

Cõfutatio astrologorum et genethliacorũ

illud quia hora per illud qd est hora nihil potest si
ue sit natiuitatis siue alterius actus vniuersalis:
vel quecunq alia pars temporis et hoc est qm cuz
tempus sit vnum continuũ omnino merum et vni9
nature in omnibus partibus suis nihil potest vna
quod non possit quelibet alia vel ipsum totũ. sicut
nihil potest quelibet pars ignis qd non possit alia
quelibet vel totus ignis. Potest forte quidez mi-
nus aut magis aliud aut scdm genus vel speciem
non potest pars hmõi totius q̃ ipsum totum natu
raliter. ¶ Amplius. Omnis partus humanus ast

Nota

q̃ nascatur habet omnia que naturaliter habere
debet nisi vel abortiuus sit vel aliasoccasionatus
Hora ergo natiuitatis nihil addit naturalibus ip
sius et hoc apparet in membris et in virtutib9. Si
enim monstruosus formatus partus est monstruosi-
tatem illam non afferret ei hora natiuitatis verbi
gratia. Si senos digitos habens in pedib9 vel ma
nib9 nullũ ex his detrahet ei hora natiuitatis. Si-
militer si mancus fuerit non addet vl supplebit ei
manũ. ¶ Eodem modo se habet et in virib9. Si enim
scilicet cecus erat et in vtero matris: nõ illumina-
bit eũ hora natiuitatis nec ecõuerso. ¶ Eodẽ mõ
se habet si strabo vel recti vis9 fuerit: manifestũ est
quia de instrumẽtalibus naturalibus partũ nihil
immutat hora natiuitatis. Alioquin non natiuita-
tis esset hmõi exitus sed generatio vl alteratio de
qua manifestum est a sensu quod omnino ibi nõ ẽ.
Plene enim formantur partus humani in ventri-
bus matrũ: nisi impediantur vt prediximus siue i-
tro impediantur siue non tales egrediuntur et qua
lis intus erat quantum ad omnia naturalia et im
partubusquidem aliorũ animalium: que perfect9
partus pariunt nec pilũ vnum mutari in natiuita
te. vnde ergo ista diuersitas in partub9 humanis:

¶ Amplius. Omnia naturalia habent vnumquod- C
q generalium a generantibus et generationẽ adiu
uantibus et nihil ex hora et primum quidẽ i inani
matis hoc manifestum est. Glatiesem si generetur
ex aqua quacũq hora generetur ex illa totũ qd ha Vide
bet a frigiditate et siccitate que sunt cause efficiẽ-
tes generationis ipsius: et cum his ex aqua que ẽ
causa materialis eiusdem locus generationis ad
iuuat etiam generationem ipsius: et interdũ addit
eidez siccitatẽ: quemadmodum cũ fuerit petrosus
aut aliter siccus. idez dicendũ et de igne et de alijs.
¶ In animalibus aũt adeo apparet euidenter q oẽs
naturales dispositiones a generantibus sunt: id ẽ
a patre et matre vt homines ipsa natura docuit ex
quirere bonos generantes: cum ex eis voluerit ha
bere bonos fetus sicut manifestum est in equis et i In astrologos
mulis et in canib9. Horas aũt natiuitatũ hmõi fe-
tũ non curant scientes bonitatem et nobilitatẽ fe- B
tuũ ex generantibus solũmodo esse: dũ modo ꝓut
decet et natura eorũ exquirit ad generandum parẽ
tes conueniãt. Adeo etiam totum qd naturale est
volatilibus ex ipsis horis eis est vt nõ proprijs pa
rentibus cubanda vel fouenda: sed interdum alie-
nis supponerentur: sicut apparet de ouis anserum
et anetũ: que gallinis cubanda atq fouenda mul-
totiens supponunt nec tamen inde generantur ni-
si ãceres anete: et hi nõ aliarũ dispositionũ i aliq̃
si oua et quibus geniti sunt a proprijs essent parẽ
tibus cubata. Quomodo ergo hora generãtis na
tiuitatis aliqd addet vel minuet naturalib9 hmõi
animaliũ quando ipse cubator qui quasi pater vi- Horoscopus nihil facit
detur esse eorum nihil addere vel detrahere nihil
omnino mutare potest tã absconso officioso actui X
tamq vicino eidez. ¶ Amp. Hora illa natiuitatis
neq vicinior est naturalibus eorum q̃ alie hore vi
te ipsorũ. Unde ergo erit hoc vt plus operetur in ea
q̃ aliqua aliorum horarũ. Q si dixerit quia hoc ẽ
ex constellatiõe siue figura celi in hora illa. Et hoc
ipsum querimus quid de hora illa ad celũ potius
q̃ de alijs: nec enim vicinior aut herentior est celo
q̃ alie: totũ enim tempus equaliter et vno modo per
omnia mensura est motus celi: et partes eius men
sura partiũ eiusdẽ motus absq vlla diuersitate: vel
differentia. Nec aliud est in se vel comparatiõe ce
li ipsum tempus vel pars eius quecunq exeo aũt
q mensura nihil amplius habet vel potestatis vel
dignitatis in fortune vel infortunij vna hora q̃ alia
In hoc enim et equales sunt et equaliter se habẽt p
omnia: quare quantum ad hoc non plus attendẽda
est vna q̃ alia. ¶ Amplius. Extendetur ne ista vir-
tus et potestas constellationuz ad alia animalia q̃ Vide
ad homines? Videmus enim quedam similia euẽ
tib9 hoizeuenire et equales. Alij ei moriũt gladio
quẽadmodũ et homines: alij enim deputant bellis
et armãtur vt homines. Alij habentur vt a regib9
et honorantur vt nõ alios habeant sessores q̃ re-
ges et quidã eorũ non alios sessores patiunt q̃ re-
ges sicut equus alexandri regis qui vocatus fuit
butifal. ¶ Amplius. Alij deputantur vilib9 officijs
vt exportandis stercoribus: alij lapidibus euehẽ-
dis alij turribus: alij quadrigis: alij agriculatio-
nibus: alij equitationibus et similes pene diuersi-
tates inueniuntur in hominibus. Quemadmo-
dum enim quidã equorũ seruiũt molendinis. Sic
et quidam homines siue molendina aquãtica fue-

rint sine alterius modi. ¶ Est ne hoc ex cōstellationibus sub quib⁹ nati sūt equi queadmodū somniāt de hominibus: vt quē admodū de alexandro dicūt ꝙ ex cōstellatione et fuit: quod rex factus est. Sic etiam de equo buce falsa. Est ne factū p cōstellationem sub qua natus fuit: non vt haberet sessorē nisi regem. Et quemadmodum quibusdam hominib⁹ per constellationē factū est vt sint agricole. Est ne similiter equis fatum vt omni agriculationi deseruiant. Et ad hunc modum de molendinariis equis erit ne quemadmodum de molendinariis hominibus: et an erit similiter in aliis equorū diuersitatibus. Q3 si ita est: erit ne similiter ita de ouibus vt ex constellationibus in quibus nate sūt alie efficiātur cibus regibus et pellitie regales vel sacerdotales vel religiosorum et de lanis earū erit ex cōstellatione vt inde fiant vestes regie vt sacerdotales vel rusticane. Quarumdam vero carnes comedantur a lupis vel aliis bestiis vel comedantur ab hominibus vel morbo pereant ꝛ putrescant: ita vt nō comedantur. Et procedet hoc vsq3 ad mures et passeres aliaq3 minuta animalia: vt totam vitā eorum victum et etiam mortem disponant sub cōstellatione sub qua nascuntur et pendebit. quid ex cōstellationib⁹ illis: vt quedam musce capiantur ab araneis: quedam ab irundinib⁹: quedā aliter pereāt et vt quedam [illegible]uant innatum in domibus regiis ꝛ ibi moriantur. Quedam in domibus rusticanis: tandem ad pilos singulos lanarum barbarū et superciliorū. Descēdet ne illa virt⁹ cōstellationū: vt aliī hmōi pilorū tondeātur: aliī radētur: aliī vrātur: aliī ppetuo nutriantur sicut apd grecos ꝛ barbaros. Et iterū aliī de pilis lanarum: aliī deputantur vestib⁹ regis aut aliorū hominū pro diuersitate constellationum suarū. Non enim sole generationes hominum ex constellationibus pendere videntur. Quomodo ergo disponunt totā vitā hominū ꝛ alia negligūt. maxime cū tāta sit similitudo euentuū humanorū et aliorū animalium et etiam vegetabiliū. ¶ Q3 si dixerit: quia celi et stelle et luminaria homines curant ꝑpter nobilitatē suā naturalē. Alia vero tāq3 ignobilia ꝑtereūt. Duob⁹ modis errant. Magis ei natura curat alia q̄ hoies. Homines ei seipsos singuli regūt: et ab aliis inuicem regūtur. Alia xo a sola natura regi videntur: quare si ipa celestia ꝑ sua naturā regunt: ex necessitate quicquid regitur ab illa. ¶ Amplius. Magis indigent ducatu et regimine celesti alia animalia et etiam vegetabilia q̄ homines: et magis etiā apparet in eis omnis effect⁹ illorū. Qualiter ergo illa preterit vel negligit ducatus celestis. Et manifestum per se videtur ꝙ vniuersaliter ad minima attingit illa virtus celestis. sed forsitan non singulatim et non singulariter curantur vel regūtur ab illo: sed et hoc qualiter erit vt in singulis hominum extendat se virtus illa singulatim non in singula animaliū et vegetabilium presertim cum tanta prudētia singula generari regi et administrari videantur. Cura enī et administratio vniuersalis nullo modo sufficere vel efficere videantur: tam officiosam vt ita dicamus tanq3 ammirandam singulorum fabricationem ꝛ gubernationē. ¶ Amplius. Si quis statuā vel vas quod cunq3 intrat domum aliquam fabricarerit. Nunquid hora ei exploranda est qua illam de loco illo extrahat vel educat. Nūquid ex exitu de loco sue fabricationis pendet aliquid de talibus vel etiam de fortuna vel infortunio imaginis istius vl vasis. Et similiter si pannum texerint: vel vestem fecerit in aliquo loco. Nunquid aliquid eorū que panni illius sūt vel vestis pēdet ex hora extractiois sue de loco illo vel ex ipso exitu de eodē: quid de exitu vel de extractione ac hmōi loco ad fortunam vel infortunium rerum illarum. ¶ Quid est autem generatio partium humanarum in ventribus matrum nisi ꝙ fabricatio quarundā imaginū dei in locis illis: ꝛ quid natiuitas eorū nisi extractio vel exitus imaginū hmōi in loco fabricationis sue nihil ergo de fortuna vel infortunio hominū ad horam natiuitatis ipsorū vel ipsam natiuitatē ipsorū. Q3 si dixerit q2 exitus vel extractio aliarū rerū a loco sue factionis vl fabricationis nihil facit vel operatur ad fortunam vel infortuniū earū. Econtrario autem se habet in hominibus. Manifestū est hoc esse friuolū: et hoc apparet euidenter a similitudine ꝛ ꝓportione. Si vero dixerit quis ꝙ ducatus celestis et virt⁹ constellationū non naturam disponunt hominū sed fortunam: ꝛ hoc magis inconueniens ꝛ magis manifestū. Primum. Quoniā non eis iudicio vel ꝓuidentia euenirent hominibus que eis eueniunt: neq3 secundū merita vel pro meritis ipsorū. Q3 igitur alius rex efficitur: aut in alia dignitate vel officio constituitur non diuine ꝓuidentie ꝛ gubernationi sed constellationi sub qua natus est debebitur nisi forte dicat diuinam prouidentiam vnicuiq3 procurare et ordinare qua hora et sub qua constellatiōe vnusquisq3 nascatur. Hoc aūt manifeste friuolum apparet q2 non naturali ordinatione fieri factum videtur: vt parentes ea hora cōmiscerentur vt tali sequente hora postea ille nasceretur: immo potius casu. verbi gratia. illa hora forte in eo incaluerāt vl mutuo affectu inuicem prouocati sunt: vel amor ꝑ lis ꝛ visu alio et auditu incitauit eos ad opus generationis. videlicet. q2 cogitauerūt de rerū suarū amplitudine et affluentia que ne deuoluerentur ad alios commouit eos vt darent operam liberis vel forte heredum eorū qui successuri erant in bonis ipsorum induxit eos ad opus generationis: q̄ oia casualia tn̄ videntur: et non ex preordinatione nature. Alioquin quam fabam comedat quis et qō etiam erit ex preordinatione nature et quelibet etiā minuta actuū nostrorū erunt ex constellationibus. ¶ Amplius. Nō ex hoc nec ꝑpter hoc illa hora sic se haburunt stelle vt iste nasceretur: ꝛ talia ei euenirent. Sic ergo ex ista constellatione ista acciderunt non per se ex illa sed magis a casu. Quicquid enim accidit ex causa quocunq3 que non ob hoc sed magis ob aliud fuit casu accidit quantū ad illam: ꝛ hoc apparet euidēter ex diffinitione casus. Casus enim est vt diffinit. Boetius inopinatē rei euentus ex causis confluētibus ob aliud et aliud inceptis. ¶ Ampli⁹. Si per se ex cōstellationibus sūt hmōi euētus cōstellationes autē inauersibiles et indeclinabiles sūt: igitur et euētus. Inter causam enim efficientē per se et effectū comitantia est inseparabilis et necessaria euenient: mortalibus contra qs disputare nos nō oportet cū sit iam destructū p doctores sanctos ꝛ orthodoxos multos. ¶ Q3 si dixerit q2 licet casu hoc est ꝑter intentionē cōstellationis euenient ista nihilominus tamē ex necessitate ꝛ quēadmodū ex motu solis ē dies licet sol nō ad hoc

Nota

Questio

Cōfutatio

Nota

Generatio

Cōfutatio

Absurdum

Friuolum

In cōstellationū assertores

B

Casus qd

aut ꝓpter hoc moueat vt dicis sit quemadmodū ⁊ ex (Nota)
motu corporis tui venit diuisio aeris: ꝑ quem mo-
uetur ex necessitate nō tamē propter hoc mouetur
ex necessitate: non tamē propter hoc mouetur vt di
uisio aeris fiat neq; casu fit diuisio aeris. Licet nō
intendatur determinate: intenditur tamē in vniuer
sali. Qui em̄ intendit motum intendit ex necessita-
te omnia illa que sunt de necessitate motus: et sine
quibus eē non potest: sed reuera non intēdit illa ni
si intensione vniuersali. Non sunt ergo a casu talia (C)
q2 non sunt omnino preter intensionem. In propo-
sito vero casu videlicet constellationū aut dicet q
euētus hmōi sunt preter intentionē constellationū
omnino aut non: si sic erūt igitur a casu: quare nō
erit scientia vel certitudo de eis. Casu aliū enim di
uinatio aut prophetia est non autem ars vel scien-
cia quoniam ars et scientia non sunt nisi de ordina
tis et ad inuicem causalitate per se colligatis qua
re astronomia quantum ad partem hāc: neq; erit
ars neq; scientia. Q; si ex certa intentione constel-
lationū sūt euentus hmōi sequeretur quod diximꝰ
videlicet inevitabile et necessariū. ¶ Amp. Cū na
tura hominum et ceterorum animaliū atq; vegeta
biliū media sit inter fortunam ipsorū et constella-
tionem: quare virtus constellationū naturam trā-
sit: saltem faciens infortunam ipsorū: presertī cū
ipsa natura capacior sit siue receptibilior virtutis
celestis q̄ fortuna. ¶ Amplius. Si in constellatio- (Cōstellationes)
nibus est totus cursus vite humane cum omnibus
euentibus suis et hoc causaliter et significatiue vt
in causis efficientibus et sufficientibus non homi-
nibus imputandum est: sed constellationibus quic
qd eis euenerit: q2 em̄ aer illuminatur vł calefit vel
aliter disponitur: non aeri imputandū est cōstellis
et luminaribus. Similiter q rota molendine mo-
tu circulari reuoluitur non ipsi rote sed aque repel (Nota)
lenti ascribendum est. Si ergo constellationes mo (D)
uent homines et inducunt in omnia que eis euent
unt nō hominibus imputanda sunt illa sed stellis
mouentibus. Q; si dixerit: non violenter mouent
homines sed per voluntatem eorum querimus ab
eis cum voluntas non moueat nisi mota: an cōstel
lationes ipse moueant voluntates hominū ad hoc
an homines ipsi. Q; si constellationes totum ergo
est ab ipsis quicquid agunt vel patiuntur homies
quare est eis imputandū et nihil hominibus. Q; si
dixerit q hominibus imputandum est: q2 sustinent
se vel consentiūt sic moueri: quemadmodum cum
aliquis sustinet se vel consentit exuri ab igne vł de
uorari a bestia vel precipitari in foueam imputan
dum est ei qui debuit se auertere vł resistere si po- (Questio)
tuit. ¶ Querimus ab ipsis vtrum hoc qđ homies
sustinent sic se moueri vel consentiūt sic ab ipsis cō
stellationibus an ab hominibus? Q; si ab ipsis cō
stellationibus. Totū igitur est ab ipsis et nihil ab
hominibus: quare imputandum est eisdem totum
⁊ nihil hominibus: totaliter em̄ vnūquodq; illi at
tribuendum est a quo totaliter est. Nullius autem
rei alicui aliquid attribuendum est a quo nihil ha
bet vel nihil eiꝰ est. Si vero homines voluntates
suas moueant ad ea q̄ agunt vel voluntarie patiū
tur: tunc ex necessitate imputandi erunt eis omēs
euentus eorum in rebus voluntariis: et hoc est qm̄ (Voluntas)
tunc erunt ab eis. voluntariorum enī omniū actu
um causa est volūtas efficiens ⁊ per se et ꝓpť hoc

taliū principia in nobis sūt: propter quod et nobis
imputanda sunt: et etiā imputantur: nihil ergo ta
lium a stellis erunt vel constellationibus. Ampliꝰ.
Ad naturales actus et virtutes ⁊ organa prouidet (Nature ꝓuidentia)
natura mortalibus vt visum ad videndum oculos
et hec omnia in hominibus sūt. Ad fortunas autē (E)
vel infortunia vel acquirenda vel euitanda vel ali
qua dantur hominibus que in eis sūt vel non. Ve-
rūtamen ad acquirendū regnū vel victoriā in bello
et alias fortunas vel alique dispositiones imprimūt
a stellis hominibꝰ vł nō qđ si millesies talia euenirūt
eis per ea sola que extra eos ipsa sola sunt. Simi-
liter et cōtraria eorū quare nihil ad eos de his. Si
vero alique dispositiones imprimuntur eis ꝓpter
hoc erit in ipsa hora natiuitatis vel generationis
videlicet quod huiusmodi dispositiōes imprimant
quare habebit iste in se dispositionem quo fiet rex
vel episcopus. Quemodmodū ergo non potest ꝓ- (Iterum in astrologos)
hiberi aliquis: quin videat vel audiat cum volu-
erit nisi virtus videndi aut organum eidem aufe-
ratur vel impediatur sic non poterit impediri vel
ꝓhiberi quin fiat episcopus cū voluerit: nisi virtꝰ
illa ei auferatur vel impediatur sed non est in pote
state alicuius virtutem hmōi vel auferre vel impe
diri. Ea enim que in anima sunt impressa non sunt
cuiusq̄ vel auferre de ea vel ipedire maxime si na- (F)
turaliter in ea impressa sunt. ¶ Amplius: iste dispo
sitiones fortunarū et infortuniorū ꝓpter quid im-
primūtur potius in hora natiuitatis q̄ in alia: et cū i
ea multe earū nullū habere possint effectū. ¶ Am
plius. Si nascatur aliquis dispositus ad suspendi-
um q̄ et dispositus ad furtum vel aliud maleficiū
et vtraq; dispositio ei impressa est a virtute sue con
stellationis. Quicquid autē sic impressum ē: natu-
rale est recipienti: erit vtrūq; naturali huiusmodi
nato videlicet et furari et suspendi. Naturalia enī
non imputantur ad penam actualem quēadmo-
dum mortuis et naturaliter mente capitis ni-
chil imputatur quod agāt. Que est enim alia dis
positio sic impressa ad furandum nisi furiosa cupi- (Naturalia nō iputatꝰ ad penā)
ditas que nec ipsius vite ꝓprium dispendium fu-
rantes patitur estimare et interdum nec etiam co-
gitare qua de causa videntur latrones nasci paruuli
et aliis vitiis tam infecti in occulto. Manifestant
autem se huiusmodi vitia cum optunitas operandi
ex illis vel secundū illa data fuerit habētibus ipsa.
Similiter et regias dignitates et alias habebunt
in occulto et nascentur reges ⁊ principes ipsi paruu
li. Licet non tūc appareant dignitates eorum qua
absurditate nihil incongruentius. Dare em̄ hmōi
dignitates paruulis non tam stultum: q̄ etiam demē
tissimū est: quare nec opus est celestis virtutis nec
alterius cuiusq̄. ¶ Manifestum ergo est ex nati-
uitate vel hora natiuitatis nihil imprimi quod ad (Nota)
naturā vel fortunā pertineat natiuitatis: quare ni-
chil agere in eos hora illa: et cū enim nihil imprimit
omnino in id nō agitur. Si vero dixerint: quia ho-
ra natiuitatis ꝑ se nec infausta ē nato sed magis
hora generatiōis seu cōceptiōis: et ꝓpť illaz hora
natiuitatis obseruatur. Tunc enim vt aiunt semē
generationis in matricem funditur et prout se ha- (Opinio astronomorum)
bet constellatio faustꝰ aut infaustꝰ ex ea generat.
Et non est dubitandum inquiūt quin in humores
et spiritus nostros potestatem et ducatum habeat
virtus celestis. Dicimus econtrario: quia semē cū

sit superfluū tertie digestionis sm̄ Aristotelez tale
infunditur in loco generationis quale erat in cor-
pore generantis: et propter hoc nihil additur ei
nihil minuitur ei:nihil imprimitur:nisi forsitan di
spositio aliqua corporalis. Cum eñ corpus meruz
sit quasi ex humore et spiritu:nullam omnino impres
sionem recipit nisi corporalem videlicet calidita-
tem aut frigiditatem aut aliquā aliaz hmōi ad q̄s
nihil omnino de fortunis aut infortuniis eventuū.

Saturnus b ¶ Amp̄. Q̄ꝫ dicunt quia saturnus agit prima ho-
ra post infusionem seminis infrigidando:ꝛ coagu
lando materiam manifeste impossibile est q̄ꝛ semē
humane generationis per calorem solū coagulat:
per frigiditatem vero dissoluitur. Saturnus vero
quē dicunt primo operari in generatione humana
generationem ipsaz destrueret sic. Quemadmodū
ipsi dicunt q̄ operaretur cum natura eius virt᷒ fri
gida et sicca sic:vt ipsi ponunt:que ambe mortifica
tiue sunt et destructiue generationis contrarie ve-
ro virtutes generationem et vitam maxime effici-
unt vel adiuuant. Unde poeta. Uapor humid᷒ om

Aristotel nes res creat. ¶ Amplius. Dicit aristoteles. q̄ vis
que est in semine similis est artificibus. Quemadmo
dū ergo artifices ex artificiis suis et scd̄m illa opan
tur in q̄ opera artiū suarum videlicet domos instru
mento statuas pannos pelles. Sic semina ex virtu
tibus vel scd̄m illas operantur generando ea q̄ ex
ipsis fiunt. Sicut ergo artifices constellationes nō
consulunt vel obseruant nec etiā obseruandas vel
consulandas arbitrantur:sed magis artes suas et
artium precepta pro operibus suis vez vt ea recte
et qualiter docet operantur. Sic neq̄ seminum ope-
rationes ex constellationibus pendent vllaten᷒:ni-

d si forsitan in hoc q̄ aer ab ipsis stellis temper atur

Nota ac disponitur. Ita similiter et terra vt dispositioni
bus eorū operationes seminum adiuuātur. Quis
eñ dubitat de textore qui tota vis seu virtus tota
q̄ texendi apud ipsū sit:ꝛ q̄n sua vi moueat instru-
menta texendi. et arte sua regat motū eorū:et quia
ꝓpter opus texendi nihil extra se requirat nisi pā
ni materiam et instrumēta texēdi: nisi forte propt̄
obscuritatem aeris aliquando lucernam:et de fa
bro similiter se habet atq̄ de vnoquoq̄ aliorū ar
tificum quorum nullus stellas consulit vel consulā
das existimat immo pro omni genere artifitialiuz
operum se solos esse consulandos et requirendos
plane dicunt et asserunt ipsisq̄ solis credendū esse

Artifici cre dendum de his que ad artes suas pertinent. Hoc etiaz com
munitas omnium quasi per se notū habet et tenet
videlicet q̄ vnicuiq̄ artifici credenduz est in sua fa
cultate et de rebus sue facultatis vt grāmatico de
grammaticalibus:et fabro de fabrilibus:et gene-
raliter cuilibet artifici de artificialib᷒ suis. Erro-

Error astronomorum autem absurdissimus est abstronomos in talibus
consulere:aut de talibus eis credere, vllo mō. Et q̄
niam de his in tractatu de legibus multa diximus
Sufficit tibi quantum ad presens propositū aliquā
viam apertam esse vt contradicendū hmōi errori-
bus. Hic enim tanq̄ ex incidenti de his locuti sum᷒
radicalem eorum destructionem atq̄ completā nec
non et declarationem veritatis in iudiciis astrono
mie singulari tractatu reseruantes. Non eñ aliter
radicitus et perfecte vel destrui errores possūt vel
declarari veritas nisi positis et numeratis radici
bus et fundamentis quibus sic innitūtur radices

humodi et in quibus euentus hominum et totam
inferioris mundi gubernationem siue administra-
tionem fataliter asserunt prouenisse. ¶ Q̄ꝫ autem
tetigimus de electionibus artificiorū vel etiā vi-
ciorum manifestum est quia voluntarie sūt et etiā
ex propria voluntate eligentium q̄n q̄:quādoq̄ ex
aliena vel dispositione vel solitatione veniente ex
defectu vel penuria temporaliū. verbi gratia. Ab
ipso sensu manifestum est. Aliquis enim eligit pro
pria voluntate effici miles. Alius clericus aut al-
tertius modi artificū. Interdum autem ex disposi- Nota
tione paterna siue materna. Filios eñ paruulos ꝓ
voluntate sua plerūq̄ patres applicant artificiis ꝛ
officiis et interdum religioni interdum matrimo-
niis ꝛ hec omnia faciunt ex certis causis:quas enu
merare longissimū esset. Aliquis eñ habens fra-
trem vel conatū episcopū:facit filium suū clericuz:
plerumq̄ in lucruz in spe q̄ beneficietur ab episcopo
illo. Alius ex deuotione facit filiū suū clericū. s. vt
habeat eum intercessorē ꝓ se apud deū. ali᷒ appli
cat ipsū religioni non ex deuotione sed vt amor sit
aliis fratribus portio hereditaria. Paupertas ve-
ro multos viros ad rapinas et latrocinia et alia in
numera malefitia:multas mulieres ad meretritiū
induxit:qui et que omnes si interrogaretur:nō stel
lis aut cōstellationibus artifitia vel offitia vl̄ ma
lefitia sua attribuerent :sed magis sibi et volupta
tibus suis scientes indubitanter causas motiuas
voluntatū et desideriorū suorum: similiter et fines
siue causas finales eorundē: vnicuiq̄ autem de se-
ipso credendū est qui magis nouit interiora sua .
Hoc est cogitationes ꝛ affectiones soli norūt. Ma
nifestū igitur est astronomorū omniū testimonio Stelle inno
hmōi stellas innocentissimas esse in parte ista:q̄re centes
qui talia eis attribuerunt:iniquissime eas vel cul-
pant vnino damnabiles ꝛ humanaz naturā ac res
humanas peruertere cōfundere ac cōturbare eas
asserunt in seipso.

¶ Cōparationē facit originalis peccati ad alia
peccata tam actualia q̄ venialia.

Post hec āt mēsurare tētabimus pecca
tū illud quod originale dicitur et cōpa
re aliis tam actualibus q̄ venialib᷒: ꝛ
de pena que pro eo iure infligitur que
ꝛ quo iure pena infligitur. Ubi oportet
te primo nosse:q̄ nō ꝓprie culpa dicitur: sicut neq̄ I
demeritum . Qualiter enī culpa ꝓpria dici potest Peccatū
vel culpabilis in quo nullus peccat vel peccare po originale
test neq̄ male agere aut male obmittere quod agē nō dicitur
dum esset. ¶ Amplius . Quomodo culpandus est culpa
aliquis: ꝓ eo quod nec agit nec egit : imo omnino
nesciens et inuitus illud patitur. Presertim cū tū
ignorantia illa paruulorū:tam violētia:quā i hoc
patiūtur:videlicet in cōtrahendo illud inuicibilis
sit . Si autē nō est culpabilis vel ꝓ ea culpandus
aliquis ergo nec puniēdus. Inique ergo puniunt
paruuli ꝓ illo sine baptismo decedētes . Presertī
cū augustinus penā paruulorū ignē eternū vocet
in libro de fide ad petrū:alioquin qualiter dixisset
apostol᷒ Omnes nascūtur filii ire. Si enī nō debet
ira pene originali peccato: quomodo filios ire fa-
cit eos qui cū eo nascūt. Dicim᷒ quia cū originale Nota
peccatū actuale nō sit pena ei actualis nulla debet bonū dbū
id est nec ignis gehenne nec vermis conscientie nec
etiam purgatorius ignis. Q̄ꝫ autem Augustinus

penam eius vocat ignē eternum: eo tropo vsus ē quo omnis pena: omnis tribulatio interdū ignis vocatur. Quemadmodum aūt leprosi extra castra a sanis et mundis hominibus vt pote idigni coha bitatione eorū. Et hec separatio licet pena sit: nō tamen vindicta est lepre: vel pro lepra in vindictā illata cum lepra nullo modo culpa sit. Sic paruuli nec loco purgatorū digni sunt: cum in eum non intrent: nisi gratia dei prediti atq; sanctificati & glori am eterne beatitudinis expectātes. Similiter nec limbo inferni digni sūt. vbi sancti patres beata spe consolati: vt dicit Beda superne patrie ingressum expectabant. Quare manifestum est locū paruulorum hmōi: vē qui cum originali solo decedūt: qui nullum actuale et dum viuerent addiderunt medium esse inter gehennam et purgatoriū: vbi hmōi paruuli tanq̄ lepra originali imūdi seorsū a locis sanctorum seclusi perpetuam mansionem sunt habituri neq; enim in gehennam detrahendi sūt cum illis peccato originali, actuali & mortalia addiderunt q̄ aūt quidam carentiam visionis dei penam originalis peccati esse putauerunt. Manifestum ē esse falsum. Cum eñ habitus gratie siue gratia ipsa causa sit visionis dei: erit ex necessitate carentia gratie causa carentie visionis dei. ¶ Amp. Si adā ante q̄ gratia illustratus esset et ante etiā q̄ peccasset decederet in statu vē inocentie naturalis: procul dubio visione dei careret cum eñ non haberet gratiam ex necessitate nec gloriam obtineret. Cum ergo paruuli de quibus loquimur careant gratia dei. Hoc ipso ex necessitate carent et gloria: cū gloria non detur nisi gr̄e siue pro gr̄a. Si enī affirmatio est causa affirmationis erit negatio causa negationis: et si habitus causa est habitus vel habēdi: erit carentia causa carentie siue carendi. ¶ Amp. Si ablata eēt puulis ista lepra originalis & nō eēt eis data gratia certum, est q̄ adhuc carerent visione diuina cum sola introducat gratia homines ad gloriam. Manifestum ergo est q̄ preter carentiā visionis diuine que omnibus damnatis cōmunis est ex omnibus non saluatis: habent etiā tenebras originalis istius infectionis et propter illā habēt elongationem a locis multis. p que via eē consueuit ad visionem dei et separationem intransibilem quare manifestum est: quia preter carentiam visionis dei quasi duo genera tenebrarum patiunt. Videlicet ipsas tenebras immūditie et corruptionis originalis et tenebras elongationis ac separationis a claritate visionis dei quas diximus. ¶ Q si dixerit quis quia dolorem inestimabilem patiunt p eo q̄ priuati sunt gloria visionis dei: ad quam se creatos et natos esse cognoscunt errat quoniā dolor iste esset pena actualis & corde sensibilis quare iniuste eis irrogaretur: cū pena actualis nō debeatur nisi pro peccato actuali. Si quis vero querat qualiter sine dolore incredibili cogitare possint vl aduertere se nō obtinuisse beatitudinē cū ad illam nati essent. Respondemus magistri nostri temporis quia multi sine dolore sustinent quod reges nō sūt et etiam sine inuidia vident alios esse reges cū tamen eiusdē conditionis secundū naturam se et illos esse cognoscant. Sicut ergo isti nō dolent q̄ regnū temporale non sūt adepti: ita nec isti de regno celorū: nobis autem non videt eousq; clarū esse paruulos in eam scientiam pficere vt talia sciant de se

Simile
k
Locus infātium non baptizatorum
l
Gloria debet gratie
m
An dolorē aliquē patiātur ifātes nō baptizati mortui
n
Nota

vel regno celorum. Non eñ prohibiti videntur eē si hoc esset quin possent inestimabiliter pficere in dei cognitione: psertim cum nulla pena eos auerteret nulla occupatio eos ipediret. Et ipsuū peccatū originale pfectū hmōi pateretur sicut et patit i sarracenis et paganis et aliis infidelibus: et etiam mortalia actualia patiuntur eos in cognitione di et eorū que eius sūt & hoc in tāta breuitate vite isti us quantū ergo possunt pficere paruuli hmōi i tota ppetuitate vite illius nec occupationib⁹ distracti nec peccatis mortalib⁹ obscurati sed sola originali corruptione vt dixim⁹ impediti. ¶ Cum aūt cognitio dei non possit non esse iocunda & quanto maior tanto iocūdior cresceret autē istis sine termino: cresceret ergo iocūditas eius eidē sine fini no: q̄uis ad gaudiū diuine visionis nec vnq̄ ptingeret nec vnq̄ eidē fieret cōparanda. Essē ergo hmōi puulor stat⁹ multe felicitatis: & si nō felicitatis glorie cōperande haberēt eni pacē de oīb⁹ inquetudinib⁹ & molestiis: securitatē a piculis iocūditatē ex diuie cognitiōis cōtinuis pfectibus pter hec omnia & alia q̄scribere supsedemus dicim⁹ non eē clarum. Presertim cū nul q̄ determinatū sit in scriptura vel scriptis scōr nec i traditionib⁹ scolasticis vl dogmatibus an puuli sic philosophari possiut & philosophādo eo usq; pficere: nec dei iustitia phibere videatur eos ad cognitionē ei⁹ talē conari vl ab eis veritatem suam eousq; abscondere q̄ philosophis blasphemis et peccatorib⁹ reuelauit. ¶ Relinquē dū ergo est illud discussioni altiori siue alterius ne nouitas philosophie hacten⁹ inaudita peruulo p aures offendat simplicium et bonorū. Quod aūt dicit Apostolus: quia omnes nascūtur filij ire ad feditatē originalē cōuenienter referri potest cui merito iratus est deus pter ipam: et insup quia aduersatur gratie et virtuti. Et radix vt diximus est scaturigo et seminariū peccatorum quibus ira dei puocatur vel quēadmodū dicit veritas in euāgelio quosdam esse filios regni qui eiiciendi sūt foras: non quia cū regno vel in regno nascātur vel nati sint: sed quoniā ac si essent regni heredes illud eis diuina misericordia pparabat. Sic et omnes tanq̄ essent ire infernalis heredes ad eam originalis malitia ptrahit hic eosq; ad eam parat quantū in se est.

¶ Disputat de mēsura seu magnitudine originalis peccati.

De mensura autem seu magnitudine originalis vicij seu peccati aliqua dicere necesse habem⁹: pp̄ questiones & difficultates quas habet. Videtur eñ esse omniū peccatorū viciorū minimū cum eñ q̄ est pportio seu compatio pene ad penam eadē sit peccati ad peccatum. Compatio vero pene cuiuscūq; venialis ad penā originalis nulla est maxime pene purgatorij Cū el ignis purgatorius vt dicit Augustin⁹ maior sit q̄ quicquid homo i hac vita pati potest: omnis eni locus siue elongatio a visione dei nihil ē in penalitate cōparatione ignis vite istius quare nulla erit cōpatione pene originalis ad penā veialis ergo nec peccati ad peccatū. Erit ergo peccatū originale min⁹ incōpabiliter q̄ veniale. Dixim⁹ autem elōgationem a visione dei quoniā carētia visiōis dei ex carētia gr̄e est vt s̄ diximus: sed et elongatiōnē facit maiorē et tenebras densat: peccatū ori-

Vide hunc locū
Omnes nascūtur filij ire quo modo
o
Ignis purgatorius

ginale vt supra ostendimus¶ Amplius. Quia me
lior est dies vna in atriis dei super milia. Peccatū
Peccatū veniale — veniale quod per diem vnam detinet animā huma
nam in purgatorio aufert et gloriam vnius diei et
gaudium in celesti beatitudine. Huic autē damno
non est compabilis vel densitas tenebrarū vel elō
gatio maior a visione dei sicut neqȝ opposita eorū
ꝑ compabilia sunt. Appropinquatio vero ad dei vi
Nota — sionem opposita elongationi quam facit origina-
le peccatū et ipsa etiā mūditia ab originali pecca-
to nullā habet ꝓportionē vel compationē ad bea-
titudinē vnius diei in gloria generaliter enī nihil
quod sit nature vel gratie etiā compabile est alicui
eorū que sunt glorie Et hoc declarauim⁹ i tractatu
primo de virtutibus. Siue ergo ad damnū respicia
tur incomparabiliter est maior pena damni ex ve-
niali ꝙ ex originali sed ad exacerbitatem similiter
cum acerbitas pene purgatorie icredibilis sit acer
bitas aūt pene originalis pcti nulla. Si vero respi
ciatur ad bona contraria eodē modo se habet bonū
enī qd differt vel aufert veniale peccatum vt dixi-
C — mus incomparabiliter maius est ꝙ qd auferet ori
Peccatū mortale — ginale. ¶ Amp. Nulla dubitatio est quin omne pec
catum mortale in ifinitum maius sit ꝙ originale: ⁊
hoc est quoniam pena iehennalis que pro quocun
qȝ peccato mortali debetur in infinitum maior ē q̄-
cunqȝ alia: in infinitum ergo mai⁹ est quodcūqȝ pec
catum mortale ꝙ originale: ergo originale in infi-
nitum est minus quocunqȝ mortali. Sed omne ve
niale similiter in infinitum min⁹ est quocunqȝ mor
tali. Originale ergo et veniale eque minora sunt q̄
libet mortali. Quare inuicem equalia sunt. Que-
cunqȝ enī eodem eque maiora et eque minora sunt
inuicē equalia sūt per illam propositionē quīte ge
ometrie. Si fuerit duarum quantitatū ad quancū
B — qȝ tertiam eadem proportio illas esse eq̄les ⁊ econ
uerso. In quo respondemus sicut iam alibi diximus
peccatum tres habet comparationes seu facies.
Iuxta illas tres magnitudines seu intensiones.
Primo est ei facies essētialis qua est id quod est
sicut aliquis actus corporalis vel spiritualis. Se-
cunda facies est ei ad ipsum subiectū in quo est: et
scdm hanc faciem est lesio vel vulnus ipsi⁹. Tercia
est ei facies ad deū et scdm hanc et est et dicitur in
iuria vel offensa dei. Verbi gratia. Eadem forni-
catio et actus quidam est in se et lesio vel vuln⁹ for
Nota — nicantis: et iniuria vel offensa dei: ⁊ contingit istas
tres intēsiones seu magnitudines inequales esse.
Quandoqȝ enī maior est actus in eo qd actus et in
de maior dei offensa: et etiam minor lesio subiecti.
Iste vel magis delectatur fornicando: vel diutius
est in actu et est simplex laic⁹ ꝙ iste sacerdos vel lit
terat⁹ maior igit est actus fornicādi in eo act⁹ lai-
ci ꝙ isti⁹ sacerdotis tn̄ fornicatio sacerdotis ē ma
ior dei offensa. ¶ Amp. Cōtingit interdū post vnā
fornicationē fastidire et adhominari mulierē vnā
sicut contingit quod amon thamar sororē suam fa
stidiuit statim postꝙ cognouit eam et eiecit eam a
se. Interdum vero mulier adeo cordi cum ea forni
cantis illabitur vt totus amore ei⁹ capiatur: sicut
factū est de sychem et dyna q conglutinata est ani-
Sychem — ma eius cū ea sicut legitur Gene. xxxiiij. Siue eq̄-
les ergo siue inequales actus fornicationum ipso-
rum in eo quod actus tamen maior lesio in cōpabi
liter ipsi⁹ sichem ꝓpter hoc dicit Amb. sup episto-
lam ad Romanī. Quia grauiter o homo peccas si
diuitias longanimitatis dei cōtemnis grauissime
si ignoras. Ignorātia igitur ibi dicitur grauissimū
peccatū: ⁊ hoc ꝓpter lesionem subiecti. Cōtempt⁹
enī dei grauior est sed in eo ꝙ iniuria ꝙ ignorantia
eiusdē: et hoc est quoniam ignorātia dei adeo ledit
subiectū: vt nec radicē aliquā boni in eo relinquat
nec enim fidē informem in eo relinquit. Cōtempt⁹
autē dei non est sine cognitione ipsius aut fide Non
enim contemnitur quod penitus ignoratur. Iuxta
hūc modum dicimus q ignorātia alphabeti maior
vel grauior ē ꝙ totius astronomie: quoniā ignorā
tia astronomie solam astronomiam tollit ab igno
rante illam. Ignorantia vero alphabeti et illam ⁊
omnem aliam scientiam naturalem. Cum ergo que
ritur de originali vtrum sit maius aut minus ꝙ ve — D
niale distinguendum est qualiter maius sumit iu-
xta prenominatos modos. Non enī vniuoce dicit
hoc magnum. Qȝ si de magnitudine lesionis intel-
ligatur proculdubio incōparabiliter maius: id est
magis ledens est proprium subiectū originale ꝙ ve
niale. Est enī morbus profundatus et diffusus i to — Originale magis le-
tam animam vel totum hominem et adherens ad — dit ꝙ venia
herentia perpetua nisi diuina virt⁹ curauerit. Ve- — le
niale vero sicut pustula leuissima et cutis cōtami-
tio ꝑmodica que facile curatur et transit. Si de iniu-
ria dei vel offensa intellexerit vtrum maius sit vel
maior iniuria dei vel offensa originale ꝙ veniale.
Respondemus q veniale nec iniuria nec dei offen
sa est nec dicitur. Similiter nec originale peccatum
cum nec actus illicitus nec obmissio actus qui in p̄ — Veniale nec
cepto est: sic non est iniuria dei vel contumelia seu — iniuria dei
offensa. Omnis enī offensa vel iniuria actus est ali — est nec offē
quis vel priuatio seu obmissio actus. Quod vero — sa.
dicūt de dāno siue pena dāni nō ē verū: immo incom
parabiliter magis dānificat subiectū propriū pec-
catum originale ꝙ veniale. Veniale enim ad tem-
pus tantū in eo quod veniale: et quātū in se aufert — Veniale au-
vel differt solam glorie portionem. Originale vero — fert glorie
totam aufert quantū in se est: non enim est trāsiēs — portionem
originale peccatū quantum in se ē immo adherēs
perpetuo et ipsam gratiam que est via ad gloriam
immo ius et dignitas obtinendi illam secū esse nō
patitur. Veniale autem nec gratiam extinguit nec — Veniale se-
minuit: vt alibi ostendimus: immo secum eā patit — cū patitur
Ad id autē quod dicit: quia que ē ꝓportio pene ad — gratiam
penam eadem est peccati ad peccatum: et de pena
illata in vindictam est intelligendum ex iusticia sci
licet vel ira dei: de hmōi pena nō ē actual. ¶ Pre-
terea cum hic dicitur: que est ꝓportio pene ad pe-
nam: eadem est proportio peccati ad peccatū: intel
ligitur quatum ad culpā que est iniuria dei vel con
tumelia seu offensa. Hec autem non habent locū de
originali peccato sed neqȝ culpa proprie dicit ori-
ginale peccatum: cū ꝓ eo neqȝ causandus neqȝ cul-
pandus sit aliquis: nec diuine bonitati conueniens
esse videtur ꝓ eis que nescientes penitus et nullo
modo volentes vel consentientes patiūtur. ¶ Ad — Mortale
tertiū vero quod dicit quia quodlibet mortale in — peccatum
infinitū est maius ꝙ originale. Responsum est per — mai⁹ ꝙ ori-
ea que diximus: id est per distinctionem quā premi — ginale
simus. Non enī est in infinitum maius: id est maior
iniuria vel offensa dei mortale vel originale cū ori
ginale nec iniuria nec offensa dei sit. Si vero intel
ligas in infinitum magis ledens subiectum ꝙtum

ad vulnerationem vel debilitationem: hoc non est
veruz: immo multomagis originale ꝓpter causas
supradictas. Quod aūt dicit de penis non dicit ni
si equiuoce vt diximus. Equiuoce eñ dicitur pena
mortalis et pena originalis: iehenna ei pena est il
lata et vindicta inflicta: merita insuper pro quoli
bet mortali ex ira vel iustitia dei. Non aūt sic se ha
bet nec sic intelligitur pena originalis: non eni me
rita neq meritis reddita vt supra ostendimus. Cū
originale peccatum non sit meritū alicuius pene
nec eo quisq vnq̄ admereatur vel demereatur: nec
sequitur vllomodo si duorum aliquorū vtrūq sint
in infinitum maiora tertio q̄ideo sint eque maiora
illo vel illud eque minus eisdem sicut alibi didici
sti quia superficies et linea sint in infinituz maiora
puncto. Non eniz eque maiores illo vel illud eque
minus illis. ¶ Et quoniam de dissensione inter pla
tonem et Aristotelem supra fecimus: errorq plato
nicus manifeste sit contra catholicam doctrinam.
Aristotelis aūt sententia cū ipsa concordare vide
tur conueniens arbitramur contra platonem aliq̄
dicere maxime cum error ipsius originalem corru
ptionez euidenter tangit. Sententia aūt platonis
in hoc fuit animas a principio creatas fuisse in ce
lo et singulatim in stellis cōparib⁹ collocatas: cre
atas autem sciētia perfectas: qualisquidem natu
raliter susceptibiles sunt. Quapropter necesse ha
bet consequenter ponere easdez creaturas fuisse in
simili perfectione virtutū: quod est dicere virtutū
naturalium coniunctione vero vt supra diximus
corporum velut haustu lethei fluminis ebrietas et
absorptas ita vt nihil de alterutris dictarum per
fectionū omnino reminiscantur. ¶ In primis autē
querimus ab eo vtrum similiter sentiat de anima
bus brutorum: ad quod reuera respondere potest.
quia superuacua esset et oīno inutilis creatio eaꝝ
extra corp⁹: cū extra illa nihil prorsus valeant opa
ri: vires enim ipsarum per sola corpora et in solis
corporibus operantur. Esset ergo earum esse sup
uacuum penitus et ociosum. Cuz ergo creator oī
potentissimus nihil esse velit esse superuacuuz aut
inutile in operib⁹ suis. manifestū est q̄ eas nō crea
uit extra corpora sua. ¶ Querimus ergo a Plato
ne. Utrum aīe sic create haberēt vires q̄ nō operā
tur in corporibus et p corpora vez quinq sensus p
ticulares exteriores et sensū cōmunem interiorez.
Eodē modo imaginationē et memoriam. Q; si il
las habebant cum manifestū sit eas nō posse opa
ri nisi in corporibus et per corpora. Superuacueq̄
et ociose tantis milibus annorum fuerūt eis vires
hmōi p̄sertim cum tam paucis annis in corporib⁹
suis aīe iste future essent et vires iste operarent: q̄
si eas non habebāt: sed addite sunt eis in coniūcti
one corporuz suoꝝ cuz hmōi vires ex necessitate es
sentiales sunt eis quantū ad illa create sūt anime
humane. Quare partim fuerunt in cōparibus stel
lis sm platonē parti create in ipsis corporib⁹ dum
eis coniunguntur. Non ergo simplr fuerūt create
sicut ipse ponit sed p partē et ita inuenient in alab⁹
hūanis pars et pars altera vet⁹ et altera noua: et ita
nō erit simplex et ipartibilis anima hūana: qd nec
ipse plato etiam vnq̄ sensit: videlicet vt partibi
lis esset anima humana. ¶ Querimus etiam qua
liter ipse dicat eas esse creatas extra corpora.
Utrum scilicet in loco aliquo vel in ipsis stel

Originale peccatū nō ē meritū alicuius pene

Aristotel sētentia cū catholica dotrina cōcordat

Plato

Nota

is fuisse disp̄sas in quibus eas esse vel fuisse asse
rit collocatas: q̄ si in loco alio et deinde per stellas
fuisse disp̄sas. Ab illo ergo loco ad cōparationes
stellas mote sunt et p motum ad illas deuenerūt. Iā
autē declarauit Aristoteles in libro quem vocauit
auditū: quoniam impossibile est impartibile quod
cunq moueri per se. Si vero creati fuerint in cōpi
bus stellis: aut erant intra ipsas stellas animātes
et viuificantes eas: aut erant in eis quasi i recepta
culis aut super eas quasi in vehiculis equitantes
seu sedentes. Q; si in eis erunt: recessu ergo earuz
a stellis mortue sunt stelle et extincte obseruate au
tem sunt stelle et note iam per multa milia annorū
a curiosissimis inspectoribus et obseruatoribus et
nihil tali immutationis in eis inuentum est vt ap
pet immo contrariū videlicet ꝑpetua et omnino il
lesa status earuz quantū ad hoc stabilitas. ¶ Am
plius. Que esset vtilitas nobilissimas stellas extin
guere et mortificare ꝓpter vilia caduca humana
corpa viuificanda. Hoc enim esset celo decorē suū
et ornatum tam mirificum auferre et illū terre da
re secundū hoc etiam tam diu est q̄ omnes stelle de
celo cecidissent: velut extincte et mortue vel saltem
maior pars. Quorum cōtrariū manifeste apparet
q̄ si anime humane erant in stellis hmōi tāq̄ in va
sis seu receptaculis. et hoc valde friuolū et absur
dū. In vasis eni seu aliis non solēt aliqua repōi ni
si vel ad conseruationē vt vinum et oleuz et balsa
mū vel ad custodiam vt thesaurus. Uel ad captiui
tatē vt fures et latrōes hostes aut obsides aut ali
qua hmōi causaꝝ quarum nulla in animabus hu
manis inueniri potest. ¶ Amplius. Quid ē anima
in vase nisi quēadmodū scientia in cophino vel in
pixide: quēadmodū ergo loca vel vasa corpalia nō
possunt capere spirituales vel esse receptacula ea
rū. Sic stelle cū vtiq corpa sunt: vel res corpales
sunt non possunt esse vasa vel receptacula animaꝝ
¶ Amplius. Aut volūtate ꝓpria et sponte descēdūt
ad corpa et applicate sunt cū illis: aut contra volū
tatem et p violentiā. Si voluntate ꝓpria aut p̄scie
sue inebriationis et obliuiōis q̄ fit eis ex cōiunctio
ne corporꝝ suoꝝ aut nō p̄scie. Si p̄scie q̄re sciētes et
prudentes in tanta mala se ipsas precipitant: nec
sapiētes sciētes sunt. Hoc enim est quemadmodū
si quis sciens et prudens semetipsū cecū et surdum
efficiat scienter et ꝓpria volūtate. Q; si dixerit q̄
tantus amor tantūq desiderium est eis cōiungēdi
corporibus easq regendi. vt tanta mala ꝓpter hoc
negligant. stultiores esse confitentur in comparib⁹
stellis q̄ future sunt in corporibus. Existentes eñ
in corporib⁹ nihil tale vnq̄ attentant. ¶ Amplius.
Non solum stultas sz etiā furiosas eas esse in cor
poribus stellis de necessitate sequitur ex hoc. Nul
lus eñ nisi furiosus in talia discrimina se p̄cipitat
amore cuiusq̄ rei vl desiderio silr nec i mortē. Iste
aūt casus quo sic absorbētur. ꝑculdio mors q̄dā ē
aut non longe a morte. Si vo cōtra volūtatē ꝓpri
am .s. p violentiā detrudant in corpora ꝓpa inique
agitur cū eis: si peccato aliq̄ nō meruert: quare re
linquitur eas peccasse anteq̄ ad corpora descende
rēt: et merito peccatorū carceribus corporū mācipa
tas. Qualit aūt peccare potuert extra corpora et q̄
gñe peccati: maxie cū scirent sibi tātā penaz iminē.
nec haberēt infirmitatem q̄ eas traheret ad peccā
dū. Neq ei gula: neq luxuria apd eas locū habuit.

Aristotel

Nota

Friuolū

Stelle corpa sūt

Nota

Casus alarum

Ista enim carnalia peccata tantū sūt: et p carnē so-
lūmodo ppetrantur: sed neqꝫ auaricia corpalis esse
potuit. Corpales eni diuitias creatura tantū spiri
talis et q̄ illis nullo modo vti potest nō cōcupiscit.
Fuit ergo vel supbia vel auaricia spiritualis vel
aliquid aliud ex spiritualibꝰ peccatis ⁊ ita vel eo
vel simili genere peccati peccauerūt quo angeli ma
li. Quare similis debet esse pena earū pene āgelo-
rum maloꝝ. ¶ Amplius. Secundū hoc in nullo diffe-
In platonē rebant ab angelis q̄ntū ad essentiam: cum essēt cre-
A ate pfecte in scientia et virtutibus sicut et illi. Vi-
res eni earūdē specierū habebant cum ipsis: verbi
gratia. Vires intelligēdi volendi et amādi ⁊ si que
sunt in substātijs hmōi: quare viribus non discre-
pabant essentialiter ab illis: sed neqꝫ in actibꝰ aut
pfectionibus: cū ei eedem essent pfectiōes ⁊ i vtris
qꝫ essent in actu siue i effectu. Sequitur ergo ex oībꝰ
his animas nostras nō esse nisi malos angelos: id
est demones incarnatos quā absurditatē neqꝫ ipse
plato vnq̄ credidit: qui et si deificari eas posse cre-
didit: eos tamē deos esse nūq̄ dixit: immo inter ip-
sas et deos semper euidenter distinxit eosqꝫ recto-
res animarum: et forsitan actores aliquatenꝰ cre-
didit: q si tanti mali sui nō p̄scij erant in cōparibꝰ
Absurda stellis: q̄liter hoc eas ignorare pmittunt ille qui ex
pletis numeris sibi iniūctis de corporibus ad stel-
las cōpares reuertūtur. ¶ Amplius. Si in ea sapi-
entia create sūt longe maior ē indubitāter ea sapi-
entia quā incorpibus habiture sunt. Quomodo p
sapientiā q̄ habiture sūt in corpibꝰ hoc cognoscūt
videlicet mala que in corporibus patiuntur quo-
modo per illaꝫ maiorem quam habebant in stellis
comparibus hoc non potius cognouerunt.
¶ Amplius. Scdm platonē in corpore nihil discūt
sed eorū q̄ prius in cōparibus stellis cognouerant
Scire remi reminiscuntur: anima ergo platonis et sectantium
niscisc ō n suorum hec reminiscendo cognoscit et p̄us hec no-
platonem uerat in compari stella. Qualiter ergo et qua
de causa in tanta mala venit: habet ergo furiosus
cui p̄cipitationes suas imputat quibus se in aquā
in ignem et gladios precipitat: habent aīe in cor-
poribus existentes infirmitatē a parte carnis: ⁊ ori
ginalem corruptionē quibus aliqualiter imputari
possūt mala que eis accidunt: sed cū erāt in cōpari
bus stellis sapientia et virtutibꝰ naturalibꝰ ad mi
nus vt ipse ponit p̄dite: que cum eas in istas tene-
bras ⁊ alia mala q̄ in corporibꝰ patiūtur detraxit.
¶ Amplius. Cum illa corpora adeo noxia sibi eē p̄
nominant. Qualiter tam ceco amore tanqꝫ furio-
B so desiderio eius coniungi appetierūt. Q̄ si dixe-
rit qꝛ delectabile est eis coniungi corporibꝰ. Unde
Error pla- hoc dicit cum hoc ipsū. id est cōiunctionem suā cū
tonicorum corporibꝰ ignorent penitꝰ: similiter ⁊ ipsa corpora
qn̄ eis cōiunguntur cū in ipo puncto cōiūctiōis in
ebriantur: et omnia q̄ sciebant obliuioni tradant.
Et iam dixerunt aliqui q naturali desiderio ad ea
descendunt quos errasse facile est fieri manifestuꝫ
Naturale eñi desideriū non est rei nisi conuenientis
et salutaris ipi desideranti: corpora aūt hmōi adeo
i naturalia adeoqꝫ disconuenientia sunt aīabꝰ hu-
manis vt bona p̄cipua earū videlicet sciētias ⁊ vir
tutes absorbeant et extinguāt et ipsas animas ve
Naturale lut pestifero potu inebrient: et innumerabilibꝰ mo
desiderium lestijs atqꝫ miserijs exponāt. ¶ Amplius. Natura
nunq̄ pnici le desideriū nūq̄ ē in pnicie desiderātis nūq̄ reꝫ de
osum

siderantem naturaliter impugnantis. Ista autem
corpora in tantam perniciēꝫ sūt animabus adeoqꝫ
repugnant naturaliter eisdē: vt potissima bona na
turalia earum pene fūditus extinguant. ¶ Ampli.
Omnia opera nature naturaliter operantis omni
bus operibus artificialibus et magis perfecta et Opa natu-
magis decora sunt. Maiori enim prudentia regit̄ re
natura in operibus suis q̄ sit ars cuiuscunqꝫ artifi
cis. Desiderium ergo istud qđ naturale dicunt ani
maruꝫ. nihil habet distortū: nihil preceps: nihil in-
cedens cum sit opus nature solius naturaliter ope
rantis. ¶ De hoc verbo quod dicunt quia inde per
vnam portam descendunt et per aliam portaꝫ illuc Ridiculuꝫ
ascendunt anime nostre: has duas portas dicūt es-
se signum cancri et signum capricorni: q̄ ridiculo-
sum sit iuxta platonem nulli dubium esse potest.
¶ Primum qꝛ ascensus localis et descensus in sub
stantijs hmōi impossibilis est. sicut declarauit ari-
stotel. vt supra diximus. ¶ Amplius. Cuiusmōi erit
motus ille: erit ne gressus vel volatus vel raptatꝰ
vel natatus vel serptatus a serpendo. Plures eñi Motus lo-
motus locales non inueniūtur volūtarij. Nullus cales
aūt illorū motuū possibilis est substātie spirituali:
cū nō habeāt instrumēta quibus hmōi motus effi-
ciātur: videlicet nec pedes nec alas nec pēnas aut
brachia neqꝫ costas quibus serpentes se trahunt.
Q; si motꝰ sūt earū sicut motu pōderosi nālis aut
motꝰ leuis: isti sūt motus naturales ⁊ corporales.
et nō inuenitur naturaliter nisi vnus in vno ppt̄ cō
trarietatem. Si dixerit motus illos motus esse
erectionū quēadmodū dicūt anime portari ab an-
gelis in celū ignotum per ignotiꝰ nititur declara-
re: et hoc est qm̄ de motu angelorū non minor est q̄
stio et insuper de portatio non habet minorem dif-
ficultatem. Qualiter eñi portant animas: certū est
q non portant in manibus cum manus non habe-
ant ⁊ eadeꝫ rōne neqꝫ in humeris: in vase aūt vł li
theo q̄liter portant aīe quis videat. Nos aūt ascē-
sum animarū ad celos et descensū earū ad inferos
⁊ deportationes istas q̄ in picturis et scripturis sā-
ctorū legūt suo loco declarabimꝰ scdm catholicā ve-
ritatē Nec alia de cā hic induximꝰ: nisi vt appeat im-
peritia hominū istorū: nisi forte plato i sermone isto
suo forsā itellexit metaphorā siue pabolā i ore suo
Si vero itellexit plato animas eē vł fuisse i cōpari Plato
bꝰ stellis q̄si sedētes aut eqtātes. Hec magis ridi
culosa absurditas: hoc eñi ē ac si dixisset formicam
vnam equitare solē et aliā lunam et ita de oībꝰ
stellis. ¶ Preterea. Quid est animā sedere vel eq-
tare cōpeteret hoc. ¶ Amplius. Ad quid essent ibi
anime collocate hoc est qua vtilitate vel fructu cū
nec omnes stelle eis indigeant i aliquo nec ipe stel
lis. Nullū enim adiumentū prestare possunt stelle
virtutibus aut opationibꝰ earū. ¶ Amplius Quid Vide
est substantiā spiritualē et abstractā e ēsupra corpꝰ
aliquod vel in quocūqꝫ etiā loco corpali. Sicut et
corpus nō potest esse in loco spirituali: sic neqꝫ spi-
ritus in loco corpali maxime localiter quod plato
intellexisse videt̄. De hoc vero quod creatas posuit
animas i suis pfectionibꝰ videlicet sciētieꝫ virtutū
bene se habet aliquātulū disputare Et primū q̄dē
creatio animarū primorū parentū videt̄ esse p eo. C
De illis enim questio nō ē quin create fuerit i per- Aīe p̄morū
fectionibus naturalibus istis: cū in etate iuuenili parentum
creati essent te anime omnino inscie siue insipiētes

et ex toto pueriles nullo modo congruerent iuuenilis etatis corpoꝛibꝰ. Sic neq ecōtrario copa puerilia sapientia et virtutibꝰ preditis animabus. Qz ergo simili modo videtur esse creatio omniū aiarū

D humanarū: vtpote specie similiūq oēs in eisdē ꝑfectiōibꝰ. ¶ Amplius. Quicqd est naturale vni indiuiduoꝛū eiusdē speciei est naturale et oīb̄ꝰ. Cū ergo iste perfectiones naturales sint animabꝰ primoꝛum parentū erunt naturales ⁊ oībus animabus humanis: vel si impfectio vel vacuitas quas ponit aristoteles in animabꝰ naturalis fuit animabꝰ primoꝛum parentū erit naturalis ⁊ oīb̄ꝰ aliis. ¶ Qz si dixerit quis: quia non fuerūt iste perfectiones naturales animabus primoꝛū parentū: immo gratis date non contradicit: quia oīa naturalia etiā gratis dantur a datoꝛe vniuersali bonoꝛū. Quid autem est naturale alicui si quid habet ab ipsa creatione ⁊

Naturale quid. ꝑmis ꝑñantibus nō est ei nāle. ¶ Rńdemꝰ ꝙ naturale pꝛopꝛie est pꝛout hic intēdimus quod ab ipsa natura vniuscuiusq naturaliter natū est. Non autem ita est in illis perfectiōibus: immo nature animarum illarū diuina largitione in ipsa creatione date sunt: nō ab ipsa natura naturalr̄ oꝛte cum nec ex doctrina nec ex studio nec experiētia processerint. Qz si queratur a nobis: vtrum sciētia illa que fuit i animabus illis fuerit reuelatio. Respōdemꝰ qz reuela-

E tio ex lumie est maioꝛi ꝙ sit lumen nature qualis est pꝛophetia. Scientia vero animarū illarū de qua loquimur non fuit nisi lumen nature quod vocat Au-

Cognitio vespertina. gustinus sup Genes. ad litteram cognitionē vespertinam: hoc lumine illustrati creati sunt angeli oēs. Sed sanctis angelis supinfusum est aliud lumē icō-

Cognitio matutina. parabiliter clarius atq nobiliꝰ qd idē Augustinus vocat cognitionē matutinā et cognitionē in verbo. Perfectio autē hmōi ⁊ impfectio opposita cū accidant tantū speciē non diuersificāt ⁊ sicut illumiatio glorie que longe maioꝛ ꝑfectio est: non diuersificat angelos sanctos etiam ab angelis malis diuersitate essentiali siue specifica: multofoꝛtius lumē illud cognitiōis quod in ipsa creatiōe sua datum est animabus pꝛimoꝛ parētū: nō diuersificauit aias illoꝛ ab aliis aiabus humanis. sicut neq ꝑfectio coꝛpoꝛum ipsoꝛū coꝛpoꝛa eoꝛū diuersificat essentialiter a coꝛpibus alioꝛū hominū. Videat foꝛsitan alicui ꝙ anime pꝛimoꝛū parētū create fuerūt in regione lucis ⁊ i luce: ⁊ inde obtinuerūt vt lucide crearent: seu luminose ea luminositate qua diximꝰ. Inde etiā habuerunt: vt essent virtutibꝰ decoꝛe quas diximꝰ. foꝛtassis aūt hmōi homo aliquid somniat ꝯtra veritatem. Verū quid sit regio lucis ⁊ vtrū vna aut plures que partes earū alii tractatui sez est reseruandum.

¶ Questiones alias de vitiis ⁊ peccatis hoc loco necnō ⁊ soluit auctoꝛ: quas operepꝛeciū est suo oꝛdine videre: qz summari nequeunt.

De aliis vitiis et peccatis: hoc est de vitiis consuetudinalibꝰ ⁊ peccatis actualibꝰ cōsequēter nobis aliqua dicēda sunt. Scito

F ergo in pꝛimis: qz vitium vel vilis casus a

Vilis casꝰ. vilitate ⁊ casu quomā per ipm viliter cadit vel a vice ⁊ casu: qm p ipm vicibꝰ postꝙ ingeminatū fuerit cadit: quēadmodū debilitate aut claudicatiōe aut aliquo alioꝛū que casum vicibꝰ inducūt. Vicibꝰ aūt intelligimꝰ: quomā quotiēs occasio ei dat vel adiutoꝛiū: sicut cū debilitati vel claudicatiōi addit ipulsus aut offendiculū. Licet aūt cōsuetudinalia vitia

diximꝰ: non tamen ex cōsuetudine male agēdi tātum: immo ex vno malo actu interdū generant: quēadmodū ex vno solo aspectu speciose mulier: amoꝛ turpis ⁊ difficillime curabilis generat in aspiciente. similiter ⁊ ex vnius iniurie passiōe ira vel odiū difficillime placabiles: quēadmodū ⁊ in virtutibꝰ. ¶ De hoc vero vtrum oīa peccata ex vitiis oꝛiant peccata inqꝫ actualia quē intellectū aliis verbis multi expꝛimere cōsueuerūt: videlicet istis. Vtrum peccata

Questio. G habeant qualitates substratas: substratas inqꝫ tanꝙ radices ex quibꝰ oꝛiant: ⁊ tanꝙ fundamenta quibus fulciant atq poꝛtant: ⁊ inde inoleuit sermo iste quem multi credūt esse verum: scilicet non qz malꝰ est qui male agit: sed qz male agit malus est. Quoniam aūt quedam malicia habitꝰ est: ⁊ quedā dispo-

Malicia. sitio manifestū est: qz ex malicia interioꝛi que ex necessitate vel habitꝰ vel dispositio est: ꝓcedit malus actus foꝛinsecus: quare verū est quomā qui malꝰ est interioꝛi habitu vel dispositiōe male agit foꝛinsecꝰ et hoc nullā dubitationē habet. Posito autē qd solūmodo interioꝛi actu male agat: videlicet irascendo vel amando tantū: nō habens omnino malū habitum ire vel amoꝛis: neq malā dispositionē aliā: cuius ista ira sit in eo moꝛtale peccatū. Hoc enim vt posuimus manifestum est ꝙ iste malus est: vtpote dignus eterna moꝛte: et non est malꝰ nisi hac ira: que vtiq malus actus eiusdē est: ergo nō est malus nisi malo suo actu ergo non nisi: qz mala agit: ⁊ hoc indubitāter verū est. Malus eni actu suo foꝛmaliter ⁊ denominatione malus est. ille enim actus cum sit ira mala: ⁊ malicia est licet dispositio sit ⁊ nō non habitus. Questio autem hec non soluitur p hoc non eni questio illa antiquoꝛū de hoc est. ¶ Vtrū qui male agit H

Questio alia. actu aliquo foꝛmaliter malus sit ex illo: qz hoc manifestū est exemplo quod posuimꝰ. sed reuera soluitur per pꝛecedēs exēplū. Quia eni malus est vnusquisq: ⁊ hoc ex malicia que in eo vel habitus est vel dispositio: male agit vel efficiēter foꝛinsecꝰ ꝓculdubio. Qualiter aūt Aristoteles passiones noiet que nos actus nostros interioꝛes noiauimus: ⁊ qua de causa nos iam declarauimꝰ in ꝑmo tractatu de virtutibꝰ ⁊ latius de hoc eodē dicere opoꝛtet in sequētibus: videlicet in tractatu de tentationibꝰ ⁊ resistētiis. ¶ Debes autem scire qz qui vitia diuiserunt in vitia: que sunt i animabꝰ nostris motiuis de doctoꝛibus antiquis nō diuiserūt nisi vitia que sunt i animabus nostris motiuis seu affectiuis. Quare apparet diuisionē eoꝛum imperfectā esse: Diuiserunt eni oīa vitia in septem vt eis visum est. ¶ Nos autē iā ostēdimꝰ in ꝑma parte tractatꝰ istius septē esse vi- I tia notissima virtutis nostre rationalis: siue scḿ ipsam octo concupiscibilis quadraginta et sex irascibilis siue scḋm ipam ⁊ posuimꝰ noiationes eoꝛum ⁊ Nota. rationes nominationū. Diximꝰ etiam qz quadraginta ista ⁊ sex sunt scḿ supfluitatē ⁊ indigentiā: ⁊ medie virtutes iter ea. xxiii. ⁊ qz ista nota sunt tam noībus ꝙ operibꝰ apud nos itelligētes. Noli decipe aiam tuā ⁊ laboꝛes in diuisiōibꝰ que parū vtiles sunt. Sicut aūt videat Iohā. euāgelistā diuisisse vitia i tres

Diuisiões parū vtiles species vel gña in scḋo. i. canonice sue vbi dicit: omne qd in mūdo est cōcupiscētia carnis est: ⁊ ꝯcupiscētia oculoꝛ ⁊ supbia vite. Errat homo hmōi: qm diuisio nō est diuisio vitioꝛū: sed rerū que i mūdo sunt ⁊ que aīas nostras ad vitia carnis ad auariciā atq superbiā incitāt ⁊ incēdūt. Sil'r ⁊ i diuisiōibꝰ que le-

gunt apud apostolū ne post⁹ enumerationib⁹ vel in
Diuisio cesi sacris litteris quō intelligende. euāgelio ne laborauerit tanq̄ oia vitia ibi enume-
rent vel ad enumerata redigant. neutrū eni hoꝝ ne-
cesse est. Magis exēpla sunt que ibi ponunt: q̄ enū
ciatio vniuersalis. cū eni dixisset veritas in. 15. Ma-
thei. Qr de corde exeūt cogitatiōes male: homici-
dia adulteria. ꝛc. ¶ Nō eni oia mala opera vel vitia
enumeratiōe illa cōprehensa sunt. siliter neq3 apud
Marcū in. 7. vbi alia multa enumerant sicut ipudi-
citia: ocul⁹ malus: supbia et stulticia. Et idē dicim⁹
de alijs que apud apl'in legunt: sicut in pmo Rom.
R Repletos inq̄t omi iniq̄tate malicia ꝛ fornicatione
ꝛc. Quare exēplaris est vt dixim⁹ hmōi enumeratio:
et nō diuisio doctrinalis. Quod ergo nobis restat
hic dicendū de vitijs postea que iam dixim⁹ est artifi
cium quo sciatur suggillatio eorū: hoc aūt maxime
scietur ex silitudinib⁹ rerum a quib⁹ etiā ipsa sacra
scriptura noiatur. Noiant eni egyptū qd est dicere
Egyptū. gens tenebrarū atq3 meroris: q̄ lucē gratie extin-
gunt ꝛ mentē obtenebrant: ꝛ eternorū doloꝝ mero-
rem iducūt. Siliter caldei qd intptat quasi demo
nes: q̄ siles demonū sunt: ꝛ diabolice turpitudis
characteres seu ipressiōes. iuxta qd legitur Sap. 2.
Imitant illū id est diabolū q̄ sunt ex parte ei⁹. ¶ Eo
dem modo ꝛ assyrij quod intptat dirigētes vel eri
gentes. Erigūt eni3 miseros pctōres cōtra deū: siliter
Assyrij. et cōtra seipsos ꝛ alterū contra alterū. sicut legitur
Job. 15. Cucurrit aduers⁹ deū erecto collo. Et moy
ses ad iterfectionē chore. Multū erigamini filij le-
ui. Numeroꝝ. 16. Et generalr septem gentes quas
eiecit dn̄s de terra pmissiōis vniuersitas vitioꝝ hu-
iusmodi itelligit. Itē quod est terra: q̄ de terra cor
poris nostri occasionalr oriunt. Cōgruunt eis etiā
noia gentiū illarum: si quis iterpretatiōes eis ada
Chananeꝰ. ptare voluerit: vt chananeus q̄ intptat cōmutat⁹
in felici cōmertio: dum pro virtute in mēte humana
habitat: ꝛ pro eo virtus derelicta est ꝛ ipm vitiū p ea
cōmutat vel cōmutat: q̄ hoc efficit in misero pecca
tore vitium cōmutat enim ipm de bono in malū ꝛ de
homine in brutū: de quo supra multa locuti sumus.
Amorreus ¶ Cōgruit vnicuiq3 vitioꝝ nomen amorrei qd iter-
pretatur amaricās: q̄ dulcē deū in amaritudinē no
bis cōuertunt: dum iratū eūdē nobis efficiūt: ipam
etiam dulcedinē virtutū in nobis amaricāt ꝛ eā dul-
ce vel suaue nobis sepe non sumūt. Et ad hūc modū
est psequi de alijs: siliter ꝛ aspersiōis vitia intelligū
tur et ex factis ipsarū suggillant sicut ex Adam ni-
mius amor in vxorē ꝛ vitiū ambitiōis suggillant: de
qua mala eidem ꝛ posteritati ei⁹ puenit expressiōe
qua decet ostēditur. Siliter ꝛ ex Cayn auaricia pa-
riter ostēditur: ꝛ inuidia dum per hec fratricida ef-
fectus pfugus factus est a facie dn̄i: factusq3 est tre
mulus ꝛ timēs ne omis qui eum iuenirct occideret.
L Et merito ab vno quoq3 mortē timuit: qui nec etiā
Nota. fratri vnico a morte pepcit. Ex ipsis etiā noib⁹ psō-
narum intpretatiōibus diligēter cōsideratis ꝛ cōue-
niēter adaptatis vitia efficacit suggillant vt q̄ adā
interptat terra siue terren⁹ siue terra rubra que pri-
mū dei mādatū auaricia siue ambitiōe trāsgressus
est q̄ terra vel terrenitas in nobis operetur: videl3
transgressionē diuinorū mādatorū. hoc vno exēplo
manifestū est. ¶ Amplius Quia p gulā auaritiam
atq3 supbiā peccauit et ex illo vno hoie tria illa pec-
cata simul exorta sunt: isinuauit spūssctūs i scriptu-
ris illa ex terra vel ex terrenitate in nobis procedere
omia genera peccatoꝝ: ꝛ quoniā Cayn intptat
possessio terrena: insinuatū est nobis ibidē: q̄ pos-
sessio fraternitatē occidit: hoc est omnē in proximo Vide.
fraternā dilectionē extinguit. Auarus eni3 nullius
amicus est. et quoniā in Abel interptat luctus in eo
facto: scilicet quo Cayn interfecit Abel: qd possessio
interfeci luctum: possessio nāq3 tēporalis siue terre
na amatores suos lugere paupratē spiritualiū bo-
norum ꝛ amissionē celestis hereditatis nō patitur.
Similiter in abel qui quasi nihil iterpretat hic qua Abel quid.
interptatione intelligit nihilitas id est vanitas ꝛ vi-
litas visibilium bonorū. ¶ Per hoc q̄ per pnomē
demōstratiuū consueuerūt maxime desiderari: que
oculis subiecta sunt insinuatur: q̄ possessio tempo
ralium contēptū eorum iterficit iuxta modos istos
q̄ Jeroboam interptatur tēporalitas. Jeroboā au Jeroboam
tem rex fecit scisma in Israel ꝛ induxit idolatriā: i ip quid.
so euidēter etiam signatū est: quia tēporalitas diui
dit ecclesiā dei: ꝛ scindit omimodo diuisionis ꝛ aua-
riciam in eam induxit: que est idoloꝝ seruit⁹. Si
cut legitur ad Ephesios sexto. Et quoniā duo ido-
la instituit iste Jeroboam. Alterū in dan: alterū in
bethel: manifeste ostēsum est idolatriā auaritie i iu
dicibus et in prelatis per tempalitatē inductā esse.
Dan enim interptatur iudicium. Bethel autem do
mus dei. Congruenter ergo figurata est corruptio Dan.
auaricie per temporalitatē in tribunali iudicium ꝛ Bethel.
ecclesia siue templa que deberēt esse cōgregatiōes
sanctorum siue in regnū ꝛ sacerdotiū vel iudicium:
et etiam sacridotiū. Nominib⁹ etiam animaliū im- N
mundorū et mōstruosorū nominant vitia in scriptu Vitia mon
ra: sicut nomie sanguissugarū gula ꝛ auaricia Pro- stra ꝛ alalia
uerbiorū decimotertio. Sanguissuge due sunt filie
dicentes affer affer. et hoc est scdm Bedam. Conue
niētius autem auaricia et luxuria. Eodēmodo no-
mine serpentis detractor: ꝛ per ipsam mordacitatē
serpētis vitium detractionis. sicut dicit Salomon
Quomodo si serpēs mordeat i occulto: sicut nihilo
min⁹ eo habet qui occulte detrahit. sic per scopio- Vulpes.
nes proditos. Per vulpes fraudulēti allocutores:
et isidiatores per camaleonta qui colorem suū mu- Scorpiōes
tat in similitudinē eius in quo est vel iuxta quod est
Assentatores qui pertētant quid velint vel intētant
homines vt eis assētiant. Sic per equos temerarij
atq3 precipites et etiā superbi. Per leones crude- Leones.
les ꝛ iracundi: similiter ꝛ rapaces. Leo eni rugiens
et vrsus esuriens: pīceps impius sup populū pau-
perem. sicut legitur Prouerbiorū. 28. Sic per cor- Corui.
uos: qui semp dicunt cras procrastinatores bonoꝝ
et etiam solutionū eorum que pmiserūt. Qui autē
in vitio rapacitatis maiori rabie in subditos seui-
unt per lupos vespertinos. sicut Ezechielis. 22. Prī-
ceps eius in medio eius quasi lupi rapiētes predā
ꝛc. et iterū. Princeps eius lupi vespere quod est di-
cere vespertinū. Cum eni lupi vsq3 ad vesperā ieiu-
nauerūt nec hominib⁹ parcunt: ꝛ in villas ad deuo- Buffones.
randū homines irrūpunt. Similr p buffones mali- Rane.
gni: per ranas garruli: per calandrinos loquaces: Monedu-
per monedulas auari: et etiam per coruos. vnde di la.
cit Tullius. Non plus tibi aurum q̄ monedule cre
dendū. Eodemmodo per aues noctis: id est que de
nocte solummodo volant nocturni fures ꝛ quecūq3
in latibula tenebrarū: vt male agant exquirunt ꝛ lu
cem fugiunt. sicut dicit veritas in euangelio Johā-
nis octauo. Qui male agit odit lucem. Sic et p pi-

¶ Amplius. Dicit aristoteles. q2 vis que est in semine similis est artificiis. Quemadmodū ergo artifices ex artificiis suis et scd̄m illa operantur inq̄ opera artiū suarum videlicet domos instrumento statuas pannos pelles. Sic semina ex virtutibus vel scd̄m illas operantur generando ea q̄ ex ipsis fiunt. Sicut ergo artifices constellationes nō consulunt vel obseruant nec etiā obseruandas vel consulandas arbitrantur: sed magis artes suas et artium precepta pro operibus suis vez vt ea recte et qualiter docet operantur. Sic neq; seminum operationes ex constellationibus pendent vllatenˀ: nisi forsitan in hoc ꝙ aer ab ipsis stellis temperatur ac disponitur. Ita similiter et terra vt dispositionibus eorū operationes seminum adiuuātur. Quis eñ dubitat de textore qui tota vis seu virtus totaq; extendi apud ipsū sit: ꝛ q̄n sua vi moueat instrumenta texendi. et arte sua regat motū eorū: et quia ꝓpter opus texendi nihil extra se requirat nisi pānu materiam et instrumēta texēdi: nisi forte propter obscuritatem aeris aliquando lucernam: et de fabro similiter se habet atq; de vnoquoq; aliorum artificum quorum nullus stellas consulit vel consulādas existimat immo pro omni genere artifitialiuz operum se solos esse consulandos et requirendos plane dicunt et asserunt ipsisq; solis credendū esse de his que ad artes suas pertinent. Hoc etiaz communitas omnium quasi per se notū habet et tenet videlicet ꝙ vnicuiq; artifici credendum est in sua facultate et de rebus sue facultatis vt grāmatico de grammaticalibus: et fabro de fabrilibus: et generaliter cuilibet artifici de artificialibˀ suis.

Nota

Artifici credendum

Error astronomorum

Error autem absurdissimus est abstronomos in talibus consulere: aut de talibus eis credere, vllo mō. Et q̄niam de his in tractatu de legibus multa diximus sufficit tibi quantum ad presens propositū aliquā viam apertam esse vt contradicendū hmōi erroribus. Hic enim tanq̄ ex incidenti de his locuti sumˀ radicalem eorum destructionem atq; completā nec non et declarationem veritatis in iudiciis astronomie singulari tractatu reseruantes. Non eñ aliter radicitus et perfecte vel destrui errores possūt vel declarari veritas nisi positis et numeratis radicibus et fundamentis quibus sic innitūtur radices hmodi et in quibus euentus hominum et totam inferioris mundi gubernationem siue administrationem fataliter asserunt prouenisse.

¶ Q; autem tetigimus de electionibus artificiorū vel etiā viciorum manifestum est quia voluntarie sūt et etiā ex propria voluntate eligentium q̄ñq;: quādoq; ex aliena vel dispositione vel solitatione veniente ex defectu vel penuria temporaliū. verbi gratia. Ab ipso sensu manifestum est. Aliquis enim eligit propria voluntate effici miles. Alius clericus aut alterius modi artificū. Interdum autem ex dispositione paterna siue materna. Filios eñ paruulos ꝓ voluntate sua plerūq; patres applicant artificiis ꝛ officiis et interdum religioni interdum matrimoniis ꝛ hec omnia faciunt ex certis causis: quas enumerare longissimū esset. Aliquis eñ habens fratrem vel conatū episcopū: facit filium suū clericuz: plerumq; in lucruz in spe ꝙ beneficietur ab episcopo illo. Alius ex deuotione facit filiū suū clericū. s. vt habeat eum intercessorē ꝓ se apud deū. aliˀ applicat ipsū religioni non ex deuotione sed vt amor sit aliis fratribus portio hereditaria. Paupertas vero multos viros ad rapinas et latrocinia et alia innumera malefitia: multas mulieres ad meretritiū induxit: qui et que omnes si interrogaretur: nō stellis aut cōstellationibus artifitia vel offitia vel malefitia sua attribuerent: sed magis sibi et voluptatibus suis scientes indubitanter causas motiuas voluntatū et desideriorū suorum: similiter et fines siue causas finales eorundē: vnicuiq; autem de seipso credendū est qui magis nouit interiora sua. Hoc est cogitationes ꝛ affectiones soli notūt. Manifestū igitur est astronomorū omniū testimonio hmōi stellas innocentissimas esse in parte ista: q̄re qui talia eis attribuerunt: iniquissime eas vel culpant immo damnabiles ꝛ humanaz naturā ac res humanas peruertere cōfundere ac cōturbare eas asserunt in seipso.

Nota

Stelle innocentes

¶ Cōparationē facit originalis peccati ad alia peccata tam actualia q̄ venialia.

Post hec āt mēsurare tētabimus peccatū illud quod originale dicitur et cōparare aliis tam actualibus q̄ venialibˀ: ꝛ de pena que pro eo iure infligitur que ꝛ quo iure pena infligitur. Ubi oportet te primo nosse: q2 nō ꝓprie culpa dicitur: sicut neq; demeritum. Qualiter enī culpa ꝓpria dici potest vel culpabilis in quo nullus peccat vel peccare potest neq; male agere aut male obmittere quod agendum esset.

I

Peccatū originale nō dicitur culpa

¶ Amplius. Quomodo culpandus est aliquis: ꝓ eo quod nec agit nec egit: immo omnino nesciens et inuitus illud patitur. Presertim cū tā ignorantia illa paruulorū: tam violētia: quā i hoc patiūtur: videlicet in cōtrahendo illud inuicibilis sit. Si autē nō est culpabilis vel ꝓ ea culpandus aliquis ergo nec puniēdus. Inique ergo puniunt paruuli ꝓ illo sine baptismo decedētes. Presertī cū augustinus penā paruulorū ignē eternū vocet in libro de fide ad petrū: alioquin qualiter dixisset apostolˀ Omnes nascūtur filii ire. Si enī nō debetur ira pene originali peccato: quomodo filios ire facit eos qui cū eo nascūtur? Dicimˀ quia cū originale peccatū actuale nō sit pena ei actualis nulla debetur id est nec ignis gehenne nec vermis conscientie nec etiam purgatorius ignis. Q; autem Augustinus

Nota bonū dubiū

penam eius vocat ignē eternum: eo tropo vsus ē quo omnis pena: omnis tribulatio interdū ignis vocatur. Quemadmodum aūt leprosi extra castra
k a sanis et mundis hominibus vt pote idigni cohabitatione eorū. Et hec separatio licet pena sit: nō tamen vindicta est lepre: vel pro lepra in vindictā illata cum lepra nullo modo culpa sit. Sic paruuli nec loco purgatorij digni sunt: cum in eum non intrent: nisi gratia dei prediti atq; sanctificati ⁊ gloriam eterne beatitudinis expectātes. Similiter nec limbo inferni digni sūt. vbi sancti patres beata spe consolati: vt dicit Beda superne patrie ingressum expectabant. Quare manifestum est locū paruulorum hmōi: vez qui cum originali solo decedūt: qui nullum actuale et dum viuerent addiderunt medium esse inter iehennam et purgatoriū: vbi hmōi paruuli tanq; lepra originali imūdi seorsū a locis sanctorum seclusi perpetuam mansionem sunt habituri neq; enim in gehennam detrahendi sūt cum illis peccato originali, actuali mortalia addiderunt q; aūt quidam carentiam visionis dei penam originalis peccati esse putauerunt. Manifestum ē esse falsum. Cum enī habitus gratie siue gratia ipsa causa sit visionis dei: erit ex necessitate carentia gratie causa carentie visionis dei. ¶ Amp. Si adā anteq; gratia illustratus esset et ante etiā q; peccas-
l set decederet in statu vez inocentie naturalis: procuildubio visione dei careret cum enī non haberet gratiam ex necessitate nec gloriam obtineret. Cū ergo paruuli de quibus loquimur careant gratia dei. Hoc ipso ex necessitate carent et gloria: cū gloria non detur nisi gr̄e siue pro gr̄a. Si enī affirmatio est causa affirmationis erit negatio causa negationis: et si habitus causa est habitus vel habēdi: erit carentia causa carentie siue carendi. ¶ Amp. Si ablata eēt puulis ista lepra originalis ⁊ nō eēt eis data gratia certum est q; adhuc carerent visione diuina cum sola introducat gratia homines ad gloriam. Manifestum ergo est qz preter carentiā visionis diuine que omnibus damnatis cōmunis est ex omnibus non saluatis: haben etiā tenebras originalis istius infectionis et propter illā habēt elongationem a locis multis. p que via eē consue-
m uit ad visionem dei et separationem intransibilem quare manifestum est: quia preter carentiam visionis dei quasi duo genera tenebrarum patiunt. Scilicet ipsas tenebras immūditie et corruptionis originalis et tenebras elongationis ac separationis a claritate visionis dei quas diximus. ¶ Q si dixerit quis quia dolorem inestimabilem patiunt p eo q; priuati sunt gloria visionis dei: ad quam se creatos et natos esse cognoscunt errat quoniā dolor iste esset pena actualis ⁊ cordis sensibilis quare iniuste eis irrogaretur: cū pena actualis nō debeatur nisi pro peccato actuali. Si quis vero querat qualiter sine dolore incredibili cogitare possint vel aduertere se nō obtinuisse beatitudinē cū ad illam nati essent. Respondemus magistri nostri tempo-
n ris quia multi sine dolore sustinent quod reges nō sūt et etiam sine inuidia vident alios esse reges cū tamen eiusdē conditionis secundū naturam se et illos esse cognoscant. Sicut ergo isti nō dolent q; regnū temporale non sūt adepti: ita nec isti de regno celorū: nobis autem non videt eousq; clarū esse puulos in eam scientiam pficere vt talia sciant de se

Simile

Locus infātium non baptizatorum

Gloria debē gratie

An dolorē aliquē patiātur ifātes nō baptizati mortui

Nota

vel regno celorum. Non enī prohibiti videntur eē si hoc esset quin possent inestimabiliter pficere in dei cognitione: psertim cum nulla pena eos auerteret nulla occupatio eos īpediret. Et ipsius peccatū originale pfectū hmōi pateretur sicut et patit̄ i sarracenis et paganis et alijs infidelibus: et etiam mortalia actualia patiuntur eos in cognitione dei et eorū que eius sūt ⁊ hoc in tāta breuitate vite istius quantū ergo possunt pficere paruuli hmōi i tota ppetuitate vite illius nec occupationib⁹ distracti nec peccatis mortalib⁹ obscurati sed sola originali corruptione vt dixim⁹ impediti. ¶ Cum aūt cognitio dei non possit non esse iocunda ⁊ quāto maior tanto iocūdior cresceret autē istis sine termino: cresceret ergo iocūditas eius eidē sine fine: Quis ad gaudiū diuine visionis nec vnq; pertingeret nec vnq; eidē fieret pganda. Essē ergo hmōi puulor stat⁹ multe felicitatis: ⁊ si nō felicitatis glorie pperande haberēt enī pacē de oīb⁹ inquietudinib⁹ ⁊ molestijs: securitatē a periculis iocūditatē ex diuine cognitionis cōtinuis pfectibus pter hec omnia ⁊ alia q̄ scribere supsedemus dictum⁹ non eē clarum. Presertim cū nuq; determinatū sit in scptura vel scptis scōr nec i traditionib⁹ scolasticis vl dogmatibus an puuli sic philosophari possint ⁊ philosophādo eo usq; pficere: nec dei iustitia phibere videatur eos ad cognitionē ei⁹ talē conari vl ab eis veritatem suam eousq; abscondere q; philosophis blasphemis et peccatorib⁹ reuelauit. ¶ Relinquēdū ergo est illud discussioni altiori siue alterius ne nouitas philosophie hacten⁹ inaudita peruulorū aures offendat simplicium et bonorū. Quod aūt dicit Apostolus: quia omnes nascūtur filij ire ad feditatē originalē conuenienter referri potest cui merito iratus est deus pter ipam: et insup quia aduersatur gratie et virtuti. Et radix vt diximus est scaturigo et seminariū peccatorum quibus ira dei puocatur vel quēadmodū dicit veritas in euāgelio quosdam esse filios regni qui eijciendi sūt foras: non quia cū regno vel in regno nascātur vel nati sint: sed quoniā ac si essent regni heredes illud eis diuina misericordia pparabat. Sic et omnes tanq; essent ire infernalis heredes ad eam originalis malitia ptrahit hic eosq; ad eam parat quantū in se est.

Uide hunc locū

Omnes nascūtur filij ire quo modo

¶ Disputat de mēsura seu magnitudine originalis peccati.

E mensura autem seu magnitudine originalis vicij seu peccati aliqua dicere necesse habem⁹: ppt questiones ⁊ difficultates quas habet. Uidetur enī esse omniū peccator vicior minimū cum enī q̄ est pportio seu comparatio pene ad penam eadē sit peccati ad peccatum. Comparatio vero pene cuiuscūq; venialis ad penā originalis nulla est maxime pene purgatorij Cū ei ignis purgatorius vt dicit Augustin⁹ maior sit q; quicquid homo i hac vita pati potest: omnis enī locus siue elongatio a visione dei nihil ē in penalitate cōparatione ignis vite istius quare nulla erit cōpatione pene originalis ad penā venialis ergo nec peccati ad peccatū. Erit ergo peccatū originale min⁹ incōpabiliter q; veniale. Dixim⁹ autem elōgationem a visione dei quoniā carētia visiōis dei ex carētia gr̄e est vt s diximus: sed et elongationē facit maiorē et tenebras densat: peccatū ori-

Q

Ignis purgatorius

ginale vt supra ostendimus ¶ Amplius. Quia melior est dies vna in atriis dei super milia. Peccatū veniale quod per diem vnam detinet animā humanam in purgatorio aufert ei gloriam vnius diei et gaudium in celesti beatitudine. Huic autē damno non est compabilis vel densitas tenebrarū vel elōgatio maior a visione dei sicut neq oppoſita eorū p compabilia sunt. Appropinquatio vero adde visionem opposita elongationi quam facit originale peccatū et ipsa etiā mūditia ab originali peccato nullā habet pportionē vel compationē ad beatitudinē vnius diei in gloria generaliter enī nihil quod sit nature vel gratie etiā compabile est alicui eorū que sunt glorie Et hoc declarauim⁹ i tractatu primo de virtutibus. Siue ergo ad damnū respiciatur incomparabiliter est maior pena damni ex veniali ꝙ ex originali sed ad exacerbitatem similiter cum acerbitas pene purgatorie icredibilis sit acerbitas aūt pene originalis pcti nulla. Si vero respiciatur ad bona contraria eoꝝ modo se habet bonū eñ qđ differt vel aufert veniale peccatum vt diximus incomparabiliter maius est ꝙ qđ auferet originale. ¶ Amp. Nulla dubitatio est quin omne peccatum mortale in infinitum maius sit ꝙ originale: et hoc est quoniam pena iehennalis que pro quocunq peccato mortali debetur in infinitum maior ē ꝙ cuncq alia: in infinitum ergo mai⁹ est quodcūq peccatum mortale ꝙ originale: ergo originale in infinitum est minus quocunq mortali. Sed omne veniale similiter in infinitum min⁹ est quocunq mortali. Originale ergo et veniale eque minora sunt ꝗlibet mortali. Quare inuicem equalia sunt. Quecunq eñ eodem eque maiora et eque minora sunt inuicē equalia sūt per illam propositionē quinte geometrie. Si fuerit duarum quantitatū ad quancūq tertiam eadem proportio illas esse eq̄les et conuerso. In quo respondemus sicut iam alibi diximᵘ peccatum tres habet comparationes seu facies. Iuxta illas tres magnitudines seu intensiones. Primo est ei facies essentialis qua est id quod est sicut aliquis actus corporalis vel spiritualis. Secunda facies est ei ad ipsum subiectū in quo est: et scđm hanc faciem est lesio vel vulnus ipsi⁹. Tercia est ei facies ad deū et scđm hanc et est et dicitur iniuria vel offensa dei. Verbi gratia. Eadem fornicatio et actus quidam est in se et lesio vel vuln⁹ fornicantis: et iniuria vel offensa dei: et contingit istas tres intēsiones seu magnitudines inequales esse. Quandoq eñ maior est actus in eo qđ actus et inde maior dei offensa: et etiam minor lesio subiecti. Iste vel magis delectatur fornicando: vl' diutius est in actu et est simplex laic⁹ ꝙ iste sacerdos vl' literat⁹ maior igit est actus fornicādi in eo act⁹ laici ꝙ isti⁹ sacerdotis tñ fornicatio sacerdotis ē maior dei offensa. ¶ Amp. Cōtingit interdū post vnā fornicationē fastidire et adhominari mulierē vnā sicut contingit quod amon thamar sororē suam fastidiuit statim postꝙ cognouit eam et eiecit eam a se. Interdum vero mulier adeo cordi cum ea fornicantis illabitur vt totus amore ei⁹ capiatur: sicut factū est de sychem et dyna q conglutinata est anima eius cū ea sicut legitur Genes. xxxiiij. Siue equales ergo siue inequales actus fornicationum ipsorum in eo quod actus tamen maior lesio in cōpabiliter ipsi⁹ sichem pp̄ter hoc dicit Amb. sup epistolam ad Romaū. Quia grauiter o homo peccas si diuitias longanimitatis dei cōtemnis grauissime si ignoras. Ignorātia igitur ibi dicitur grauissimū peccatū: et hoc pp̄ter lesionem subiecti. Cōtempt⁹ enī dei grauior est sed in eo ꝙ iniuria ꝙ ignorantia eiusdē: et hoc est quoniam ignorātia dei adeo ledit subiectū: vt nec radicē aliquā boni in eo relinquat nec enim fidē informem in eo relinquit. Cōtempt⁹ autē dei non est sine cognitione ipsius aut fide Non enim contemnitur quod penitus ignoratur. Iuxta hūc modum dicimus q ignorātia alphabeti maior vel grauior ē ꝙ totius astronomie: quoniā ignorātia astronomie solam astronomiam tollit ab ignorante illam. Ignorantia vero alphabeti et illam et omnem aliam scientiam naturalem. Cum ergo queritur de originali vtrum sit maius aut minus ꝙ veniale distinguendum est qualiter maius sumit iuxta prenominatos modos. Non eñ vniuoce dicit hoc magnum. Q; si de magnitudine lesionis intelligatur proculdubio incōparabiliter maius: id est magis ledens est proprium subiectū originale ꝙ veniale. Est eñ morbus profundatus et diffusus i totam animam vel totum hominem et adherens adherentia perpetua nisi diuina virt⁹ curauerit. Veniale vero sicut pustula leuissima et cutis cōtaminatio p modica que facile curatur et transit. si de iniuria dei vel offensa intellexerit vtrum maius sit vel maior iniuria dei vel offensa originale ꝙ veniale. Respondemus q: veniale nec iniuria nec dei offensa est nec dicitur. Similiter nec originale peccatum cum nec actus illicitus nec obmissio actus quin p̄cepto est: sic non est iniuria dei vel contumelia seu offensa. Omnis eñ offensa vel iniuria actus est alicuis vel priuatio seu obmissio actus. Quod vero dicūt de dāno siue pena dāni nō ē verū: immo incomparabiliter magis dānificat subiectū propriū pecatum originale ꝙ veniale. Veniale enim ad tempus tantū in eo quod veniale: et quātū in se aufert vel differt solam glorie portionem. Originale vero totam aufert quantū in se est: non enim est trāsiēs originale peccatū quantum in se ē immo adherēs perpetuo et ipsam gratiam que est via ad gloriam immo ius et dignitas obtinendi illam secū esse nō patitur. Veniale autem nec gratiā extinguit nec minuit: vt alibi ostendimus: immo secum eā patit Ad id autē quod dicit: quia que ē pportio pene ad penam eadem est peccati ad peccatum: et de pena illata in vindictam est intelligendum ex iustitia scilicet vel ira dei: de hmōi pena nō ē actual'. ¶ Preterea cum hic dicitur: que est pportio pene ad penam: eadem est proportio peccati ad peccatū: intelligitur quātum ad culpā que est iniuria dei vel contumelia seu offensa. Hec autē non habent locū de originali peccato sed neq culpa proprie dicit originale peccatum: cū p eo neq causandus neq culpandus sit aliquis: nec diuine bonitati conueniens esse videtur p eis que nescientes penitus et nullo modo volentes vel consentientes patiūtur. ¶ Ad tertiū vero quod dicit quia quodlibet mortale in infinitū est maius ꝙ originale. Responsum est per ea que diximus: id est per distinctionem quā premisimus. Non eñ est in infinitum maius: id est maior iniuria vel offensa dei mortale vel originale cū originale nec iniuria nec offensa dei sit. Si vero intelligat in infinitum magis ledens subiectum ꝓprium

Peccatū veniale

Nota

Q

Peccatū mortale

R

Nota

Sychem

S

Originale magis ledit ꝙ veniale

Veniale nec iniuria dei est nec offensa.

Veniale aufert glorie portionem

Veniale secū patitur gratiam

Mortale peccatum mai⁹ ꝙ originale

ad vulnerationem vel debilitationem: hoc non est
veruꝫ: immo multomagis originale ꝓpter causas
supradictas. Quod aūt dicit de penis non dicit ni-
si equiuoce vt diximus. Equiuoce eñ dicitur pena
mortalis et pena originalis: iehenna ei pena est il
lata et vindicta inflicta: mitra insuper pro quoli-
bet mortali ex ira vel iustitia dei. Non aūt sic se ha
bet nec sic intelligitur pena originalis: non enī me
rita neqꝫ meritis reddita vt supra ostendimus. Cū
originale peccatum non sit meritū alicuius pene

Originale peccatū nō ēmeritū alicuius pene

nec eo quisqꝫ vnq̄ admereatur vel demereatur: nec
sequitur vllomodo si duorum aliquorū vtrūqꝫ sint
in infinitum maiora tertio ꝙ ideo sint eque maiora
illo vel illud eque minus eisdem sicut ab ibi dict
sit quia superficies et linea sint in infinitū maiora
puncto. Non eniꝫ eque maiores illo vel illud eque
minus illis. ¶ Et quoniam de dissensione inter pla
tonem ꝛ Aristotelem supra fecimus: errorqꝫ plato
nicus manifeste sit contra catholicam doctrinam.
Aristotelis aūt sententia cū ipsa concordare vide-
tur conueniens arbitramur contra platonem aliq̄

Aristotel sētentia cū catholica dotrina cō- cordat

dicere maxime cum error ipsius originalem corru
ptiones euidenter tangit. Sententia aūt platonis
in hoc fuit animas a principio creatas fuisse in ce
lo et singulatim in stellis cōparib⁹ collocatas: cre
atas autem sciētia perfectas: qualisquidem natu
raliter susceptibiles sunt. Quapropter necesse ha
bet consequenter ponere easdeꝫ creaturas fuisse in
simili perfectione virtutū: quod est dicere virtutū
naturalium coniunctione vero vt supra diximus
corporum velut haustu lethei fluminis ebrietas ꝛ
absorptas ita vt nihil de alterutris dictarum per-
fectionū omnino reminiscantur. ¶ In primis autē
querimus ab eo vtrum similiter sentiat de anima
bus brutorum: ad quod reuera respondere potest.
quia superuacua esset et omnino inutilis creatio eaꝝ
extra corp⁹: cū extra illa nihil prorsus valeant opa
ri: vires enim ipsarum per sola corpora et in solis
corporibus operantur. Esset ergo earum esse sup-
uacuum penitus et ociosum. Cuꝫ ergo creator om-
potentissimus nihil esse velit esse superuacuū aut
inutile in operib⁹ suis. manifestū est ꝙ eas nō crea
uit extra corpora sua. ¶ Querimus ergo a Plato
ne. Utrum aīe sic create haberēt vires q̄ nō operā

Plato

tur in corporibus et ꝑ corpora veꝫ quinqꝫ sensus ꝑ
ticulares exteriores et sensū cōmunem interioreꝫ.
Eodē modo imaginationē et memoriam. Qꝫ si il
las habebant cum manifestū sit eas nō posse opa
ri nisi in corporibus et per corpora. Superuacueqꝫ
et ociose tantis milibus annorum fuerūt eis vires
hmōi p̄sertim cum tam paucis annis in corporib⁹
suis aīe iste future essent ꝛ vires iste operarent: ꝙ
si eas non habebāt: sed addite sunt eis in coniūcti-
one corporuꝫ suoꝝ cuꝫ hmōi vires ex necessitate es
sentiales sunt eis quantū ad illa create sūt anime
humane. Quare partim fuerunt in cōparibus stel
lis sm platonē parti create in ipsis corporib⁹ dum

Nota

eis coniunguntur. Non ergo simplr fuerūt create
sicut ipse ponit sed ꝑ partē et ita inuenietꝰ in aīab⁹
hūanis pars ꝛ pars altera vet⁹ ꝛ altera noua: ꝛ ita
nō erit simplex ꝛ īpartibilis anima hūana: qđ nec
ipse plato etiam vnq̄ sensit: videlicet vt partibi-
lis esset anima humana. ¶ Querimus etiam qua-
liter ipse dicat eas esse creatas extra corpora.
Utrum scilicet in loco aliquo vel in ipsis stel-
lis fuisse dispsas in quibus eas esse vel fuisse asse-
rit collocatas: ꝙ si in loco alio et deinde per stellas
fuisse dispsas. Ab illo ergo loco ad cōparationes
stellas mote sunt ꝛ ꝑ motum ad illas deuenerūt. Iā
autē declarauit Aristoteles in libro quem vocauit

Aristotel

auditū: quoniam impossibile est impartibile quod
cunqꝫ moueri per se. Si vero creati fuerint in cōpi
bus stellis: aut erant intra ipsas stellas animātes
et viuificantes eas: aut erant in eis quasi ī recepta
culis aut super eas quasi in vehiculis equitantes
seu sedentes. Qꝫ si in eis erunt: recessu ergo earuꝫ
a stellis mortue sunt stelle et extincte obseruate au-
tem sunt stelle et note tam per multa milia annorū
a curiosissimis inspectoribus et obseruatoribus et
nihil tali immutationis in eis inuentuꝫ est vt ap-
pet immo contrariū videlicet ꝑpetua et omnino il-
lesa status earuꝫ quantū ad hoc stabilitas. ¶ Am-

Nota

plius. Que esset vtilitas nobilissimas stellas extin
guere et mortificare ꝓpter vilia caduca humana
corpa viuificanda. Hoc enim esset celo decorē suū
et ornatum tam mirificum auferre et illū terre da-
re secundū hoc etiam tam diu est ꝙ omnes stelle de
celo cecidissent: velut extincte et mortue vel saltem
maior pars. Quorum cōtrariū manifeste apparēt
ꝙ si anime humane erant in stellis hmōi tāq̄ in va
sis seu receptaculis. et hoc valde friuolū et absur-
dū. In vasis eni seu aliis non solēt aliqua repōi ni-

Friuolū

si vel ad conseruationē vt vinum et oleuꝫ et balsa-
mū vel ad custodiam vt thesaurus. Uel ad captiui
tatē vt fures et latrōes hostes aut obsides aut ali
qua hmōi causaꝝ quarum nulla in animabus hu-
manis inueniri potest. ¶ Amplius. Quid ē anima
in vase nisi quēadmodū scientia in cophino vel in
pixide: quēadmodū ergo loca vel vasa corpalia nō
possunt capere spirituales vel esse receptacula ea-

Stelle corpa sūt

rū. Sic stelle tue vtiqꝫ corpa sunt: vel res corpales
sunt non possunt esse vasa vel receptacula animaꝝ
¶ Amplius. Aut volūtate ꝓpria ꝛ sponte descēdūt
ad corpa et applicate sunt cū illis: aut contra volū
tatem et ꝑ violentiā Si voluntate ꝓpria aut ꝑscie
sue inebriationis ꝛ obliuiōis q̄ fit eis ex cōiunctio
ne corporꝫ suoꝝ aut nō ꝑscie. Si ꝑscie q̄re sciētes ꝛ
prudentes in tanta mala se ipsas precipitant: nec
sapiētes sciētes sunt. Hoc enim est quemadmodū:
si quis sciens et prudens semetipsū cecū ꝛ surdum

Nota

efficiat scienter et ꝓpria volūtate. Qꝫ si dixerit q̄
tantus amor tantūqꝫ desiderium est eis cōiungēdi
corporibus eaqꝫ regendi. vt tanta mala ꝓpter hoc
negligant. stultiores esse confitentur in comparib⁹
stellis q̄ future sunt in corporibus. Existentes eñ
in corporib⁹ nihil tale vnq̄ attentant. ¶ Amplius.
Non solum stultas ꝫ etiā furiosas eas esse in cor-
poribus stellis de necessitate sequitur ex hoc. Nul
lus eñ nisi furiosus in talia discrimina se ꝓcipitat
amore cuiusq̄ rei vł desiderio sitr nec ī mortē. Iste

Casus aiarum

aūt casus quo sic absorbētur. ꝓculdio mors q̄dā ē:
aut non longe a morte. Si vo cōtra volūtatē ꝓpri
am vł ꝑ violentiā detrudantꝰ in corpora ꝓfa inique
agitur cū eis: si peccato aliq̄ nō meruerīt: quare re
linquitur eas peccasse anteq̄ ad corpora descende
rēt: ꝛ merito peccatorū carceribus corporū mācipa
tas. Qualiꝰ aūt peccare potuerīt extra corpora ꝛ q̄
gñe peccati: maxīe cū scirent sibi tātā penaꝫ iminē.
nec haberēt infirmitatem q̄ eas traheret ad peccā-
dū. Neqꝫ ei gula: neqꝫ luxuria apō eas locū habuit.

ista enim carnalia peccata tantū sūt: et p carnē solūmodo ppetrantur: sed neqȝ auaritia corpalis esse potuit. Corpales eni diuitias creatura tantū spiritalis et q̄ illis nullo modo vti potest nō cōcupiscit. Fuit ergo vel supbia vel auaritia spiritualis vel aliquid aliud ex spiritualib⁹ peccatis ꝛ ita vel eo vel simili genere peccati peccauerūt quo angeli mali. Quare similis debet esse pena earū pene āgelorum maloꝝ. ¶ Amplius. Secundū hoc i nullo differebant ab angelis q̄ntū ad essentiam: cum essēt create pfecte in scientia et virtutibus sicut et illi. Vires eni earūdē specierū habebant cum ipsis: verbi gratia. Vires intelligēdi volendi et amādi ꝛ si que sunt in substātijs hmōi ꝛ quare viribus non discrepabant essentialiter ab illis: sed neqȝ in actib⁹ aut pfectionibus: cū ei eedem essent pfectiōes ꝛ i vtrisqȝ essent in actu siue i effectu. Sequitur ergo ex oib⁹ his animas nostras nō esse nisi malos angelos: id est demones incarnatos quā absurditatē neqȝ ipse plato vnq̄ credidit: qui et si deificari eas posse credidit: eos tamē deos esse nūq̄ dixit: immo inter ipsas et deos semper euidenter distinxit eosqȝ rectores animarum: et forsitan actores aliquaten⁹ credidit: q si tanti mali sui nō pscū erant in cōparib⁹ stellis: q̄liter hoc eas ignorare pmittunt ille qui et plet⁹ s numeris sibi iniūctis de corporibus ad stellas cōpares reuertūtur. ¶ Amplius. Si in ea sapientia create sūt longe maior ē indubitāter ea sapientia quā incorpibus habiture sun t. Quomodo p sapientiā q̄ habiture sūt in corpib⁹ hoc cognoscūt videlicet mala que in corporibus patiuntur quomodo per illaȝ maiorem quam habebant in stellis comparibus hoc non potius cognouerunt.

¶ Amplius. Scōm platonē in corpore nihil discūt sed eorū q̄ prius in cōparibus stellis cognouerant reminiscuntur: anima ergo platonis et sectantium suorum hec reminiscendo cognoscit et prius hec nouerat in compari stella. Qualiter ergo et qua de causa in tanta mala venit: habet ergo furiosus cui pcipitationes suas imputat quibus se in aquā in ignem et gladios precipitat: habent aie in corporibus existentes infirmitatē a parte carnis: ꝛ originalem corruptionē quibus aliqualiter imputari possūt mala que eis accidunt: sed cū erāt in cōparibus stellis sapientia et virtutib⁹ naturalib⁹ ad minus vt ipse ponit pdite: que cum eas in istas tenebras ꝛ alia mala q̄ in corporib⁹ patiūtur detraxit.

¶ Amplius. Cum illa corpora adeo noxia sibi eē p nominant. Qualiter tam ceco amore tanqȝ furioso desiderio eius coniungi appetierūt. Q si dixerit q delectabile est eis coniungi corporib⁹. Unde hoc dicit cum hoc ipsū. id est cōiunctionem suā cū corporib⁹ ignorent penit⁹: similiter ꝛ ipsa corpora qn̄ eis cōiunguntur cū in ipo puncto cōiūctiōis inebriantur: et omnia q̄ sciebant obliuioni tradant. Et iam dixerunt aliqui q naturali desiderio ad ea descendunt quos errasse facile est fieri manifestuȝ. Naturale eni desideriū non est rei nisi conuenientis et salutaris ipi desideranti: corpora aūt hmōi adeo i naturalia adeoqȝ disconuenientia sunt aiab⁹ humanis vt bona pcipua earū videlicet sciētias ꝛ virtutes absorbeant et extinguāt et ipsas animas velut pestifero potu inebrient: et innumerabilib⁹ molestijs atqȝ miserijs exponāt. ¶ Amplius. Naturale desideriū nūq̄ ē in pniciē desiderātis nūq̄ rez desiderantem naturaliter impugnantis. Ista autem corpora in tantam pernicies sūt animabus adeoqȝ repugnant naturaliter eisdē: vt potissima bona naturalia earum pene fūditus extinguant. ¶ Ampli. Omnia opera nature naturaliter operantis omnibus operibus artificialibus et magis perfecta et magis decora sunt. Maiori enim prudentia regiē natura in operibus suis q̄ sit ars cuiuscunqȝ artificis. Desiderium ergo istud qđ naturale dicunt animaruȝ. nihil habet distortū: nihil preceps: nihil incedens cum sit opus nature solius naturaliter operantis. ¶ De hoc verbo quod dicunt quia inde per vnam portam descendunt et per aliam portaȝ illuc ascendunt anime nostre: has duas portas dicūt esse signum cancri: et signum capricorni: q̄ ridiculosum sit iuxta platonem nulli dubium esse potest.

¶ Primum q ascensus localis et descensus in substantijs hmōi impossibilis est. sicut declarauit aristotel. vt supra diximus. ¶ Ampli⁹. Cuiusmōi erit motus ille: erit ne gressus vel volatus vel raptat⁹ vel natatus vel serptatus a serpendo. Plures eni motus locales non inueniūtur volūtarij. Nullus aūt illorū motuū possibilis est substātie spirtualis cū nō habeāt instrumēta quibus hmōi motus efficiātur: videlicet nec pedes nec alas nec pēnas aut brachia neqȝ costas quibus serpentes se trahunt. Q; si mot⁹ sūt earū sicut motu pōderosi nālis aut mot⁹ leuis: isti sūt motus naturales ꝛ corporales. et nō inueniuntur naturaliter nisi vnus in vno ppē cōtrarietatem. Si dixerit motus illos motus esse erectionū quēadmodū dicūē anime portari ab angelis in celū ignotum per ignoti⁹ nititur declarare: et hoc est qm̄ de motu angelorū non minor est q̄stio et insuper de portatio non habet minorem difficulta tem. Qualiter eni portant animas: certū est q non portant in manibus cum manus non habeant ꝛ eadeȝ rōne neqȝ in humeris: in vase aūt vl i theo q̄liter portanē aie quis videat. Nos aūt ascēsum animarū ad celos et descensū earū ad inferos ꝛ deportationes istas q̄ in picturis et scripturis sāctorū legūē suo loco declarabim⁹ sm catholicā veritatē Nec alia de cāhic induxim⁹: nisi vt appeat imperitia hominū istorū: nisi forte plato i sermone isto suo forsā itellexit metaphorā siue pabolā i ore suo Si vero itellexit plato animas eē vl fuisse i cōparib⁹ stellis q̄si sedētes aut eqtātes. Hec magis ridiculosa absurditas: hoc eni ē ac si dixisset formicam vnam equitare solē et aliā lunam et ita de oīb⁹ stellis. ¶ Preterea. Quid est animā sedere vel eqtare cōpeteret hoc. ¶ Ampli⁹. Ad quid essent ibi anime collocate hoc est qua vtilitate vel fructu cū nec omnes stelle eis indigeant i aliquo nec ipe stellis. Nullū enim adiumentū prestare possunt stelle virtutibus aut opationib⁹ earū. ¶ Ampli⁹ Quid est substantiā spirituale et abstractā e ēiupra corp⁹ aliquod vel in quocūqȝ etiā loco corpali. Sicut ei corpus nō potest esse in loco spirituali: sic neqȝ spiritus in loco corpali maxime localiter quod plato intellexisse videē. De hoc vo quod creatas posuit animas i suis pfectionib⁹ videlicet sciētie ꝛ vtutū bene se habet aliquātulū disputare Et primū q̄dē creatio animarū primorū parentū videē esse p eo. De illis eni m questio nō ē quin create fuerit i perfectionibus naturalibus istis: cū in etate iuuenili creati essent te anime omnino inscie siue insipiētes

Marginalia (left): In platonē A — Absurde — Scire reminisci secūdū platonem — B — Error platonicorum — Naturale desiderium nunq̄ pnici osum

Marginalia (right): Opa nature — Ridiculuȝ — Motus locales — Plato — Uide — C — Aie primoȝ parentum

et ex toto pueriles nullo modo congruerent iuuenilis etatis corporib⁹. Sic neq₃ ecōtrario corpa puerilia sapientia et virtutib⁹ predictis animabus. Est ergo simili modo videtur esse creatio omniū aīarū humanarū: vtpote specie similiūq₃ oēs in eisdē pfectiōib⁹. ¶ Amplius. Quicq̄d est naturale vni indiuiduorū eiusdē speciei est naturale et oībus. Cū ergo iste perfectiones naturales sint animab⁹ primorum parentū erunt naturales ꝛ oībus animabus humanis: vel si impfectio vel vacuitas quas ponit aristoteles in animab⁹ inaturalis fuit animab⁹ primorum parentū erit inaturalis ꝛ oīb⁹ aliis. ¶ Q₃ si dixerit quis: quia non fuerūt iste perfectiones naturales animabus primorū parentū: immo gratis date non contradicit: quia oīa naturalia etiā gratis dantur a datore vniuersali bonorū. Quid autē est naturale alicui si quid habet ab ipsa creatione ꝛ ꝑmis gñantibus nō est ei nāle. ¶ Rñdem⁹ q₃ naturale proprie est prout hic intēdimus quod ab ipsa natura vniuscuiusq₃ naturaliter natū est. Non autem ita est in illis perfectiōibus: immo nature animarum illarū diuina largitione in ipsa creatione date sunt: nō ab ipsa natura naturalr orte cum nec ex doctrina nec ex studio nec experiētia processerint. Q₃ si queratur a nobis: vtrum sciētia illa que fuit i animabus illis fuerit reuelatio. Respōdem⁹ q₃ reuelatio ex lumie est maiori q̄ sit lumen nature qualis est prophetia. Scientia vero animarū illarū de qua loquimur non fuit nisi lumen nature quod vocat Augustinus sup Genesī ad litteram cognitionē vespertinam: hoc lumine illustrati creati sunt angeli oēs. Sed sanctis angelis superinfusum est aliud lumē icōparabiliter clarius atq₃ nobili⁹ qđ idē Augustinus vocat cognitionē matutinā et cognitionē in verbo.

Naturale quid. — *Cognitio vespertina.* — *Cognitio matutina.*

Perfectio autē hmōi ꝛ impfectio opposita cū accidant tantū specie non diuersificāt ꝛ sicut illumīatio glorie que longe maior pfectio est: non diuersificat angelos sanctos etiam ab angelis malis diuersitate essentiali siue specifica: multo fortius lumē illud cognitiōis quod in ipsa creatiōe sua datum est animabus primoꝝ parētū: nō diuersificauit aīas illoꝝ ab aliis aīabus humanis. sicut neq₃ pfectio corporum ipsorū corpora eorū diuersificat essentialiter a corpibus aliorū hominū. Videat forsitan alicui q₃ anime primorū parētū create fuerūt in regione lucis ꝛ i luce: ꝛ inde obtinuerūt vt lucide crearent: seu luminose ea luminositate qua diximus. Inde etiā habuerunt: vt essent virtutib⁹ decore quas dixim⁹. fortassis aūt hmōi homo aliquid somniat ɔtra veritatem. Verū quid sit regio lucis ꝛ vtrū vna aut plures que partes earū aliꝫ tractatui scꝫ est reseruandum.

¶ Questiones alias de vitiis ꝛ peccatis hoc loco necterꝫ soluit auctor: quas operepreciū est suo ordine videre: q₃ summari nequeunt.

De aliis vitiis et peccatis: hoc est de vitiis consuetudinalib⁹ ꝛ peccatis actualib⁹ cōsequēter nobis aliqua dicēda sunt. Scito ergo in primis: q₃ vitium vel vilis casus a vilitate ꝛ casu quoniā per ipm viliter cadit vel a vice ꝛ casu: qm p ipm vicib⁹ postq̄ ingeminatū fuerit cadit: quēadmodū debilitate aut claudicatiōe aut aliquo aliorū que casum vicib⁹ inducūt. Vicib⁹ aūt intelligim⁹: quoniā quotiēs occasio ei dat vel adiutoriū: sicut cū debilitati vel claudicatiōi addit ipulsus aut offendiculū. Licet aūt cōsuetudinalia vitia

Vilis cas⁹.

dixerim⁹: non tamen ex cōsuetudine male agēdi tātum: immo ex vno malo actu interdū generant: quēadmodū ex vno solo aspectu speciose mulier; amor turpis ꝛ difficillime curabilis generat in aspiciente. similiter ꝛ ex vnius iniurie passiōe ira vel odi difficillime placabiles: quēadmodū ꝛ in virtutib⁹. ¶ De hoc vero vtrum oīa peccata ex vitiis oriant peccata inq̄ actualia quē intellectū aliis verbis multi exprimere cōsueuerūt: videlicet istis. Vtrum peccata habeant qualitates substratas: substratas inq̄ tanq̄ radices ex quib⁹ oriant: ꝛ tanq̄ fundamenta quibus fulciant atq₃ portant: ꝛ inde inoleuit sermo iste quem multi credūt esse verum: scilicet non q₃ mal⁹ est qui male agit: sed q₃ male agit malus est. Quoniam aūt quedam malicia habit⁹ est: ꝛ quedā dispositio manifestū est: q₃ ex malicia interiori que ex necessitate vel habit⁹ vel dispositio est: ꝓcedit malus actus forinsecus: quare verū est quoniā qui mal⁹ est interiori habitu vel dispositiōe male agit forinsec⁹ et hoc nullā dubitationē habet. Posito autē qđ solūmodo interiori actu male agat: videlicet irascendo vel amando tantū: nō habens omnino malū habitum ire vel amoris: neq₃ malā dispositionē aliā: cuꝫ ista ira sit in eo mortale peccatū. Hoc enim vt posuimus manifestuꝫ est q₃ iste malus est: vtpote dignus eterna morte: et non est mal⁹ nisi hac ira: que vniq₃ malus actus eiusdē est: ergo nō est malus nisi malo suo actu ergo non nisi: q₃ mala agit: ꝛ hoc indubitāter verū est. Malus eni actu suo formaliter ꝛ denominatione malus est. ille enim actus cum sit ira mala: ꝛ malicia est licet dispositio sit ꝛ nō non habitus. Questio autē hec non soluitur p hoc non eni questio illa antiquorū de hoc est. ¶ Vtrū qui male agit actu aliquo formaliter malus sit ex illo: q₃ hoc manifestū est exemplo quod posuim⁹. sed reuera soluitur per precedēs exēplū. Quia eni malus est vnusquisq₃: ꝛ hoc ex malicia que in eo vel habitus est vel dispositio: male agit vel efficiēter forinsec⁹ ꝓcul dubio. Qualiter aūt Aristoteles passiones noiet que nos actus nostros interiores noiauimus: ꝛ qua de causa nos iam declarauim⁹ in pmo tractatu de virtutib⁹ ꝛ latius de hoc eodē dicere oportet in sequētibus: videlicet in tractatu de tentationib⁹ ꝛ resistētiis. ¶ Debes autem scire q₃ qui vitia diuiserunt in vitia: que sunt i animab⁹ nostris motiuis de doctoribus antiquis nō diuiserūt nisi vitia que sunt i animabus nostris motiuis seu affectiuis. Quare apparet diuisionē eorum imperfectā esse. Diuiserunt eni oīa vitia in septem vt ei visum est. ¶ Nos autē iā ostēdim⁹ in pma parte tractat⁹ istius septē esse vitia notissima virtutis nostre rationalis: siue sm ipsam octo concupiscibilis quadraginta et sex irascibilis siue scđm ipam ꝛ posuim⁹ noiationes eorum ꝛ rationes nominationū. Dixim⁹ etiam q₃ quadraginta ista ꝛ sex sunt sm superfluitatē ꝛ indigentiā: ꝛ medie virtutes inter ea. xxiii. ꝛ q₃ ista nota sunt tam noibus q̄ operib⁹ apud nos intelligētes. Noli decipe aiam tuā ꝛ labores in diuisiōib⁹ que parū vtiles sunt. Si cui aūt videat Johā. euāgelistā diuisisse vitia i tres species vel gña in scđo. i. canonice sue vbi dicit: omne qđ in mūdo est cōcupiscētia carnis est: ꝛ ɔcupiscētia oculoꝝ ꝛ supbia vite. Errat homo hmōi: qm diuisio nō est diuisio vitiorū: sed rerū que i mūdo sunt ꝛ que aīas nostras ad vitia carnis ad auariciā atq₃ superbiā incitāt ꝛ incēdūt. Silr ꝛ i diuisiōib⁹ que le-

Questio. — *Malicia.* — *Questio alia.* — *Nota.* — *Diuisiōes parū vtiles.*

Diuisio de sacris litteris quō intelligende.

gunt apud apostolū ne pot⁹ enumerationib⁹ vel in euāgelio ne laboraueris tanq̄ oia vitia ibi enumerent vel ad enumerata redigant. neutrū eni hoꝝ necesse est. Magis exēpla sunt que ibi ponunt: q̄ enūciatio vniuersalis. cū eni dixisset veritas in. 15. Mathei. Qr de corde exeūt cogitatiōes male: homicidia adulteria. ⁊c. ¶ Nō eni oia mala opera vel vitia enumeratiōe illa cōprehensa sunt. siliter neq; apud Marcū in. 7. vbi alia multa enumerant sicut ipudicitia: ocul⁹ malus: supbia et stulticia. Et idē dicim⁹ de alijs que apud apl'm legunt: sicut in pmo Rom.

K Repletos inqt oim iniq̄tate malicia ⁊ fornicatione ⁊c. Quare exēplar; est vt dixim⁹ hmōi enumeratio: et nō diuisio doctrinalis. Quod ergo nobis restat hic dicendū de vitijs postea que iam dixim⁹ est artificium quo sciatur saggillatio eoꝝ: hoc aūt maxime scietur ex silitudinib⁹ rerum a quib⁹ etiaȝ ipsa sacra scriptura noiatur. Noiant eni egyptij qđ est dicere

Egyptij. gens tenebrarū atq; meroris: qm lucē gratie extinguunt ⁊ mentē obtenebrant: ⁊ eternorū doloꝝ merorem īducūt. Siliter caldei qđ interptat quasi demones: qm siles demonuȝ sunt: ⁊ diabolice turpitudis characteres seu ipressiōes. iuxta qđ legitur Sap. 2. Imitant illū id est diabolū q̄ sunt ex parte ei⁹. ¶ Eodem modo ⁊ assyrij quod interptat dirigētes vel erigentes. Erigūt eniȝ miseros pctōres cōtra deū: siliter

Assyrij. et cōtra seipsos ⁊ alterū contra alterū. sicut legitur Job. 15. Cucurrit aduers⁹ deū erecto collo. Et moyses ad iterfectionē chore. Multū erigamini filij leui. Numeroꝝ. 16. Et generalr septem gentes quas eiecit dn̄s de terra pmissiōis vniuersitas vitioꝝ huiusmodi itelligit. Itē quod est terra: qr de terra corporis nostri occasionalr oriunt. Cōgruunt eis etiaȝ noia gentiū illarum: si quis iterpretatiōes eis adaptare voluerit: vt chananeus q̄ interptat cōmutat⁹

Chananeus. in felici cōmertio: dum pro vtute in mēte humana habitat: ⁊ pro eo vtus derelicta est ⁊ ipm vitiū p ea cōmutat vel cōmutat: qr hoc efficit in misero peccatore vitium cōmutat enim ipm de bono in malū ⁊ de homine in brutū: de quo supra multa locuti sumus.

Amoreus ¶ Cōgruit vnicuiq; vitioꝝ nomen amorei qđ iterpretatur amaricās: qr dulcē deū in amaritudinē nobis cōuertunt: dum iratū eūdē nobis efficiūt: ipam etiam dulcedinē virtutū in nobis amaricāt ⁊ eā dulce vel suaue nobis sepe non sumūt. Et ad hūc modū est psequi de alijs: siliter ⁊ asperitiōis vitia intelligūtur et ex factis ipsarū suggillant sicut ex Adam nimius amor inxorē ⁊ vitiū ambitiōis suggillant: de qua mala eidem ⁊ posteritati ei⁹ puenit expressiōe qua decet ostēditur. Siliter ⁊ ex Cayn auaricia pariter ostēditur: ⁊ inuidia dum per hec fratricida effectus pfugus factus est a facie dn̄i: factusq; est tremulus ⁊ timēs ne omīs qui eum iuenire t occideret.

L Et merito ab vno quoq; mortē timuit: qui nec etiā fratri vnico a morte pepcit. Et ipsis etiā noib⁹ psonarum interpretatiōibus diligēter cōsideratis ⁊ cōuenienter adaptatis vitia efficacit suggillant vt qr adā

Nota. interptat terra siue terren⁹ siue terra rubra que primū dei mādatū auaricia siue ambitiōe trāsgressus est q̄ terra vel terrenitas in nobis operetur: videlȝ transgressionē diuinoꝝ mādatoꝝ. hoc vno exēplo manifestū est. ¶ Amplius. Quia p gulā auaritiam atq; supbiā peccauit et ex illo vno hoie tria illa peccata simul exorta sunt: isinuauit spūs sctūs i scriptura illa ex terra vel ex terrenitate in nobis procedere omīa genera peccatoꝝ: ⁊ quoniaȝ Cayn interptat possessio terrena: insinuatū est nobis ibideȝ: q̄ possessio fraternitatē occidit: hoc est omnē in proximo

Vide. fraternā dilectionē extinguit. Auarus eniȝ nullius amicus est. et quoniā in Abel interptat luctus in eo facto: scilicet quo Cayn interfecit Abel: qđ possessio interfeci luctum: possessio nāq; tēporalis siue terrena amatores suos lugere pauptatē spiritualiū bonorum ⁊ amissionē celestis hereditatis nō patitur.

Abel quid. Similiter in abel qui quasi nihili terpretat hic qua interptatione intelligit nihilitas id est vanitas ⁊ vilitas visibilium bonoꝝ. ¶ Per hoc qr per pnomē demōstratiuū consueuerūt maxime desiderari: que oculis subiecta sunt insinuatur: qr possessio temporalium contēptū eorum iterficit iuxta modos istos

Jeroboam quid. qr Jeroboam interptatur tēporalitas. Jeroboā autem rex fecit scisma in Israel ⁊ induxit idolatriā: i ipso euidēter etiam signatū est: quia tēporalitas diuidit ecclesiā dei: ⁊ scindit omnimodo diuisionis ⁊ auariciam in eam indaxit: que est idoloꝝ seruit⁹. Sicut legitur ad Ephesios sexto. Et quoniā duo idola instituit iste Jeroboam. Alterū in dan: alteruȝ in bethel: manifeste ostēsum est idolatriā auaritie i iudicibus et in prelatis per tempalitatē inductā esse. Dan enim interptatur iudicium. Bethel autem do-

Dan. mus dei. Congruenter ergo figurata est corruptio

Bethel. auaricie per temporalitatē in tribunali iudicium ⁊ ecclesia siue templa que deberēt esse cōgregatiōes sanctorum siue in regnū ⁊ sacerdotiū vel iudicium: et etiam sacridotiū. Nominib⁹ etiam animaliū im-

N Vitia monstra ⁊ aialia mundoꝝ et mōstruosoꝝ nominant vitia in scriptura: sicut nomie sanguisugarū gula ⁊ auaricia Prouerbioꝝ decimotertio. Sanguisuge due sunt filie dicentes affer affer. et hoc est scdm Bedam. Conuenientius autem auaricia et luxuria. Eodēmodo nomine serpentis detractor: ⁊ per ipsam mordacitatē serpētis vitium detractionis. sicut dicit Salomon

Vulpes. Quomodo si serpēs mordeat in occulto: sicut nihilo min⁹ eo habet qui occulte detrahit. sic per scopiones proditos. Per vulpes fraudulēti allocutores:

Scorpiōes et isidiatores per camaleonta qui colorem suū mutat in similitudinē eius in quo est vel iuxta quod est Assentatores qui pertētant quid velint vel intētant homines vt eis assētiant. Sic per equos temerarij

Leones. atq; precipites et etiaȝ superbi. Per leones crudeles ⁊ iracundi: similiter ⁊ rapaces. Leo eni rugiens et vrsus esuriens: pricceps impius sup populū pauperem. sicut legitur Prouerbioꝝ. 28. Sic per cor-

Corui. uos: qui semp dicunt cras procrastinatores bonoꝝ et etiam solutionū eorum que pmiserūt. Qui autē in vitio rapacitatis maiori rabie in subditos seuiunt per lupos vespertinos. sicut Ezechielis. 22. Priceps eius in medio eius quasi lupi rapiētes predā ⁊c. et iterū. Princeps eius lupi vespere quod est dicere vespertinū. Cum eni lupi vsq; ad vesperā ieiu-

Buffones. nauerūt nec hominib⁹ parcunt: ⁊ in villas ad deuo-

Rane. randū homines irrūpunt. Similr p buffones mali-

Monedula. gni: per ranas garruli: per calandrinos loquaces: per monedulas auari: et etiam per coruos. vnde dicit Tullius. Non plus tibi aurum q̄ monedule credendū. Eodemmodo per aues noctis: id est que de nocte solummodo volant nocturni fures ⁊ queciq; in latibula tenebrarū: vt male agant exquirunt ⁊ lucem fugiunt. sicut dicit veritas in euangelio Johānis octauo. Qui male agit odit lucem. Sic et p pi-

sces marinos qui in abysso salsedinis nutriuntur.
hoc est in mari: et nunq̄ ex eodē exeunt semper i eo
natantes merito intelligūtur qui in aqua sapientie
salutaris in studio seu scolis scilicet theologie sene-
scunt et semper insulsi et insipidi remaneant. Quē-
admodū dicti pisces marini, pchdolor: ex tāta abys-
so salsedinis nihil sapros suauis nihil cōdunēti vi-
talis assumētes Sed nescio quo diabolico artificio
salsedinē excolentes: solū fetorē et insipiditatē ha-
N bent. Undecūq; illa contrahant. ¶ Juxta hunc mo-
dū: ꝛ per aues que i aquis versant̄ et sepissime mer-
guntur et tamē aride inde exeunt: nec modicā stillā
tantarū aquarum retinent. Sic et istis stilla ꝑ mo-
Terra ari-
da quid.
dica aquarū sapiētie salutaris adheret. ¶ Ad idem
pertinet terra que sepius ꝛ diutius aqua operitur
quoniā et citius arescit: q̄ alie: crepat ꝛ scindit̄ sicut
carectū ante oēs herbas arescit: ꝛ tamen in aqua
semper est: quēadmodū legitur in Job. Ad idē idu-
ci solet de ranunlis: qui in medio pinguedis nutriū
tur: et tamen oīno sine pinguedine sunt ꝛ alia innu-
mera sicut de molēdinariis quos tumulꝰ aque ꝛ ip-
sius molēdini strepitus qui alios excitant: sicut de
pulsatoribus campanarū quorū aures obturātur ꝛ
et etiam obsurdescūt: soporē etiam eis ꝓuocāt soni-
tus campanarū: qui alios excitāt ꝛ dormire non si-
nunt. Hi sunt velut cantus qui in mediis aret aquis
hi sunt qui calcatis torcularibꝰ sitiunt: sicut legitur
Job. 37. Hi nescio quo diabolico miraculo in me-
dio ignis non estuant̄ in fornace sacrorū eloquiorū
que reuera ignis sunt: extincti ꝛ gelidi sunt. Sunt et
Saleman-
dra.
instar salamādre diabolice in medio igne ꝓdicto
illesi viuunt. Possunt tamē oīa hec cōpetēter ad
dona gratiarū ꝛ virtutū referri. similiter a deformi-
tate ꝛ monstruositate animaliū: sicut ab gibbosita-
te camelorum qui turgēt struma supbie. A defectu
Cameli.
Simie.
caude qui manifestus est i simia: illi qui saltem fina-
lem penitentiā non agunt qua operiāt turpitudinē
suam spiritualē: hoc est turpitudinē peccatoꝝ. simi-
liter qui homines vident̄ quidē exterius figura cor-
poris. Interius aūt hoc est vita ꝛ moribꝰ bruti sunt:
quēadmodū dicit Hieronymus. Intus nero. Foris
catho. sic ꝛ hypocrite suggillant̄ a simili duplicita-
te vel speciei quā ꝓtendūt quodāmodo falsitate.
Strutiōes
Uolucres enī vident̄ euolare nō valētes strutiōes:
sed gressibilia tm̄ sūt. sic ꝛ hypocrite specie qua ꝓe-
tendūt volare id est alta celestiū petere videtur: sed
pedibꝰ id est affectibꝰ suis a terra nō eleuant̄: ꝛ ter-
ram solā hoc est terrenam gloriā vel opulētiā que-
rentes. Ad hunc modū se habet de aiali mōstruoso
quod vocat̄ pilosus figurā humani corporis ꝛ gressuꝫ
sup duos solūmodo pedes habētes. Juxta hūc mo-
dum attēdēda est etiā mōstruositas mēbroꝝ in ani-
malibus qualis apparet in simiis. Pedes enī eaꝝ
ex pedibus ꝛ manibꝰ compositi sunt: ꝛ interiꝰ euidē-
ter apparent cōposite ex talis ꝛ palmis. Similiter
attēdenda est monstruositas animaliū in quibꝰ mul-
te species continuate vident̄: sicut animal qḋ castor
Castor seu
fiber.
siue fiber nuncupatur in quo quinq; species mirabi-
liter conueniūt. Huiusmodi autē mōstruositates in
seipsis horribilit̄ effigiāt: qui vno officio vel digni-
tate non cōtenti: et interdum nec vni sufficiētes vel
Qui mul-
ta bñficia
obtinent
mōstra sūt.
idonei multa in se coniūgunt. Dum enī aliquis de-
canus est in vna ecclesia. ꝓpositus in alia cātor in
tertia: archidiaconus in quarta: quid est nisi mon-
strum spirituale i corpe vniuersalis ecclesie? Assue-
ti autem huiusmodi mōstris vel potius horrificam
eorum monstruositatē non videntes: ad ea expaue-
scere iam nescimus. Similiter ꝛ ab ipsis operibus
animalium suggillari possunt efficacissime vitia ꝛ
peccata sicut ex peruersa imitatiōe simiarū. Simi- Nota.
as diabolicas dicimꝰ oēs peccatores maxime au-
tem superbos et generalr̄ omnes illos qui faciles
sunt ad imitandū malos. similiter ex recidiuo pec- O
cati canes vocātur peccatores qui post penitētiā re-
uertūtur ad peccādū ex eo quod legit̄ Prouerbio-
rum. 26. Sicut canis qui reuertitur ad vomitū: sic
impudens qui iterat stultitiā suam. et ex secūde Ca- Canis ad
nonice pe. 2. Canis reuersus ad vomitū suū. ꝛc. Sic vomitū re-
et illos qui spurcitias suas spirituales requiē sibi uersus.
fecerunt: ꝛ in eis tanq̄ in lectis mollissimis et sua-
uissimis requiescunt: generalr̄ iumenta vocamus.
Jumenta autem nō de aliis lecteria sibi parāt q̄ de
propriis stercoribus nec alia sibi substernūt ad iacē-
dum q̄ illa. ꝓpter quod dictum est Johelis primo.
Computruerūt iumēta in stercore suo: de quo Gre-
gorius. Jumenta in stercore suo putrescere est i sor-
dibus luxurie vitam finire. Similiter ex vocibꝰ ani-
maliū suggillamus vitia dum cōtentiositatē latra-
tum vocamus: loquacitatē coaxationē raninā: ꝛ mi-
nas iracundie rugitū leonū: ꝛ verba subdola garri-
tum vulpium: ꝛ ita de aliis. Et vt generalr̄ dicamꝰ:
non est genus animaliū quod nō adiuuet declama-
tores id est predicatores ad vitia suggillanda ꝛ veri-
tates laudibus extollendas: si natura omniū ꝛ vita
eidem innotuerit. Similiter ꝛ sacros expositores ad
exponēdas scripturas maxime vbi aialia nominā-
tur propter hoc inspiciēdi sunt libri de naturis ani- Libri natu
maliū videlicet Aristo. plinii: alani: isidori: ꝛ quidā rales legē-
libelli quos aliqui antiq̄ fideles de naturis anima- di.
lium ex diuersis scripturis collegerunt. De his au-
tem nobis scribere ꝓut opus esset supra vires esset
et tēpus pro aliis negotiis impēdere nos oportet.
¶ Adiuuāt etiam elemēta: ꝓpter quod vires ꝛ ꝓpe-
tates eorum nosse perutile est predicatoribus et sa- P
cris doctoribus. Ignis enim nominat̄ peccatū ad- Ignis est
ulterii siue luxuria prostituta. Job. 31 Ignis est in- peccatum.
quit vsq; in perditionē deuorans. ꝛc. Et oīs amor
inordinatus vocatur ignis creberrime in scriptura
Sic et nominibꝰ aliorū elementorū. Prouerbiorū
30 Terra que non satiatur aqua gula vel ebrietas. Terra est
Sic ab instrumētis bellicis gladius euaginatꝰ mu- ebrietas.
lier speciosa apte turpitudis. gladius vero qui vo-
catur sicca mulier huiusmodi: scilicet occulte turpi- Sicca.
tudinis. Species enim muliebris gladius flāmeus
vel ignitus dicit Hieronymꝰ. Sic ꝛ ab instrumētis
rusticanis ꝛ cenesorū diabolicū hominē qui circū-
fert immūditias peccatorū ꝛ rotabulū diabolicū aua-
rum significat: qui totū se dedit cōgregādo seu con-
gerēdo luto diuitiarū. ¶ Rotabulū enī est istrumē- Rotabulū.
tum rusticanū quo lutum de plateis vel multum ce-
num cōgerit̄. Similit̄ ꝛ cophinū diabolicū cor aua-
ri. vnde dicimus auaros tot cophinos luti egyptii
portare in humeris quot loculos portāt in cordibꝰ
De huiusmodi cophinis dicit̄ in psalmo. Manꝰ eiꝰ
in cophino seruierūt. Silr̄ ex istrumētis venatoriis
et piscatoriis: quēadmodū Salomō malā mulierē
vocat laqūm venatorū: ꝛ sagenā cor eiꝰ. Ecclesiastes. 7 Sagēa cor
Sic laqueū ꝛ muscipulā diabolicā eandē. Sap. 43. mulieris.
Sic ab officinis immundis suggillant̄ pctōres. sicut
Augustinus. Cloacā immūditie cor pctōris vocat

super orationē dn̄icam. Carnificina vero diaboli iuxta hunc modū est os detractoris. Ubi innumerabiles tam boni ꝙ̄ mali gladio lingue ipsius armisq; ac sagittis dentiū eiusdē iugiter cruciant. Sic ꝛ coquinam diabolicam in declamatiōib' nostris corda solemus vocare: que vel iugiter frigūtur vel assantur ardore concupiscētiarū: vel qꝛ frixuras ꝛ assaturas aliaq; fercula coquinaria iugi meditatiōe habēt in se sicut mos est quibusdā gulosis: etiā religionē ꝓfessis: qui non dn̄o nostro iesu christo: sed suo ventri seruiūt: quēadmodū coquina iuxta modū istū ad herbas inmūdas pestiferas ꝛ venenatas. Sic ꝛ ad arbores infructuosas vel ignobiles fruct' vel alijs de causis malorū hominum similitudines habētes aliquas recurrendū est predicatorib' vt ex similitudinibus hm̄oi vitia ꝛ peccata suggillēt: sicut ad carduum ꝛ ramnū atq; pabulū aliaq; huiusmodi: ꝓpter qd̄ necessario habent publici predicatores naturas proprietates et operatiōes rerum hm̄oi cognoscere. Silr̄ aquarū lacuū fontiū paludū ꝛ ipsorum: vt dixim' elementorū: que cū īnotuerint summopere studendū est eisdē: vt eas ꝛ decēter inducāt ꝛ conuenienter adaptent. De his aūt vitijs scribere relinquim' alijs quibus ꝛ peritia hm̄oi data est ꝛ spatium cōcessum. Ad alia eni que magis conueniunt proposito festinare nos oportet.

Nota.

¶ De peccatis iterum dicit suo more multas inhectens questiones.

De peccatis autē: id est de operib' humanis negligētijs ꝛ obmissiōibus ꝓut desup accepim' aliqua dicere itēdim'. Jam autem diximus: qꝛ peccatū vel pedis casus: vel pecualis casus. Quod ꝓpter similitudinē dictū est quoniā reuera cadit in mortē ꝛ culpe hic ꝛ ī profundum gehenne in futuro qui mortaliter peccat.

Q ¶ Nos autē dicemus in sequētibus quid est mortaliter peccare ꝛ cuiusmodi peccatū mortale itelligatur. Primū discutiētes questionē illā antiquā vtiq; sed nostro tēpore innouatā ꝓpter errorē quorundā que non fuit eis suo tēpore declarata. ¶ Hec autem est questio vtrū possibile sit aliquē peccare: ꝛ qui negauerūt libertatem arbitrij in hoc errore fuerūt: et hoc est quoniā si non est nobis libertas arbitrij erit nobis iposita necessitas faciēdi quod facim' ꝛ non faciendi quod nō facim'. Quicquid eni non liberū est nobis facere vel non facere est nobis necesse facere vel impossibile similiter ꝛ nō facere: quare nec culpandi sumus si facimus nec laudādi. Silr̄ ꝛ si nō facim' quodcūq; ex opibus bonis vel malis. ¶ Amplius. Qꝛ bruta necessitate ferunt nō libertate mouētur ad aliqua nec peccāt: nec laudabilr̄ agūt quicquid agant. ¶ Amplius. Sicut nō est lex posita brutis: sic nec ponēda est hominibus: cū nec de se nec de operibus suis vllā habeāt potestatē. Quod si verū est: ipossibile erit deū aliquid laudabilr̄ facere. necesse est enim facere semp bene ꝛ bona ꝛ impossibile est aliter vel male. Si ergo necessitas nuda vel impossibilitas ꝓhibent vel bene agere vel male omnipotētissimus deus ꝓhibitus esset bene agere: cū necesse sit ipm̄ bene agere: ꝛ ipossibile ipm̄ vnq̄ male agere. Similiter ꝛ de angelis sanctis se habet a tēpore sue ꝯfirmatiōis. Nos aūt generalr̄ ostendem' hoc de omib'. Necesse est eni vnūquodq; agere qd̄ agit dū istud agit: et ipossibile est ipm̄ aliter agere tunc. verbi gratia. Cum iste in instāti odio mortali habeat fratrē suū ipossibile est vt in eodē instanti et dum durat illud instās nō odiat ipm̄ ꝛ necesse est illum odire in eodē instanti: quare non peccat odiendo fratrem suum in illo instanti: quare impossibile erit aliquē peccare: vel etiā bene agere: ꝓpter hoc solebamus distīguere qꝛ quidā necessitas est violētie ꝛ illata: ꝛ quicquid ex ea agitur: nō agēti sed violentiā inferenti imputandū est: immo nec agens dicendū est illud cui violentia infertur sed magis ipsum qd̄ infert violentiam vt rota molendini nec mouens se neq; agēs dicenda est dū impetu aque voluitur sed aque mot' eius imputādus est. Est et necessitas stabilitatis et immutabilitatis qualē dicim' esse dei necessitatē qua immutabiliter bonus est: et quicq̄d est hac necessitate necesse est ipsū bene agere semper et contrariū impossibile ꝛ ista necessitas nō aufert libertatē sed pficit posse ei male agere hoc ē posse cadere et posse fieri seruū peccati seruitus est non posse ergo male agere vel fieri seruū peccati libertas est: et tanto maior q̄nto ab hm̄oi seruitute remotior. ¶ Tertia necessitas est extranea siue forinseca: quā nonnulli vocare solēt necessitatē per accidēs. Et easdē distinctiones facimus de ipossibilitatibus et hoc modo dicuntur q̄dam de p̄terito vel necessaria vel ipossibilia per accidēs: sicut te cōedisse vel aliud quodcunq; fecisse qd̄ fecisse si fecisti: vel non fecisse si fecisti. ¶ Sed quarta necessitas secundū quosdā quā vocat aristo. determinatā: vt socratē sedere dū sedet ꝛ hoc forte referri potest ad necessitatē quā diximus extraneā forinsecā siue per accidēs pro eo eni necesse est te comedisse si comedisti. Uel ipossibile te comedisse si nō comedisti q̄m tempus nō recipit mutationem redditus siue reuocationis. Sic et socratē sedere dū sedet qꝛ tempore quo sedet nō stat: ꝛ ideo nō recipit contrariū sessioni siue ꝓuationi ipsi'. Quare fluxus tempis vtrūq; causa est necessitat; aut ipossibilitat;. Necessitas p̄ma quā diximus violentie cū violētia contra voluntatē fuerit inculpabilē efficit volūtatē. Et hoc est q̄m vt dicit August. in Enchiridion. Tantū voluntate peccatur. Cōtra voluntatē aūt diximus esse necessitatē seu ipossibilitatē aut etiā violentiā cui nec affecta ē nec ꝓcurata: nec tolerata aut neglecta sicut apparet in exēplo tuliano de illo qui cū esset vocat' in ius. fregit pōtes per q̄s necesse habebat venire veniēs quo vocabatur vt posset allegari ipossibilitatē veniēdi illuc. Sic faciūt et miseri peccatores dū peccāt aliqua hora vel pācto ipossibile sibi non peccare tūc. Jmpossibilitas ergo hec nō est contra volūtatē cum sit ab ipsa volūtate ꝓcurata: nec contra ipsā obnitatur volūtas: cū non displiceat ei ipsū peccare tūc: qd̄ est illud ipossibile. Quēadmodū ei si quis velit habere mōtes aureos ex sola cupiditate licet hr̄e mōtes aureos sit eidē ipossibile. nō excusat ipsum a pctō cupiditatis hm̄oi ipossibilitas. Jlli ei ipossibili adheret volūtas spōte: ꝛ placet ei. ipossibile igitur volitū ꝛ placitū nō excusat vel agētē vel volētē si malū sit. Per hoc eni mala est volūtas qꝛ cadit supra malū: et hoc sufficit ad hoc vt mala sit voluntas licet alijs modis mala fieri possit. Quāuis ei corrupte que nouit virginitatē et virginitas ipossibilis sit et corruptio necc̄aria vt ita dicamus et necesse sit ipsam esse corruptā: ꝙ̄diu tamen vel placita ē ei vel tolerata: vel neglecta corruptio et nec volita est ei: nec placita virginitas neccesside-

Questio.

Lex non est posita brutis.

R

Nota.

S

Nota.

Tertia necessitas.

T

Quarta.

V

Voluntate tantum peccatur.

Nota.

X

rita nō excusaret eā a pctō: alioquin de malicia com-
modū reportaret. Et ad hūc modū se habet de p̄ce-
dētibus exēplis: q2 facta esset ei licita corruptio et
inculpabilis p malicīā fornicationis sue. Si autē
peniteret et de corruptione sua et amissiōe virginita-
tis. Peniteret inq̄ veraciter excusaret eam indubi-
tanter tam necessitas q̄ ipossibilitas supradicta et
hoc est quoniā tunc essent cōtra volūtatē ipsi⁹ et ipe-
dirent ipam. Inuincibile aūt impedimētū semp ex-
cusat agere volētē: et hoc est quod nōnulli ex sacris
doctorib⁹ dicere solebant: q2 ipossibilitas et necessi-
tas in inuito nō excusat sed invia. Invia vtiq̄ est vir-
go de qua loquimur dū penitet. In iuio vero q̄diu
non penitet de corruptiōe sua. Perscrutemur autē

Christus nichil precepit impossibile.

illud aliquantulū latius et dicam⁹: q2 sicut dicit Au-
gustinus: q2 qui dixerit christū precepisse ipossibile
anathema sit. Non p̄cepit ergo christ⁹ alicui peccā-
ti nūc non peccare nūc: cū ipossibile sit omi peccāti
nunc non peccare nunc. nō est ergo cōtra preceptum
dei peccare nunc. Quare est factū vel dictū vel cupi-
tum contra legē dei et ita peccatū a diffinitiōe augu-
stini licet eius contrariū sit impossibile vt diximus.
¶ Amplius. Solet dici: q2 negatiōes siue p̄hibitio-

Negatiōes seu prohibitiones diuine affirmationes.

nes diuine obligant ad semp. Affirmatiōes vero si-
ue preceptiōes obligant pro loco et tēpore. ergo ad
omne nūc obligat quecūq̄ diuīa p̄hibitio. ergo ad
non peccare nunc mortaliter. ¶ Ampli⁹. Qui dixit
Non furtum facias aut intellexit nūq̄ furtū facias
generali abnegatiōe aut particulari quādoq̄ non
furtū facias. ¶ Ampli⁹. Non subest libero arbitrio
peccare modo vel nō peccare modo in quocūq̄ siue
peccēt siue non. modo cū alterū sit necessariū alterū
impossibile. Vnicuiq̄ ergo neutrū est precipiendū
vel prohibēdū. Deus ergo neutrū p̄hibet vel preci-
pit: cum nihil faciat quod faciēdū nō sit. ¶ Ampli⁹

Nota.

Si deus p̄ciperet peccanti modo dicēs: ne pecces mo-
do nō solū inutiliter: sed etiā ridiculose hoc faceret:
cum huiusmodi p̄cepto peccāti parere sciat esse im-
possibile. ¶ Ampli⁹. Quis sapiēs aut bon⁹ p̄ciperet
alicui sede dum stas: aut sta dū sedes: certū est q̄ nul-
lus: multo fortius ergo nec de⁹. ¶ Ampli⁹. Si to-
tū tēpus esset isti peccāti nūc sicut est hoc ipm nunc
in quo peccat: hoc est si totū tēpus nō reciperet muta-
tionem sicut neq̄ hoc nunc: videlicet vt sicut in ipso
nunc non potest non agere quod agit in eo vel age-
re in eo quod nō agit in ipso nūc: non tangerēt ipm
precepta dei cū necessitati alligatus esset facere to-
to tēpore vite sue quicq̄d facit. nec esset ei possibili-
tas aliud vel alit̄ faciēdi. Stultissimū etiā esset ei-
dem legem imponere quē necessitas sic ligatū tene-
ret: vt aliud vel aliter facere nō esset eidē ipossibi-
le. Quare nec ad ipm nunc: hoc est respectu ipsius
postq̄ inest nullo precepto vel lege obligat⁹ est: cum
in eo nec aliud nec aliter agere nec alit̄ se possit ha-
bere. ¶ Amplius. In premisso casu q̄rim⁹: vtrū ista

Questio.

virgo teneat̄ nunq̄ fuisse corrupta: et vtrū deus exi-
gat ab ea hoc videlicet vt non fuerit corrupta. Q; si
dixerit q2 deus hoc exigit ab ea: et q2 ad hoc teneat̄
intolerabilit̄ errat: cū et homo etiā talia exigere nō
auderet: imo etiā exigere erubesceret. ¶ Amplius.
A debitore qui paupertate iuincibili factus est in nō
soluēdo. Nemo creditor auderet exigere debitā pe-
cuniā cū sciret ipm ad eā paupertatē quā dixim⁹ de-
uenisse nisi forte sub ea cōditiōe si forte ad pinguio-
rem aliquo tpe veniret fortunā vel si ab amicis ei ad
hec subueniret̄. Cū ergo ista corrupta nō sit in sol-
uēdo sup virginitate vel toto eius: vel sup hoc vide-
licet q̄ non fornicata fuerit: nec de⁹ nec homo ab ea

Iterum

hec petere vel exigere pōt. ¶ Ampli⁹. Cū pater fla-
gellat filiū ad correctionem nō intēdit p flagella vt
non peccauerit: sed potius vt nō peccet vlteri⁹ licet
flagellet ipm: q2 peccauit. Multo fortius ergo de⁹
quantūcūq̄ puniat delinquentē nō exigit tamen ab
eo vt nō peccauerit nec vnq̄ dictū est: q̄ aliq̄s q̄ pec-

Questio.

cauerit teneatur non peccasse. ¶ Ampli⁹. Si aliq̄s
debet michi pecuniā ad certum diē soluēdū et ea nō
soluta dies hmōi elabat̄. Manifestum est q̄ ab ip-
so nō possum petere vt soluerit michi dictā pecuniā
illa die: sed reuera ab eo possum petere mea inter-
esse. Multo min⁹ igitur michi de⁹ cuius omnia iudi-

Questio.

cia equitas vel veritas. ¶ Ampli⁹. In hmōi preteri-
ta non cadit iperiū et p̄pter hoc nulla locutio impe-
ratiua est de preterito: nec imperatiuus modus ha-
bet preteritū. Adeo etiā cōtra naturā est q̄ nec ha-
bet etiam natura locutionē vel loquelam qua talia
possit vel imperare vel petere: nisi valde absurde.
Quid autem est in causa: nisi impossibilitas reuo-
cationis temporis et actionis que simul fluxerunt?
Eadem ergo impossibilitate qua nec retineri tem-
pus potest: nec ipm nunc temporis quin irreuoca-
biliter ambo fluant: nec in imperiū nec in legem ca-
dunt hec. Si autem nec in imperiū nec in legem ca-
dunt: nec erit in eis transgressio vel obmissio et ideo

A

nec mortale peccatū: p̄pter hec et huiusmodi visum
est quibusdā: quoniā nullus peccaret in huiusmodi
et dixerūt q2 non peccat iste fornicādo in a vel in ali-
ud male faciendo cū habeat necessitatē vel impossi-
bilitatē faciēdi vel nō faciēdi: hoc autē dixerūt etiā
quoniā necessitas et impossibilitas semp excusant.
Non peccat ergo vt ipsi dicūt in hoc nūc agendo cō-
tra dei preceptū vel obmittendo illud: cum excuse-
tur per necessitatē vel ipossibilitatē quam dixim⁹:
sed peccauit inquiūt prius quādo scilicet negligēs
sibi cauere vel declinare ab hmōi facto: q2 tūc igessit

Cōfutatio erroris.

se in hāc necessitatē siue ipossibilitatē. ¶ Hic aūt er-
ror destruitur multis viis et modis. Primū: q2 aut in
a neglexit siue fuit in negligētia aut nunq̄. si nunq̄
ergo nunq̄ peccauit ante a. Sed neq̄ peccat in a: vt
ipsi dicunt: nūq̄ ergo peccauit: et ita est ostēdere de
vnoquoq̄ quod ipossibile est ipm peccare. Si vero
neglexit in aliquo instanti: videlicet in b. Redeunt in
eundē errorem: quoniā in b instāti necesse fuit ipm
negligere quod tūc negligebāt: et ipossibile non ne-

Nota.

gligere qd̄ tunc negligebāt. Quare eisdē necessita-
te et ipossibilitate excusat̄ vt non peccet scd̄m errorē
istum. ¶ Eodēmodo se habet si dicat q̄ nō in instāti
est hmōi negligētia vel omissio: sed in tpe determina-
to et limitato. Eadē enim necessitate tenet̄ et impossi-
bilitate i tpe quo occupat̄ totalit̄: id est toto quo te-
net̄ in instanti tpe eni quo aliq̄d agitur ipossibile
esse videt̄ aliter se habere agentē vel nō agentē pos-
set forte aliter se habere in parte secunda tpis: q̄ se
habuit in p̄cedenti. Sed manifestū est vnūquēq̄ ne-
cesse habere sedere dum sedet: aut stare dū stat. Si
eni desisteret a parte actionis sue vel cessationis: nō
ageret nisi partē actionis et in parte tēporis. Qua-
re siue desistet siue non semp agit vel cessat dū cessat

Nota. B

Et impossibile est aliter habere quā necessitatē vo-
cat Aristoteles determinatam siue conditionalem.
¶ Amplius. Scd̄m hoc manifestū est impossibile

Questio

illa hora tñ eo qđ tūc vitare non pōt. ¶ Si vero q̄ri I tur vtrū teneatur iste non peccare in a. Uel nō facere hoc in a nō vr̄ dubitandū hoc cū prius teneret̄ lege dei ꝛ i nullo exēptus sit vł absolut⁹ est ab ea postmodū. Q; si querat̄ vtrū de⁹ requirat istud ab eo qđ scit eū facere non posse: dicimus q2 tunc non est necesse qđ deus requirat hoc ab eo vel tūc vel postmodū: sed requirit ab eo penam quā meruit hoc faciendo vel satisfactionem pro hoc: nullomō eñ dicendū videt̄ ꝙ deus velit habere ab eo qđ soluere vel facere non pōt. ¶ Q; si querit̄. vtrū teneat̄ pec- K care tunc vel non teneat̄: dicimus ꝙ tenet̄. Ad illud eñ tenet̄ vnusquisq; vitandū ꝓ quo si illud fecerit efficitur debitor mortis eterne. Similiter ꝛ ad illđ faciendū ꝓ quo si obmiserit amittit vitam eternā intelligitur sicut exposuimus ꝛ hec est intentio ei⁹ quod dr̄ teneri: tenet̄ eñ q̄tum ad vitam eternam intelligit̄ sicut exposuim⁹: ꝛ hoc est in quo multi errauerunt ꝛ quod multos decipit ꝛ decepit. Non eñ aliud est dicere tenet̄ q̄tum ad vitam eternā q̄ hoc nisi hoc fecerit vel vitauerit amittit vitam eternā.

Questio.

L De eo vero qđ querit̄ vtrum iste teneat̄ non peccasse: dicimus ꝙ secus est. Peccasse enim oīno elapsū est a manib⁹ ꝛ a potestate liberi arbitrij: ꝛ nihil in illud potest liberꝝ arbitriū: ꝛ ideo de illo nulla ē obligatio. Ipm vero peccare vel male agere in a subest libero arbitrio: qm̄ ex illo est libere ꝛ volenter ꝛ q̄si ꝙ gaudēter. Q0 vero obijcit̄ ꝛ querit̄: q2 tūc nō pōt aliud facē liberū arbitriū: nec illud vitare qđ agit̄. Rñdeo q2 tō non p̄t: q2 nec vult nec pōt etiā velle tūc ɔ̄riū: quia nec vult tūc contrarium: ꝛ ideo remanet inexcusatū a culpa quod facit. ¶ Iam ergo declarauimus hunc errorem ꝛ ostendim⁹ cām erroris isti⁹ videlicet necessitatē ꝛ ipossibilitatē male ꝛ culpabiliter ꝓcuratam. Non eñ hmōi errones attenderūt cuiusmodi necessitas vel impossibilitas: ꝛ q̄n excusset a culpa mortali neq; distinxerunt. Qualiter requirat deus ab hoīe quod facere non potest ꝛ qualiter non requirat. Nos aūt iam declarauimus intētionem huius requisitionis ꝓut congruit deo. Errauerunt etiā in hoc ꝙ non recte intellexerunt quid

Nota.

M sit aliq̄d subesse libero arbitrio. Quedam eñ subsunt plene i arbitrio libero ad faciēdum et nō faciendum vt que sūt voluntaria de futuro. Quedam vero ad faciendum tm̄ vel non faciendum tantum Quedam vero de presenti vt voluntaria de presenti. Nihil eñ magis subest libero arbitrio q̄ ꝙ ex eo est libenter atq; gaudenter. Nec obstat nobis illud quicūq; dixerit xp̄m precipisse impossibile anathema sit. In omnib⁹ enim eius preceptis nec vnum inuenitur impossibile quando preceptum est. nec ipse precepit impossibile. sed stultitia peccātis impossibile sibi facit quod erat sibi possibile vel intelligit̄ hoc de impossibilibus ꝑ se et naturaliter propter qđ lex humana et mundana dicit vt supra diximus quia rerum natura impossibilium nulla est obligatio et iterum non dicitur propter hoc ꝙ lex debet esse

Que subsūt libero arbitrio.

N possibilis ꝛ honesta. ¶ De virgine vero vtrum post lapsum teneatur ad virginitatem si eam vouit. dicimus ꝙ nō. propter causam quam supra hic assignauimus Uerūtamen tenetur ad illud quod potest de voto hmōi. videlicet ad cōtinētiam de cetero. Q; si dixerit quis q2 similiter si labatur iterū non tenebitur nisi cōtinere in posterꝝ. et si iterum labatur similiter nō tenebitur seruare cōtinentiam nisi in tē-

Qđ de virgine lapsa.

pore quod erit post lapsum istum. Et similiter se hꝫ de lapsu tertio: ꝛ ita in infinitum. Minuetur ergo et obligatio q̄tum ad tēpus: ꝛ hoc ꝑ culpā suaꝫ: quia semꝑ tenebit̄ ad minorē continentiam id est minoris durationis efficietur ergo ꝑ culpā suam melioris cōditionis. ¶ Rñdemus ꝙ nō sequitur quoniā quod min⁹ habet obligatio eius in tēpore hoc habet plus ꝛ multo amplius in obligatione culparū quas ɔ̄trahit per frequentē relapsum. ¶ Secundū errorē autem illorum qui dicūt omnia ex necessitate euenire. nō est necesse vt propter hoc nemo peccare possit aut bñ agere. ꝛ hoc apparet ꝑ ea que diximus de necessitate ꝛ ipossibilitate. videlicet que et quādo excusant a culpa ꝛ obligatione et quatenus sicut ostēdimus. q2 necessitas q̄ necesse est deū sēꝑ bene agere ꝛ impossibilitas qua impossibile ē ipm male agere in nullo prohibent vel impediunt quo minus bene ꝛ laudabiliter agat vtrūq;. et hoc est quia nec violēter ipsum impellunt ad bene agendum nec violenter ipm impediunt aut auertūt tūc a male agēdo. nec vllo modorū resistit illa ipossibilitas aut cōtradicit voluntati eiusdē. sicut necessitas virtutis celestis aut fati quā scđm eos impossibile ē auerti vel ipediri ꝛ q̄ etiam mouent animas humanas vt ipi opinātur. mouent inq̄ ad cogitationes ꝛ affectiones q̄ in eis sūt et per illas ad operationes ꝛ operꝝ declinationes: quoniā nō mouent eas violēter immo volūtarie non excusat animas humanas a peccatis ꝛ culpis. ꝛ hoc est quoniam a quocūq; ꝑncipio sit op⁹ voluntarium dūmodo voluntariū sit id est volitū quocūq; trium modorum quos dixim⁹: id est affectatū vel tolleratum vel neglectū sēꝑ iputādū est volūtati ꝛ agēti per voluntatē. Nec sequitur si nō potest aliđ agere vel etiā velle ꝙ propter hoc excusat⁹ fuit qui nec vult aliud posse vel agere nec aliud velle ꝓpter hoc dicit Seneca Quia oīne peccatū adeo est voluntariū. si nō sit voluntariū nō est peccatū. Quare necessitas vel ipossibilitas q̄ nō aufert operi q̄n sit voluntariū hoc ē ex volūtate quā ipossibile est nō esse liberā nec culpā aufert. nec meritū eidē operi. Reuera aūt si totum qđ mouet aīas nr̄as extra nos eēt. ꝛ nos hērem⁹ ꝑncipiū motiuū ꝛ operꝝ nr̄oꝝ intra nos vel in nobis totū attribuendum videret̄ extrinseco motori vł motorib⁹ si plures essent. ¶ Q; si q̄s dixerit: q2 auertere possum⁹ volūtates nr̄as a male volitis: lꝫ extrinsecus solūmō moueamur ad volendum. Rñdemus q2 ipm auertere eodē mō nō est in p̄tāte nr̄a cū sit a motore extrinseco tm̄. Quare sicut velle nr̄m nō est a nobis vel ex ꝑncipio qđ in nobis sit: q̄re nō erit nobis iputandū vel ad laudē vel ad vituperium. Silr neq; ad meritū neq; ad culpā: nō ei erit scđm hoc alterutrū in p̄tāte nr̄a. Cū eñ a solo motore qui extra nos est fiūt volūtates nr̄e ꝛ volūtatū auersiōes vel reꝑssiōes: ꝛ motor hmōi in p̄tāte nr̄a nō sit vllo mō Nō erūt ille i p̄tāte nr̄a: neq; erūt in nobis vt actiones nr̄e ꝛ opa: sed vt passiōes tm̄ a forinseco agēte: ꝛ erim⁹ tm̄ receptores hmōi ipressionū: ꝛ nullo mō actores: q̄re nec bñ nec male agem⁹: sed ꝟtus celestis vel fati aget oīa hec q̄ videnť esse actiones nr̄e: ꝛ erim⁹ tm̄ organa ꝟtutis celestis ꝛ fati. Manifestū aūt est: q2 organo nō est imputanda opatio q̄ ꝑ ipm agit̄ ad laudē vel vituperiū culpā vel meritū: sicut motus rote molēdinarie: neq; q̄tū ad essentiā suā: neq; q̄tū ad tarditatē vel velocitatē culpabiliter ipu-

Error quorundam.

Nota

O

Rñsio ad obiecta.

Nota.

Organo nō est iputāda opatio.

cōsulis et negligendū omnino ꝑcōsulin pte illa. Si militer se habet de cōsule et impatore sicut dicit augustinus. ¶ Ampli⁹. Talis potest esse error cōsciētie ꝙ ipsemet est mortale peccatū: sicut se habet in omnib⁹ erroribus impietatis vbi talis est error indubitanter deponēdus est Sicut ergo cōtractus q in seipso irritus est: aut irritādus non ligat vel ad numerandū pecuniā si sit emptionis vel ad aliud quod ex illo sequatur si sit alteri⁹ modi. Sic error cōsciētie qui in seipso irritand⁹ est: et omnio exterminendus nō ligabit ad aliud. ¶ Amplius. Omne peccatū mortale ligabit facientē istud ad delendū ipsum ꝑ penitentiā error ergo omnis cōsciētie cū est mortale peccatū obligat sic errantē ad deponēdū ipz Quare nō obligat ad sequēdū ipsū. ¶ Amp Quis audeat dicere homini sic erranti hoc ē errore mortali quia si erras: debes ampli⁹ errare et qꝛ si peccas debes ampli⁹ pecare. ¶ Amp. Quātūcūꝙ habeat aliquis erroneū visū exteriorem nō ꝑpt hoc rerū visarum aut quantitates aut colores imitant. Alioquin sol ex errore visus qui videtur esse cubitalis magnitudinis tantū: esset illi⁹ magnitudinis tantū et luna esset maior eodē. Multo forti⁹ ergo nec visus interior id est iudiciū consciētie immutabit q̄litates opez nostrorū. Non faciet ergo opus malum quod bonū in se vel bonū quod ē malū. Eodē modo argumētari potest quis de opiniōe ꝙ hmōi cōscientia erronea nō est nisi erronea opinio. Unde enī hec virt⁹ vel potestas opinioni vt ꝯtra opa nostra vt ea mala facit cū alias mala nō sint vel etiā bona. Hoc aūt dicim⁹ quoniā secundū istos cū leuare festucā de terra indifferēs sit: i se id ē nec peccatū mortale: nec meritoriū tamē credenti ꝙ sit peccatū mortale: erit peccatū mortale. Similiter et credēti ꝙ sit bonū meritoriū erit meritoriū nisi culpa mortalis alias facientes īpediat. ¶ Amplius. Si huiusmodi error facit esse malum quod non est malum: ergo facit esse malū prout cōsciēcia dictauerit illō esse malū. Si ergo cōsciētia dictet alicui ꝙ leuare festucā de terra sit ei tantū peccatū q̄tū fuit peccatū ade vel peccatū luciferi vel peccatum iude ꝓditoris vel peccatū crucifigentiū dominū saluatorem: tantum peccabit leuādo festucam de terram q̄tū peccauit adam vel lucifer vel aliquis aliorū quos dixim⁹ maxime cū dicat Ambrosius. Quātū intendis tm̄ facis. Et Aposto. videtur assentire in. xiiij. p̄me ad cori. dicens. Quia manducare carnes malū est ei qui per offendiculū manducat. Amp. Nihil est magis obligatoriū cū in se honestū ac licitū est ꝙ iuramentū vł votū. Cū aūt res iurata siue voto promissa illicita ē aut mala per se omnino in nullo ligat iurantē siue vouentem propter maliciā huius rei. Multo fortius ergo error cōsciētie cū in se ipso illicitus est aut impius non obligabit sic errantes ad faciendū quod dictat error hmōi. Neqꝫ enim ineptevoto suo obligatus fuit ad immolandā filiā occurrentē sibi de prelio cum victoria reuertenti. Neqꝫ dauid per iuramentum qđ fecerat de interficiendo nabal peccauit parcendo ei post modū ad preces vxoris ei⁹. neꝗ herodes decolare debuit iohānē baptistam ꝓpter stultissimum ꝛ impijssimum iusiurandum qđ fecerat de dando filie saltanti caput eius: ꝓpt hoc dicit isido. et est auctoritas canonisata. In malis ꝓmissis rescinde fidem in turpi voto muta decretū

Uide

Cōscientia erronea

Iuramētū et votū maxime obligant

qđ in caute fecisti ne moueris. ¶ Amplius. Scđm contra legem dei nos obligabit erronea consciētia si dicet nobis econtrario illi nobis eē faciendum. Si enim teneamur facere contra illaz illicita ē nobis id est contrarium non solū illicitum sed etiā debitum debito obligatorio mortis eterne. erit ergo fortior lege dei cum eam abroget. et legem contrariam illi nobis imponat. Erit etiam scđm hoc conscientia sua lex vnicuiqꝫ: et ad eam solum seruandam tenebitur: et erit vnusquisqꝫ stultus vel erroneus in parte illa legū conditor et legis diuine destructor: et abrogator: omnibus enī modis impossibile est aliquē teneri simul ad duo contraria vł impossibilia cum scđm leges humanas in rerū natura impossibiliū obligatio nulla sit: facere aūt duo cōtraria simul vel impossibilia natura possibile est quare impossibile est aliquē teneri ad illud. ¶ Amplius. Oportet deo magis obedire ꝙ hominus vt dixerunt apostoli in libro actuū. Ergo magis debet obedire vnusquisqꝫ erroneus deo ꝙ sibi vel conscience sue. Rńdemus in hiisqꝫ erronea cōsciētia nō ligat ad faciēdū quod dictat inquā si illud sit cōcōtra legem dei: sed ligat generaliter erronea cōsciēcia in talibus ad hoc qđ nō negligatur ipsa immo corrigatur. Peccat tamē quicunqꝫ cōtra conscienciam aliquid facit non propter facti maliciam sed propter negligentiaz conscientie per quā cōmittit se discrimini. Dum enim certum non habet an ipsa res quā facit sit contra deum indubitanter discrimini se cōmittat illam faciendo: peccat ergo talis et errando primum et errorem negligendo secūdo scriptum est in ecclesiastico. Non demoreris in errore impiorū. Generaliter ergo vnusquisqꝫ tenetur in talibus que in precepto sunt vel in prohibitiōe vel sequi vel corrigere conscientiā in generali non sequi determinate neqꝫ corrigere determinate: sed alterum facere. Utrumlibet enim faciēdo sit liberat. Qꝫ si neutrum fecerit: manifestum est ipsū negligere conscientiam et in discrimē se mittere. In indifferentib⁹ quoqꝫ similiter se habet quare ē eleuare festucam de terra vel comedere carnes quādo ex cut hoc indifferens est: sicut ei error impietatis imponendus est ab omni conscientia sic ꝛ error in hmōi. Uergit enī in impietatē hereticam vł falsam contra catholicam doctrinam. Impie namqꝫ ꝛ damnabiliter sentiūt manichei malum esse comedere carnes: hoc quippe sentiunt quia factura principis tenebrarū credunt omnem carnez ꝛ ideo imūdam. ¶ Eodem modo error est omnino intolerabilis maliciam in reb⁹ ponere que lex diuina nec dānat nec ꝓhibet e que xp̄iana doctrina habet pro bonis naturali bonitate aut pro indifferentibus q̄tū ad meritum et demeritum. sicut enī peccant manichei maliciam et immundiciaz naturalē īponētes rebus a deo creatis ad vsus hominū. Et sicut peccant astronomi maliciā vel infortunium imponentes planetis et stellis cum atalibus omnino immunes sint et innoxie. Sic peccāt erronei homines imponentes rebus licitis maliciam culpabilem similiter et indifferentibus ꝛ que omnino seorsū sunt a lege dei. Hoc est ab omni preceptione et prohibitione diuina qui imponunt istas necessitates obligationum ex errore cōsciētiarū suarū noua lege se onerant et sibi credētes. Qꝫ si quis querat a nobis vtrum facere aliquid contra conscientiam dictan

Ad duo cōtraria nō tenetur

Negligentia cōsciētie

In manicheos

In astronomos

numerus est: similiter et aliarum que per eas deo au
feruntur et diabolo acquirũtur: non solũ cum quis
opere peccant: sed quos etiã suo aspectu ꝛ appara-
tu ad peccandũ inflammãt. Sic se hꝫ et de aliis qui
palam exempla perditionis spectantibus ꝛ audien
tibus dant. Tot ei mortiũ vnusquisqꝫ est reus vt di-
cit Grego. quot exempla perditionis trãsmittit ad
alios. Horum aũt numerũ qs nouit? ¶ Eodẽmõ se

Quantum peccant qui malos plaros pficiũt.

hꝫ ꝛ de his qui malos pficiũt: vl' prelatos vel potesta
tes seculares vel etiã magistros in imensum extẽdi-
tur corruptela que ab hmõi hominib⁹ deriuatur: vl'
in ecclesias vel in subditos quas de malis homini-
bus edificãt. vel i discipulos quos nephãdos abho-
minatiões vel opere vel verbo docẽt. ¶ Quis ergo
damna tot miliũ animarum restituet? quãdo nec ani
me ꝓprie semel deo ablate ꝛ diabolo tradite restitu
tionẽ et liberationẽ efficere quisquã preualꝫ. ¶ Ter

E

Inquinationes.

tio nominãtur inquinatiões ex quibus petõres im
mũdi siue sordidi semper in scriptura dicũtur: hmõi
aũt inquinationũ fetor est et sinistre opinionis infa-
mia. Quantuꝫ ergo inquinatus est cuius fetor tam
longeqꝫ large spargitur quanto celebritate currere
deberet ad lauacrum penitudinis et cõfessionis: et
maxime anteqꝫ ad sancta appropiquaret vel ãte de
um ministrare presumat. sed lachryma cuꝫ aliis om-
nibus feteat q̃ nares vel infectas vel corruptas non
habẽt sibi fetere nõ possunt. Hmõi ergo hominibus
dicitur ysaie pmo. Lauamini mundi estote. Et has
iniquinatiões sentiẽs dauid clamabat. Ampli⁹ la-
ua me ab iniquitate mea et Hieremie. 2. Laua a ma
licia cor tuũ. ¶ Quarto nominãtur cruentatiões vt

F

Cruẽtationes.

ysa. i. Manus vestre plene sanguine sunt. Et ysa. xxx
Qui obturat aures suas ne audiat sanguineꝫ. ꝛ ite
rum Jere. ii. In alis eius inuẽtus est sanguinis ani
marum pauperum et innocentium: maxime autem
horrifica cruentatio est ex peccatis malignitatis si-
cut ex nece et ꝓximorum odio inuidia detractione:
hmõi enim peccata sanguinolẽta dicenda sunt. qui
odit ergo fratrem suum quoniaꝫ homicida est: sicut
dicit iohã. i. cano. sue. iii. Cruẽtatus est sanguie fra
terno intus. Si autem foris euꝫ vel facto vel verbo
leserit in veste cruentatus est: et in ore vel in manib⁹
His autem signis deprehendi consueuerunt homi-
cide: videlicꝫ cruentatione gladiĩ vel aliorũ armorũ
vel vestis: linguam autem habet cruentatam ꝛ den
tes si verbo leserit. Quia ergo filii hoim dẽtes eorũ

Nota.

arma ꝛ sagitte et lingua eorum gladius acutus gla
dium et arma atqꝫ sagittas habet cruentata et san-
guine fratris qui sic in eum operatus est. similiter ꝛ
vestem cum corpus humanum anime vestis sit. Ex

Peccatum sanguis appellatur.

vero generaliter omne peccatum sanguis dicit. ꝓ-
pter qḋ dicebat Dauid: Libera me de sãguinibus.
Et osee. iiii Maledictum mendacium homicidiuꝫ
furtum ꝛ adulterium inundauerunt: et sanguis san
guinem tetigit. Qui ergo operti sunt iniquitate et
impietate sua sanguine ipso suo operti sunt: a qui-
bus vero peccata illicitorũ aspectuum per oculos
illicitorũ audituum per aures sermonum. similiter
per ora: ꝛ ad hunc modũ de aliis partib⁹ corporis san
guine fluũt vt pote ex omi pte corporis vulnerati: sã-
guis eni fluẽs indiciũ est vulnerũ. Vide qꝫ miserabile
quãqꝫ horrificũ aspectu spectaculũ seipos pbẽt pec
catores pii parentib⁹: hoc est platis ꝛ ecclesiasticis
fris ꝛ fratrib⁹. Qm gratũ auteꝫ hostib⁹. id est demo
nibus ꝛ et eorum imitatoribus qui de fraternis pec-

catis vel visis vel auditis gaudium sibi faciunt as-
qꝫ risum. Vtrum diluuium sanguinis sit: ꝛ montes
vl' ecclesiaꝝ platoꝝ: vl' pncipiũ opiũt nec solũ vsqꝫ ad
frenos eqꝝ id est pdicatorum ad eos frenãdos: hoc
est ad ora eorum obstruenda ac rescindenda ne pre-
dicent ascenderit. Jam non dubiũ est vbi predicatio
nis impeditur officiuꝫ: ꝛ apte etiã inhibetur. Quo-
niã insania etiam audatia corã deo apparet audeãt
filiorũ eiusdem interfectores. ꝛ sanguinem eoruꝫ ve
stitimus cruentati: qualiter manus hmõi sanguine
plenas ad ipsum leuare: vel ora sic cruentata ad eũ
adorandum aperire non verentur. Generaliter aũt

Immundicie opera menstruata

omnia immundicie opera presertim si cõsuetudina
ria fuerint menstruata vocantur siue flux⁹ mẽstruo-
rum. Juxta illud qḋ Ezechiel. xvi. Vidi te concalca-
re in sanguine tuo Hieremie. x. Omnes qui querũt
eam non deficient in menstruis suis inuenient eam.
¶ Quinto vocantur inquinatiões velut ex fluxu sa-

G

Inquinationes.

guinei. Juxta illud Putruerũt cicatrices mee a fa
cie insipiẽtie mee. Et Juxta illud Ysaie primo. Vul-
nus ꝛ liuor et plaga tumens non est circũligata me
dicamine nec fota oleo. Et Job. ii. Testa saniem ra
debat. Maxime autem ad opera luxurie conueniẽ-
ter refertur hoc. Est enim luxuria vlcus pessimum
sanie spurcissima: ꝛ abhominabile semper defluens
Et iuxta hunc modum conuenienter nominatur dis
senteria spiritualis ꝛ fluxus eius: id est opera flux⁹
dissenterici. Quẽadmodũ ergo vlcerosi ꝛ dissẽteri-

Dysenteria

ci sẽper sordidi sũt semp iqnati ꝛ fetidi sic luxuriosi:
secundum augustinũ auteꝫ scabies luxuria proprie
est. Delectabar inquit in libro confessionum scalpe
re rabiem libidinum mearum: opera ergo luxurie
scalpiones sunt: hmõi scabiei pruriginose ꝛ saniose si
mul pariter ꝛ cruente. ¶ Congruit autem ista noia-

Dysenteria spũalis.

tio dissẽterie spũalis maxime sodomitice spurcitie.
Quemadmodum enim dissentericus locum habet
aptum ꝛ deputatum assellationi seu purgando ven
trem non querit aut expectat: sed omnia indifferen-
ter inquinat etiam loca sancta. Sic ꝛ genus illud ho
minum in masculos etiam sacri ministerii consecra-
tos: nephariam pollutionem extendit: et loca sãcta
etiam inquinare huiusmodi spurcitia nõ verentur.
Ad suggillandum luxuriam omnia apostemata sa-
niosa. omnia vlcera pessima omnis scabies abho-
minabilis adducenda est similluma enim est omnib⁹
huiusmodi pestibus ꝛ opera eius inquinationibus
que ex illis sunt. ¶ Sexto nominantur opera tene-

H

Opera tenebrarũ.

brarum: hoc duabus de causis. Primum: quia fiũt
in tenebris scilicet cordis: ꝛ a nescientibus omnino
quid faciũt. Quod apparet ex ipa deformitate ope
rum. Opera enim dementie ꝛ furiositatis sunt om-
nia peccata mortalia. Nemo enim videns in corde
talia faceret ¶ Secundo dicuntur opera tenebra-
rum quoniam obtenebrant facientes: vel opera te-
nebrarum id est eorum que tenebre sũt. Juxta id qḋ
dicit Apostolus. Fuistis aliquando tenebre: nũc au
tem lux estis in domino ad Ephesos quinto. ꝓpter
hoc dicit dominus Hieremie. ii. vide qd feceris quasi
si diceret cum hoc faciebas hoc vtiqꝫ non videbas.
Nõ enim tam peruerse operari potest qui videt. ¶ Se

K

Fasciculi.

ptimo vocantur mala opera fasciculi deprimẽtes
vt ysaie. lix. Solue fasciculos deprimentes: adeo ei
deprimunt: huiusmodi opera factores suos: quia
eos demergunt in interitum ꝛ perditionem ꝛ leua-
re se ad sublimia virtutũ nõ sinũt. Propter qḋ quã

to plura aut maiora habet quis mala opera tanto magis oneratus est. Hinc est qd apostol⁹ in .v. ad Thymotheū vocat mulieres oneratas peccatis. Et psalm. Sicut onus graue grauate sunt super me. ppter hoc dicit Seneca. Nemo cum sarcinis enatat subaudi de mari mundi huius. ¶ Octauo possūt

Sarcinule furtiue.

intelligi fasciculi deprimētes: sarcinule furtiue que vulgo fardelli latronum dicuntur. Propter qd satellites infernales male operātes insecuntur: vt eos capiant ꝛ patibulo infernali affigant. Propter hoc ergo recte dicit Apl's in. xiii. ad Roma. Abijciam⁹ opa tenebrarum instar latronū subaudi qui vidēt eos satellites eos īsequentes: fasciculos furtiuos abijciunt duabus decausis. Videlicet ꝛ vt liberius ex onerati velociusq̧ fugiāt: et vt cum ipsis sarcinulis furtiuis non cōprehendantur. Via eni hmōi hominū mala scilicet opa habentium. Et angelus dñi persequens et coartans eos vt cōprehendat cū ipsis sarcinulis de hoc dñs Hiere. ii. Quomō confunditur fur quādo comprehenditur: sic confusi sunt domus israel ꝛc. In hoc aūt misericordissime agit nobiscū clementissimus deus q: nisi comprehensi fuerimus in morte vestiti ꝛ saxin vt vulgo dicitur hmōi sarcinulis nō poterit nobis obijcere coram deo diabolus latrocinia nostra.

M ¶ Nono vocantur testes ipsa mala opera Sap. v. Ipse interrogat it opera nostra

Testes

subaudi in iudicio: ꝛ hoc vt testes incorruptibiles ꝛ qui mentiri non possunt nec norūt. Eadē etiā ratione vocantur ꝛ fruct⁹. ppter qd dicit Math. vii. A fructibus eorum cognoscetis eos. et Luce. vii vna queq̧ arbor a fructu suo cognoscit: ppter qd nō solū falsificādi sūt testes hmōi: sed etiā occidēdi. Nō eni valet disputatio cōtra eos. Et hoc est qm impossibile est eos mētiri. Tacere autē nō possūt quin cōtra nos loquant nisi p pniam occidant: ppter hanc cā dicunt ꝛ filij i eodē sap. Oēs filij q nascunt ex iniquis testes sunt nequitie aduersus parentes ꝛ iter-

Nota.

rogatione sua filij qui vere testes nequitie sūt opera sola intelligi possūt cū ꝛ ex bonis pēribus nascant interdū mali filij ꝛ ecōuerso. Facit etiā ad hoc quod illud legit Apo. xiiij. Opera illoꝝ sequūt illos: videlꝫ vt testes incorruptissimi bonitatis eoꝝ per quos p

N bentur digni remuneratione eterna. ¶ Decimo vocantur littere vel scripture de q̄bus vnusquisq̧ malorū mortis sue librū diabolo: ꝛ hoc in ipsa ꝯsciētia sua velut pergameno. Iste lr̄e certissime sūt quas cōtra vnū quēq̧ malorū pferet in iudicio diabolus. Isti libri in iudicio aperient: ꝛ iste littere exhibebūtur: ꝛ fm illas iudicabit sicut legit Dan. vii. Iudicium sedet ꝛ libri apti sūt intelligit cōscientiarum. Similit ꝛ apoca. xx. Iudicati sūt mortui ex his q scripta erāt in libris. Et statim sequit expositio: videlicet secundū opera eorū. Ve nobis qui scriptores diaboli sum⁹ i pte ista si lr̄as mortis nr̄e eidē scribim⁹ ꝛ hoc in tabulis cordiū nr̄oꝝ q̄si i pgameno. Vndecimo vo

O cāt spine ꝛ ligna ceteraq̧ icētiua ꝛ nutritiua īfernalis incendij. Has spinas vel ligna ꝯgregare ꝛ humeris suis īponere demētissimi peccatores nō cessant.

Spine.

His spinis vel lignis onerāti currūt ad infernale incendium officiosissime in hoc ꝛ in mortē suā diabolo seruiētes. Nō enim hꝫ diabolus vnde nutriat vel incendat ignem infernalē sed miseri peccatores ei colligunt et congregāt et pprijs humeris portant omnia genera incētiuorum nutritiuorū ignis quo eternaliter comburendi sunt quod in ysaac primum figuratum est Genesis xxij. vbi dicit q tulit abraham ligna holocausti ꝛ iposuit super ysaac filium suum. Similiter et Johānis. xix. Vbi legit d dño hiesu q baiulāssibi crucem exiuit in eum q dicitur caluarie locus. ¶ Nominātur etiā peccata nominib⁹ opationū q per mēbra fiunt vt passus ꝛ gressus q vtiq̧ per pedes fiunt similiter et cursus. Eodem mō morsus deuoratio ꝛ latratus q vtiq̧ p ora fiunt dequib⁹ copiā scripturarū et similitudinū ꝛ cōpationum exercitatam notitiam. Nos ergo causa breuitatis plurima de his pertrāsimus pauca pseqūimur ad alia festinantes.

Finis tractatus de vitijs et peccatis.

Sequitur tractatus de tentationibus et resistentijs.

¶ Auctor se ipsum sūmat: explicans quibus de rebus sit deinceps dicturus.

Ost hec ordine suo promissa superius excolentes loquimur de tentationibus et resistētiis et generaliter de preliis vitiorum atq; virtutum: et de omni pugna spirituali quam hic patiuntur viri sancti: et de omni genere expugnationum quibus contra vitia pugnandū est. Assignabimus etiam et enumerabimus officia et actus proprios vniuscuiusq; virtutum in vno quoq; certamine spirituali. Dicimus q; victorias et modos vincendi earum et non pretermittemus insidias demonum astutias eorum quibus incautos deiiciunt capiunt et captiuant. In primis ergo sciendum est tibi q; tentatio

Tētatio qd

vna intentione sua non est aliud q̄ experimentatio: et tentare non est aliud nisi experimentū capere de quacūq; re ad cognoscendum ipsam: hoc est vt ipsa cognoscatur vel innotescat cuicūq;. Sicut legit̄. Gene. xxii. Quia tentauit deus abraham. hoc est experimentū cepit de eo: et ipsum innotescere fecit et hoc sibi ipsi: hoc est ipsi abrahe. Quāta ei esset virtus obedientie in abraham per ipsum mandatū qd a deo recepit d̄ immolando vnigenito filio suo. Agnouit excellentiam obedientie sue ad deum. Non enim opus

Tentare est experiri.

erat deo experimēto vel signo aliquo ad cognoscendā obediētiā abrahe. iuxta hūc modū dictū est illud. Deutronomii. Tētat nos dn̄s deus noster pp̄t hoc dictus est tētator et est diabolus. Math. iiii. Et accedēs tentator dixit ei. hoc ei solum potest videlicet tētare nō aūt vincere vel deiicere viribus suis. Nisi ei sponte nos ei crediderim⁹ et in manus ei dederimus potestatē in nobis hr̄e non potest: tentare ergo vtiq; potest. Hoc est expimentū cape et vtcūq; ꝑpendere q̄les simus videlicet fortes an debiles. faciles ei cedētes an viriliter resistētes q: si nos ab initio tentationis viriliter sibi resistētes inuenerit: desperās de victoria immo victus atq; cōfusus plerūq; statim abscedit. et hoc est ꝓprium tētatoris: vt experimēto sumpto comptoq; quod querebat negocium tentationis dimittat. Juxta hūc modum dicit̄ tentator dialecticus et tentatiua dialectice pars q̄dam: et tentatiuus etiam quidā sylogismus: licet ergo animo repugnādi immo occidēdi tentatiōes inferat tn̄ quis hoc solū vt diximus videlicet suis viribus tētare potest et nō amplius tētator d̄r. Nihil enim contra nos potest nisi qd ei posse dederimus aut ꝑmiserimus. Tētatio ei ois sicut infra docebim⁹ ꝓ nobis est multiplicit̄ nobis vtilis ac salutaris si eis bn̄ vti sciuerim⁹ et voluerim⁹ sicut infra docebim⁹.

¶ Scd̄a intētione itelligitur tētatio ipugnatio seu bellū aut ꝑliū. Sicut legit̄ iob. 7. Scd̄m aliam trāslationē. Tētatio est vita hois super terrā: vbi nos habem⁹. Militia est vita hois sup terrā. Militia aūt nō intelligit̄ nisi bellū: et vulgo guerra: que cū in actu fuerit et exercitio d̄r pugna et ipugnatio et ꝑliū. Juxta hāc intētionē dicit Jacobus. in pmo. Nemo cū tentatur dicat: q: a deo tentatur deus ei interpretator malorū est. Non ei ipugnat de⁹ peccatores: neq; ipugnator est peccatorū qui poti⁹ liberator atq; defensor si voluerit. Juxta hūc modū dicit̄ illd apl̄i in .1. pme ad Cor. Fidelis de⁹ qui nō patit̄ vos tentari supra id qd potestis. Non patietur vos tētari. id est impugnari. Similiter et illud primo. Jacobi. Beatus vir qui suffert tentationem. Uerumtamen quicqd agit contra nos diabolus pugna est: si quis diligentius consideret. Animo enim vincendi nos totum agit: siue enim insidietur siue exploret: siue bona pretendat ad decipiendū nos: siue percutiat baculo quocūq; vel gladio: siue murū munitiōis nostre suffodiat: siue victū spiritualē subtrahat: hoc est subtrahi procuret: quoniā animo nocēdi oia ista facit. Et reuera ista sūt partes belli siue guerre quibus semp nos impugnat: quicqd istorū agat licet aliud dicat Gregorius sup. iiii. Mathei. Quia tribus modis tentatio perficit̄: videlicet cogitatione: delectatione: et cōsensu. Quāuis cōmuniter dicatur: q̄a per duo genera rerū tētamur: videlicet p blanda hoc est delectabilia: et per aduersa seu aspersa: hoc est q̄ cōtristant atq; conturbant. Multi tamē sūt alii modi tentationū: hoc ē impugnationū diabolicarū. Et vt verbo vno vniuersaliter oia dicamus: vnūquodq; vitiū suas habet tentationes: et cōtra totam aciē mentis pugnat diabolus obsidens eam per eam ꝑ circuitum: et ordinās acies ac dirigēs contra acies virtutū. et contra partes arcis ipsi⁹ mētis humane. Quod vt euidentius elucescat enumerabim⁹ ipsa vitia que sunt quasi duces acierum incipientes ab ipsa vi nostra rationabili: et numerantes impugnatiōes ꝓprias eiusdē: hoc est q̄s ꝓprie dirigit cōtra eam diabolus. Dicemus igitur in primis: quia curiositas est pria ipugnatrix virtut. nr̄e rationalis hoc est sublimis ac nobilis virtutis apprehensiue. Est autem curiositas libido sciendi seu cognoscēdi non necessaria: et quorum cognitio nichil operatur vel adiuuat ad salutem: et hanc ipsam quandoq; diximus prostitutionem nostre virtutis rationalis passim quācūq; veritatem propter seipsā amplexātis: et cum eam libidinantis: et propter hoc thorum ad quam solam primam veritatem admittere debuit fornicatione vel adulterio cum ancilla vel pedisequa polluentis. Sola enim prima ac luminosissima veritas sponsa est illius cetere vero vt ancille et pedisseque habende sunt: hoc est propter illam solam querende et diligende: et hoc quatenus ei seruiant. hoc est quaten⁹ illam ad vim nostram rationalem introducant: et ipsam eidem preparēt et ornēt. Quemadmodum enim quedam ignorantie vim nostram rationalem deformant atq; deturpant: Sic et quedam scientie ipsam decorant pariter et exornāt. Ignorantia enim non est nisi quedam absentia veritatis in predicta vi: et quedam vacuitas ab eadem. Manifestum igitur est ex his q; curiosus intellectus prostitutus est et pedequis veritatibus vt diximus: et etiam aliis que prime veritati vllatenus famulentur. Et propter hoc scole curiositatis huiusmodi meretricū sunt seu adulterii: et lupanaria quedam sic fornicantium animarum. Magistri autem hmōi scolarū nichil aliud sūt q̄ principes ꝓstibulorū et procuratores atq; consiliatores hmōi fornicationum. Non reputas autem leue peccatum aut paruam turpitudinem sacramentum prime veritatis intellectum sic prostituere: et tam venerandum matrimonium multiplicib⁹ adulteriis violare. ¶ Et si enim verum est quod dicit aristotelis: in metaphisica sua non tamen verum est quod omnes scientias homines natura scire desiderant: immo immune

Tētatio tribus modis perficitur.

Curiositas quid sit

Ignorantia quid sit

Aristotelis

Tentatiōis vtilitas. Uita hominis tētatio.

rabilia scire vt ita dicam⁹ ex innato sibi vitio curiositatis: queadmodū eni non in omnes mulieres est appetitus naturalis virorum immo et plerasq3 libidinis siue luxurie: et hoc est ex innata corruptiōe spirituali. Sic nō in oēs veritates est appetit⁹ vis nostre ratiōalis. Appetitus inq̄ natural. sed ex curiositatis libidine ꝯstituta quam diximus. Secundum vitium est tarditas ad credendū. Tercium leuitas ad idem. Et de vtroq3 seneca. Et omnibus et nulli credere vitiū est. ¶ Quartum vitiū dubietas qua quidam sp hesitāt quemadmodū quidam quātumcūq3 crebro quantumcunq3 diligenter confessionem peccatorū suorum iterent sp dubitant an bene confessi sint. Quemadmodum quidam oēm hominem suspectū habent et nulli credunt. Quidam vero passim omnibus credunt nec res nec homines attendentes sed sufficit eis tantūmō audiuisse ad hoc vt credant. Quintū vitiu3 suspiciositas est quod in quibusdam religiosis adeo inualuit: vt duos homines inuicem colloquentes nūq̄ videant quin ipsos de se loqui mali aliquid suspicētur. Similiter ꝛ quicunq3 eos quocunq3 mō aspexerit: statim opinantur q̄ aliquid in eis mali notet vel propter malū aliqđ eos intueatur. Et hoc est vitiū perniciosissimū litigiorum multorum et odiorū atq3 irarum seminariū. Adiuuatur aūt huiusmodi ab humore melancolico et morbo vltra quam credi possit. ¶ Sextū vitium est virtutis nr̄e rationalis spiritus blasphemie quod est scaturigo abhominabilium cogitationu3 et adeo horribiliū adeoq3 molestarum vt eius tētatio plerūq3 quasi martyrium sit: et q̄dam etiam potius vellent q̄ illas sustinere martyriū: lic3 autem opinio de malo fraterno in quibusdam adeo pertinax sit vt bonu3 de ꝓximo de quo semel male opiati sūt eisdem bonum suaderi non possit: et ꝓpter hoc viciosa sit atq3 dānabilis: non tamen facimus eā. ¶ Septimū vitium hmōi vis de qua agimus immo eam comprehendimus sub tarditate credēdi scilic3 ignorantiam vitium hoc virtutis nostre rationalis dicimus cū sit vacuitas eiusdē et priuatio cognitionis. ¶ Negligentia vero sciendi vel addiscēdi magis est in virtute nr̄a motiua id est voluntate. hec autē oīa idcirco diximus q2 iam multi scripserūt diuisiones vitiorū: et diuiserunt ea nunc in tria nunc in septem In tria ꝓpter id qđ legitur Job. i. Quia chaldei fecerūt tres turmas: et ꝓpter id qđ legit̄. i. Joh. ij. Omne qđ in mūdo est aut cōcupiscētia carnis ē ꝛc. In septē vero ꝓpter septē gētes q̄s eiecit dn̄s de terra ꝓmissiōis vt introduceret in eā filios isrl̄. hmōi ergo hoīes de vicijs locuti sunt tāq̄ infidelitas et heresis vitia nō essēt nec fides virt⁹. tu ḡ nō adhereas diuisionib⁹ eorū. Reuertamur ḡ et ꝑscrutemur in p̄mis vtrū resisti possit a sc̄tis vel etiā pctōribus oīb⁹ tentatiōib⁹ et impugnationib⁹ diabolicis ꝛ videri possunt in primis q̄ non: ex eis que legūtur iob. xli. vbi loquēs de potestate vehemoch id est diaboli in. xli. cap. Nō est inquit potestas sup terrā que ꝯperetur ei. ꝛ iterū. Non fugabit eū vir sagittari⁹ in stipula3 v̄si sunt ei lapides funde: deridebit vibrāte3 hasta3. apl̄s vo in. x. i. ad Coꝝ dicit. Fidelis de⁹ qui non ꝑmittit vos tētari supra id qđ potestis sustinere. Videtur ergo q̄ nisi de⁹ auerteret q̄ tentarētur aliqui supra posse ꝛ vires suas eēt tētatiōi aliter posse aliquis resistere. August. q̄q3 in libro cōfessionu3 dicit. Quib⁹ aūt tētationib⁹ resistere nō valea3. nescio tu scis. Et iterū dū ꝯsuetudib⁹ nō resistit̄ fit necessitas beatus Ber. attestat̄ eidē dicēs. Q3 possq̄ in ꝯsuetudinē versū est aliqđ peccatū nisi ineffabili diuine gratie miraculo non resistitur illi. ¶ Amplius. Apl̄s dicit ad Thimo. i. scđo. Nequando resipiscāt a diaboli laqueis a q̄ tenentur captiui ad ipsius voluntatem. Et iterū. Sapientie. xij. Semē erat maledictu3 ab initio et non poterat mutari a malicia. Et hieremie. xiij. si mutare potest ethyops pellē suam ꝛ pardus varietatem: sic ꝛ vos poteritis bene facere cum didiceritis male. Ex his ergo oībus testimonijs videtur impossibile eē quibusdā bene agere ꝛ necesse male agere: quare necesse est eos cadere sub tētationibus saltē ex aliquibus. qui ei tenēt̄ a diabolo ligati ad ipsius voluntatē diaboli cum volūtas diaboli sit semꝑ vt peccent tētationibus q̄s ipse infert acq̄escant: non possunt aliud facere si ita est q̄ succūbere tentationibus pro volūtate diaboli. ¶ Amp̄. Dicit augustin⁹ super Gen̄. Quia adā habuit vnde posset stare. Nō vnde possit ꝓficere: et intelligit hoc in statu ante peccatum ꝛ etiā ante gratiā quātumcūq3 etiam habuit gratiā posse proficere cum ꝓficere nō sit nisi mereri quādoq3 eni mereri ergo ꝛ proficere. Si reuera ex solis naturalibus bonis vel virtutib⁹ mereri nō potuit. Cum igit̄ ex illis non poterit nisi stare: ꝛ hoc cū sana essent ꝛ omnino illesa modo cū corrupta sint ꝛ profūdissime vulnerata: manifestū est: q̄ nec poterit ex illis vel ex ista etiam stare lōge min⁹ possit ex illis in statu infirmitatis illoꝝ q̄ in statu sanitatis eorūdē. ¶ Amp̄. Apostolus in secūdo. ij. ad Coꝝ Nō ꝯsufficientes simus inquit cogitare aliqđ ex nobis quasi ex ne bis. Incomparabiliter autem minus est cogitare q̄ cuicumq3 tentationi resistere. Si ergo illud quod tam longe minus est non possumus ex nobis multo minus illud ad quod est tam lōge magis: presertī3 cum resistere īpossibile sit absq3 cogitare immo pars sit magna eius qđ est resistere. ¶ Respōderūt in hoc multi ꝛ dixerunt: q2 reuera nō pōt homo resistere alicui tentationi ex se. id est viribus suis: hoc est sine adiutorio. querimus aute3 ab ipsis. Quid intelligant illud dei adiutoriū qđ vtiq3 nō possunt dicere aliud esse q̄ gratiā. Istis aūt cōtradicit euidenter aug. dicēs: q2 multa bona faciūt homines per solū liberū arbitrium absq3 grā dei q̄lia sūt agros colere: dom⁹ edificare ꝛ similia. ¶ Amplius. Verū est: q2 corpora ꝛ grauia et leuia ex sola natura mouent̄ absq3 speciali adiutorio gratie dei similit̄ calida ꝛ frigida operant̄ opatiōes suas. omni ergo creatura miserior ꝛ miserabilior erit hō: si nichil etiā naturalis operari possunt ex natura sua Dicendū igit̄ est in his vt a nouissimo īcipiam⁹: q̄ nō omne cogitare est ex gratia. Quedā eni cogitatiōes vane sūt sicut dicit psal. Et quedā sūt sine intellectu imo cōtra intellectū a q̄bus aufert se spiritus sanct⁹ discipline. sicut legit̄ Sapiētie p̄io. Quodam vero cogitare gratie est sicut illud de quo loq̄tur Augustinus dicens. Quia credere est cum assēsione cogitare. Non enim dubium quin credere fidei virtutis gratie sit. Quod autem est gratie non est ex nobis quasi ex nobis: sed est ex nobis cum adiutorio gratie. De cogitationibus vero sublimib⁹: videlicet que desuper animas nostras descendūt a patre luminū: nō sunt ex nobis quasi ex nobis: alijs autē cogitationibus cogitare nō est cogitare aliqđ id est cogitare alicuius momenti seu valoris: iuxta

Marginal notes (left column): Tarditas ad credēdū. / T / Dubietas. / Nota. / V / spirit⁹ blasphemie. / X / Negligentia sciendi. / Vtrum sit resistentia contra oēs tētationes diaboli. / Y

Marginal notes (right column): Necessitas ex non resistendo. / Z / Adam mereri non potuit ex solis naturalib⁹. / Sine gratia dei tētationibus nō resistitur. / A / Cogitationes. / Credere.

morem scripture qui nō reputat aliquid nisi qđ va=
let ad salutem eternā. Sicut est illud Johā.xvi. vsqꝫ
modo nō petistis quicqꝫ. Non reputans quicqꝫ nisi
qđ est grē vel glorie. Et hoc modo intelligēdum est
qđ dicit apostolus. Nō ꝙ sufficiētes simus cogita=
re aliqđ ex nobis quasi ex nobis. Illud vero qđ ali=
B quid dicit apostolus ꝙ peccatores tenent a diabolo
captiui: ad ipsius voluntatē tenentur vtiqꝫ vinculis
amoris proprij ac desideriorum ac voluptatū: quē=
admodū enim dicit poeta. Trahit sua quemqꝫ volu=
Vergilius ptas. Non vtiqꝫ necessitate: sed voluptatis amore
et delectandi voluntate. Nō infert ergo eis impos=
sibilitatem aut coactionē: ꝛ hoc apparet ex ipso te=
stimonio ipsorū. Interrogatus enim etiā quantūcūqꝫ
consuetudinarius fornicator vtrū gaudenter liben
ter ac delectabiliter fornicetur. Respondebit ꝙ sic
qui se et intima sua melius nouit. Et de hmōi neces
sitate multa iam diximus: ꝛ idem intelligendū est de
necessitate: loquitur augustin⁹ et beatus Bernard⁹
Nota. Non enim est necessitas coactionis: ꝛ ideo nō excusat
sed indurate volūtatis. Volūtas autē siue indurata
sit siue nōdum modo in malū sit: aut male etiā in bo
num sꝫ culpabilis est actus ex ea peccatū. Qꝫ autē
queritur vtrū possit resisti vnicuiqꝫ tentationi vide=
C tur ꝙ sic a iustis ꝛ sanctis hominibus: licet multas
habeant questiones. Nos autē prius disputabim⁹
de peccatoribus et infirmis et videt ꝙ quātūcumqꝫ
peccator: ꝛ quantumcūqꝫ infirm⁹ possit resistere cui
cūqꝫ tentationi. Cum enim impossibile sit aliquem suc=
cumbere omnino inuitum necesse est vt qcūqꝫ succum
bit succubat volens. Qui autē volens succūbit non
vult resisterere. Nō est igr mirū si nō resistit cū resi=
stere nō velit cū ipsū resistere omnino volūtarium sit.
Nos aūt qrim⁹ vtrū possit resistere si velit quante=
cūqꝫ tentationi. ¶ Et ostendim⁹ ꝙ sic cum enim non sit
dicendus velle vt ait aug. qui qđ potuit nō fecit: nō
D vult pculdubio resistere qui nō facit qđ pōt vt resi=
stat: certū autē est ꝙ non vult resistere qui vult cede
re vel succūbere. Contraria enim similis velle aliquē
precise: ꝛ simpliciter impossibile est. Si ergo succū=
bit vel cedit tentationi. Aut hoc facit omnino inuit⁹
aut aliqmodo volens. Qꝫ si omnino inuitus manet
igitur eius voluntas inuicta et erecta: non solum nō
cadens: sed nec inclinata etiam in aliquo in consen=
sum aduersarij seu tentantis quare non vincitur im
mo vincit magnifice. Nec talis succumbit nisi forte
a parte corporis. Hoc autem nō est succumbere pro
prie neqꝫ vinci nec sic: sed si fit qđ intendit tentator ꝛ
ad qđ mouet ꝛ pulsat tentatum. Manifestum autem
est: quia hoc non potest fieri omnino ab inuito. Omi
no enim inuitus nō facit aliquid: sed magis patitur
nec mouet ipse: sed tantum mouet. Violēta enim actio
nō est violentia patientis: sed solūmodo inferentis
quē admodū si quis flectat genua alterius eo pror
sus inuito ante idolum: ꝛ ponat in manibus: simili
omnino inuiti thus tenēs manus ei⁹ ponat in mani=
bus eius sic patientis thus super altare idoli vł an
te idolū certū est: qꝛ qui ista omnino inuitus patitur
nec adorat idolū: nec turificat ydolo. Quicūqꝫ igit
tentatione vincitur: pculdubio voluntarie facit ali
quo modo quod suggerit tentator: et eligit potius
id facere qꝫ tentationis molestiam sustinere. cousqꝫ
enim vult tentationis molestiam declinare: nec pro
pter hoc tentātis facit voluntatem. ¶ Verum ergo
est quod diximus qꝛ non vult simpliciter ꝛ precipue
tentationis molestiam sustinere: immo declinare et
forte vellet eam sustinere nisi adeo torqueret eum ꝛ
affligeret hoc est adeo modica posset esse ꝙ potius
eā sustineret qꝫ tentatori acquiesceret. Et hoc est qđ
dicit salomon. Quia vult et non vult piger ꝓuerb.
xxi. Quia vtiqꝫ vellet sed simpliciter et precipue nō
vult. Manifestū igitur est quia quantecūqꝫ tentati= E
oni potest resistere quicunqꝫ et quantumcūqꝫ pecca=
tor et infirmus si vult: vult inqꝫ simpliciter et preci=
pue vt in nullo deuelit et hoc vtiqꝫ absqꝫ vllo adiuto
rio gratie. Tolle enim omnem gratiā si precise et sim
pliciter vult: hoc est si pure vult quod est absqꝫ vlla
admixtiōe voluntatis: nullo mō succumbit. Et hoc
vtiqꝫ verum est: quia qꝫdiu vult pure pmanet inui
ctus. Verum vt pure velit hoc dicimus nō esse ei ex
se immo ex gratie adiutorio. Qꝫ enim aliquis velit
sustinere mortem ꝛ mortis tormenta. Velit inqꝫ pu=
re vt diximus anteqꝫ peccet pculdubio gratie est et
nō nature vel naturalis alicuius virtutis. Qꝫ si di=
xerit quis qđ hmōi voluntas inuenitur in hereticis
Nos iam respōdimus in alio tractatu ꝛ ostendim⁹
quia heretica ꝑtinacia obduratio est volūtatis ipso
rum ꝛ obligatio diabolica que eos trahit quo vult
ꝛ sicut vult. Quēadmodum enim furiosi multa susti
nent qꝫ sani nullatenus sustinerent. Sic est de furiosi
tate ac cecitate hereticorū. Ea enim sustinēt ex insa=
nia cordium que vix sanitas sustineret. De hoc aūt
qđ supra positum est ex verbis Job. Nō est potestas
sub celo qꝫ ei comparetur dicimus: qꝛ potestas gra=
tie siue virtutis nō est sub celo immo supra celum qꝛ
virtus est dei omnipotentis. Et ad hunc intellectum
referenda sunt omnia videlicet illud. Deridebit vi=
brantē hastam: et hoc ex ꝓpria superbia. Hic enim est
mos superborum: vt iactent se vltra qꝫ sint et vt ma
iores et fortiores se derideant vel deridebit illū vt ē
in se non qualis est vel prout est ex gratia ꝛ ad hunc
modum intelligantur omnia hmōi. Quod aūt vel=
le ex deo sit et non ex nobis expresse legitur ad Phy
lip.ij. Deus est qui operatur in nobis velle ꝛ perfice
re pro bona volūtate ¶ Attende aut enim: quia cum
qritur vtrum quis possit velle resistere cuicum= F
qꝫ tentatiōi seu quantecūqꝫ quia duobus modis in=
telligi potest hoc: posse enim dicitur et secundū pos
sibilitatem quod est passiue et receptabiliter: quem
admodum dicimus aera posse illuminari passiue sci
licet ꝛ receptabiliter. ¶ Secundo modo dicuntur se
cundum virtutem et efficientiam siue effectiue: ꝛ hoc
modo dicitur sol posse illuminare aera: quia apud
ipsum est virtus ꝛ principium efficiendi. Hoc mani=
festum igitur est quia nec cuicunqꝫ nec quātecūqꝫ tē
tationi potest quiuis resistere per modū efficientie
vt dixim⁹: per modū vero possibilitatis aut passibi
litatis pōt vtiqꝫ: qꝛ hoc est nō nisi posse recipe ꝛ ha=
bere virtutē vel graz qꝫ resistat: hoc et est ac si diceret
qm̄ possibile est de vno quoqꝫ qđ resistat ipe tante tē
tationi quātacūqꝫ demōstrat. Causa autē in hoc est
qꝛ nec ipsū resistere: nec ipsū velle resistere aut velle
pati molestias quātascūqꝫ tentationū. Nō est exiēs
nec fluens ex posse nr̄o siue ex virib⁹ nr̄is solis: sꝫ ex
illis simul ꝛ adiutorio diuine grē ꝛ virtutis. Declara
tio aūt manifesta hmōi est: quia velle nr̄m et debile
est et finitū. Insultus vero et molestie tentationum
et fortes sunt: ꝛ infiniti ꝛ si nullus eorum quantitate
vel intensione infinitus sit cū potentia sunt tota vita
etiam si infinita esset cōtinuabiles innūerabiles etiā

sunt molestie ꝛ insultus tentationū. ¶ Amp̄. Null⁹
est qui infinita dilectione diligat salutē propriā aut
deum in statu peccati mortalis: vel qui in infinitum
fortiter se teneat vel adhereat alterutro eoꝝ. Et hoc
apparet ex hoc q̄d tam abrumpuntur homines ꝛ a
deo ꝛ a salute propria tanq̄ leuiter trahunť in per-
ditionem. Et etiā cum ipsa gratia videmus lapsus
tam faciles: ipsi enim qui fortissimi inter electos iu
dicantur leuissime stimulati deijciuntur et etiā spi-
ritualiť moriuntur. Quid igiť est ꝛ que infirmitas
credēdi potest: vbi adiutoriū gratie deest? ¶ Amp̄.
si finitū est ipsum velle nature quo quis vult et bo-
nis adherere: et malis resistere. Ponamus ipsū in
certa quātitate vel intensiōe dicam⁹: q꞉ sicut ē ma
ior iusti voluntas boni siue amor: ita ē volūtas mo
lestiarum siue odium que vel est finita vel infinita.
Si finita est: ergo in infinitum maior q̄ volūtas bo-
ni siue amor. Quare faciet et ipsum in infinitū ma-
gis fugere siue declinare molestias ꝛ insultus tēta-
tionū q̄ amor boni siue volūtas ipsum easdē faciat
sustinere. Erit igitur in infinitum parior cedere mo-
lestijs et insultibus tentationum q̄ sustinere ipsas.
Quare non solum aliquibus resistere non poterit:
immo etiam nec vni. Si enim finita est hmōi volun
tas ꝛ odium ponamus eam in certa ꝛ determinata
quantitate: ꝛ dicamus q̄ tanta est voluntas sustinē-
di hanc molestiam duplo maior erit voluntas susti
nendi duplo maiorem molestiam: ꝛ ita in infinitum
quare ad hoc deueniet tandem: vt maior sit aliqua
volūtas sustinendi aliquantam molestiam vel insul
tus tētationis quā voluntas: de qua loquebamur:
quare parator erit iste succūbere hmōi violētie vť
insultui q̄ sustinere eam: et ita non poterit ei resi-
stere. Ex illa enim voluntate vel amore boni mino-
re non poterit vincere voluntatem maiorem vel odi
um. ¶ Amplius. Jam declarauimus in prima par-
G te tractatus istius: videlз in cap. de sufficientia libe
ri arbitrij ꝛ necessitate gr̄e: hoc est qua gr̄a idigem⁹
q̄ id q̄d est aīale in nobis est in infinitum fortt⁹ spi-
rituali nr̄o anteqū gr̄a adiuuetur. Ipsū aūt aīale no
strum adiuuat molestias: ꝛ insultus tentationū to-
taliter: ꝛ in ipsis ꝛ cum ipsis pugnat cōtra nos. Ex
nr̄o igř spūali solo nō possum⁹ resistere cuicunq̄ vł
quātecunq̄ tētationi: imo videreť ēt q̄ nulli si tota for-
titudine sua animale nostrum scilicз pugnaret i q̄li-
bet tentatione: fortiori quippe bene resistit debilior
si fortior modica parte fortitudiis sue pugnauerit.
Jam igitur declaratum est tibi p̄ hoc: q꞉ non possu-
mus ex nobis in statu corruptionis ist⁹ resistere om
nib⁹ tentationib⁹: ꝛ adeo magne possunt esse alique
adeo graues insultus q̄ eas ex nobis nō possumus
sustinere: sed nec etiā velle absolute ꝛ simpliciť eos
sustinere ꝛ q̄d hoc obijcitur nobis: q꞉ possum⁹ si vo-
lumus: verum vtiq̄ est: sed ipsū velle tale simpliciť
taliter: sicut diximus ex nobis nō possumus. Si q̄s
autē querat vtrū adā vel quicūq̄ ex angelis sanctis
in statu ante gratiā posset sustinere quascūq̄ mole-
stias vel insultus tentationum. Scire debes: q꞉ iam
ad hoc responderunt sacri doctores ꝛ dixerunt: quia
molestia tentationuз: nec alia pena infligi poterat
alicui ante peccatū: ꝛ hoc erat dei iustitia prohibē-
te: que nunq̄ permitit: vt effectus precedat suā cau
sam. Causa autē pene generaliter est culpa: q̄re an-
teq̄ esset culpa. nullomodo potuit esse pena: Qua-
re nec insultus aut molestia tentationis. Omnis eñ
insultus tentationis: et omnis molestia pena est.
¶ Si quis autē querat: vtrū adā in illo statu vellet D
potius mori vel quecūq̄ tormēta pati q̄ a deo rece
re. Jā hoc diffiniuim⁹ in p̄ma pte tractat⁹ de mori-
bus ꝛ virtutib⁹ et diximus quia dilectio naturalis
qua adam diligebat deū tante puritatis erat ac for
titudinis quod peam p̄ferret adā deum ꝛ sibi ipi et
vite p̄prie. Alioquin puersa esset et iniqua nec etiā
naturalis eēt Impossibile est eni naturā bene insti-
tutam aut ordinatā aliquid p̄ferre aut etiaз equare
deo: cum nichil magis naturale sit vnicuiq̄ nature
q̄ ipm habere ante oīa et super omnia dilectum
¶ Post hec autem disputabimus de sanctis viris ꝛ I
iustis hominibus vtrū quilibet eoꝝ hoc est quantū
cunq̄ sanctitate aut gratia p̄dit⁹ possit resistere cui
cunq̄ et quantecunq̄ tentatione absq̄ noue gratie
auxilio vł eius quā habet augmēto. Q; autē possit
videť habere declarationē demonstratiuā. Cuз eñ
iam declarauim⁹ in p̄nominato tractatu omnē vir-
tutem gratuitam: maiorē esse in infinitum etiā qua
libet naturali dispositione et quolibet vicio. Mani
festū est omnem virtutē maiorem esse quocunq̄ vi-
cio et quacunq̄ alia dispositione tentante seu pulsā
te. Quare manifestum est: omnē sanctum et iustū in
comparabiliter fortiorē esse ex gratia q̄ sit tentator
aduersari⁹ ex illo per q̄d ipsum impugnat siue istō
vicium sit: siue fortitudo etiam nature. ¶ Amp̄. Ar- K
matura virtutū qualiter daretur a deo bellatorib⁹
suis: si non esset ei sufficiens ad omne prelium spiri
tuale: quod eis imminet et certamen. Q; si dixerit
quis q꞉ armatura dei vtiq̄ fortissima est et ad om-
nē pugnam sufficiens. Verum ipsi bellatores spiri-
tus nr̄i debiles sunt ad eam portandā et ad alios vs⁹
eiusdeз: et ideo deficiunt in huiusmodi certaminib⁹
Quēadmoduз pueri vel egri aut aliter debiles sub
quacunq̄ armatura deficerent i certaminibus: quē
admoduз legitur de Dauid in xvij. p̄mi. Regū. Q;
armis saulis armari noluit contra phylisteū: et di-
xit ipsi sauli. Non possuз sic armatus incedere. Nō
enim habeo vsum. Hac ei de causa clipeum pacien
tie ad primū ictū multi proijciunt vt reuera ponde-
rosum. Et de hoc Ecclesiast. iij. Quasi lapidis vir-
tus p̄batio erit in eis: et non demorabuntur p̄ijcere
eam. Sic et phylosophia dicit ad Bocciuз. Arma
tua tu prior abiecisti. In hoc autē respondemus q꞉
armatura virtuū: non tam armatura est animarum
nostrarum: q̄ etiā robur et virtuositas intima ipsa-
rum. Armatura vero corporalis longe aliud est q̄
robur vel virtuositas bellatorum: et si enim adiuto
rium sit bellice fortitudinis: tamen non est ipsa bel-
lica fortitudo. et etiam forinsecum adiutorium est:
non tamē intimum qualem dicimus esse duriciem
cutis et carnis. Armatura igitur virtutum anima-
rum nostrarum virtuositas est et robur vt diximus
non armatura tantum carū. Quod autem dixit pō-
derositate armorū dicimus: quia arma spiritualia
nihil habent pōderis in se: nihil grauitatis aut dif
ficultatis. ¶ Sed reuera tentationes eas onerant
et grauant immo potius bellatores qui eis prediti
sunt et armati ꝛ propter onera hmōi volentes ipsa
onera p̄ijcere proijciūt pariter et virtutes: sicut ap
paret euidenter in impatientibus: qui dum molesti
am illate passionis per iram p̄ijciunt: ipsum pati-
entie scutum cum ipā abijciūt. ¶ Non ergo proprie
ponderosa sunt arma virtutū immo proprie pōdus

preliorum spiritualium portantiæ sed sub eo tropo ponderosa dici possunt: quia eam sequunt et quodammodo annexa sunt eis pondera preliorum: sicut et domus dicitur quandoque onerosa propter annexa onera reparationum et custodiarum et hospitum frequentiam. Nec propter onera propria proiicit vnquam aliquis huiusmodi arma: sed propter onera tentationum vt diximus a quibus nunquam immunes sunt virtutes in via vite istius sicut domus predicto modo onerosa propter ponderositatem propriam nemo recusat aut respuit sed propter onera que ei annexa sunt eamque sequuntur. Ad litteram etiam arma litteralia multi abiecerunt ne impugnarentur: et ne repugnare compellantur. Sic multi fidem ipsam et sacramenta que indubitanter arma sunt fidelium in martyriū certamina et coronam pariter declinantes. Questionem cum habet per hoc quod dicitur. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eā. vtrum dominus deus aliam custodiā adhibeat quam ipsa dona gratiarum et virtutum: que sunt in vnoquoque fidelium: et potest responderi siue arguitur quod nō. per illud quod ipsemet dicit Paulo Apostolo in .ii. ad Corinthi. Cum enim molesta esset illa tentatio quam ab angelo sathane patiebatur et timere sibi forsitan ab illa. Responsum est ei a domino. Sufficit tibi gratia mea. Qualiter aūt sufficiebat ei nisi ad custodiam: et quod si ita est. Quid est quod orat psalmista in oppositum. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi. Et quid est illud. Dominus in circuitu populi sui. ¶ Amplius. Quomodo nobis est in columnam ferream et in murum eneum et in ciuitatem munitam. Quis enim dubitat quin oia hec alia sint quam ipsa armatura virtutū. Si vero ista custodia ipsius et circumuallatio electis necessaria et preter ipsa dona virtutū in infinitum. Manifestum est quia nec possunt se vel custodire vel defendere ex solis donis virtutū et gratiarum alioquin quid est istud: expugna impugnantes me et exurgere in adiutoriū mihi. Similiter clamat ecclesia tam crebro Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandū me festina. Que vtique vox est pugnantis et deficere formidantis cui si iam date vires atque virtutes sufficiunt: ad quid petit aliud adiutorium. ¶ Amplius. Quis non videat quia ipsa dona virtutum et dona gratiarū tam facile extinguūtur et destruunt et hoc a nobis ipsis siue cum deseruntur siue cū inde superbimus quacunque ex quinque partibus superbie: siue cum in eis operari negligimus. Quemadmodum dicit Augustinus. Quia virtus aut proficit aut deficit. Et Luce. xix. Auferte ab illo mnam pro ea scilicet quod in ea negociari neglexit. Ad hoc aūt respōdemus quia preter dona gratiarum et virtutum ipsa dei custodia et protectio necessaria est ipsiusque multiplicia adiutoria quibus adiuuat per se certantes electos: vnde Aug. De celo clamat certate adiuuabo vincite coronabo. ¶ Horum ergo primum est hostium diffugatio qua vetat interdum: nec tentare vel ad modicum electos permittuntur sicut ipse diabolus confitetur Job primo vbi dicit ad dominū de Job. Ecce tu vallasti eū etc. propter quod et petijt licentiam tentandi eū. ¶ Secūdum adiutoriū est refrenatio hostiū ne tentent secundum quantum vellent et quantum possent sicut legitur eiusdem. ii. Uerumtū aiam illius serua quasi diceret. In illam non do tibi potestatem cum oia alia que habet in manu tua sunt. ¶ Tertium adiutorium est de ipso tentatore videlicet cum ipsa forma sua qua tentatori ipse tentator prebet adiutorium et instructionem propter quod diabolus non est permissus tentare Adam et Euam nisi in forma serpentis vt exemplo instrueret Eua suspectā deceptionem debere habere que serpens suggerebat et ipso horrore forme serpentine refugeret ac resiliret a suggestione ipsius. eadē causa est propter quam quibusdam hereticis in specie sola cati nigri apparere permittitur diabolus et immundissimam sui partē solam eisdem exhibere deosculandam. Sic et in forma sola bufonis quibusdam aliis vt ex huiusmodi forma horreant diabolum quem in illa adorāt: que vtique forma omniū reptiliū et immundorum est magis horrifica. ¶ Quartū adiutorium de ipsa tentatione est cum vel timorem ingerit qui est custos optimus. sicut legitur Eccli. xxvii. Si non in timore domini tenueris te instanter: cito subuertetur domus tua. Uel cū ad pugnandum nos prouocat et contra hostem accendit: sicut in litteralibus certaminibus manifestū est: quia percussi ad repercutiendum prouocantur et in hostes acrius inflāmantur: propter vtrumque istorum dicitur in psal. Da nobis auxilium de tribulatione. ¶ Quintū adiutoriū est noua gratia vel augmentū prioris. Juxta quod legitur prime ad Cor. x. Faciat cū tentatione prouentum: vt possitis sustinere prouentum vocans adiutorium quod diximus. Bene enim negociantibus in talentis virtutum auget deus eadem eis vel magnitudine vel numero. sicut legitur Mathei. xxv. et Luce. xix. ¶ Sextū adiutoriū est cessatio siue pax a tentatione. Imperat enim ventis: id est demonibus et efficitur tranquillitas magna. sicut legitur Mathei. viii. ¶ Septimū adiutoriū est in ipso ardore tentationis refrigerium quod est mitigatio ipsius sicut cum ipsam tribulationē vertit in solatium. quemadmodū factū est tribus pueris in fornace babilonica vbi angelus dñi descendens fecit medium fornacis quasi vētū roris flantē: vbi et letificati eousque vt in medio fornacis psallerēt illesi atque soluti a vinculis benedicerent dominum: vnde illud. Obumbrasti super caput meū in die belli. Ne ardoribus tribulationū estuaret caput. i. mens vel cor. ¶ Octauum adiutoriū confortatio est vel ipsius dei per se apparētis vel per angelū sicut legitur Luce. xxii. Et apparuit ille angelus dñi confortans eū: hoc est adiuuans animans admunitē certamen passionis. Quod vtique nō ei accidit propter se quia confortari nullatenus indigebat sed propter nos qui tam multiplici infirmitate laboramus. Idem aūt est confortatio quod et roboratio et erectio cordis. Hec aūt fiūt per promissionē virtutis et victorie et per ostensionē infirmitatis hostiū ac leuitatis pugne. ¶ Nonū adiutoriū consolatio que est nisi letificatio in molestijs ac doloribus atque laboribus: vnde illud. In tribulatione dilatasti mihi. Et alibi. Secundum numerum dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerūt animam meam. Similiter et illud. Uirga tua et baculus tuus ipsa me consolata sūt. ¶ Decimū est spei datio et fiducie atque confirmatio contra nutationē et timiditatis: iuxta illud. Si dicebā dñe motus est pes meus mia tua dñe adiuuabat me dñe adiuuat inquam prestādo fiduciā et firmitatē contra nutationē timiditatis. Inde ēt est illud dictū. Statuit supra petram pedes meos et illud dñs firmamentū meū: vbi alia littera habet dñs petra mea. Et est differētia inter hoc adiutoriū et primo prēteritū: quia alius est timor ex proprio defectu et infirmitate. alius ex viribus hostiū et fortitudine certaminis

Abiicientes arma.
C
Paulus.
Psalmus.
Dona virtutū et gratiarum facile in nobis extinguuntur
M
Hostiū diffugatio.
Hostiū refrenatio.
Timor dñi in tentationibus
N
Confortatio dei vel angeli in tentatione.
O
P
Spes.

¶ Undecimum susceptio vel exceptio incussoris vi
delicet ne cadant de q̄ dictum est in psalmo. Impul
sus euersus sum vt caderem ⁊ dn̄s suscepit me. Et
Nota alibi iustus si ceciderit non collidet̄:q꞉ domin⁹ sup
ponit manū suam. Impelli quidē electos ꝑmittit
dn̄s:sed cadētes excipit ⁊ erigit ac releuat ne ledāt̄
letaliter:id est ne cadant in mortem culpe mortalis.
Impelluntur igitur ⁊ pene vsq̄ ad casum vt agno-
scant infirmitates suas: ⁊ q̄d nō cadunt non virib⁹
Q suis:sed misericordie diuine attribuant. ¶ Duode-
Curtētatio cimū susceptio fugientiū ad ip̄m ꝓpter quam susce
nibus ipel- ptionem d꞉ refugium electoꝝ. Fugiunt aūt ad ip̄m
lunt̄ electi. in tentationibus quicunq̄ ip̄m inuocant:et ad ip̄m
clamando orant orādo clamant. Unde est illud. In
uocaui dominū ⁊ exaudiuit me ⁊ ex omnibus tribu
lationib⁹ meis eripuit me. ¶ Tredecimū ꝓpugna-
tio dei ac debellatio hostiū quod signatū est Exod.
xiiij. vbi dixerunt egyptij fugiamus israelem domi-
nus enim deus israel pugnat ꝓ eo: ꝓpter quod ip-
semet dicit Isaie. lxiij. Ego qui loquor iustitiam et
ꝓpugnator sum ad saluandum. Et iudith legit̄:de
celo dimicatū est contra eos. Hoc autem facit mise
ricors deus ꝓpria virtute minuendo extinguendo
cogitationes noxias ⁊ ardores ac delectationes tē
tationum:q̄ omnia indubitanter ⁊ hostes sunt iter-
ni vel ꝑntimi nostri ⁊ hostium: id est demonū arma-
R ¶ Decimumquartū est ipsa tribulatio forinseca:si
cut paupertas molestia ⁊ ignominia quorū vtilita-
tates ⁊ adiutoria diximus in secunda parte tracta
Memoria tus illius. ¶ Quindecimū est memoria nouissimo-
nouissimo- rum:hoc est mortis et iudicij venturi damnationis
rum. minate vel felicitatis ꝓmisse: vel nouissimorū id ē
extremorū que sūt initialia ⁊ finalia nostra. Initia-
lia quidem creationem ⁊ recreationē nostram ma-
la in quibus eramus bona q̄ recepim⁹ et mala que
reddunus:finalia vero que supra diximus. Ista q̄n
decim adiutoria diuina gratia electis in tentatiōi-
S bus ⁊ p̄stari ⁊ seruari non ambigit nisi certaminū
Quō optia christianoꝝ ignarus. ¶ Q꞉ autem queritur vtrum
ex donis ⁊ virtutibus quibus p̄diti sunt electi pos-
sint se defendere ⁊ inuicti in omni tentatione persi-
stere absq̄ vllo p̄nominatoꝝ adiutoriorum non au
demus dicere q̄ sic. Non ꝓpter hoc q̄ dona gratia
Infirmitas rum ⁊ virtutes infirmiores sint aut min⁹ fortes vi-
carnis. tijs aut tentationibus eoꝝ. Sed q꞉ infirmitas car-
nis id est q̄ est a parte carnis nō ꝑmittit eos pugna
re adeo strennue adeoq̄ fortiter vt congruit armis
hm̄ōi. Fortes quidē sunt virtutes:sed in lubrico et
in firmo posite ⁊ fortificant spiritus electorum:non
tamen eousq̄ vt ab infirmitate p̄dicta penitus libe
rent ⁊ vt ita dicamus non eousq̄ vt toti pugnēt spi-
ritus:sed quasi parte sui sicut dicit Augustinus in
libro confessionum de voluntate:quia in parte pro-
strata iacet ⁊ non tota erigitur propter quod ⁊ apo
Ualle ia- stolus. vij. ad Hebre. Velle adiacet mihi:quasi dice
cēs ⁊ lāgui ret. Adest mihi:sed iacēs. Velle enim quo quis vel
dum. let nondum autem vult precipue ⁊ simpliciter:vel-
le iacens est languidum ⁊ infirmū:velle autem quo
quis vult:velle erectum est. Quemadmodum ergo
infirmus aut eger q̄tumcunq̄ bene est armatus fa
cile leditur deijcitur aut etiam occiditur. Sic ex ali
quo modorum anime humana in corruptione ori-
ginali licet penaliter tātum ad hoc posita facile le
ditur deijcitur/⁊ etiam spiritualiter occiditur. Ue-
rum ergo simpliciter est quia q̄tum est ex fortitudi

ne vniuscuiusq̄ virtutis quilibꝫ vir sanctus ⁊ iust⁹
potest resistere cuicunq̄ aut q̄tecūq̄ tentationi sim
pliciter tamen non potest:et hoc quoniā non potest
pugnare tota fortitudine alicuius virtutis. neq̄ se T
toto:sed p̄te vt p̄diximus: partē aūt sui sp̄ hꝫ ꝯ se:vel
melius iuxta expositionē Augu. super verbū illud
in. v. ad Galat. Caro concupiscit aduersus spiritū
spiritus aduersus carnem. ibi em̄ dicit Aug. carnē
⁊ spiritum idem intelligi essentia ⁊ subiecto:licꝫ ra
tione seu relatione diuersa seu cōparatione. Quia
ergo vir sanctus in ista corruptione neq̄ totus con
tra q̄cunq̄ tentationē neq̄ sola fortitudine pugna
re potest contra q̄cunq̄ tētationem:immo ex parte
pugnat ꝓ illa ⁊ contra se. Inq̄tum em̄ caro est pu-
gnat contra spiritum:vt dicit Augustinus. Et ip̄m
aduersarium suum adiuuat ⁊ sibimet aduersatur si
cut in eodem capitulo dicit Apostolus. Hec enim
sibi īnuicem aduersantur.

¶ Exemplis ⁊ aptis similitudinibus ostendit
auctor difficile eē vincere tentationes ⁊ eis resiste-
re:quoniam vnusquisq̄ in ista corruptione tot⁹ cō-
tra quamcunq̄ tentationē pugnare non potest:im-
mo ex parte pugnat pro illa:⁊ ex parte contra seip-
sum preliatur.

Quoniam autem in precedentibus promi- Primū exē
simus de hac re exempla dare plura ⁊ lu- plum.
cida. Ab hoc promisso absolui volumus
anteq̄ ad alia transeam⁹. Huiusmodi er-
go primum exemplum ponimus regem:cui⁹ regnū
diuisum est in seipso contra ip̄m:⁊ ei hostibus:licet
paruis ⁊ parue potentie federatuꝫ. De huiusmodi
enim rege manifestuꝫ est: quia ab exteris hostibus
licet minoris fortitudinis atq̄ potentie q̄ sit vinci
poterit: dum non tota potentia sua aut fortitudine
pugnare sinitur:immo pars eius magna cōtra ip-
sum cum hostibus se erigit ⁊ insurgit. Sic dicim⁹ ⁊
de regno ipsius:quia facile est quod ab exteris ho-
stibus acquiratur licꝫ paucioribus minusq̄ fortib⁹
⁊ hoc est propter partem regni que illos adiuuat ⁊
contra reliquam cum eis pugnat. Et attende dili-
genter quia exemplum manifeste est conuenicēs ex
pressēq̄ similitudinis. Unusquisq̄ enim nostrum a Unusq̄sq̄ a
parte mentis seu spiritus rex est. Partes vero re- p̄te mentis
gni nostri id quod in nobis spirituale est:⁊ id quod rex est.
animale:que vtiq̄ partes contra seinuicem diuise
sunt:⁊ altera regi suo adheret:videlicꝫ id quod spi-
rituale est in nobis. Altera vero velut hostibus fe
derata cum eis contra regem: scilicet mentem no-
stram vel spiritum totis viribus semper pugnat.
¶ Secundum exemplum est. Eques armatus super V
equū recalcitrantem in medio conflictus positus. q̄
dum cōtra hostes pugnare nitit̄:recalcitratiōe ⁊ ex
agitatione eq̄ sui non solū impedit̄ sed etiā deijcit̄.
Q̄tumcūq̄ igitur fortis bellator sit q̄tumcūq̄ bene
armat⁹ sit nō ꝓdest ei cuꝫ equus sic impediat ip̄m. Alia simili
Silr̄ se hꝫ si equus fuerit vmbraticus. Ad primum tudo.
em̄ sonitū seu clangorem buccinaꝝ. ad p̄mū sonum
collisionis armoꝝ. ad p̄mū īsultū pugne adeo exter
ritus refugit:vt nō solū sessorē suum strēnue agere
nō ꝑmittat:sed ēt ꝑ discrimina rapiēs ip̄m p̄cipitet
⁊ interdū occidat. ¶ Quid ei aliud est aīale nr̄m in Aiale nr̄m
nobis siue caro equ⁹ vmbrati⁹ adeo reformidans sicut equus
aspera q̄ pati non ꝯsueuit vt ꝓ illis euadendis vlla vmbratic⁹.
discrimina expauescat immo ad illa plerumq̄ tan-
q̄ ad tuta refugia confugiat. Interdū etiam q̄ aspe

ra non sunt et q̄ oīno nihil habent piculi expauescit insania. Et nec verberibus nec stimulis vt illis appropinquet induci potest. Hoc est qḋ legitur ī psalmo. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Quid aūt spiritus in nobis aut mens nisi sessor huius equi insidens et plenā cohertionē ipsi⁹ oīno non habēs. ¶ Tertiū exemplū ponim⁹ in equo teneri oris qui per frenū arreptus ab hoste quocunq̄ voluerit hostis traditur: et sessorem suū in medios hostes ingerit et impingit: et in gladios ipsorū dat ipm interdum totum aūt hoc est qr molestiam hostis pre teneritudine quam diximus nec vult ad modicum sustinere. Equus iste animale nostrum est vt diximus: os ei⁹ tenerrimum ꝯcupiscentia est generalis: videlz carnis oculorum et omniū mundanorū. Huius oris tāta teneritudie laborat equus hmōi vt nihil duri pati ferat: et ꝓpter hoc sessorem suū plerūq̄ in medias acies hostiū immo in gladios rapiat. Cui si frenum cuiuscunq̄ discipline impositū fuerit tanto impetu retrogradit et resilit: vt seipm pariter precipitet et sessorem. Multos quippe vidimus et leuissime discipline frenatione vel ira vel desperatione ī posteriora preteritorū suorum vitiorū scilicet toto ꝓcipitio resiluisse. ¶ Quartū exemplum est equus lasciuus qui in conspectum equā tanta ꝯcupiscentia et insania ferturq̄ nec freno nec calcaribus nec vllo genere instigationis auerti potest: quin toto precipitio ad illam currat: sicq̄ fit vt sessori suo nec arma prosint nec strenuitas: quia nec pugnare cōtra aduersarios nec se defendere ipm sinit. Et est illud exemplū apte similitudinis et indubitate congruentie. Si quis petulantiam nostre carnis consideret et eius in nobis qḋ dicimus animale. Videbit enim euidenter qualiter spūs nostros post concupiscentias suas tota p̄cipitatione sua rapit et ꝯtrahit: omnemq̄ strenuitatē certaminū spiritualiū relinquere nos ꝯpellit: et discrimina vel sua vel nostra penitus non attendit ꝓpter quod dicit Salomon ꝓuerbiorū. vij. De vecordi inuenisse statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam: et quasi agnus lasciuiens et ignorans q̄ ad vincula stultus trahitur donec transfigat sagitta iecur eius velut si auis festinet ad laqueū et nescit qr de periculo ei⁹ anime agit ꝓpter quod dicit ecclesiasti. xviij. Post concupiscētias tuas ne abeas et a voluntate tua auertere. Si autem anime tue dederis concupiscentias suas dabit te in gaudium inimicis tuis. ¶ Quintum exemplū est de equo oris duri: ex hac enim peruersitate laborat animale nostrū sicut et omnibus peruersitatibus vitiatorū equorum: dum enim freno disciplie auerti non pōt a concupiscentijs et alijs periculis: ipm sessorem spiritum dat ī medios hostes. Sessor enim insidiens equo oris duri quasi capt⁹ est supra eum enim freno non paret vt auertatur a periculo et seipm et sessorem suum dat in hostium captionem. Quidam enim adeo tardi sunt declinare a periculis: vt prius q̄ velint mouere pedem a loco discriminis: preda hostium fiūt: ꝓpter hoc legitur Ecclesiastici. iij. Qui amat periculum in illo peribit. ¶ Sextum exemplū est debile fundamentū et domus ex q̄dris et cedris edificata super illud structuris et ligaturis firmissima. De huiusmodi quippe domo manifestum est: qr facilis est deiectio seu casus ipsius. Sic est et de domo sancte ꝯscientie quantiscunq̄ virtutibus edificata sit et firmata: quia cum super infirmitatem carnis posita est et quodammō fundata: et super animale nostrum quod semper vacillans est semperq̄ a bono deficiens facillima est ruia ipsius Et hoc est quod legit Job. iiij. Ecce qui ei seruiunt non sunt stabiles: et in angelis suis reperit prauitatem. Quantomagis his qui habitant domos luteas: qui terrenum habēt fundamentum consumenk velut a tinea. Sciens ergo diabolus huius fundamenti infirmitatem ac vacillationem: arcem mentis nostre a parte fundamenti istius tentationib⁹ semper concutit vt eam deijciat et auertat. Dum enim animale nostrum corruerit: et ab ipso spiritualiter totaliter recesserit: quid restat eidem nisi deiectio et ruina tanq̄ fundamento sublato penitus aut euerso. ¶ Septimum exemplum est bellator egregius et ꝓut decet omni genere armorum armatus: stat autem supra pauimentum aut substramentum lubricū in quo casus facillimus. Pauimentū enim de quo dicitur in psalmo Adhesit pauimento anima mea: animale nostrum siue caro est quod instar pauimenti quantomagis delicijs carnalibus vngitur: tantomagis eius lubricitas augetur: et vt in eo cadat spiritus q̄tacunq̄ excellētia virtutum armat⁹ aptius efficit. Propter quod oīs erit et armatura virtutum inutilis: nisi asperitate discipline et tribulationum corporalium ista lubricitas tollatur: ꝓpter qḋ hoc dicitur in Psalmo. Fiat via illorū tenebre et lubricū. Statur enim firmius supra pauimentum asperitate rugatum aut valliculatum. ¶ Et attende cōuenientiam similitudinis in hoc exemplo: quia q̄tum cunq̄ fortis bellator sit aliquis: q̄tacunq̄ armatura preditus in lubrico tamen stans aut positus infirmissimus est atq̄ ruine ꝓximus: ꝓpter quod dixisse videtur Apostolus. q̄ stat videat ne cadat. ¶ Octauum exemplum est bellator: cuius pars optime armata est: pars autem inermis relinquitur et penit⁹ improtecta. In spirituali quippe nostro tota armatura virtutum esse videtur: ī animali vero nulla penitus. Quid aūt ꝓdest bellatori partem habere armatam: si altera paret parte iaculis hostium maxime cum in partis illius vulnerib⁹: pars etiam que armata est vulneretur. Jaculis quippe tentationū maxime carnalium exposita est pars illa quā dicimus animale nostrū siue carnem aduersus quā cōcupiscit spiritus. Spiritus ergo armatus est per se et fm se armatura virtutū. caro vero vt diximus in eo quod caro inermis est penitus et defendi q̄dem pōt ꝑ armaturā ipsi⁹ non q̄dē vt nō ledak: et vt iacula non patiak: sed vt non letaliter vulnerek. Defēdi etiā pōt vt non capiak: non aūt vt nō īpugnek. Nec ꝓtegi pōt vt non intrent hostes peccatorū ad ipsam sed vt non regnent in ipsa vel dominenk ꝓpter quod circūspecte dicit Aplūs in. vij. ad Rom. Ne ergo regnet peccatū in nostro mortali corpore vbi Augu. Non dixit vt non sit peccatū ī nostro mortali corpore: sed dicit vt non regnet: hoc enī nostre est potestatis. ¶ Nonum exemplū est domus: cuius pars inferior aridissima est: et ad ꝯcremationē facillima: pars vero superior et si non arida vel combustioni obnoxia. tamē vehementia ignis et longa sufflatiōe cōbustioni apta. Sic est et de animali nostro q̄ ardoribus carnaliū desideriorum adeo obnoxium adeoq̄ facile cremabile: vt nisi vigilantissima defensione assiduaq̄ eidē subueniak: totū penitus conflagretur: et dom⁹ nostre partē reliquā: videlicet id quod

[Margin notes: Mens velut sessor. — Alia similitudo. — Alia. — Nota — Alia. — Alia. — Nota. — Alia similitudo. — Nota — Aliud sile. — In spūali tota armatura. — Caro inferl ermis. — Alia similitudo. — Nota.]

spirituale in nobis est eiusdem ꝯflagratione succē-
datur: aqua igitur tribulationis: occupationis sā-
cte: ⁊ aqua lachrimaꝝ iugiter occurrendū est hmōi
incendijs: quod nisi diuie gratie magno adiutorio
fieri nequit. ¶ Decimū exemplū est bellator onera-
Similitudo alia. tus q̄ dum strenue agere nitit̄ semp ipso onere im
pedit̄. Interdū autem ⁊ deficitur: hoc est carnis spi
ritus sarcina oneratus atq̄ depssus q̄tacunq̄ ar-
matura virtutū sit p̄ditus. De hoc Sap. ix. Corp⁹
quod corrumpit̄ aggrauat animā: ⁊ dep̄mit terre
na inhabitio sensum multa cogitant̄. Non potest
igitur tanta sui virtuositate pugnare aīa humana
que sarcina corporis onerata est: in cuius supporta
tione partē sue fortitudinis etiā necesse est occupa
Alia. tum esse. ¶ Undecimū est bellato in domo ex omni
parte apta ⁊ hostibus vndiq̄ patente hostibus inq̄
ad modū exercitus ip̄m ⁊ ipsam circunuallantibus
⁊ obsidentibus. Est eñi corpus humanū domus spi
ritus tota patens ⁊ tota patula ⁊ delectabilis que
Corp⁹ nr̄m dom⁹ patēs sunt velut iacula mellita ⁊ velut hostes q̄ sub blādi
mento voluptatis animas interficiunt ⁊ tristabili-
bus hoc est asperis vel aduersis q̄ sunt velut iacula
fellita ⁊ velut hostes manifesti tormenta et mortem
animabus intentantes: adest cum oībus istis: hoc
est cum toto ⁊ tanto inimicorum exercitu ꝓditio ia
nitoꝝ excubantium p circuitū domus istius in sin-
gulis ianuis ⁊ fenestris quemadmodum ꝯcupiscē-
sensuum fenestre tie oculoꝝ in oculis ⁊ aurīū in auribus. Et genera
liter ex concupiscentia carnis diffusa per totuꝫ cor-
pus scd̄m diuersas species ⁊ ramos suos. Prodi-
tionem aūt tantoꝝ hmōi ꝓpter hoc diximꝰ: qm̄ ho
stes vsq̄ ad aīam iugulandā introducunt ꝓ virib⁹.
Que igit̄ vel virtus vel armatura sufficere potest
bellatori spiritui tantis obsesso p̄iculis. immo ip̄is
hostibus ⁊ ꝓditoribus ex omni p̄te stipato immo ei
⁊ ꝯtiguo non solum eu[i]cino adherente sibi. Neq̄ ei
vallum aut murus aut aliud interstitiū inter ip̄m ⁊
Alia similitudo. hostes diuidit. ¶ Duodecimū exemplū est liliū iter
spinas. Quemadmodum eñi spinetū densissimum
caro nostra est q̄ spinis ⁊ tribulis nunq̄ caret ⁊ q̄ta
cunq̄ diligentia agriculationis disciplinalis extir-
pant̄ nouas semp germinat imo ꝓfert fortissimas.
In medio ergo hmōi spinaꝝ candore puritatis ani
ma humana posita quid est nisi liliū inter spinas: li
lium inq̄ tenerrimū ⁊ asperrimis spinaꝝ teneritudi-
ne sua obnoxiū nisi dīna eā ꝓtectio tueat̄: nō ei sua
v[ir]tute aut fortitudie liliū tenerrimū resistit tantaꝝ
tentationū tam fortibus aculeis: sed nec etiā resiste
re p̄ōt. Facit aūt ad hoc id qd̄ legit̄ Canticoꝝ. ij. Si
cut liliū iter spinas sic amica mea iter filias. ¶ Tre-
decimū est lilium vel flos q̄cunq̄ alius tenerrimus
B ac vernantissimus in medio fornacis semp ardētis
Alia. atq̄ fumantis: de quo manifestū ē q̄ virtute sua nō
potest se custodire immarcessibilem. Quid eñi aliō
est caro nostra nisi fornax semp ardēs ꝯcupiscentia
rum carnalium ac desiderioꝝ flāmis semp fumans
tenebrosissimis delectationū ⁊ cogitationū vapori-
bus. ¶ Decimumquartū exemplū est puella stimu-
Alia. los carnis patiēs in medio corruptorum blandiēti
um: ⁊ etiam percutientium posita solam corruptio
nem eius intentantium ⁊ p omnia q̄ diximus hoc ē
blandimenta ꝓmissiones terrores ⁊ verbera in con
sensum turpitudinis eam iclinare conantiū. Quid
est enim anima humana in medio blandiētium vo-
luptatum ⁊ terrentium ⁊ feruentium aduersitatum

posita nisi puella in discriminibus q̄ diximꝰ. Quid **Aīa hūana**
enim sunt voluptates nisi p blāditias aīas nostras **velut puella blāditijs**
seducere intendentes corruptores. Quid aūt sunt
aduersa vel tristia nisi vi hoc est terroribus ⁊ verbe **exposita.**
ribus eā opprimere volētes ⁊ simpl'r corruptores.
Ad demones autem optime vtraq̄ referunt̄. qui i **Demones**
dubitanter sunt animaꝝ humanaꝝ studiosissimi at- **corruptores aīarū.**
q̄ auidissimi corruptores ip̄as nunc blandicijs vo
luptatū: nūc aduersitatū molestijs corrumpere mo-
lientes ⁊ sacratissimū matrimoniū qd̄ in baptismo
cum celesti sponso contraxerunt nepharie polluere
intendentes: quis aūt non videat castitatem spūa-
lem ꝓprijs viribus aīam humanā in hoc statu non
posse defendere. ¶ Quindecimū exemplū ē vir i me **C**
dio vigilantissimoꝝ serpētum ⁊ insidiatoꝝ scorpio **Aliud simile.**
num positus qui virus eisdem isibilare ip̄mq̄ mor
dere atq̄ p̄cutere (nisi repressi) nunq̄ cessant hoc ē
nocte ⁊ die somno ⁊ vigilia ad hoc studiosissime in
tendunt: ⁊ si enim dormiendo viri sancti non peccēt
vulnera tamen somniantes excipiunt a quib⁹ post
modum vigilantes difficile sanantur. ¶ Iam enim
dicit Augustinus super librum Genesis: quia ipsa
carnalis concupiscentia serpens est: quare quot cō
cupiscentijs carnalibus quis circundatus est. inter
tot serpentes positus est: vt vnus serpens compute
tur concupiscentia oculorum hoc est visu delectabi
lium. Alius concupiscentia aurium: ⁊ ita de alijs.
Ipsa autem veritas in secundo. Ezech. dicit. Cum
scorpionibus habitas. Quod licet de falsis fratri- **Scorpiōes**
bus atq̄ proditoribus intelligatur tamen de huius **sūt concupiscentie.**
modi concupiscentijs congruentissime accipitur ⁊
hoc est: quoniam q̄rumcunq̄ a parte capitis: hoc ē
a sui initio blandiri videantur: a parte tamen cau-
de instar scorpionum. Hoc est in nouissimo seu fine
eterna morte percutiunt. Apparet igit̄ cum ⁊ dor-
mire necesse habeat spiritus humanus ⁊ innumeris
occupationibus distrahi quod inter huiusmodi ser
pentes ⁊ scorpiones sua tantum solertia ⁊ viribus
non custoditur. ¶ Sunt ⁊ alia exempla iuxta hec pe **D**
ne innumera que ad donum scientie velut quidam
radijs luminositatis ipsius pertinere noscunt̄. Do
num enim illud vt ait Augustinus i primo libro de
doctrina christiana facit hominem interius lamen-
tantem ⁊ qui huiusmodi addit scientiam addit ⁊ do
lorem: sicut dicitur Ecclesiastici primo. Unde ergo
nobis dolorem ingerit huiusmodi scientia ⁊ lamen
tum nisi quia miseriam ⁊ erumnositatem i qua po-
siti sum⁹ nobis ostēdit sciētia q̄ppe ꝓpe boni ⁊ ma-
li est. Attende autem quia licet q̄ta est albedo alicu
ius tantum ⁊ ipse sit albus ⁊ non amplius. Non ta-
men q̄ta est fortitudo alicuius spiritualis tantum
est ipse fortis ⁊ hoc est: quoniam sola albedine alb⁹
est, ⁊ nullo alio. Non sola autem fortitudine sua for
tis est quis ad bellandū spiritualiter. Quemadmo
dum non sola sua infirmitate aut debilitate infirm⁹ **Nota**
aut debilis est q̄s ad bellandū: sicut app̄et in exēplo
de viro forti armato stante sup lubricuꝫ aut debile
substramentū. Ille eñi lubricitas ip̄m efficit debilē
⁊ infirmum ad pugnandum: hoc est facilem ad vin-
cendū: cum manifestū sit ipsam nō esse infirmitatem
aut debilitatē ipsius. Sic ⁊ impitia bellandi cū in-
firmitas nō sit infirmū tñ efficit ⁊ debilē ad pugnan
dū. Quēadmodū ecōtrario sapiētia ⁊ doctrina for
tē faciūt ⁊ robustū sicut legit̄ ꝓuer. xxiiij. Vir sapi-
ens fortis ē ⁊ vir doct⁹ robust⁹ ⁊ valid⁹. ⁊ sap. viij.

Per sapientiam videbor in bello fortis. Iuxta hūc modum dicimus q̄ murus turris ⁊ vallū ceteraq̄ q a q̄ hostiū appropinq̄tionē ⁊ īpugnationē īpediūt: cū neq̄ virtutes neq̄ fortitudines aiaꝝ sint: ipsa tn̄ fortis efficiunt iuxta certissimū vsum loquendi.

Vide

Si quis eñ ꝯtendere voluerit de vocabulo et vsu certissimum restringere abusionesq̄ insolitas ampliare contentionem istam ei relinquimus qui contenti sumus ea quam querim⁹ veritate ⁊ vsu communi loquendi. ¶ Q̄ si pertinax quis fuerit sequētur cum abusione: ⁊ etiam inconuenientia non toleranda in casu ꝓposito. Accidit eñ q̄ minus fortis vincet fortiorem se: ⁊ artis pugne peritiorem verbi gratia. Si fortiorem posuerimus sup̱ substramentum lubricum: minus aūt fortem super contrariū. Necesse enim est vt iste fortior vel per se cadat in lubrico vel leui impulsu quare vincetur a debiliori ⁊ imperitiori se.

E

¶ Sunt ⁊ alia exempla iuxta hanc si congregarentur non paruam nobis neq̄ ꝯtemnēdā p̄starent eruditionem ⁊ noticiam nostre infirmitatis atq̄ semp̱ impedientium seu imminentium nobis periculoꝝ q̄ quidē noticia saluberrima ē euidēter.

¶ Enumerantur tentationes diabolice ⁊ occulte insidie: quibus viri sapientissimi ac fortissimi nonnunq̄ subiiciuntur.

F

Post hec autem dicem⁹ insidias occultissimas ⁊ tentationes astutissimas diaboli quibus etiam sapientissimi atq̄ fortissimi sepissime subiiciuntur. Horum autē prima est longa fatigatio per quam non tantum in ipsam tentationem inducere nititur illum quem tētat: sed etiam in desperationem: vt videlicet vel credat se ad deum non pertinere vel a deo non curari.

Longa fatigatio.

Cum enim instanter ⁊ pene assidue petat huiusmodi tentatus a tali tentatione liberari ⁊ non obtinet: facile desp̱at de dei adiutorio: ⁊ facile credit deū non curare periculum ipsius. Utrumq̄ autem istorum certaminum perniciosissimum est quandoq̄ in vtroq̄ totaliter se tradit diabolo qui sic credit vł desperat. Et vt vulgo dicitur de singulariter ⁊ de duello certantibus ꝓ eo vsq̄ se inuicem ꝑcutiunt donec alter eoꝝ malū verbū dicat: qđ est vict⁹ sum seu qđ eq̄ aliud p̱ qđ intelligit̄ nolle pugnare vlteri⁹ vł nolle certare pro querela ꝓ qua certare inceperat. Sic in istis spiritualibus certaminibus hoc modo vict⁹ victori diabolo se tradit captiuum ad ipsius pensitue voluntatem.

Quō quis diabolo captiuatur.

Inde autem est ista stultitia immo ruina pessima turpissime: q̄ nesciūt huiusmodi bellatores q̄tas vtilitates: q̄tas victorias q̄tamq̄ saluberrimam ꝓprie infirmitatis noticiam operātur longa crebraq̄ certamina tentationum. Adeo eñ ē radicata in quibusdam superbia: vt non nisi innumerabilibus tentationū tunsionibus confringatur tantis deniq̄ tenebris quidam inuoluti sunt: adeo q̄ sue infirmitatis insensibiles ⁊ ignari vt nisi lōga eiusdem experientia de eadem valeant erudiri sed neq̄ nisi iugi conculcatione vel humiliari valeant vł in humilitate seruari quibus semp̱ ad memoriā reducenda est superbia Apostoli quam ipsemet scurrit in .xi. scđe ad Coꝝ dicens. Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet.

Apostolus

Si eñ tāta sanctitate tantisq̄ donis gratiarum ⁊ virtutum predito viro imminebat periculum superbie ⁊ contra illud diuina miseratione medela ei adhibita est tentatio carnis: quid aliud nobis faciendum est: nisi vt admiremur ⁊ iugiter collaudemus patris misericordiarum circa nos officiosissimaꝫ pietatem: que ⁊ tunsionibus ⁊ plerumq̄ vulneribus tentationum salutarem nobis medicinam elicit contra superbie motum morbum ⁊ virus diabolice vexationis in antidotum nobis salutis cōuertit. ¶ Secunda astutia tentatoris diaboli est ipsa extraneitas tentationis.

G Extraneitas tētationis.

Plerumq̄ enim insuetis tentationibus quosdam experit electos vt eo ipso quod alios de talib⁹ tentari non audeunt vel tentatos fuisse se ad deum non pertinere ⁊ christianos non esse vehemēter formidant. Interdum etiam ⁊ credant non attendētes q̄ tota ꝓfunditate malignitatis sue contra electos succensus diabolus ⁊ nouis ⁊ veteribus ⁊ auditis atq̄ notis insolitis ⁊ inauditis tentationibus ꝓut ꝑmittitur eosdem impugnat.

Astutia diaboli.

Consuluerunt nos nō nulli super huiusmodi tentationibus: hoc vno easdem maxime abhorrentes. qđ se solos eas pati suspicabantur ⁊ se quasi derelictos in audite turpitudinis tentationibus expositos vehementer expauescebant: qui profecto non viderūt oppugnari castra fortissima contra que non solum note machine consuetaq̄ iacula parantur: sed etiam quecunq̄ immunda quecunq̄ feda ⁊ fetida ⁊ quecunq̄ venenata quolibet modorum noxia in ea proiiciuntur totoq̄ studio hostes qui illa obsident et impugnant: totisq̄ conatibus excogitant quibus vel modis vel rebus vel magis inhabitantibus ⁊ defendentibus noceant vt facilius ipsa castra obtineant: ⁊ an noua sint an vetera non curant. Non enim curat hostis etiam litteralis quo gladio: videlicet an nouo vel veteri consueto vel inconsueto hostem perimat presertim cum non q̄rat nisi querat nisi mortem illius.

Nota

Q̄to fortius: ergo hostis antiquus q̄ totis studiis et viribus nobis īsidiatur tota auiditate sanguinem nostrum sitit quacunq̄ via quocunq̄ instrumento p̱mittitur nos occidere conatur. ¶ Tertia astutia est qua hoc solum intendit vt mutet aliquis statum suum cum in eo bene sit illi quemadmodum enim auiculis ⁊ piscibus strepitus fit: aut tumultus vt exeant de receptaculis suis in quibus in tuto sunt a retiaculis ⁊ aliis insidiis venatorum atq̄ piscatorū.

H Solitudo.

Sic diabolus bene se habentibus in aliquo statu: ⁊ vbi ad eos tentandi non patet accessus hic vł propriis suggestionibus vel alienis. Interdum etiam terrorib⁹ molitur ⁊ plerumq̄ sub pretextu boni vt inde se transferant sciens indubitāter q̄ in alio statu erunt et ad tentandū expositi vel saltem ab eiusdem insultibus minus tuti propter quod dicit spiritus sanctus. Ecclesiastici. quinto. Si spiritus habens potestatem ascenderit super te locuꝫ tuum ne dimiseris. Et Danielis duodecimo. Tu vero Daniel sta in sorte propositionis tue. Et abacuc. tertio. Super custodiam meam stabo ⁊ super gradum figam munitionem. Et abacuc. tertio. Stelle dederunt lumen in custodiis suis. Et Exodi vigesimo. Nullus egrediatur ostium papilionis sui vsq̄ ad mane. ¶ Quarta astutia est qua ad maiora bona et super vires infirmitatis ipsius aliquem inuitat:

Alia astutia diaboli

Quemadmodum habet se de inconstantibus ⁊ lubricis ⁊ disciplinalibus ac religiosis exercitationibus omnino inconsuetis cū eos ad talia inuitet exempla sctōꝝ precedentiū eisdem ꝓponens: qđ indubitanter ei⁹ malignitatis studio facit vt eos reuertētes

ad vomitū vel a religione apostatantes: ꝛ deo magis offensos ꝛ in re deteriores efficiat. Hec aūt est astutia q̄ symie capiūtur. Accipiunt eñ venatores calceos magnos ꝛ pōderosos ꝛ calceāt se hmōi calceis in loco vbi hmōi symie hoc videre possint. Alligant aūt ꝛ astringūt sibi fortiter hmōi calceos vt hoc videntes symie silr faciant. Propter qđ soluētes hmōi calciamenta de pedibus suis dimittūt ea ibidem indeq; recedentes ꝓstolant̄ quousq; simie calceis illis se calciauerūt. ꝛ eosdem sibi forti alligatione astrinxerunt. Qđ cum hoc eas fecisse ꝓspexerint irruunt in eas ipsasq; capiunt: non solum effugere: sed etiā nec ambulare valētes pre magnitudine ꝛ pōderositate hmōi calceoꝝ. Tu aūt iam plures

Calciamenta q̄d i scriptura. adiuisti: q2 calciamenta exempla sanctoꝝ in scriptura vocantur q̄ cum ꝓposito ꝛ voluntate sibi assumpserunt: vinculisq; votoꝝ sibi alligauerunt infirmi hoies ꝛ ibecilles ambulare nō valentes in illis aut ea portare a venatoribus infernalibus capiuntur: ab assumpte religionis ꝓposito apostatātes: vl ad preteritū feritatū vomitū reuertēte. ¶ Quita astutia

Alia astutia. est q̄ sub ptextu boni suadet piculū hmōi spēs ꝛ modi inumerabiles sunt. quēadmodū cum sub ptextu

I pietatis ꝛ erogandaꝝ elemosinaꝝ suadet diuitias: sciens illud Eccli. v. Fili mi si diues fueris nō eris immunis a delicto. Et illud Senece O q̄ difficile ē diuitiaꝝ contubernio non corrūpi. Silr etiā ꝛ cum ꝓpter impugnandum aliqđ vitium suadet bonum qđ scit esse occasionem ruine quemadmodū aliquibus quos īpugnat g luxuriam suadet ieiunia ꝛ abstinentias sciens eos in iracundiam aut accidiā vl etiam in amentiā facile posse labi: hoc eñ frequen

K ter expimur. ¶ Sexta astutia ē q̄ vitium suadet sub

Alia. ptextu virtutis: quemadmodū sub ptextu ꝓuidentie: auaritiā: sub ptextu mie: remissionem: sub pretextu iustitie crudelitatem: sub pretextu zeli rectitudinis īmanissimū furorem. Istis igitur velut fallax ꝛ fraudulentus negociator vendit vitri vilissimi fragmentum ꝓ gemmis pciosissimis vt vitrū viride ꝓ smaragdo ꝛ vitrū rubeū ꝓ carbunculo. Silr cuprū ꝓ auro plumbū vel stannū ꝓ argento: ꝓpter quod hic veritas virtutū/ac puritas diligenter inuestigāda est: ꝛ studiosissime addiscēda: ꝓpter hoc dicit veritas apocalip. iii. Suadeo tibi emere a me aurum ꝓbatum ignitū vt locuples fias: ꝓpter hoc vulgariter dr. Non quicqđ lucet vel rutilat auꝝ est. De hoc

Seneca. Seneca. Non omne qđ verisimile est statim ꝛ verū est: multa eñ falsa veris assimilant̄: ꝓpter quod dicit Aristotel. i li. elencoꝝ. Qm̄ auricalca ꝛ felle tincta vident̄ aurea cum longe aliud q̄ aurum sint. In hmōi ergo ad vnctionem spiritus sancti qui de oībus docet: sicut dicit Ioan. in. ii. i. recurrendum est. Et ꝓpter hoc orat ecclesia tam frequenter dicens. Ueritas tua q̄sumus dñe semp maneat in cordibus

L nostris: ꝛ ois falsitas inimici destruat̄. ¶ Septima

Pax interdū picolosa astutia oīm piculosissima est ipa pax: id est cessatio a tentatiōibus: quā pacē multi igit vehemētissime concupiscunt ꝛ instanter poscūt a deo. Hec aūt adeo pniciosa est: vt de ea dicat ois ecclesia sanctoꝝ. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Et in xiii. Sap. Uiuētes in tanto iustitie bello: tot ꝛ tāta mala pacem appellāt. Cōtra hoc Iacobi. i. Omne gaudium existimate fratres mei cū in varias tentationes incideritis. Et Iob. vii. Scđm aliam litteram. Tentatio est vita hominis super terram. Carentia autem vite sue siue priuatio mors ē: quare ꝑuatio seu carentia tentationis mors est: ꝛ vtiq; non viuit qui non tentatur. Ut aūt manifestum fiat hoc: narrabimus tibi vulnera et alia mala que de ista pace ꝓueniunt. ¶ Horum pmum est securitas qua timor

M Mala ex carētia tentatiōis prouenientia. dei est custos electorum vigilantissimus occidit̄: sicut supra ostendimus ex. xxvii. Ecclesiasti. Nisi instanter tenueris te in timore domini: cito subuertet̄ domus tua imo quod plus est. Timor domini fons vite vt legitur ꝓuerbioꝝ. xiiii. Arefacit igitur ista pax in nobis fontem vite: que arefactio quanta impugnatio sit quis non videat. Hec aūt securitas est

Securitas quid. que nos facit seorsum a cura ꝛ solicitudine custodiendi nos: ꝛ ꝓpter hoc exponit nos hostibus. Nō enim est idem esse securum quod eē tutum: sicut testatur Seneca dicens. Hoc habet ignauia vt interdum secura sit tuta vero nunq̄. Tutum eñ cui nul

Tutum Securum. lum imminet periculum. Securum vero quod non curat periculum. ¶ Secundum malū est desidia seu

N pigritia qua etiam ad fugam non solū: sed ꝛ ad pugnam tardi sumus. iaculis eñ tentationū electi excitantur vel ad fugam vel ad pugnam: qui vero in

Desidia. pace huiusmodi sunt ipsa quiete nō solum desides sed etiam somnolenti efficiuntur. ¶ Est autem desidia dormitorium diabolicū ꝛ moles qua huiusmodi homines comprimit ne effugiant vel exurgant. Est ꝛ velut paralisis spiritualis: q̄ nec membra corporis nec vires mentis ad actus probitatis mouere sinit. Est etiam velut rubigo que mentium fortissimarum vires ac virtutes incredibiliter cōsumit. Propter quod sicut ferro nihil magis inimicū aut noxium q̄ pax ex qua ei rubigo congignitur: sic mētibus humanis nihil pernitiosiꝰ q̄ pax ista de qua

Silitudo pulchra. loquimur. ¶ Et sicut ferro nihil vtilius q̄ laboris asperitas: ꝛ assiduitas que ipsum elimat: ꝛ splendidat ꝛ ad similitudinem argendei nitoris atq; deco-

Tentationis vtilitas ris producit. Sic mētibus humanis assiduitate tētationum nihil salubrius quibus velut quibusdam defricationibus asperis rubigo eorum detergitur ꝛ ad debitum candorem pariter ꝛ splendorem producuntur. Iuxta illud qđ legitur Prouerbiorum. xxiiii. Aufer rubiginem de argento ꝛ egredietur vas purissimum: ꝛ alibi iuxta illud. Ferrum ferro acuitur sic ꝛ homo acuit faciem ꝓximi sui. ¶ Tertium

O Elatio. malum est elatio. eo eñ ipso q̄ non tentant̄ credūt se aliq̄ esse fortissimos vt ea excellentia sanctitatis pditos vel forsitā angelorum custodia vallatos vt eos diabolus nullatenus audeat impugnare qua credulitate nihil stultius cum vrbes munitissime ꝛ ꝛ castra fortissima solummodo impugnentur: villas vero campestres vt pote penitus indefensas nemo impugnet: sed magis vt exposite captantur atq; vastentur: magis igitur timere debent se esse adeo debiles ꝛ infirmos vt omni tentationi succūberent ꝛ ꝓpter hoc misericors deus eos tentari non sinit.

P Cōtēptus fraternus. ¶ Quartum vulnus ꝛ malum pessimum ē quod ex pace huiusmodi ꝓuenit ꝯtemptus fraternꝰ. Facillimi eñ sunt qui pacem hmōi habent eos despicere qui tentantur. Unde ꝛ plerumq; dicunt hmōi tentationes non habent cadere in christianū: ꝛ iterū christianus non debet cogitare talia. Uilissimꝰ est aūt

Duritia cordis. q̄ vel etiam talia cogitat. ¶ Quintum vulnꝰ ꝛ malum ē duritia cordis ꝛ immisericordia in fratres q̄ tentationibus īpugnant̄: adeo eñ in eos obdurant̄ vt nec etiā eis miserendū putent decoriandꝰ induns

Q esset vel ꝯburend⁹ ꝙ talis vel etiam cogitat. ¶ His
aūt ita determinatis incipiemus īuestigare ꝑscru-
tatius de ipsis tentatiōibus ⁊ de ipso tentari/videt
eñ scđm opiniones quorundā nō esse possibile ali-
Nō tētatur quem tentari: silr ⁊ de ipso resistere qđ: ⁊ an silr pos
ꝙ non repu sibile sit aliquem resistere/ ⁊ ꝗtenus ⁊ ꝗliter possibi
gnat: sed ca le est. Qm̄ igitur manifestum est eū non tentari vel
pitur. impugnari: ꝙ nullo modoꝫ repugnat vel resistit: ſꝫ
solum mō capi. Illū vero qui nihil patit oīno hoc
est cui ex nulla pte displicēt aduersa ꝗ patit: vel cui
eousqꝫ displicent aduersa imminētia vt nihil eoꝵ
pati vel expectare velit. Eodē mō cadere absqꝫ ictu
vel erectum ꝓsus stare absqꝫ vlla ꝯcussiōe vel im
pulsu. Sequit ex necessitate illum solū tentari per
blanda qui aliqꝫtenus ea ꝯcupiscit: sed non precise
vel simpliciter ea vult. Silr ⁊ ꝑ aspera vel aduersa
Tētari qđ ⁊ illum solū tentare necesse est cui ⁊ si qđ doloris infe
quomodo. runt non tñ ipm̄ deiciunt: sed ꝗsi aliquantulū vul-
neratus: adhuc stat nolēs hostibus se tradere: hoc
Error ma- est vt aduersa effugiat aduersarijs ꝯsētire. ¶ Scđꝫ
nicheorum errorem igit manicheoꝝ ꝙ duas naturas ꝯtrarias
in nobis ponunt alteram bonā ⁊ ad bonū semꝑ pa-
ratam. Alterā vero malā ⁊ ad malū semꝑ paratam
⁊ bono aduersariā ac semꝑ repugnantem. Impossi
bile videt aliquem tentari ⁊ hoc est: qm̄ voluptas
mala non tentat naturā malam: nec ipugnat: cū illa
nec repugnet nec resistat illi. Alteꝝ em̄ duoꝝ similiū
alterū non ipugnat maxie secundū eos: sed neqꝫ na-
tura bona ipugnat a voluntate mala cum bona na
tura in nullo penitus aliqđ mali ꝯcupiscat. Iam eñ
diximus: qꝛ tentatur aliq mō concupiscit id de quo
tentat ⁊ vellet illud: sed nondū vult illud ꝑcipue aut
simpliciter. Quare seqꝛtur ex necessitate ꝙ nihil ten
tetur in nobis: qꝛ neqꝫ natura bona neqꝫ natura ma
la. Et nihil idē est reperire in nobis qđ impugnet ⁊
repugnet. Tētatio em̄ vtrūqꝫ reqꝛrit sicut ⁊ pugna.
R Pugna enim oīs inter duos est ex necessitate sibiīn
uicem aduersantes. ¶ Amp̄. Cum tentari contineat
impugnari ⁊ repugnare siue resistere ꝗ vtiqꝫ cōtra-
ria sunt aut saltem repugnantia. Alioquin nec pu-
gna nec lucta esset ibi. Illa vero duo sic repugnātia
inuicem sunt in anima tentationem patiente: ⁊ ten-
tationi repugnante. Aut ergo sunt in ea scđm idem
aut scđm diuersa. Si scđm idem: erunt ergo contra-
ria in eodem scđm idem quod nemo adhuc dixit: si
vero secundum diuersa erit ergo aīa humana parti
bilis. ¶ Amp̄. Si aliquis est ꝙ ꝑcutitur alius ꝙ per
cutit ⁊ non re ꝑcutit ꝙ percutitur: nec ꝑcutitur ꝙ re-
Nota. percutit nullus ibi vere pugnat: pugna em̄ oīs ē ex
necessitate inter ꝑcutientem ⁊ repercutientē vł alio
modo resistentem: hoc aūt non est ibi reperiri cū ni-
hil repugnet vel resistat ꝑcutienti vel reꝑcutiat ipꝫ.
¶ Descendamus aūt ⁊ dicamus exempli gratia: qꝛ
S aliquis concupiscit voluntatem carnis ⁊ repugnat
huiusmodi concupiscentie respuens ipsam volupta
tem cum eam possit habere. Si interrogauerimus
ipm̄ vel aīam ipsius ⁊ dixerimus. Nōne tu ipse qui
ꝯcupiscis hanc volūtatē respuis eā ne deū offendas
vel ꝑpter aliā cām? Rñdebit indubitanter ego ipse
sum idem qui concupisco ⁊ cōcupiscentie resisto: ac
si secundum expositionem Augustini de qua multo
tiens supra fecimus mentionē diceret. ego ipse sum
caro ⁊ spiritus: sed ꝑpter aliud caro vocor: ⁊ ꝑpter
aliud spiritus. Quoniam ꝑpter concupiscentias ⁊
Nota alias passiones ꝗ in me oriunt pte a carnis caro no
minor: ⁊ propter illud rationale quod in est ꝑ quod
concupiscentijs hmōi resisto: atqꝫ repugno spiritus
vocor. ¶ Qꝫ si dixerit quis quia ille concupiscentie
sunt in carne iuxta illud quod dicit Apostolus in.
vij. ad Ro. Non aūt ego operor id: sed quod habi- T
tat in me peccatum. Et iteꝝ. Scio ꝙ non habitat in
me id est in carne mea bonum: ⁊ ita non est repugnā
tia aliqua in his: quoniam concupiscentia in carne
est resistentia autem in spiritu. Sed ipsum resistens Cōcupiscē-
in spiritu est siue sit gratia siue virtus nature: virtu tia in carne
te namqꝫ nature multa inhonesta respuūt plerūqꝫ. Resistētia i
Respondemus: quoniam qui talia dicunt nec apo- spiritu.
stolum nec seipsos in parte ea intelligunt. Si enim
vocāt carnem id quod est in nobis residuum ab ani-
ma intolerabiliter errant. In illo enim esse peccatū
non potest nec culpa vllo modoꝝ. Quemadmodum
in gladio quo quis percutiendo peccat mortaliter: ⁊
nec peccatū nec culpa est: sed in percutiente. Sic nec
in carne iam dicta: sed in anima mouente: cum caro
tota instrumentum anime tantum sit siue organum
anime mouentis ac regentis ipsam. ¶ Amplius. Si-
cut in ea nec virtus nec meritum esse potest: ita nec
vitium nec peccatum nec culpa: cū contraria ⁊ cir- V
ca idem ⁊ in eodem ex necessitate esse habeant. Re-
linquitur ergo vt caro itelligatur ibi eo modo quo
Augustinus accipit eaꝫ in p̄dicto testimonio quod
legitur Gala. v. Quia caro ꝯcupiscit aduersus spi-
ritum ⁊ spiritus aduersus carnem: vel hoc quod est
esse in carne intelligat non ꝑ modum ꝙ accidens đr
esse in subiecto: sed causaliter. Quēadmodū đr ali
quis pugnare in gladio qđ est cāliter. Instrumentū
em̄ cā quedā est ⁊ ad cām efficientem refert in reso-
lutiōe vel reductione cāꝝ ad ꝗttuor nōiatissimas.
¶ Manifestū ē igr questioneꝫ istā relinquūt hmōi
homines penit⁹ insolutā et pene intactā: cū concu-
piscere em̄ et resistere cōcupiscentie non possūt eē Nota
nisi in vno et eodem subiecto. Ipi aūt non determi
nant vtrū ſm idē aut ſm diuersa. ¶ Amplius. Qui
se auertit a tētatione mouet ne se. an aliud mouet
euꝫ? Si mouet se recidimus in questionē aristotel.
et querim⁹ ab eis: vtrū idē sit mouēs et motuꝫ ſm
idē an scđm diuersa. Scđm idem esse non potest qꝛ
mouere et moueri ꝯtra sūt sicut agere et pati. Non
possunt igr esse in eodem subiecto idē sed nec ſm di
uersa propter impartibilitatē aīe ipsi⁹ quicūqꝫ ar-
guere ꝯ platonē in parte iste disputādo proposuit.
locum habent hic. ¶ Determinātes igr predicta di X
cemus: qꝛ resistere tentationibus vł tribus modis Nota
contingit vł ſm tres intētiones dicit. Resistit em̄
tentationi ꝙ non consentit: ⁊ si amplius nihil faciat
⁊ vincit diabol⁹ a nobis eo ipō ꝙ nos nō vincit. Re
sistit tētatiōib⁹ scđo mō ꝙ eas fugit sicut tētatiōes
fornicationis qui declinat aspect⁹ mulierū atqꝫ col
loquia: et omnia alia quecūqꝫ in sensum et imagi-
nationem earū pulchritudinē inducere possūt. Si
militer fugit easdē tentationes et a tentationibus
etiam se auertit: qui a cogitatione fornicationis
et etiā concupiscentia vel quacunqꝫ alia passiōe ꝗ
ad ipsam faciat se trāsfert ꝑpter id qꝛ pectora vr̄a Nota
duas non admittunt simul curas qđ est vt alia oc-
patione intrante vel introducta tētatio huiusmo-
di excludatur. ¶ Tercio modo in repercutiendo: et
quot modis vna queqꝫ virtus retundat iacula tē-
tationum vel refrenat ipa vitia a quibus immittit
tētationes vident: in sequentibus determinabim⁹.

Error manicheorum ¶ De errore vero manicheoꝝ ꝗ inconuenientia ip̄ꝫ sequunt̄ in ꝓposito casu vel alibi non est nobis curandū hic: ꝛ iam errorem illū destruxim⁹ in primo tractatuū istoꝝ: ꝛ etiam alibi destruendū: sed aliter reseruamus. ¶ Qḋ aūt obiicit̄ de repugnantia contra tentationē ꝛ conat̄ ondere ꝯtraria esse in eodeꝫ soluimus duobus modis: p̄mo dicentes qꝛ cōcupiscere ꝛ nō consentire concupiscentie non sunt ꝯtraria: qḋ est manifeste videre in febricante ꝗ vehemēter appetit aquam frigidam vel vinū: sed tn̄ appetitui non ꝯsentit. Eodē mō dicim⁹ qꝛ ꝛ velle optatiuū non sunt ꝯtraria. (Nota) Hoc est velle qḋ dr̄ de aliq̄ quo p̄cise ꝛ simpliciter vult aliqd ꝛ velle quo dr̄ qꝛ vellet aliqd. Alteruꝫ eīn est absolutum relinquum ꝯditionale vel q̄si conditionale. Preterea ip̄ꝫ concupiscere sic est ad rectitudinem voluntatis sicut incuruatio modica ad rectitudinē arboris vel alterius. Inclinat̄ eīn quasi ad modicū mens humana dū concupiscit: sed nisi frangat̄ per ꝯsensum rectitudinē non amittit. ¶ Amp̄. (Similitudo.) Sicut leuis īpulsus ad statum vel ad stationem. Quemadmodū eīn leuis īpulsio stantem nō deiicit nec ab erectione sua illū p̄cipitat aut ꝓsternit: sic nec ip̄ꝫ ꝯcupiscere erectam aīam humanam seu stantē ꝓsternit aut deiicit: sed ad modicum eam ꝯcutit ꝛ impellit. Est etiam sicut leuis ꝑcussio ad sanitatē: sic ip̄m ꝯcupiscere tentationis ad vitā ꝛ sanitatem mentis. (Leuis ꝑcussio.) Sic enim leuis percussio non aufert vel tollit sanitatem ꝛ q̄nqꜫ etiaꝫ nec ledit nec vulnerat patientem: sic ip̄m ꝯcupiscere non statim occidit aīas nr̄as sp. Interdum aūt nec vulnerat neqꜫ ledit lesione q̄ multum curanda sit: ꝛ sicut motus pedis ad casum sic se hꝫ ip̄m ꝯcupiscere ad ꝯsensū. Silr̄ ꝛ ipsa leuis īpulsio ad deiectionē. Sicut ergo erectio ꝛ hmōi īpulsio ꝯtra non sunt: ꝛ eodem mō simul sunt. Sic hmōi ꝯcupiscentie ꝛ dissensus seu voluntas eius qḋ suggerit ꝯcupiscentia cōtraria non sunt ꝛ in eodem sunt. Et quēadmodū calefactio et arsio seu ꝯbustio se habent ad inuicē: sic hmōi cōcupiscere ꝛ ꝯcupiscentie ꝯsentire. Et ꝓpter hoc quemadmodū calefit lignū interdū nec tn̄ ab igne leditur immo ꝑmanet adhuc sanū ꝛ illesū: sic calet vtiqꜫ cōcupiscentia mens humana: interdū tn̄ ꝑsistit illesa ꝯburit̄ aūt ꝗ eousqꜫ ardet vt ꝯsentiat. Nec oportet nec ꝓpter hoc cogimur dicere ꝙ q̄dā ex paucitate itellectus dixerūt vꝫ qḋ ꝯtraria sunt hmōi: ꝛ nō sūt in eadem aīa eodē tp̄e vel instanti lꝫ hoc videat̄. Simul eīn esse vident̄ ꝓpter ꝓximitatē quam habent adinuicem ꝛ in pugnis materialibus. Manifestum est qꝛ ꝑcussio ꝛ repercussio non semꝑ sunt simul tp̄e. sed reuera sunt in tp̄e pugne: sic dicere sibi posse vident̄ ꝙ ip̄m ꝯcupiscere ꝛ ꝯcupiscentie resistere non sunt simul in instanti: sed sunt ī tp̄e pugne quā dicūt nō fieri in instanti in ꝗ eis cōsensentiunt ꝗ aīam humanam existimāt nō posse moueri sil̄ diuersis motibus. ¶ (Pugna litteralis.) Nos videmus in pugna lr̄ali ꝙ sil̄ pugnator lr̄alis clipeo se ꝓtegit obtendens illū ictui ꝗ eidem iminet ab aduersario ꝛ gladio illū ꝑcutit: nihilominus tn̄ tenet frenū ꝛ calcaribus stimulat equū. Manifestū est aūt qm̄ oēs iste oꝑationes non sūt nisi ab intentiōibus ꝛ aliis motibus sp̄ualib⁹ q̄ in aīa huius pugnatoris sunt. Cū igit̄ effectu foris simul sint necesse est q̄ ꝛ causas eoꝝ: id est ea q̄ sunt in aīa simul esse. Idē est in scribente ꝗ simul ꝛ videt quod scribit ꝛ cogitat: ꝛ etiam scribit: cuꝫ scribere sit operatio habens in aīa scribentis motū ex ꝗ est: vel passionem ex qua est: tenet etiā certū: ne mutet sub calamo per qḋ corrūperet̄ scriptura: cogitat etiā de forma vniuscuiusqꜫ lr̄e ꝛ de ordine ipsaꝝ litteraꝝ: vꝫ que quā p̄cedat vel seq̄tur. (Nota.) Quācunqꜫ aūt istaꝝ intentionum vel cogitationū obmittit. ꝗ scribit corrūpitur ꝛ ꝯfunditur eius scriptura. Similiter se hꝫ et in citharizante seu figellante: qꝛ simul ꝛ mouet pollicem ꝛ digitos multos ꝛ tāgit neruos cū arcu mouēs arcū multipliciter. Audit etiā sonos multos simul alioqn nō sciret quā ꝯsonantiā resonarent: cātat etiam ore ꝓprio ꝛ gesticulat̄ toto corꝑe. Apparet igit̄ manifeste multos motus exercere ip̄m exterius ꝗ ꝓcedunt ex motibus spiritualib⁹ interiorib⁹ (Nota) quare exteriores sunt simul tanq̄ effectus erunt ꝛ interiores ex necessitate simul. Eodem mō se habet ꝛ de textoribus: ꝗ etiam manibus ꝛ pedibus operant̄ visum etiam intendūt in ea ꝗ operant̄ ꝛ tam multiplicibus cogitatiōibus distendunt̄: p̄sertim vbi multa est varietas oꝑationū ꝛ coloꝝ. Nos etiā meminimus vidisse ꝛ audisse sociū quendā nr̄m: tribus calamis vno flatu simul cantū discantum ꝛ triplū modulantem ꝛ ꝓpria voce q̄druplum desuꝑ decantantem. In quibus q̄ttuor cantibus q̄nta esse varietas diuersitas sufflandi cantandi digitos mouēdi: ꝛ hoc suꝑ formina trium calamoꝝ quis non videt. Si aūt cessaret auditus vel attentio vel flatus: vel vox vel quodcūqꜫ alioꝝ statim fieret discordia aures moleste percutiens qḋ cum ibi fieret sicut ipso sensu accipiebamus. Manifestum est: qꝛ in aīa sicut cantantis ꝛ modulantis simul erant ea ex quibus exteriores motus modulationis ꝓcedebant. ¶ Amp̄. (Fluctus gaudiorum.) In statu glorie nullo modo dubitandum videt̄ quin oīa flumina illa flue fluenta gaudiorum ꝛ gloriarum siml̄ influant in eam. Alioquin non tota sua gloria vnq̄ frueret̄: sed ꝑ partes q̄re nūq̄ tota esset beata: nos autē loq̄mur de hoc in capitulo vltimo tractat⁹ istius: vꝫ in capitulo de meritis: ꝛ retributiōib⁹. Manifestum igit̄ est ex hoc qꝛ esset ꝯtra naturaꝫ anime humane moueri simul diuersis motibus: gloria eīn superueniens nature: naturā eius non destruit: sed illustrat possibile est ergo anime humane moueri naturaliter simul diuersis motibus. ¶ Amp̄. Non mouet seipsam nisi mota suo modo vꝫ spiritualiter neqꜫ mouet nisi sicut ꝛ seipsa mouet̄: quare cuꝫ simul moueat multis motibus corporalibus necesse ē ipsam moueri simul multis motibus spiritualib⁹ ꝓut congruit: ꝛ fas est motum dicit in ea. (Motus naturalis.) Motus ei naturalis qualem diffinit aristoteles exitum de potentia in actum: exitum inq̄ in ꝯtinuū ꝛ nō subitum non est reꝑire in corporib⁹ cū nullum imꝑtibile possit exire ꝯtinue vel ꝑ ꝑtes de potentia q̄cunqꜫ ī actū immo necesse hꝫ exire subito: hoc est totaliter siml̄. ¶ De eo vero qḋ querit̄ vtrum aīa humana moueat se: distinguēdū est: qꝛ moueri multipl̄r dr̄ vna q̄ppe intentiōe mouere dr̄ ꝯsiliarius ꝯsulentē: ꝛ aduocatus iudicē ad aliud cum eis ꝯsilio vel suasione inclinat̄ ad faciendū iste vel ille ad credendum illud. (Questio) Alio mō ipsa cā efficiens motus mouere dr̄: sicut ponderositas lapidem in deorsum ꝛ leuitas ignē. Tertia intentione finis mouere dr̄ ip̄m inquirentē illuꝫ sicut aristoteles dicit ꝙ delectabile imaginatū mouet. (Vide) ¶ Quarta itentiōe mouere dr̄ ꝗ ꝓcurat motū sicut comburere qui applicat ignē domui alicui cōburere dr̄ illā: cum cōburere ꝓpria oꝑatio sit ignis ꝛ nō ignē adhibentis. tn̄ ꝓcurat hoc cū facit aliquid

quo sequitur combustio. Facit inq̄ ea intēsione vt inde ipsa sequatur combustio ipsam cōbustionē facere dicitur. ⁊ domū cōburere dicitur ⁊ ab eo cōbustio hm̄oi tanq̄ ab actore requiritur. Sic dicimus animam humanam se mouere. ¶ Cum eñ vel inspiciendo libros vel audiendo doctores aut predicatores hoc facit vt timore dei moueatur: vel ex eiusdem amore succendatur ꝓculdubio ꝑ cogitationē applicat sibi res que hm̄oi mot⁹ in ea efficiūt vt futurum iudicium ⁊ infern⁹ et ꝑ cogitationem applicata efficiūt in ea timorem. Diuina vero bonitas et eterna gaudia. similiter amorē ⁊ desideriū in eadem inflāmant. Cum ergo res ꝓprie moueant animam humanam: ⁊ motus affectionem in operent. Ipsa tamen iuxta predictum modū conuenientissime dicitur mouere se ꝓcurādo scꝫ vt moueatur: ꝓcurando inq̄ applicādo vel adhibendo sibi res effectiuas hm̄oi motuū. Nec habet locum illa obiectio aristotelis in hoc casu q2 mouere ibi propriē efficienter dicitur. Et ita intelligebat pytagoras dicens: q2 anima est numerus seipsū mouēs. Et plato dum dicebat q2 principiuꝫ mot⁹ per se mouetur. De ipso vero velle qualiter exeat a volūtate immo quot modis in prima parte tractatus istius determinauimus. ¶ Qꝫ si queratur q2 anima q̄ ꝓcurat sic moueri proculdubio vult se moueri: hm̄oi velle aduenit ei vel a se vel aliūde. ⁊ a se non videtur propter causas ipsas quas dixim⁹. Si vero aliūde aut ꝓcurauit hoc: et ita videtur in infinitum. Aut non ꝓcurauit: vñ igitur aduenit ei hm̄oi velle. ¶ Respōdemus q2 sic non omne credere et suasione ē. immo quoddā de sursum est a patre luminū inspirāte: sic nō omne velle a nobis est vel efficientibus vel ꝓcurantibus: imo quoddā ab inspiratore bonorum omnium spiritu sancto: sicut expsse testat apls ad philip. ij. Deus est qui operat in nobis velle. Siquis aūt querat de illo qui se auertit a tētatione: vtruꝫ ei⁹ auertere sit agē tm̄ vl pati tm̄ vel agere et pati ¶ Rñdemus quia agere ꝓprie habet ei vl velle vl indignari vel aliqd tale per que repellūtur tētationes quasi quodā impulsu spirituali: verū quoniā receptū est in anima ⁊ aduenticiū nouū passio dicit ab aristotele sicut ⁊ omnes affectiones. Cum vero auertere se cogitatū fuerit seu consideratum nōdū ꝑ se ab hm̄oi motibus vel passionibus: nō erit nisi susceptio alterius occupatiōis sicut inspectio librorū ad quā interdum se transferunt viri sancti vt liberētur a vanis ⁊ immūdis ⁊ a noxijs cogitationibus cū ab ipsis fatigātur. Nec ē alius motus tunc hm̄oi auersio q̄ librorū inspectio sicut recessus ab aliquo loco siue trāslatio qua transferet se ab vno loco in aliū nō ē alius mot⁹ q̄ ipsa ambulatio sua.

Aristotel

Nota

A

¶ Exequit modos resistēdi tentationibus supradictis quatuor ꝓponēs que ad pugnas istas et certamina nos animare debeant

B

DEst hec dicemus modos resistentiarū siue repugnationū quibus superātur tētationes: vbi primum sciendū est. q̄ quotienscunq̄ nos non superant nos eas superamus et victores efficimur indubitata spe pro hm̄oi victoria a rege regū coronandi: et q̄ stimulos temtationis sicut vincimus totiens victores efficimur: totq̄ coronas a retributore bonorum omnium i retributione iustorū percipiem⁹ vt aūt animur ad istas pugnas ⁊ certamina glorie ⁊ quatuor primo nobis potissimū attēdēda sunt.

Quatuor attendēda

¶ Primū fidelitas q̄ regi nostro obligati sumus ⁊ ad hoc vt honorem eius et gl'iaꝫ cū eius auxilio ꝓ virib⁹ defēdam⁹ et nosipsos q̄s velut castra quedā nobilissima ⁊ ciuitates p̄claras in homagio legitimo ab eo tenem⁹ nulla ipugnatiōe nullo certādi discrimine eiusdē hostibus. id est demonib⁹ tradamus. Scdm̄ ē ipsa inuitatio regis nr̄i qui vt ait august. De celo nos inuitās ad hec bella clamat certate adiuuabo vincite coronabo. Tertium est magnitudo spectaculi impositi sum⁹ certantes quēadmodū et de duobus singulariter inuicē certantib⁹ fit vt totū genus alterius tota parētela: certamen ei⁹ aspiciat et victoriā p̄stolat orans deum: vt eam eidē tribuat. ¶ Ecōtrario aūt tota parētela alterius contra illud faciat et ꝓ sui siue ꝓ sue partis victoria ꝓut pōt satagit. Sic ꝓ vno quoq̄ nostrū in hm̄oi certamine cōstituto omnes milicie celorū intuētes certamen nostrum ꝓ nobis solicite sūt et orant omnipotentem deum: vt nobis de hoste tribuat triumphare: parati nos cū applausu et honore triūphali recipē si victoria m nos viderit obtinere. ¶ Econtrario vero tota illa horrifica malignorum spirituū tētantis diaboli qui nos impugnat victoriā prestolat in odiū nr̄m ⁊ cōfusionē: vt victos nos tota auiditate rapiat ad infernale patibulū ⁊ in eo affigat tormentisq̄ ꝑpetuis et cruciatibus nos affligat. ¶ Attende igit diligēter q̄ gloriosum sit in oculis tot tātoꝝ triūphare: q̄ ignominiosū succūbere quant⁹ honor triūphalis te expectat. Ex hac parte quantum gaudium quantusq̄ applausus angelorū sanctorū ⁊ beatarū animarū que iam in angelice felicitatis ꝯsortio sūt recepte. Ex aduerso vero quāta confusio tua quantū ludibrium demonuꝫ quantorū tormentorū et qualiū cruciat⁹. Quarto nobilitas ac p̄ciositas brauij et corone quā rex celorū pollicet fidelit certantib⁹ atq̄ vincentib⁹: que vtiq̄ si innotesceret non solū nō formidarent discrimina p̄sentiū certaminū sꝫ etiā multo desiderio desiderarent sicut apost. in. iiij. scđe ad Cor. dicit. Id eñ q̄d in presenti ē momētaneū et leue tribulationis nostre supra modum in sublimitatem eternum glorie pōdus operabit in nobis. Et alibi. Existio et q̄ non sūt condigne passiones huius tēporis ad futurā gloriam que reuelabit in nobis. Si ei tot ⁊ tanta discrimina vilipendūt isti pugnatores seculares ꝓ gl'ia momentanea vl mercede vilissima tēporali quid facerent bellatores spirituales si lucide atq̄ viuaciter attenderēt coronā glorie q̄ eis ꝓmittit atq̄ porriget. ¶ Prima ergo atq̄ potissima repugnatio nostra cōtra tētationes est inuocatio piissimi ac ꝓmptissimi auxiliatoris dei vt nos adiuuet ⁊ in tētationē non inducat. i. induci nō ꝑmittat. Si eñ ipse ꝓ nobis quis contra nos sicut leg. in. viij. ad Ro. De isto remedio et auxilio tota vet⁹ scriptura refertissima est. Hui⁹ auxilij necessitatē sciens ecclesia omni hora dicit. Deus in adiutorium meum intende. Sciens se viribus suis tot et tantis certaminibus non posse sufficere.

Nota

C

Celū militat nobis

Honor et p̄miū victorie

D

Brauiū et corona

Necessitas diuini auxilij in tentatione

¶ Et quoniam quedā tentationes ꝑ blanda fiunt q̄dā vero ꝑ aduersa. Primū de tentationibus que ꝑ blāda fiunt nos expediemus ¶ Cōtra hoc igitur secūdum remediū est fuga quod docet apostolus. vi. prime ad cor. Fugite inquit fornicationē. Fugienda enī ē vt spurcitia abhominabilis: ⁊ hoc auersio

E

Fuga optimum est remedium

oculis ꝛ obturatis naribus: quēadmodū a spurci-
tijs corporalibus facere cōsueuimus: nec sine exput
tione siue excreatione recedere: hoc eni ꝓfuit aliq̄
bus viris sanctis. Quotiēs eni diabolus ante ocu
los cordiū eorum ponebat spurcitiā fornicationis
hmōi gestus corporꝫ exercebant: hoc ē oculos clau-
debant nares obturabant ore spuebāt in abhomi
natione hmōi spurcitie vultus auertebant facies
rugabant et ꝓderat eis ad repellendū tentationē
hmōi. Sed reuera spiritualiter siue i corde hec oia
faciēda sunt: vbi cū multa ignominia sua ꝛ cōfusio
ne vincitur diabolus. Sola eni vnius sillabe ꝓnū-
Una sillaba vicit diabolus ctiatione eius iacula confringūtur ꝛ ipse ꝓsterni-
tur. Hec eni sillaba ꝛ hec interiectio fy. q̄est interie
ctio vulgaris gallicani: q̄ si debita indignatiōe ꝓ
nunciata fuerit: diabolū deijcit ꝛ diffugat i quo ad
mirāda est nobilis victoria castitatis que solo spu
to spirituali triumphat de diabolo. In hac tenta-
tione hoc sputū est ipsa abhominatio cordis q̄ scili
cet tantā spurcitiā abhominatur: fugienda ē forni-
catio tanq̄ ignis et quicquid eius ē: ꝛ tanq̄ flam̄i-
ni ꝛ scintille hui⁹ ignis: sicut legit̄ Job. xxxi. Ignis
est vsq̄ in ꝑniciē deuorans: ꝛ vltima eradicans ge-
nimina. ¶ Ignis autē hmōi duplex est videlicet tal-
Ignis fornicationis f is qui incēdit ꝛ hic ē pulchritudo mulieris de qua
dicit Hier. q̄ ipsa est gladius flāme⁹ et ignie⁹. Alt
vero incenditur hoc est concupiscentia q̄ instar cre
mabilis stupe desiccate ab illo igne succēdit̄. Pri
mus igr̄ ignium fugiēdus ē per elongationē ab ip
so: qđ est dicere vt declinētur aspectus ꝛ colloquia
mulierū ꝛ et quicq̄d mentibus nr̄is eas approxima
re vel ꝓpinquare pōt: qđ est quicquid potest effice
re vt de eis cogitemus. Pulchritudo ei mulieris
cogitata gladi us flāmeus ē cordis gutturi appli-
catus. Scđs ignis fugiēdus ē. i. declinandus vl̄ ꝑ
subtractionem lignoꝝ q̄ ipm̄ nutriunt ꝛ ad augēt.
Cum ei defecerint ligna extinguet̄ ignis sicut dic.
Ligna igni subtrahenda ꝓuerbi. xxvi. Hec aūt ligna sunt nutrimenta super-
flua ciboꝝ et potuū. venter ei mero estuans vt di
cit hiero. facile despumat in libidines. ꝛ Judic. xij.
Bibit holofernes vinum multū nimis quātū vna
Olofernes dierū vnq̄ biberat in vita sua. vl̄ insuperfusione a
que: hoc est aqua tribulatiōis q̄ super aspera ardo
ri concupiscentie nr̄e extinguit eius incendiū. sicut
g legitur ecclesia. xi. Malitia hore obliuionem facit
Occupatio sicut aqua ignē extinguens luxurie maxime. Est etiam occupatio velut aq̄ ex-
tinguēs eundem ardorꝫ sic ait poeta. Res age tu
tus eris. Hieronymus vero dicit. Instantia oratio
nis ꝛ tunsionib⁹ pectoris pluries se ab hmōi ardo
ribus liberatū. Sed hoc est remediū qđ primū
posuimus. Tertium remedium est cōsideratio no-
bilitatis humane nature. Qui eni eā diligēter con
siderat nullatenus in tante inmundicie cloacā illā
facile ꝓijcit ac cōculcat. et hoc remediū docet Tul
lius in libro tusculanarū questionum in capi. de ꝑ
Cicero turbatione animi vbi dicit. Quia oēm sedationē
animi cōtinet in ꝯspectu posita hūana natura. Ex-
tendit aūt hoc remediū in alias ꝑturbationes seu
tētationes subiungens quicquid ingruat in eādē
arcem confugiendum est: eadem sunt arma sumen
da. Quartū remediū qđ docet Greg. in moralibus
h scꝫ vt cōsiderēt caro que vtu a ꝯcupiscit̄ qualis erit
Optimum remedium mortua ꝛ laudat efficatiā remedij isti⁹ mirabiliter
ibi hoc remedio vs⁹ fuit qđā iuuenis i partib⁹ bur
gūdie tp̄ibus nr̄is. Accepit ei caluariā. i. caput cu

iusdā speciose mulieris defūcte postq̄ putrefacta
fuerat: et caput illud carnibus omnino nudatū il-
ludq̄ deferebat secū: vt quoties cūq̄ arriperet eū
carnis tentatio: intueretur illud: et ꝓpter hoc de-
spiceret pulchritudinem viue carnis: quā cito per
mortem et putrefactionē sciebat ad illam deformi
tatem horrificam deuenturam: hec āt sepe faciens
tante efficacie remediū in hmōi capite inuenit qđ
in eo ꝑ illud vict⁹ est penitus ardor carnis. Quin-
tum remediū est sermonum dei recordatio et tunc Aliud remedium
potissimū efficax cum fuerit ꝑ collationē ad aliud
et hoc remediū docet nos liber sapiē. xvi. vbi leg. i
In memoria sermonum tuorum exterminabatur.
Hoc remedio vsus fuit quispiam tempore nostro:
qui dum aspectus et colloquia cuiusdam speci-
ose mulieris effugere non posset et de ea non medi
ocriter tētaretur de sacris eloquijs cū ea continue
colloquebat̄: duoq̄ bona simul facta sūt: qꝛ et ipe
liberat⁹ fuit a carnis incendio: ꝛ ipsa ad cōpūctio Aliud remedium
nis grām ꝓuocata. Sextū remediū ē ꝯsideratio vi
lissimi certaminis et ignominie succūbendi. luxu-
ria quippe nō gladijs aut iaculis aut duris aliqb⁹
īpugnare videt̄ sꝫ mollibus tantū borellis igit̄ et
cussinis atq̄ puluillis obruūtur qui voluptatū mol
lib⁹ impugnātur: qui autē talibus vincūtur ꝛ occi-
dūtur spiritualibus. In illud obprobriū incidunt
qđ vulgariter et ꝓuerbijs dicit̄ Ignominiose au
tē mortu⁹ ē: quoniā puluillo vel contro interfect⁹
est. Bellatorib⁹ siquidē literalib⁹ etiā quando leui
bus seu vulnerib⁹ vincūtur illud obprobriū semp
obijcit̄. ¶ Septimū remedium est cōsideratio san- Septimum remedium
ctitatis xp̄iane qua in templū dei viuū et verū i ba- k
ptismo cōsecrati sumus cuius sāctitatis tāto maior
tātoq̄ venerabilior ē q̄ sāctitas templi materialis
q̄nto veritas est ip̄a figura prestantior: et res suo si Laus baptismi
gno sublimior. Sāctitas eni que basilice prestatur
cōsecratiōe episcopali figura ē et signū sanctifica-
tionis baptismalis. Illa vero veritas ē ipsi⁹. Cuꝫ
igit̄ nemo sit qui nō vereatur turpe aliquid in ba-
silica cōsecrata cōmittere ꝓpter ipsā figurā ꝛ signū
sāctitatis quā dixim⁹ Quāto fortius ꝓpter ipsam
veritatē sanctitatis diligēs eiusdē cōsiderator ali-
q̄d in seipso tale cōmittere formidabit. Facit idem
ꝯsideratio imaginis dei in nobis. Si eni imago li-
gnea crucifixi aut ex quacūq̄ alia materia in tanta
veneratōe ac reuerētia est apud vnūquemq̄ fidelē
vt null⁹ eoꝝ iquinare vel sordidare ꝑcutere vulne-
rare deijcere aut alio mō irreuerēter eā audeat cō
trectare: quid ē vnicuiq̄ nostrū de imagie dei viua
et vera q̄ humana anima indubitāter ē cogitandū
vl̄ faciendū. Ad idē facit cōsideratio qđ ipa anima
humana spōsa regis regū soror est et filia sicut legi
tur i libro Cāticoꝝ fere ꝑ totū. Quam sacrilegus
igitur aus⁹ ē: q̄ impia temeritas: q̄ execrabilis de- Nota
mētia corruptorib⁹ īfernalibus eā exponere i ollu
endam et vitioꝝ turpitudinibus eam ꝓstituere q̄-
cūq̄ modo violandā quis hoc duci suo vel ꝑncipi
facere auderet vel cōtra ipsū etiā cogitare. ¶ Octa
uū remediū est iugis intuitus celestis sponsi simul Octauū remediū
et iudicis: si eni in oculis siue aspectu etiā vilissimi l
gartiōis nō auderet vel vir vel mulier turpe aliqđ
facē vel pre verecūdia vel pre timore quātomagis
in oculis omnia vidētis dei nihil turpe vel quod ei
displicet facere debem⁹ vel etiā cogitare. Et illđ re
mediū docet Boetius. Magna eni inquit ē nobis

idita necessitas ꝓbitatꝭ: vbi oia agim⁹ i oclis iudi
cis cũcta cernẽtꝭ. Erubesce aia xpiana i oclis spõsi
adulteriũ aliquod facere aut etiã cogitare. Time
zelũ ipsi⁹ q̃ nõ parcet in die vindicte nec aquiescet
cuiusq̃ p̃cibus nec accipiet ꝓ redemptiõe dona plu
rima sicut legit̃ ꝓuerbio. vi. Et ne putes eũ latere
quicq̃ corũ que in te vel fiũt vel fiũt: cũ scriptum sit
in pmo Sapiẽ. Auris zeli audit omnia. Et ad he
breos. iiii. Nulla creatura inuisibilis in cõspectu ei⁹
omnia nuda ⁊ apta sunt oculis eius. Ad quẽ nobis
sermo: ⁊ in psal. Scrutans corda et renes de⁹. Ex
Nonum remedium — pauesce oculos ⁊ iratũ iudicis qui reddet vnicuiq̃
iuxta opera sua. ¶ Nonum remedium ẽ ꝯsidera
N — tio infernalis patibuli ⁊ eternorũ cruciatuũ. Sic
enim quidam ex sanctis patrib⁹ extinxit in se ardo
rem gule. Cũ enim transiret iuxta cucumerarium
quoddam et videret in eo cucumeres maturos et
esui iam aptos et exarsit in eo appetit⁹ gule vehe
mẽter de quib⁹ cũ nullũ habere posset nisi eos fura
ret aut raperet: considerauit statim de suspendio vel
alio supplicio ⁊ reuersus ad cor dixit apud se: q: tñ
caro ericoro volebat comedere de illis in suspendi
um eni ericorum ẽ quo fures comedunt quicquid
comedunt. Sicut ergo puulis vl̃ virga vel flagellũ
vel deterritoriũ aliquod quod vulgo babrẽaldum
vocant ostenditur vt a puerilitatibus suis ⁊ stulti
ciis deterreant̃. Sic et tibi vel virga patris miseri
cordiarũ ostendit. vel quod est efficatius infernale
patibulũ vt deterrearis a puerilitatib⁹ tuis atq̃ a
Decimum — stulticiis. ¶ Decimũ est mortis memoria et hoc re
R — mediũ docet nos scriptura Ecclesiastici vii. Filime
morare nouissima tua et ineternum nõ peccabis. ꝯ
hoc Hiero. Facile cõtemnit omnia: qui se sẽper co
Socratis dictũ — gitat moriturũ. de hoc Socrates. Sũma philoso
phia est cogitatio mortis assidua. Hoc aũt dixit q̃
niã sũmam philosophie in hoc esse credidit videli
cet in custodia ⁊ in defensione a p̃sentibus volupta
tib⁹ quibus anime inebriantur et captiuantur illa
querant̃ absorbẽtur et ab omni vigore et virtute
penit⁹ eneruãtur. Memoria vero mortis appetit⁹
Undecimũ remedium — hmõi voluptatũ vehemẽter extiguit ¶ Undecimũ
remediũ est molestia vel afflictiõis vel laboris qđ
remediũ etiã si nõ continue sibi quis exhibeat. Ho
ra tamẽ blandiẽtis tẽtationis saluberrimũ ẽ illud
opponere: hoc remedio vtebat̃ tempe nr̃o quidaz
episcop⁹ ⁊ iste qui ita eũ docebat habẽs ferrea in
strumẽta ita aptata vt absq̃ vulneratiõe caro hũa
na vehemẽt̃ pũgi posset ⁊ doloris vehemẽtꝭ m olle
stiã absq̃ vlla sãguis effusiõe iferret hoc artifitiũ ip
so sẽsu et experiẽtia docebat addiscẽ cupiẽtes pũgẽs
eos ita fortiter vt compelleret eos ad clamorem.
Nec dubitandum est quin satis leui punctione hu
iusmodi tẽtatio carnis extinguatur ad horã ⁊ cũz
iterũ surrexerit adibeatur iterũ remediuz. Nec du
bitam⁹ quin assuefactione hmõi supra modum ꝓ
ficere q̃cunq̃ valeat in virtute castitatis et carnem
Nota — eousq̃ domari et etiã absterreri vt rebellare dedif
O — cat atq̃ dissuescat. Nullum est eñ animal adeo fe
num qđ non verberibus etiam a natura sua ⁊ a cõ
suetudine non mitescat. Sunt et alia remedia que
non solum spiritus sanct⁹ sed ipse mala temtatio
num viros sanctos docuerũt q̃ nec omnia nouim⁹
nec oia scribere sufficim⁹ ad alia festinãtes. Quo
niam aũt cogitatio velut caput est antiq̃ serpẽtis
vt dicit hiero. Et lubricus ẽ ipse serpens. ita vt ni
si capite teneat̃ totus statim illabitur ipm̃q̃ caput
eius. i. cogitatio debilissimũ est: ⁊ ad conterenduz
facillimum capiti eius maxime obnitendum est ⁊
illi celerrime occurendum. Iuxta consiliũ poete.
Principiis obsta: sero medicina ⁊c. de quo iã scri — Ouidius
psim⁹ triginta remedia in tractatu de hoc singula
ri: cui⁹ copiam faciemus petentibus. De tẽtatio
nib⁹ vero q̃ sũt vestiũ: edificiorũ: potentiarũ: hono
rũ et aliarũ hmõi facile est inuenire remedia scien
tib⁹ illusiones q̃bus talia illudũt habentib⁹ illa et
nos in exhortatoriis declamationib⁹ ⁊ asimilia dixi
mus et dicere non cessam⁹. De remediis vero con — P
tra tentationes que fiũt per aspa in tractatu de o
peribus ⁊ mirabilib⁹ virtutũ ⁊ in capitulis de opi
bus et mirabilib⁹ paupertatis humilitat' atq̃ pa
cientie: ⁊ parũ exercitatis et pauca intelligentib⁹
non credim⁹ satisfecisse.

¶ Non sũmet̃ hic loc⁹: quia auctoris proposi
tio pro summario est.

Post hec dicemus modos resistẽtiarum
et repugnationũ quibus ipse virtutes
contra vicia pugnent: ⁊ quicquid vnaq̃
q̃ virtus in vna quaq̃ tẽtatiõe si ad eã
vocata fuerit operet̃. Nulla ei tẽtatio
est vel impugnatio diabolica ꝯ quã quacunq̃ vir
tute pugnare non possum⁹. Et hoc est q̃m sicut a q̃
cunq̃ vitio extingui possũt omnes virtutes: sic ne
cessario et a quacũq̃ virtute repellit quodcũq̃ vi
ciũ. Nullus quippe dubitat quin quodcunq̃ viciũ — Vitiũ qđcũ
intrans animam hũanã oẽs virtutes includat ⁊ ex — q̃ ṽtutes
pellat inde: vnũ inde quodcunq̃ ex viciis virtutes — oẽs exclu
omnes extinguit. Quoniã qui habet vnã ex necessi — dit
tate habet omnes. ¶ De virtutibus gratũ facien
tibus loquuimur sicut ostendimus in prima parte
tractatus istius. ꝓpter hoc dicit Jacobus. ii. Qui
offendit in vno factus est omniũ reus. In vnoquo
q̃ enim peccato mortali omnes in eo virtutes mo — Q
riunt̃. Silr̃ et vna quaq̃ hmõi virtutũ viuificata i
quocunq̃ oẽs i eo virtutes viuificãt̃. Aliquo igr̃
modo vez vel directe vel indirecte contrarietas vl̃
repugnantia est inter qđcũq̃ viciũ et quãcũq̃ vir
tutem: non ẽ ergo mirũ si impugnet vna queq̃ vir
tus contra quodcũq̃ viciũ: et ẽ hoc qđ suadere in
tẽdebamus. De fide aũ ⁊ hoc exp̃ssit apl's in vii. ad
ephe. vi. In omnibus sumẽtes scutũ fidei: qđ est di — Fidei scu
cere in omnib⁹ tentationib⁹: ꝓpt̃ quod ⁊ subiũgit. — tũ ꝯ oẽs tẽ
In quo possitis omnia tela nequissimi ignea exti — tationes
guere. ¶ His itaq̃ se habẽtib⁹ incipiemus assigna
re modos et artificia pugnãdi quib⁹ vtũt̃ virtutes
cõtra vicia. Hec igr̃ dicimus esse tria q̃rũ pmũ est — R
iaculorũ seu telorũ q̃ a pte vitioꝝ mittũt̃ elisio siue — Fuga
euasio ⁊ hoc duob⁹ modis fit. Primũ p̃ fugã sicut
supra dixim⁹ de fornicatione qui eo mõ fugiũt quo
diximus iacula declinant et tẽtatiões elidũt ita vt
inuacuum laboret hostis. Scđo per indignationẽ — Indigna
sicut euidẽter appet de charitate quẽadmodũ ne — tio
gotiator qui charissimam habet mercẽ aliquã lõ
ge minus iusto p̃cio offerẽtẽ emptorẽ. nec respice
re nec audire dignat̃. plerũq̃ aũt etiã eidẽ idignat̃.
Sic q̃ deũ hz carũ. Quicquid ꝓ eo deserẽdo diabo
lus offerat etiam respicere vel audire dedignat̃ et
eidẽ indignat̃: cũ sup omnem estimationẽ et cogita
tionem et cogitatũ: minus offerat q̃ decẽs sit et ni
hil ꝑsus cõparatione illi⁹. Isto aũt artificio acq̃ — S
rit̃ nobilissim⁹ ac gloriosissim⁹ triũphus q̃n ⁊ iacu

in ipsa vilipendūt̄ ꝫ et ipse diabol⁹ ignominiosissime vicit̄ qn̄ nec habē vn̄ pugnare valeat reputat̄. Pertinet ad hoc artificiū sic ịherere et tenere ei: quod habꝫ vnaq̄q̄ virtus custodire atq̄ deffēdere vt nec diaboli iacula ad ip̄am ꝑueniāt. Sic enim q̄ deū habēt charissimū aliqui deo in herēt eiusq̄ bn̄ placitū adeo intēdunt: adeoq̄ in eis se occupāt vt ad eos cōtrarie offensiōis iacula nō ꝑtingāt: stant eni imobili cogitatiōe in ip̄o fixi et cogitatio eorū apud altissimū ē. Sicut legit̄ Sap. v. Quare quo-

Cogitatio

niā ꝑ sola corda fideliū diabolo tanq̄ preclusa sibi via nō solū vicendi sed etiā impugnādi cōfusus et desperās abscedit. Uel si remanet ad insidiandum calcatur pedibus eorundē: id est affectibus sicut legit̄ in psalm̄. Super aspidē ⁊ basiliscū ambulabis et conculcabis leonē ⁊ draconē. Et. xvi. ad Rom̄ de us pacis cōteret velociter sathanā sub pedibus no-

Conculcatio diaboli

stris. Hec autē calcatio seu cōculcatio spiritualis intelligēda est quoniā pedibus cordis fit quicquid eni despicimus vel nō curamus cordis pedibus cō culcamus ¶ Debes autē reminisci hic quia illud artificiū pugnādi nō habet patientia ⁊ humilitas immo contrariū et incōpabiliter nobilius: omnia quippe iacula excipiunt vt dona magnifica ⁊ xenia ꝑciosissima. Paupertas vero omnia damna et lucra inestimabilia ⁊ hoc in capitulo de opibus ⁊ mi rabilibus earum latius ꝓsecuti sumus. ¶ Secūdū

C Repercussio

artificiū est repcutere: et hoc ꝓprio gladio nō alieno. Hoc autē facit vnaq̄q̄ virtus quoscien scūq̄ i tētatione decor ipsius et ꝑciositas cogitat̄. Huius mōi quippe cogitatu ⁊ ipsa peccata q̄ tētant ⁊ ipse cogitationes et iacula que ab ipsis emittuntur semper tanq̄ vulnerata debilitantur ⁊ q̄nq̄ prosternū tur interdū ēt disparent ⁊ in nihilū euanescūt: quē admodū exhibita luce tenebre diffugiūt ⁊ disparēt ꝓ eo enī solo ea que vitiorum sunt: siue delectationes siue aliqua alia vel alicuius momēti nobis eē vident̄ in hora tentationis qm̄ lex virtutum vel ꝑ ignorantiā vel ꝑ negligentiā ea hora nobis abscō-

Nota

dit̄ quēadmoduꝫ ꝓ eo solo putredines lignorū et sequame pisciū ī nocte lucent: qꝛ lux solis abest vl̄ alia. ¶ Similit̄ ex eadē causa i tenebris noctis furtiue videtur acies bellatoꝝ et quādoq̄ magn⁹ exercitus: ꝑ hoc etiā nos solū ledūt et vulnerāt ea q̄ vitioꝝ sunt: quia et aliqua esse nobis videt̄: quēad modum in solemnitatib⁹ qꝛ fantasmata rerū nō ipsa veritas eos mouēt: nec intus delectāt eos aut contristant dū dormiūt q̄ facerent in ipsa veritas vigilantes. Et nos iam diximus ⁊ declarauim⁹ multotiens: qꝛ peccātes sunt et se habent quēadmoduꝫ

Peccātes sicut somniantes

et somniantes: vn̄ et euigilare sibi vident̄ cū resipiscūt et per penitentiam reuertunt̄: de hoc apostol⁹ ad Ephe. v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te xp̄s. Et scriptura de exemplis istis refertissima est. ¶ Quare manifestū est qꝛ sic sunt virtus et vicia: sicut veritates et fātasmata: ⁊ sic status culpe et gr̄e ⁊ sōnus vel sōniū et vigilia. Sicut ergo adueniente vigilatione recedūt fātasmata sic constituta mente eo modo q̄ dicim⁹ in luce veritatis tāq̄ in vigilia et veritate recedūt ⁊ cō-

C Iacula a vitijs accepta in ipsa vitia retorquenda

terant̄ fantasmata tētationū. ¶ Tertiū artificiuꝫ est quo vna queq̄ virtus viā ipsis vitijs interficit hoc aūt sic facit. Accipit iacula ad transuerberandum vnūquodq̄ vitiū ab ipso vicio et nos ostēdimus iam qꝛ decē iacula accipit vna queq̄ virtus a vicio sibi cōtrario contra ipsū et eadē iacula. Iacula vocamus decem argumenta sp̄us sancti exponētes verbum illud. xvi. cap. iohan. Cū venerit spiritus ille veritatis arguet mundū de pctō. eliciens. s. de eodē peccato ad concludendū ⁊ peccato et pctōri. hec eadem vocamus decem aromata amarissima ex quibus mirra spiritualis cōficitur ⁊ hoc dixim⁹ in tractatu sacramentorum in cap. de cōtritiōe et attritione peccatorū. de hoc legi. ad Ro. viij. De peccato dānauit pctm̄: quēadmoduꝫ de ip̄o scorpiōe medicina fit contra morsurā ipsius: et de ipso veneno serpentis contra venenū ipsi⁹ ⁊ et de ipso bufone lapis extrahitur qui contra venenū eius est saluberrima medicina. Sic et de dracone carbūculus nobilissim⁹ qui in fronte eius nascit̄ et crescit. De q̄ nō est dubium quin valeat cōtra venenum ipsi⁹ draconis sic. xvij. i. Re. Goliath gygas ꝓprio gladio interfectus est. Et. xiij. iudich. Holofernes pugiōe

Exempla

te pro alijs vt pro se. Sicut igitur pro se preces eoꝝ
apud te impossibile est esse vacuas: sic ⁊ preces eoꝝ
pro alijs quare et pro me. Potuerunt ne esse vacue
a fructu exauditiōis preces iclyti martyris stepha
ni: quas fundebat coram te pro lapidātibus ipm̄?
Absit hoc ab immensitate misericordie tue: vt tāte
pietatis et charitatis preces repuleris: et vacuas
esse permiseris. Quod p̄culdubio te reuelante co-
gnouit sanctus confessor tuus et pontifex Augusti
Augustin⁹ nus: qui Paulū precibus illius cōuersum fuisse te
C statur: et a te tam magnifice visitatū. ¶ Scio domi-
ne misericordie multos ex peccatorib⁹ impedire et
quantū ad se orationes sanctoꝝ euacuare: quod est
dicere eas impedire quo minus eis prosint: et hoc
contumacia et rebellione qua rebelles sunt tuo lu-
mini. Quapropter interdum prohibes sanctos tu-
os orare pro talibus: sicut quondā Hieremiā pro-
hibuisti dicens ad eū. Noli orare pro populo hoc:
Hiere. 17. c nec assumes pro eis laudem et orationē: quoniam
non exaudiā te. ¶ De his michi videtur esse nō ime
rito qui sanctos ipsos p̄sequūtur: aspernant ⁊ ora-
tiones ipsorū despiciūt: auxiliumq̄ tuū nec sperāt:
nec querunt: nec curant: nec etiam volūt: vel vellent
vt pro eis precaretur. Et isti sunt qui peccant in spi
ritum sanctū: et spiritus blasphemie eousq̄ subuer-
tit eos atq̄ peruertit: vt etiam ip̄am gratiam tuā
et omne auxiliū quod eis impetrari vel procurari

posset oderunt et detestātur. ¶ Ego autē dn̄e mise- Nota.
ricordie per gratiam tuā longe factus sum a tātis
tamq̄ execrabilib⁹ impietatibus. Diligo enim ⁊ ve
neror sanctos tuos: ⁊ bene sentio atq̄ ꝯfido de me-
ritis et precibus eorū apud misericordiā tuā: desi-
dero enim et peto adiuuari meritis et precib⁹ ipso-
rum apud misericordiā tuam. Et hec om̄ia magne
benedictiones dulcedinis tue sunt: in quib⁹ preue-
nisti me in debita largitione dulcedinis gratie tue.
Et propter hoc non immerito spero de suffragijs.
Scio enim q̄ honorari tibi placet in ipsis. Et quia
diligis venerationē coꝝ atq̄ remuneras. Quid eni
dignius est remuneratione magnificentie tue: q̄ ve-
neratio sanctorū et electorum et dilectorū tuorum?
Quicquid eni eis obsequij vel honoris propter te
impenditur: non minus tibi ipēditur q̄ ipsis. Qua
propter obsequiū tuum et honor: est om̄is honor ⁊
obsequiū ipsorum: quapropter a te ⁊ remuneratio-
ne dignissimū. Merito igitur confidendū est: et ele-
ctos et dilectos tuos delectari de veneratione ⁊ re-
muneratiōe huiusmodi. Quia ergo non parū eos
honorant qui eos inuocant auxiliū suum apud mi-
sericordiā tuam: necesse est vt inuocatio huiusmodi
prosit eis apud illam. Magnifice nāq̄ de glīa eorū
sentiunt: qui eos tante gratie apud te esse credūt: q̄
suffragari peccatorib⁹ possint. ¶ Amplius: que vel Nota.
quanta vel qualis esset misericordia tua: si electi et
dilecti tui et peccatorū reconciliationē ⁊ reorū atq̄
damnādorū absolutionē apud illam impetrare nō
possent? Quis eni tyrānus in hoīb⁹ est adeo seuus:
vt hec amici eius apud ipm̄ non possint? Nondum
enim audita est adhuc ea seuitia i crudelissimis ho
minibus: quā amicorū gratia et iterpellatio in ali-
quam partē clemētie flectere non potuerit. Quam
magnifice igitur q̄q̄ superabūdāter sentiēdum est
atq̄ sperandū de imensitate misericordie tue pecca-
toribus: et de gratia vel de gratiositate dilectorū et
electorū tuorū coram te siue apud te: vt nihil omi-
no vnq̄ eis deneges qđ tibi dare deceat. Et ex hoc
similiter arguo: q̄ et ipsi precib⁹ peccatoꝝ supplicā
tium eis: aures miſicordie sue nūq̄ claudūt: alio-
quin longe minor esset et charitas ⁊ pietas eorum.
Insup eminentia illa et gloria patrie q̄ esset (ne di-
cam sanctorū et iustorū in via presentis miserie) im-
mo etiam q̄ seuissimorum tyrannorum quātumcū-
q̄ modica benignitas.

¶ Petitio itercessiōis btē Marie ṽgis. Ca. 18.

Adibo te immo etiā cōueniam gloriosissi- D
ma dei genitrix: quā matrē misericor-
die et reginā pietatis vocat: immo cla-
mitat om̄is ecclesia sanctorū. An pote-
ris denegare peccatorib⁹ interpellatiōi-
bus tue gratiam: apud benedictū ac semper ⁊ vbiq̄
benedicendū deum ac dn̄m nostrum iesum christum
filium tuū? Tu inq̄ cui⁹ gratiositas nūq̄ repulsam
patitur. Cuius misericordia nulli vnq̄ defuit. Cu-
ius benignissima humilitas nullū vnq̄ deprecantem
quātūcūq̄ peccatorū despexit. Verissime nāq̄ de te
dixit deuotissimus ille: et laudum tuarū preco mi-
rabilis sanctus Bernardus Clareualēsis: inquiēs.
Sileat misericordiā tuam virgo beata qui te inuo- Bernard⁹.
catam sibi vnq̄ in necessitatib⁹ suis meminerit de-
fuisse. Totum siquidem quod habes gratie: totum
quod habes glorie: ⁊ etiā hoc ipm̄ qđ es mater dei:

ꝑ phas est dicere: peccatoribus deb es. Omnia enim
hec ꝓpter peccatores tibi collata sunt. Cui igr̃ dubi
um esse potest: per hoc quin preces tuas quãtecũq
necessarie esse possunt: peccatoribus illis debeas.
Non denegabis ergo mihi quod debes: quin pon⁹
superaddes maiora michi impẽdens ꝙ debeas. Et
intendo ꝙ maiori instãtia ac deuotione orabis pro
me: ꝙ ego auderem petere: et maiora etiam ĩpetra
bis mihi ꝙ petere presumã. An posset hoc pati pie
tas illa et dulcedo tua (que nulli vnꝗ defuit) vt de
negares michi in tanta necessitate auxiliũ? Et tam
ferabili tãq periclitãti cause mee misericordie tue
patrociniũ? An false ꝛ inaniter vocat te oĩs eccle
sia sanctorum: aduocatam suam: et miserorũ refugi
um? Absit hoc a matre dei que fontẽ pietatis toti
mundo peperit: vt cuiꝗ miserorũ sue misericordie
subuentionẽ vnꝗ deneget. Innumeris exẽplis ma
gnificorũ operũ misericordie tue que operata es er
ga peccatores miserrimos: docuisti nos ꝛ persuasti
de tua misericordia ꝯfidere: de tua pietate sperare:
et oĩbus necessitatibus nostris sub alis tue prote
P ctionis fiducialiter cõfugere. ¶ An est misericordie
tue onerosa multitudo ad te clamãtium? An est ali
quatenus difficilis gratiositati tue impetratio vel ve
nie vel gratie quantecũq? Scio domina mee: qr ni
chil horum est apud te: quin potius gaudiũ est tibi
suffragari miseris ꝛ reuocare gratiosissimis ac sem
per efficacissimis precibus tuis periclitãtes: ꝛ eti
am periclitatos a ꝑditiõe ꝛ ꝑditiõis periculis. Tu
eñ dulcissima dei mater sup oẽs angelos ꝛ hoĩes
nosti quãtũ placeat benedicto filio tuo salus nr̃a: ꝙ
prona ꝙ prompta sit mĩẽcordia eius ad saluãdũ
nos. Nosti etiam quãta gloria sit ei saluare perdi
tos. Hec eñ est gloria sup alias. Et inde est illi col
laudatio: benedictio et gratiarũ actio atq collau
datio super oĩa alia bona que facit vel fecit vel fa
cturus est. Nec mirũ: cum mĩẽcordia eius sup om
nia opera eius sit. Ex his eñ operib⁹ maxime inno
tescit prelarga ac magnificentissima bonitas ipsi⁹.
Quia ergo sup oẽs hoĩes et angelos diligis glo
riam bñdicti filij tui: que indubitãter maxima est ei
et saluatione perditorũ maxime placet tibi ꝓcura
re illam. Hoc autẽ est ĩpetrare peccãtib⁹ gratiã ip
sius his q̃ vitijs ꝛ peccatis suis offensi sunt illi: qua
re recõciliatio peccatorũ est maxime grata et placi
da. Dum ergo te exoro vt me misericordissimo filio
tuo recõcilies: hoc ꝓculdubio a te peto qḋ maxime
gratum atq placitũ tibi certissime scio. Nõ potes
igitur michi denegare quod peto. Si eñ mihi dene
gares quod tibi placitissimũ atq gratissimũ est: qd
posset sperari vnꝗ a te: vel super quo vnꝗ exorãda
esses domina mea dulcissima? ¶ Amplius: qr displi
cẽt tibi vitia mea ꝛ peccata: que sunt offensiões mee
grauissime: quib⁹ offendi charissimũ ac benedictũ
filium tuũ: placet igitur tibi contrariũ earũ id est ex
terminatio. Quis autẽ dubitet recõciliationẽ meã
ad ipm: ꝯtrariã esse offensiõibus meis quibus illũ
offendi: ꝛ etiam exterminationẽ esse atq destructio
nem illarũ? Placet igitur tibi recõciliatio mea ad
Nota. bñdictũ filiũ tuũ: ꝓcura igitur illã et ĩpetra. ¶ Am
Q plius: oĩs ecclesia sanctorum vocat te mediatricẽ
hominũ ad deum: et hoc nec false nec vane. Officiũ
ergo tuũ est mediã te interponere inter ipm ꝛ homi
nes: non mediã quidẽ diuisionis: sed potius recõci
liationis. Quid autem a te peti potest: ꝙ vt ĩpleas

officium tuũ? Quid deniq matri digni⁹ ꝙ gloriã fi
lij adaugere: et ad ipm ꝓpter qḋ mater dei es totis
studijs ac viribus intẽdere? Quia igitur in hoc ꝛ ad
hoc mater dei effecta es: in quo et ad quod ipe ver⁹
deus et homo filius tuus effectus est: hoc autẽ non
nisi ꝓpter reconciliationẽ est mundi ad ipm. ¶ Si
quidem deus erat in christo mũdũ sibi recõcilians.
Et vt ad vnum dicar: venit filius hominis querere ꝛ Luce. 19. b
saluum facere quod perierat: sicut ipemet dixit. Et
item apostolus. Fidelis sermo ꝛ oĩ acceptiõe di 1 Tim. 1. c
gnus: qr venit iesus christus in hunc mundũ saluos
facere peccatores. Iustissimum igitur et dignissimũ
est vt tu dulcissima dei mater in hoc ipm studiose ac
vigilanter intendas: vnde ꝛ ꝓpter quod tibi tantus
honor accreuit ꝛ gloria: vt dei mat̃ sis reginaq mũ
di ꝛ domina. Hoc autem nullus fideliũ ignorat esse
reconciliationẽ et salutẽ peccatorũ. In hoc igit̃ in
tendat pietas ꝛ dulcedo tua deuotissimis: gratissi
mis et semp efficacissimis precib⁹: ꝛ supplicationi
bus tuis. Frustra nãq clamabim⁹ ad ipm: te tacẽte
quoniã voces nostre nulle erũt coram eo: vel apud
ipm: si tue nobis defuerint: immo si tuis adiute nõ
fuerit. ¶ Moueat ẽ te gl̃iosa dei mat̃ benignissima R
misericordia tua que maior incogitabilr̃ est omni
bus vitijs meis: et peccat̃. Absit a te dulcissima dei
mater: vt plus possint apud te contra me vitia mea
et peccata: ꝙ possit mĩẽcordia tua pro me. Absit
vt clamor eorũ que ĩplacabiliter semp odisti: ꝑua
leat clamori meo et obstruat aures mĩẽcordie tue.
Absit vt oĩa mala mea: licet tot ꝛ tãta sint: possint
obstruere os sacratissimũ tuũ: et labia tua in quib⁹
tanta gratia infusa est cõpescere: vel ꝓhibere ne lo
quatur pro me. Absit vt possit suspẽdere te a tam sa
lubri officio pietatis tue quo ꝛ aduocata es et me
diatrix hominũ: post filium tuum spes vnica: ꝛ refu
gium tutissimũ miserorũ. Et ne allegaueris iniusti
tiam qua indignissimũ me cõfiteor oĩ auxilio pie
tatis tue et oĩ respectiõe mĩẽcordie tue. Nõ eñ
phas est vt allegas pro iustitia cõtra me vel contra
quẽcũq alium: hoc eñ esset stare te pro iustitia con
tra misericordiã: cui certissimũ est ꝛ totum quo pol
les gratie: ꝛ totũ quo fulges glorie: ꝛ illud ꝑcellen
tissimũ omniũ: videlicet ꝙ es mat̃ dei te debere mi
sereri. Absit a te igit̃ piissima dei mater vt vel ĩmo
dico vel stes vel alleges: nõ eñ hoc debes iustitie vt
vllo modo ꝛ obsistas vel mĩẽcordie bñdicti filij tui:
ex qua sunt tibi q̃buscũq ꝑdita es bona: vel mie ꝓ
prie tue: vides ꝙ sup oĩa bona tua alia gl̃ificat. Hec
eñ est: ꝑ quã maxime matrẽ dei te esse demonstras:
et potissimũ pctõrib⁹ ꝛ miseris: q̃ perueniãt gl̃iam
quas eis ĩpetras: ĩcessanť matrẽ dei te esse cogno
scũt euidẽter. Nulla eñ creatura ꝛ tot et tãta ꝛ talia
ĩpetrare posset apḋ bñdictũ filiũ tuũ miseris: quã
ta tu apud ipm ĩpetras eisdem. In quo ꝓculdubio
nõ tanꝗ ancillã suã: que indubitãter es: sed tãꝗ ma Nota.
trem verissimã te honorat. ¶ Ampli⁹: alijs matrib⁹ S
assimilari debẽt filij: te aũt gl̃iosa dña decet assimi
lari bñdicto filio tuo: ꝛ potissimũ in ea ꝟtute ꝑ quã
se fecit filiũ tuũ: ꝛ te matrẽ suã. Hec autẽ est miseri
cordia ꝛ ꝓpter hoc in mĩẽcordia es eidẽ simillima.
Necesse igitur est vt totã te possideat mĩẽcordia: ꝛ
propť hoc nichil potes cõtra illã etiã de iustitia: ne
steteris igitur pro iustitia cõtra illam. Et ꝓpť hoc
ne allegaueris illam cõtra me: qui soli mĩẽcordie
tue post filium tuum innitor: spemq meã post illũ

totaliter in ipsa posui atq; sixi. Ne allegaueris dulcissima dei mater peccata mea contra me: qui misericordiam tuã allego contra ea. Absit vt stent i iudicio peccata meã contra misericordiã tuam: que oibus vitijs et peccatis super omnẽ cogitatũ fortior est atq; potẽtior. Absit vt remiscaris ipsorũ: de quo seruus tuus ille deuotissimus: scz beatus Augustinus de se loquẽs dixit. Quia quotiens de peccatis agitur nullam inquit prorsus de intemerata dei genitrice volo fieri mẽtionẽ. Absit vt peccata mea vel alia audaciã habeant apud te: que ad hoc et ꝓpter hoc mater dei effecta es: vt peccata tollerenẽ et exterminarenẽ. Auerte igitur aures misericordie tue a clamore ipsorũ: ⁊ iclina eas ad clamorẽ meũ. Absit a peccatis meis ista potestas: videlz vt aures misericordie tue auertere possint a clamore meo: vel obstruere eas cõtra illũ. Absit ab eis vt eousq; possint officiũ misericordie tue quod est misereri: ꝓhibere contra me: vel aliquatenus redartare. Absit vt officiũ filio tuo placitũ: ⁊ toti mũdo tam salutare: tã necessarium suspendere vllo modo possint.

¶ Conuertat se iterũ pctõr ad patrociniũ iesu christi supplicãs vt alleget pro ipso. Capitulũ. xix.

E Nouissime ad te refugio et recurro domine mi iesu christe: qui pmꝰ es et pre oibus primarũ tenẽs in benignitate ⁊ mia. Primus inq̃ ⁊ maximꝰ incõpabilit ⁊ icogitabiliter sup oẽs qui in circuitu tuo sunt: super omes videlz exercitus pulcherrimarũ sublimiumq; militiarũ tuarum: ⁊ sup omia sanctoꝝ milia. Quãq̃ enĩ charitate iestimabilit omes ardeãt: et pietate incogitabilit defluant: nec scintilla tamẽ est omniũ illorũ charitatis ardor ad caminũ seu fornacem imense charitatis qua tu ardes in nos: nec stilla per modica ad abyssalẽ illam pietatis tue dulcedinem: quã ostendis ⁊ exhibes ꝯuertẽtibus ⁊ reuertentibꝰ ad te. Quis enĩ admirari vel etiã cogitari sufficiat imensitatẽ misericordie tue que hõ pro peccatoribus factus es: moriq; pro eis: ac pro latrocinijs eorũ suspendi dignatꝰ es? Et vt ad vnum dicam seruus per omia misericordie factus es: ⁊ venale mancipium. At enĩ vulgo dicit: cum plenã quis dñationem in aliquo vult ostendere: dicit indubitãter meꝰ est ad suspendendũ: ad dilacerandũ: et ad vendẽdũ. Sic domine misericordie: misericordia tua dñatione plenissima te possedit: ⁊ adhuc possidet. Vtsa est nãq; hac seruitute tua nobilissima ⁊ hac dñatiõe plenissima in te: et hoc in ipsa pẽssima sacratissimaq; passione ⁊ morte tua. Hec enĩ est que in cruce suspẽdit ter illi patibulo te affixit. Que est potestas que tibi mortẽ intulit nisi misericordia tua? Si enim totus mũdus ferrum esset ⁊ inde cathene ⁊ vincula fabricate essent: minimũ capillum capitis tui vel pilũ alium ligare vel tenere non posset. Cui igitur tanta virtus tantaq; potentia: videlz ligãdi tenendi crucifigendi occidendi attribuenda est: nisi benignissime misericordie tue: per quã solam hec omia pati pro nobis dignatus es: ⁊ charitati illi quã nimiam vocat Apostolꝰ: que sic te nobis alligauerat ⁊ astrixerat: vt hec omia pati pro nobis potius velles: q̃ nos infernali patibulo: et morti eterne gehennalibusq; tormentis iustissime cruciandos derelinquere. Per istos igitur vsus manifestum est misericordiam tuam in possessione tua esse omimode seruitutis. Et quoniã iure suo quis iniuste priuari non potest: a te dico: quoniam plenissime possidet te. Et propter hoc eisdem modis ⁊ ad eadẽ liceret eidem vti adhuc te si opus esset. Verũtamẽ mors tua vnica sufficientissima fuit pro totius mundi peccatis propiciatio: et etiam incogitabiliter supabũdãs: sicut me tuipse docuisti: per gratiã tuam ⁊ ministerio meo multos alios. Hoc enĩ te sanctificatus est apostolus tuus Paulus ex te ⁊ per te i epla ad Hebreos decimo. Una oblatione cõsummauit in sempitꝰnum sanctificatos. Et quoniã quecũq; pietas possidet pauperum ac miseroꝝ sunt. Necesse est etiã ex hac causa te esse nostrũ. ¶ Amplius. Nũquid nõ dixit esaias: ex te ⁊ per te de seipso. Paruulus natus est nobis? Et apostolꝰ tuus Paulus ad Romanos octauo. Qui proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo nobis omia donauit? Datus igitur es nobis: et quoniã dare est suum accipiẽtis facere. Noster id est ius nostrũ ⁊ possessio factus es. Propter hoc per spiritum tuum dicebat Dauid. Benedicat nos deus deus noster. Hoc ius et hanc possessionẽ insinuando addidit repetitionẽ huius nominis deus per ꝓnomen possessiuũ: quod est noster. Noster autem factus es: ad omnẽ vsum ⁊ vtilitatẽ nostre salutis. Datus enĩ es nobis in antidotũ nostre salutationis: in sacrificiũ nostre recõciliationis: in sacramentũ nostre sanctificationis: i ꝓpugnatorẽ nostre defensiõis: in aduocatũ nostre allegatiõis: sicut tu ipse testatus es per esaiam dicẽs. Ego sum qui loquor iustitiam: ⁊ propugnator sum ad saluandum. Loquẽdo iustitiã in iudicio quod de nobis agit: iustitiam inq̃ non nostram sed tuam. Aduocatus noster es et propugnator es ad saluandum. Fuisti nobis vbi palam triumphasti in temetipso principatus et potestates: in agone videlicet victoriosissime passiõis tue: vbi fortem diabolum vicisti atq; ligasti. Datus es nobis et in sponsum nostre fecũdationis. Cuius enim mundissimis ac castissimis amplexibus: tuoq; sacratissimo poculo qui ad omne bonum steriles eramus: ad omnẽ prolem gratiarum: donorum et virtutum: atq; ad omnem fructum bonorum operum fecundamur. Datus es nobis et in precium nostre redemptiõis: sicut dixisti per os tui prophete. Redemptionem misit dominus populo suo. Datus es et in scutum nostre protectionis: sicut promisisti per os ipsius Dauid dicens. Scuto circũdabit te veritas eius. Tu enim domine in circuitu populi tui: et hoc nunc et vsq; in seculum. Datus es nobis in coronam glorie: et seruum exultationis populo tuo: ⁊ hoc quidam finaliter. Et in nouissimo datus es et in magistrũ nostre eruditionis: sicut tuipsemet dixisti in euangelio. Unꝰ est magister vester christus. Datus es nobis ⁊ in iudicem nostre remunerationis sicut dixit Esaias. Ex persona patris clementissimi. Dedi cum ducem ac preceptorem gentibus. Datus es nobis et in lucẽ spiritualis ac salutaris illuminationis: sicut dictũ est per eũdẽ Esaiã quadragesimoquarto. Ab ipso patre misericordiarum. Dedi te in lucem gentium. Datus es nobis et in regem nostre gubernationis sicut tuipse dixisti per os Dauid de teipso in psalmo. Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum: predicans preceptum eius. Datus es nobis et in sacerdotem: siue in pontifi-

Marginal notes: Ephe. 2. a — Hebre. 10. c — Esaie. 9. b — Roma. 8. f — Psal. 66. — Esa. 63. a — Psal. 110. — Psal. 90. — Mat. 23. a — Esaie. 55 b — Esa. 42. b — Psalmꝰ. 2.

tem: sicut dictum est ad te ab ipso patre misericor-
Psal.109. diarum. Tu es sacerdos ineternum secundū ordi-
nem melchisedech: vt sis nobis omnibus & singulis
in his que sunt ad deum: vt patet in omnibus sacer
dotalibus officiis & pōtificalibus. Datus es nobis
et in custodē: contra omnes offensiones: insidias: ce
teraq; vniuersa pericula. Datus es nobis in salua
torem omnimode saluatiōis: sicut pmisit deus pa-
Esa.19.d. ter per prophetā. Clamabūt ad dominū a facie tri
bulantis: et mittet eis saluatorē &c. Recordare do-
mine misericordie: quia in tot et tantos tanq; salu-
tares visus datus es nobis et ad oēs illos noster ef-
fectus: propter hoc cōfidenter peto in omnib9 istis
vsibus: vtar te in salutē meam: & vt omnia officia
ista adimpleas et exequaris pro me. Adimple igit
officium aduocati pro me allega causā meam. Ape
ri igitur os sacratissimum tuū: os benedictum: os
gratiarum: & allega cū thimiamate ineffabilis sua
uitatis. i. gratiosissima interpellatiōe tua: tota san
ctispiritus apotheca semper flagrantissima. Alle-
ga istud incogitabilis flagrantie incensū deprecare
pro me. Te nāq; aperiente os illud benedictum tu-
um pro me: obmutescent omnes accusatores et ad-
uersarii. Te prestante patrociniū cause mee: qs cō-
surgit ex aduerso? Te stante pro me quis stabit ad-
uersum me? Te dante vocē gratissimā & gratiosissi-
mam in conspectu patris misericordiarū: vocē inq;
illā incomparabilem eloquiis angelorū: an prebe-
bit pater misericordiarū aures suas accusatoribus
et aduersariis meis: et auertit illas ab incogitabili
placore et suauitate vocis tue? Absit hoc & ab imē-
sitate misericordie ipsius: atq; amoris inestimabilis
quo diligit te. Sed et qui vides iuges offensas me-
as quibus iugiter offendi patrem misericordiarū:
placa eū michi iugo illo placabilissimo atq; sēper
acceptissimo preciosissimi viuificiq; corporis & san
guinis tui sacrificio quo placasti eum mūdo in ara
crucis: agnus imaculatus: agnusdei qui tollis pec
cata mūdi: offerēs temetipsū eidē isuauitatis p no
bis: vbi pacificasti per sanguinem crucis tue siue q
in celis siue que in terris sunt. ¶ Domine misericor
die quāta deuotiōe quātis: gratiarū actionib9: qtis
piarum lachrimarum profluuiis rememoranda sem
perq; recogitanda sunt tam stupenda tanq; longe a
meritis nostris beneficia? Ego autem miserrimus
atq; vilissimus: arido frigido tenebrosissimoq; cor
de atq; per omnia pauperrimo hec in cōspectu mi
sericordie tue vt cūq; tamē recogito dulcissime re-
demptor atq; misericordissime saluatorq; benignis
sime. Domineq; deus mi Jesu christe qui nō solum
cause nostre patrocinium: sed etiam damnationis
nostre iudiciū pariterq; suppliciū: stupenda et lar-
gitabili pietatis et dulcedis tue suscepisti. Allegā
eam incessanter qui vides accusatores nostros & ad
uersarios nō cessare ab accusationibus nostris die
& nocte. Qui vides quantā materiam accusationū
eis dedimus. Et ego in plures atq; grauiores innu-
merabilib9 aliis i tot & tantis vitiis & peccatis cec-
di: et quod fere deterius est: hec oia stupido et isēsi
bili ac p oia temerato corde & audiuim9 & cogitaui
m9. Dñe mie p istis ipsis delictis interpella: ne pre
stēt ipedimentū miserationi quā peto. Dñe miseri-
cordie allega i causa mea iustitiā sanctitatē tuā qui
vides meas nullas eē: & a pte mea nihil esse qd alle
gari possit. Dñe miscdie hec pōt malignitas ad-

uersariorum meorum: vt nō cessēt die ac nocte ab accusatio
nib9 meis. Possit igr hoc misericordissima benigni
tas tua apōte p me: vt nō cesses a patrociniis & sustra
gationibus meis. Dñe misericordissime allega cām
meā: sapiētia tua: qui vides i sapiētias & ignorātias
meas: & in orando et in omnibus aliis que ago. Do
mine misericordie allega cam gratiositate tua: que
per semetipsa in solam sufficit impetrare mihi & om
nibus aliis omnem veniam: omnē gratiam omnem
gloriā: & omne bonū aliud. Utrasq; istas diuitias &
domine misericordie fac me sentire: ita videlicet vt
hec omnia: et tu mihi impetres: & eadem ipse largi
aris Domine misericordie non possint omnia mala
mea vitia et peccata eousq; contra me et propterea
exequaris officium quod incogitabili pietate susce
pisti. Hoc est autem officium patroni et aduocati.
Non possint domine misericordissime eousq; vt vel
ad punctum hore cessare te faciant ab interpellādo
pro me et ab allegatione cause mee: alioquin & inces-
santer et irreuocabiliter in pditionem et mortē eter
nam totus dilabor. Absit vt plus possint contra me
omnia mala mea apud te: qm misericordia tua p me.
Absit vt plus possint obstruere os benedictum & sā-
ctissimum tuum: quo minus loqueris pro me. Absit
vt possint suspendere a patronali officio quod pro
peccatoribus suscepisti: ad causam illorum allegan
dam et agenda in coram patre misericordiarum.
Absit vt possint te suspendere a sacerdotali vel pon
tificali officio: quo et temetipsum obtulisti hostiam
in odorem suauitatis et interpellare non cesses: si-
cut apostolus tuus de te loquens dixit. Qui paret
vultui dei pro nobis. Et iterum. Semper viuēs ad Hebre.9.g.
ad interpellandum pro nobis. Domine misericor-
die tu ipse scis et testes es: qr ex modica illa scintilla
dilectionis quam habeo ad te & ad omnes homines
et pro modica illa scintilla pietatis quam dedisti in
corde meo quantacunq; essent vitia & peccata cuius
cunq; qui peteret a me vt orarem pro illo: nō possēt
obstruere os meum in parte illa nec suspēdere orga
num vocis mee quin orarem pro eo misericordiam
tuam. Absit igitur hoc vt possint peccata mea cōtra
me apud te: cuius pietatis et dulcedinis nec nume-
rus est nec mensura. ¶ Amplius. Non poterunt om
nia vitia et peccata mea phibere vel auertere quo
minus in mortem te traderes p eis omnibus ppiti
audistis: quomodo igit poterunt peccata mea: vt
nec etiam aperies os tuum sacratissimum pro me?
Domine misericordie: qntum aderis peccata nostra
euidenter ostendisti fidelibus tuis in ipso crucis
tu e victoriosissimo mysterio: dum ea morte tua mor
tificari voluisti: vt enim morerentur mori dignatus
es: qto facilius est tibi dicere: pater misericordiarū
dimitte huic peccatori. ¶ Amplius: an sum ego ma
gis offensus tibi q ipsi crucifixores tui essent dum
te crucifigebant? Pro ipsis domine orasti cum hoc
ipsi nō peterēt a te et dixisti. Pater igr ignosce illis
quia nesciunt quid faciūt. Quomodo igit denega- Luc.23.d.
bis mihi: imo vt euidēt9 loquar: quōdo ptinerit se
mititudo viscerum tuorum sup me? Aut qlit pinebis os
bñdictū tuū vt nō apias illō p me: q nō te crucifigo sz
veneror p grāz tuā: qnte oro & adoro & a te vt possū
& tu adiuuas hoc exposco Dñe miscdie nō op9 ē vt
moriar; ite p me & aliis pctorib9 sat; ē nobis ad vi-
uificationē nrā piissima ipellatio tua & o gratio
sissima quā expelli oino nō exaudiri a pte misericor

diarum impossibile est: qui suscepit vire illius pijssime passionis tue et mortis gratiosissimam interpellationem pro me ꝛ alijs peccatoribus te inuocantib⁹. Alioqui nō solū te inutiliter sꝫ etiā supra modū norie crucem ꝛ mortem pro nobis sustinuisti. Et viuifica illa saluberrimaqꝫ mors tua: in perniciē mortiferam nobis vertitur. ¶ Domine misericordie: nō sit non tantum vacua a fructu nostre salutis sacratissima illa mors tua: sed etiam nō permittas vt sit nobis in augmentū mortis ꝛ perditionis. Domine sericordie non est opus vt fundas iterum preciosuꝫ viuificum sanguinem tuum in absolutionem et sanctificationē nostram: sufficit nobis vt fundas p̄ces flagrantissime suauitatis irreparabilis gratiositatis in cōspectu patris misericordiaꝝ pro nobis. An denegabis nobis preces rogatus qui sanguinē pro prīū etiā nō rogatus tribulasti? Dn̄e misericordie ne patiaris frustra te tot ꝛ tāta fecisse nobis: ꝛ tulisse pro nobis: ꝛ ne sustineas vllo modo vacua esse tam magnifica misericordie tue. Ne dimiseris iperfectum salutis nostre tam gratū tanqꝫ tibi sūptuosū negocium: cui hoc solum deest ad perfectā consummationem siue ad hoc consūmatam perfectionem: vt aperias os gratiarū coram patre misericordiaꝝ pro me ꝛ alijs ad te redire vtcūqꝫ conātibus. ¶ Qđ si forte dixeris mihi: qꝛ illa beneficia tua egomet mihi irrita feci ꝛ vacua: ꝛ insuper ꝓuocaui iustissimā iram tuam contra me. Verū indubitanter dicis. Et quia prouocaui iram: misericordiam peto: vt tu eā auertas qui solus potes: quantū tu das ꝛ adiuuas exoro. Tu enī es os nostrū ꝛ pax nr̄a et ꝓpiciatio pro omnibus peccatis nostris sufficientissima: immo etiam ꝛ superhabūdantissima. Tu solus potes nobis placare patrem misericordiarū: et teipsum ꝛ spiritum sanctum: qui solus per temet ipsum accedis ad partem misericordiarum: cui in te solo benedictio placuit: qui in omnibus semper exauditus ab ipso pro tua reuerentia.

¶ Conclusio petitionis ꝛ cōfirmatio. Ca.xx.

B Post hec autem cōcludam id est conclusionem huius orationis faciam. Et interrogas te an velis misereri vel non. Qđ si nō vis misereri cum misereri vtiqꝫ nō possis nisi volens: inutilis imo nulla est misericordia tua: cum misericodia esse non possit nisi voluntas miserendi. Qđ si vis misereri sicut reuera non soluꝫ euidens: sed etiam necessariū est. Interrogo te domine sericordie quibus et qualibus? Si enim non vis misereri nisi iustis et intēdo iustis: scꝫ iam iustificatis: cōfidēter dico: quia illud non patitur veritas tua. Illis enim qui iam iustificati sunt: anteqꝫ iusti essent misertus es: faciens eis misericordiam: videlicet vt eos iustificares: anteq̄ autem iustificarētur iusti nō erant. Unde igitur eis iustitia: nisi de multitudine misericordie tue preuenientis eos et predonantis eis iustitiaꝫ? Manifestuꝫ igitꝰ est: quia proculdubio ꝛ misereri vis nō iustis: ꝛ misereris eis potissimum in hoc ꝙ absqꝫ meritis prestas eis vt iusti sint: cum hoc apud te non meruerunt. interdum autem in illis superhabundātissime misereris qui maxime irā tuam prouocant. Quemadmoduꝫ misertus es paulo apostolo tuo: nō solum misericordiā tuā nō q̄rēti vl' etiā curāti: sꝫ etiā irā tuā iustissimā iplacabiliter
Act.9.a. prouocanti. Dū enim te persequeretur totis studijs et viribus enitēs extinguere nomen tuum et fidem dum esset spirās minarum ꝛ cedis in discipulos tuos magnificētissime eum vocasti: plenissime auertens eum ab iniustitijs suis perfecteqꝫ cōuertens euꝫ ad te totaliterqꝫ iustificās. ¶ Quia igitur proculdubio vis orari a peccatoribus postulātib⁹ misericordiam tuam q̄ indigent: hoc autem maxime ex gratia iustificationis. Uis igitur vt peccatores a te petant istā misericordiam: et hoc ipsum tu īspiras eis ꝛ prerogas: videlicꝫ vt petant a te misericordiam q̄ liberētur atqꝫ mundentur a miserijs vitiorum suorum ꝛ peccatorum. ¶ Quapropter manifestū est te velle peccatoribus misereri: et potissimū illis quibus hoc prerogas et prelargiris: vicꝫ vt hoc desiderēt querāt et petant a te. ¶ Quia igitur de illis ego vnus sum: misereri vis et mihi misereri igitꝰ.

¶ Excusatio propriae infirmitatis. Ca.xxi.

Quod si dixeris mihi: qꝛ illis misereri vis qui toto corde hoc exposcunt a te mihi B
vero et similibus meis quorum tam exigue: tam exiles. tā aride: tam frigide: tā tenebrose sūt preces: nō vis misereri hoc est misericordiaꝫ impēdere quā sic petimus. Respōdeo tibi in hoc domine misericordie: qꝛ nemo orat te ex toto corde: nisi cui⁹ totūcor iam occupasti et repleuisti: et propter hoc totum cor illius iam possides: totūqꝫ traxisti ad te. Quapropter totum ipsū liberasti a peccatis et vitijs quapropter totū iustificasti: totū tua iustitia repleuisti. ¶ Amplius qui toto corde orat te: toto corde cōcupiscit et desiderat te quapropter toto corde amat et diligit te. Qualiter enī totū cor eius inflāmares concupiscentijs tuis ꝛ desiderijs: nisi in illud tā misisses ignē spiritussancti tui: quē venisti mittere in terram? Et de quo dixisti quid volo nisi vt accēdatur? ¶ Amplius si propter Luc.12.f.
hoc non velles misereri quoniam exiguitur et exiliter arideqꝫ ꝛ frigide exoraris vt miserearis. Si hāc causam dignam et iustā iudicas prohibitionis tue misericordie: ꝙ iustificas quos vis. Non igitur vis misereri: qm̄ ista causa nec amoueri. nec auerti pōt ipsos peccatores. Perfectio enī orationis: que est dicere: per quā tibi merito placeat oratio eousqꝫ vt eaꝫ exaudias donū iestimabile est misericordie tue. Quapropter inde solummodo nō exaudis hmōi debiles et inualidas orationes: quia desūt eis pfectiones: que sūt dona magnifica solius misericordie tue ¶ Cum igitur nō predonas vt sic exoreris: proculdubio nō vis misereri quemadmodum exposceris Et intendo non vis largiri quod postularis: quapropꝰ verum est quod predixi: quia proculdubio non vis misereri precantibus quibus non das vt toto corde te precentur: et propter hoc non vis misereri peccatoribus: cum nunq̄ peccatoribus hoc largiris vt te ex toto corde orent. Nō impossibile est cor ꝑeccatoris totaliter exorare te et sic esse cor peccatoris. quēadmodū non est possibile vt totum sit plenum gratia deuotionis et orationis et ex parte peccatis et vitijs occupatum. Quapropter manifestum est qꝛ vis orari a peccatoribus: et vis offerri tibi orationes eorum: Non autem vis offerri tibi eas frustra vel inuacuum: vis eas igitur exaudire. ¶ Amplius
qua considerantia petit omnis ecclesia sāctorum et Psal.84.
dicit. Conuerte nos deus salutaris noster. et auerte irā tuā a nobis. Nō enī cōuers⁹ ē qui conuerti petit

neq̃ ab offẽsa est qui iram suã a se auerti precatur.
Hec aũt est oratio: quã ab ipso spiritusancto tuo e-
docta est ecclesia tua: et facere offerre tibi. Non aũt
orat te sic ecclesia tua insipienter: neq̃ ita tibi displi
cet ista eius oratio. Orari igitur a peccatoribus
vt eos conuertas: et ab infestis vt abeis iram tuam
auertas indubitãter placet tibi. Quicquid aũt pla
cet tibi vt petatur a te proculdubio placet et tibi vt
et id largiaris petenti: presertim si ipsum largiri ti
bi cedat ad gloriam et honorẽ: petẽti vero expediat
ad salutẽ. Nihil autem teipso teste: ad maiorem ce-
dit tibi gloriam. Nihil petentibus magis ad salu-
tem q̃ conuerti ad te: expedit ⁊ auerti irã tuã abeis.
C Hec est igit̃ cõfirmatio cause mee coram te: hec fir-
mitas partis mee: videlicet benignitas misericor-
die tue: qua nõ dubito te velle misereri peccatoribꝯ
misericordiam tuam petẽtibus atq̃ desiderantibus
vt eis des: eosq̃ adiuues querentibus. ¶ Est et hec
alia firmitas et cõfirmatio partis mee: q̃ tuipse ad
uocatus es et propitiatio: qui es et iudex meꝯ. Et
propter hoc: nõ est possibile vt patiaris causã me-
am periclitari in manibꝯ tuis. Apud homines eñ
non est possibile vt aduocatus fidelis et iustus per-
mittat periclitari causam cuiꝯ patrocinium susce-
pit. ¶ Et est tertia firmitas et cõfirmatio cause mee
quia scio te nec velle vinci nec posse: nec est possibi-
le te succũbere in iudicio: quapropter nõ est possibi
le vt ego cadã a causa te prestante et patrocinium ⁊
allegante illam: nec et tuipse (qđ etiam cogitatu ne
phas est) vici videaris. ¶ Et est quarta firmitas et
cõfirmatio partis mee: quia ipsa allegatio tua suf-
ficiẽtissima: oratio est purgẽtissima: quia omnimo
de irrefragabilis persuasio ad obtinendã sententiã
absolutionis et liberatiõis mee. Absit eñi ab abys-
sali illa sapientia tua et gratiositate incogitabili vt
allegationi tue resistatur ab accusatoribꝯ ⁊ aduersa
riis meis: vel vt contra eum pronũcietur vel a teip-
so vel alio iudice iustissimo. Et intendo vel a te: vel
a patre misericordiarũ. ¶ Et est quinta firmitas ⁊ cõ
firmatio partis mee: q̃ ipsa allegatio tua iustifica-
tio est cause mee. In eo eniz ipso q̃ eam allegas: iu-
stificas illam et iustam efficis. Et hoc est quoniã iu
sticie tue: quicquid peccatis meis debeat̃ debetur
super sententia quam allegatiõe tua obtinere intẽ-
dis. ¶ Et est sexta firmitas ⁊ cõfirmatio partis mee
atq̃ cause: ipa gratiositas tua: qua eousq̃ patri mi
sericordiarũ in te solo placuit: vt in oĩbus semper
exaudiaris apud illũ: semper pro ipso placore tuo
atq̃ reuerentia. Quapropter quãtũcũq̃ odibilis ⁊
detestabilis ⁊ execrabilis sit causa mea: nihilominꝯ
in ore tuo benedicto: in ore tuo sacratissimo: et ĩ la-
biis tuis quibꝯ tãta grã diffusa est: est fauorabilis.
¶ Et est septima firmitas ⁊ cõfirmatio partis ⁊ cau
se mee: ipa veneranda et reuerãda sanctitas tua: ad
quã necesse habet respicere pater misericordiarũ:
Psal. 83. propter quod ab ipsa ecclesia tua exoratur et dicit̃
eidem: ab ipa. Respice in faciẽ christi tui: quã vide
licet opponit sanctissimis oculis tuis: ⁊ interponit
horrificis atq̃ monstrificis feditatibus ⁊ abomina
tionibus nostris: et vultui clemẽtissimi patris: tan
q̃ operiẽs eas ⁊ abscondẽs ne illas intueatur: sicut
Sap. 50. legitur in libro sapiẽtie. Dextera tua teget eos. Nõ
eñi solus filius sic nos tegit ⁊ operit imo pat̃ p ipm
operiens iniquitatẽ ⁊ abscõdẽs sanctitate sua: quã re
spiciens pater misericordiarũ necesse est vt placatꝯ
respiciat. Non eñi possibile est vt in eam respiciat
nisi vultu sereno: ppitio et iucũdo. Quod ⁊ ipse ob
secro videlz vt faciẽ plenã grarũ charissimi ac bñdi
cti vnigeniti tui respicias: et a peccatis meis illam
prorsus auertas. Mũdi enim sunt oculi tui sancti
domine: vt nõ videas mala: ⁊ respicere ad iniquita
tem nisi cum ira et indignatione non poteris. Non
igitur respexeris abhominationes execrationes
horrificas ⁊ feditates: qui misereri potius eligis q̃
irasci. Sicut dicit ecclesia tua orans te. Respice igi-
tur in faciẽ christi tui: cuius placore ab ira tua mihi Psal. 83.
placeris: me videlicet et qđ in me fecisti: qđq̃ iure
tuo plenissimo tuum est placido: sereno: iucũdo ac
propicio vultu intuearis atq̃ suscipias gratia im-
mo gratiositate et meritis illis que non solum recõ
ciliatione totius mundi sufficiũt: imo etiam in infi-
nitum superhabundant et super omnem cogitatuz.

¶ Ad aliquid valeant predicta Ca. xxii.

Animaduerte solerter ⁊ studiose: q̃ omnia D
verba hec que hic aggregaui tibi atq̃ cõ
gessi: de verbis potentibꝯ sunt ⁊ ad depre
candum composita: que etsi nõ sit possibi
le per ea moueri imobilem per omniaq̃ imutabilẽ
deum: potentia tamẽ mihi videntur esse et validissi
ma ad mouendũ ipsũ recitantem vel audientem illa
Ad mouendum inq̃ ⁊ preparandũ vndecũq̃ ad gra
tiam deuotionis et gratitudinis ⁊ largitatis et be-
neficentie incogitabilis dei. Similiter ad gratiam
cõpũctiõis: dũ vitia ⁊ peccata gen͂ʒ sic sugillant̃ ⁊
aggregant̃ ⁊ aggrauant̃ Ipsaq̃ beneficia creatoris
et declarantur ⁊ magnifice extollunt̃: ⁊ quatenꝯ pos
sibile est nũerant̃: valida tñ michi: vident̃ ad gratiã
eterne ac vere penitudinis prouocandam ⁊ procu-
randam. Dum enim virtus illius ⁊ placor apud de
um tam euidẽter per ipsa ostẽditur: nõ est possibile
vt ab agnoscentibus ipsam nõ desideretur vel non
queratur. Quis enim videre vel cognoscere possit
gratiam istam: esse liberationẽ a carcere et vinculis
horrificis vitiorum et peccatorum ⁊ non cõcupisce
re vel nõ desiderare eam? Quis deniq̃ illam viuifi-
cationẽ suam ⁊ resuscitationeʒ a morte pessima hu
iusmodi eam vel leuiter opinari possit ⁊ nõ amare
⁊ querere? ¶ Amp. Quoniam nichil magis ingerit E
dolorem: q̃ ipsa mala: ipsaq̃ detrimenta atq̃ dispẽ
dia que passi sumus vel patimur: et hoc quãdo vi-
dentur vel cogitant̃. Tu autẽ vides euident̃ q̃ verba
ista autẽ oculos cordis tui mala omnia tua tibi po-
nũt: et etiã in ipsos oculos tue mẽtis ingerũt ⁊ ipin
gunt. Insensatum igitur et insẽsibile potest esse cor
tuum: si dolorem tibi tot ⁊ tanta mala tua non inge
runt. ¶ Amplius. Cũ omnia vitia et peccata instar
telorũ cuspidis ex altera parte vel obtusa vel blan- F
da sint: ex altera vero acuta dureq̃ ac dire vulnerã
tia atq̃ trãsuerberantia ppter quod cũ trasciunt̃ ⁊
infiguntur: sine dolore vtiq̃ ⁊ intrant ⁊ admittũtur.
Cum vero recogitantur mala eorum: que hic vide-
licet irrogant: sicut mors spiritualis culpe et mors
gehennalis pene: ceteraq̃ tormenta que inferũt pa
tientibus tunc cuspides eorũ vertuntur in animas
nostras: quapropter si viua ⁊ fortis fuerit recogi-
tatio eorum: pungunt eas profunde et cum dolore
saluberrimo compungunt eas. Et inde nominata
est compunctio: tanq̃ videlicet a cuspidibus ⁊ acu-
leis vitiorum et peccatorum ex omni parte profun

da punctio. Et hec sunt puncture que diaboli: imo
omnes cateruas demonum de animabus humanis
exilire: totaqꝫ velocitate diffugere cõpellũt. Que-
admodum enim puncture iste saluberrime: animas
resilire faciunt: et effugere a vitijs et peccatis: sic et
demones ab animabus. hec enim est natura et con-
suetudo vitiorum et demonum: vt semper fugiant fu
gientes se: vt dicit sapiens in ecclesiastico. ¶ Quasi
Eccle.21.a. a facie colubri fuge peccata: et si accesseris ad illa su
scipient te. Sequũtur enim sequentes se. et fugiunt
ab eis qui ea fugerint eosqꝫ suscipiunt qui seipsa ea
dem non repelliũt. ¶ Videi gitur hic mirabilia dei
G qui veneno mortifero vitiorũ et peccatorum: euidẽ
ter per hanc viam saluberrimam nobis et vitalem
efficit medicinam. Et vt vulgo dicitur de bufone fa
cit nobis salutare anthidotum: et de serpente salu-
berrimam tyriacam. Iuxta verbum poete quod dixit
Vulnus achileo q̄ quondã fecerat hosti. Vulneris
auxilium pelias hasta tulit. Apparet autem euidẽ
ter ex his tibi: ꝙ propria est salus et sanitas spiritua
lis peccatoribus: cum ipsi morti vulneraqꝫ vitiorũ
et peccatorum: paratissime sunt fieri anthidota con
tra semetipsa. Et hoc eis dumtaxat qui adiutorio
dei: cuspides eorum et aculeos in se vertere: seqꝫ ide
repercutere volunt. Et quod est mirabilius: ipsiqꝫ
deo saluatori nostro gloriosius: quia maiores mor
bi maioraqꝫ vulnera. in maius auxiliũ salutis po-
tentes sunt. Quã sicut maiores habent cuspides et
aculeos ad percutiendũ animas nostras: sic magis
efficaces sunt ad eas compungendas. et ad compũ
ctionis gratiam procurandam. ¶ Noli igitur despe
H rare o peccator pre magnitudine et multitudine vi-
tiorum et peccatorum: sꝫ inuoca omnipotentissimũ
misericordissimum atqꝫ promptissimum adiutorẽ
deum: qui non solum medicus est animarum nostra
rum: sed etiam medicina et salus: vt ipse operetur et
mirificet misericordiam suam i te. Faciatqꝫ illa mi
rabilia: que soli ei possibilia sunt: videlicꝫ vt de mor
te tua reuiuiscas et vt de ipsis morbis tuis atqꝫ vul
neribus tibi salutem et sanitatem eliciat tantaqꝫ et
tot venena vitiorum et peccatorum: in tyriacam sa-
luberrimam conuertat. Et de tantis spinis et tribu
lis vuas ex quibus vinũ compunctionis exprimas
tibi colligere largiatur. Et de rubis istis spinatis et
aculeosissimis vuas hmõi videmiare te faciat. Qð
I indubitanter faciet: si vitia tua et peccata: coram te
superfuerint: si ea iugiter mediteris. Non enim po
terunt tibi nõ displicere: nec tu tibi ipsi in illis: si ea
iugiter recogites. Per hoc namqꝫ solum ꝙ non be-
ne aut plene videntur: placent deceptissimis amato
ribus suis. Cum enim non sit turpitudo aut defor-
mitas aut feditas aut feculentia adeo abominabi-
lis: adeo horrifica vt vitium vel peccatum proculdu
bio manifestum est eam non posse non displicere in
tuenti illam et clare videnti. Quapropter de illa re
Eccl.3.b. ctissime verissimeqꝫ dictum est. Qui viderit te resi-
K liet. a te. ¶ Reminisci autem debes quicunqꝫ cupis
de vulneribus et morbis vitiorum tuorum et pecca
torum haurire sanitatem iuxta illud quod dictum
Ro.8.a. est per apostolum: de peccato damnauit peccatum
quia de ipsis cum adiutorio diuine gratie eliciũtur
aromata mire virtutis decẽ vł plã: ex quib⁹ cõfici ꝑ
et condiri ista tiriaca salutifere cõpũctiõis: quorꝫ primũ ẽ ti
mor gehannalis supplitij. Quẽ admodum fur fur
tum inspiciens: et cõuincendum se de illo certissime
sciens: non potest non timere suspendium: cum de
iustitia iudicis atqꝫ potentia nulla sit ei dubitatio.
Sic et peccator omnis clare ac studiose peccata
sua et vitia sua intuens: non potest non timere ge-
hennale supplitiuꝫ: cum certissimũ sit eidem se nõ
posse latere: nec abscõdere: ab oculis iudicis cũcta
cernentis. Et ignorare non possit eam esse iustitiã
illius: ꝙ in die vltionis non acquiescet cuiusꝗ pre- Pro.11.a.
cibus: nec accipiet pro redemptione dona plurima
propẽ quod dixi: qꝛ necesse habet timere inprimis.
Et ob hanc causam dicitur timor initium sapiẽtie. Eccle.1.a.
Elicitur autem ab ipso peccato vł vitio per hoc qð
est penale siue puniendum per iustitiam dei: timor
pene imminẽtis. Similiter per hoc ꝙ turpe elicitꝰ
pudor: eodem modo ꝙ ipsum est iniuria nobis vel a
diabolo vel a nobis ipsis irrogata. Elicitur ex hoc
ira: que secũdum philosophum est inquisitor victo-
rie: secundum quosdam inquisitor vltionis: propter
qð et dicta est ira aliquando appetitus vltionis.
Hec est igitur ira per quam sibiipsi irascitur peni-
tens: volens contra seipsum vlcisci iniuriam siue cõ
tumeliam creatoris: et mortem propriam. In quo
manifestum est executorem quendã esse et ministrũ
diuine iustitie: contra semet ipsum propter qð cer-
tum est: ex ipsius apostoli testimonio: ipsum penitẽ
tem liberũ et immunem fieri ab ipso iudicio diuine
vltionis. Ita nanqꝫ dicit apostolus. Q: si nosmetip 1.Cor.11.g
sos diiudicaremus: non vtiqꝫ diiudicaremur. Si
enim vlcisceremur in nobis dei iniurias et cõtume
lias: quas eidem irrogauimus: similiter et mortes
proprias animarum nostrarũ: nichil superesset vł
restaret diuine iustitie in nobis vlterius vlciscendũ
per eandem viam: quia omne vitium et peccatum
vulnus spirituale est siue morbus. Elicitur ex eo do
lor vel propter hoc quoniam damnificum est seu dã
nosum: eo ꝙ per ipsum et propter ipsum et gratiaꝫ
et gloriã amittimus. Elicitur etiam ex eo dolor al-
terius generis et modi alterius. Non enim eiusdeꝫ
generis sunt dolor ex vulnere: et dolor ex damno.
Bene autem est penitenti si et vtroqꝫ generi doloris
doleat: sic tamen et quousqꝫ: et quemadmodum pre
dixi vt sanitatem animi dolor huiusmodi querere vr
geat: cureqꝫ medicinali ipsum subijci faciat. Sic et
se habet de dolore qui esse debet ei et amissione tan-
torum bonorum: gratie videlicet et glorie: quem ad
hoc sufficere arbitror: vt vere penitentialis dicend⁹
sit. si ipsum penitentem ad recuperationem ipsorũ
tanto proposito incidet: vt secundum consilium ec-
clesie pro recuperatione velit atqꝫ proponat.

¶ Quid recogitatio peccatorum. Ca. xxxiij.

uxta hunc modum elicitur ex ipso pec L
cato horror tanqꝫ ex mortifero: iuxta te-
stimonium qð audiuisti in precedentib⁹
quo dictum est. Quasi a facie colubri fu
ge peccatum. Venenata enim vel vene Eccle.21.a.
na potius sunt omnia vitia et peccata: et propter
hoc qui ea attentius intuetur: resilit ab eis quasi a
mortiferis et venenatis. Sic et odium ex ipsis vitijs
et peccatis elicitꝰ: cum ꝙ inimica sint ꝗqꝫ noxia pec
cantibus: studiose consideratur. Et in alijs quidem
hostibus ad concitandum contra eos in nobis odi-
um: sufficit aspectus eorũ cum credulitate: que cre
duntur inimici in nobis vel hostes esse. Et est inten
tio odij nocere. Odium autem istud non quiescit vł
cesset in qualibet lesione, vel nocumento quod ex pec-

cato irrogat:sȝ ī solo et termino a morte ipsa. Qua propter cum eousq̧ inualuerit in penitente odium huiusmodi:bellū vt ꝯtra peccata et vitia suscipiat: vel suscipere velit tanq̄ iuratus in mortem ⁊ exterminiū ipsorum:perfecto odio indubitanter odit illa: perfecto inq̄ perfectione spiritualis sufficientie. Non enim maius odiū requirit deus in penitente contra vitia ⁊ peccata:neq̧ maius bellum q̄ exterminare illa ⁊ mortificare sufficiat.

¶ De pudore ⁊ erubescētia ex peccō Ca.xxiij.

Iuxta hunc modū:ex aspectu vel in conspectu potius vitiorū ⁊ peccatorū elicitur ex eis pudor et verecūdia per hoc q̧ turpissima sunt:vel qđ deterius est:turpitudines vltra modū erubescende:propter qđ increpat ipse dn̄s deus animā peccatricē:⁊ potius peccatorē:qui peccare diu ⁊ multipliciter ī oculis dei et hominū nō erubescit:propter qđ dicit

Hiere.3.b. ad eam ꝑ hieremiam prophetam. Frons mulieris meretricis facta ē tibi et erubescere nesciuisti. Hic autē est pudor tūc sufficiēs penitenti q̄tū capio:cū ad hoc ipsū idurerit vt vitia sua ⁊ oīa peccā abscōdere ab oculis dei et hominū:⁊ ꝓ cōsilio ecclesie sit paratus. De illis qui peccatū suuȝ quasi zodoma p̄dicauerūt nec absconderunt. Ubi sciendum est tibi:q̧ tribus modis abscōditur ignominia vitiorū ⁊ peccatorū. Primo discooperiēdo in confessione coraȝ sacerdote. Est igitur coopertoriū ipsius:ipsa discopertio eiusdē per cōfessionē. Si eni nos per confessionē sinceram sacerdotibus illa detegimus ⁊ reuelamus:illa deus per virtutē sacramēti cōfessionis abscōdit ab oculis suis. Et quāto studiosius illa detegimus et discooperimus. tanto studiosius ille co

Psal.31. operit et abscōdit. Et de hoc dictū est. Beati quorū remisse sūt iniquitates:⁊ quorū tecta sunt peccata. Q̄to autem illa magis abscōdimus vel negligētius in sacramēto cōfessionis detegimus:tanto deus illa et manifestius ⁊ in maiorem cōfessionem abscon

R dentiū illa nouissime reuelabit. ¶ Per eūdē moduȝ ex vitijs ⁊ peccatis propter spurcitiā ⁊ fetulentiam ipsorum elicitur abominatio:q̄ est fastidiuȝ siue appetitus vomendi. Hāc autē abominationē tūc sufficientem in penitentibus opinor esse:cum spiritualem nauseā in his eousq̧ prouocat:vt vomere ea velint atq̧ proponat. Hic autem vomitus ipsa eorum confessio est. Spiritualiter nāq̧ ea tanq̄ ore vomūt: cum per oris confessionem foras et in manifesto coram sacerdote illa ponant. Nec magis humores nociui vel sordes quecūq̧ ore vomētiū eijciūtur a vētre vel stomacho:q̄ vitia et peccata vomitu cōfessiōis eijciuntur a corde. Et hoc tunc cum confessio integra sinceraq̧ fuerit:et virtute sacerdotalium clauium consecrata.

¶ De indignatione a peccatis. Ca.xxiiij.

O Iuxta hunc modū elicitur et indignatio ab ipsis peccatis et vitijs per ipsorum vilitatem. Nichil enim vilius cogitari potest: omnino vilescit nisi vitium et peccatum. Quis igitur vile non solum est:sed parum vel nichil valet:immo multo fortius deualet:vt ita dicatur hoc est dicere:quod nocet et minuit valorem in habentis. Manifestum igitur est vitium vel peccatū non solum vilissimū:sed etiā lōge deterius ipsa vtilitate. Attendens igitur ipsa anima humana nobilitatem et dignitatem suam:attēdēsq̧ ipsam vilitatem vitiorum suorum et peccatorū non potest non indignari et sibi et illis cum videat ea tā indigna dignitate sua. Et non solum imensurabiliter longe esse a nobilitate sua:sed etiam contraria illi ⁊ corrūpentia illam. Qua propter abijcit illa a se cōfestim ⁊ fugit ab illis. Quemadmodum et regina īclita et magnifici cordis fugeret a lupanari tanq̄ a loco regali dignitate indignissimo: fugeret inq̄ cū aspernatiōe ⁊ despectu. Et hec est indignatio quam beatus Hieronimus vocauit sanctam superbiam. Hierony.
Quemadmodum si homo magnifici cordis proijciat a se vincula: vel compedes quibus serui alligari solēt:aut opa ipsa seruilia facere dedignetur. Scire tamen debes q̧ indignatio interdum ira quedam est: et potest procedere ex superbia et magnificentia cordis: q̄ interdū sancta est ⁊ sācta superbia nō imerito nominatur. Ex hac igitur erigit se et eleuat deo adiutore:imo eleuāte mēs humana sup vitia ⁊ peccata:conculcat ea spiritualiter aspernatione forti. Illud enim corde et quasi pedibus cordis calcam⁹ seu conculcamus quod despicimus. Et indignatio ista sufficiens est ad penitentialem iustificationem:cum de imo subiectionis et seruitutis vitiorum et peccatorum eousq̧ erigit et exaltat penitentem:vt sub pedibus cordis vitia habeat et peccata forti aspernatione conculcans ea. Per viam eandem elicitur ar P
tifitio et virtute gratie dei a vicijs et peccatis ipsa: execratio eorum:per quam tanq̄ prophana:vel potius tanq̄ sanitati contraria omnimodoq̧ ei aduersantia et repugnantia longe eijciuntur et proijciuntur. Ita q̧ cor execratione huiusmodi preditum: omnem attractum eorum tanq̄ sacrilegium repellat a se. Et attractum eorum voco:non solum desiderium ipsorum:vel delectatonem in ipsis sed etiam cogitatum vel cogitationem ipsorum. Illa namq̧ execramus: que tanq̄ inique ⁊ adeo contumeliosa a nobis repellimus: Iuxta quod dictum ē. Execratio autē peccatori cultura dei. Tanq̄ enim sacrilegam ⁊ tanq̄ ne- Eccl.2.c.
fariam eam a se repellunt et ab ea tanq̄ ab impietate fugiunt. Hec autem execratio ad penitentialem iustificationem tunc sufficiens est:cum ad hoc penitentem induxerit:vt a vitijs et peccatis se longe facere velit:et tanq̄ ab his quibus non solum grauissime offenditur sed etiam ab his qui ea faciunt largissime separatur atq̧ repellitur. Nouissime vero
per eandem viam elicitur a vitijs et peccatis dete- Q
O Est aliud adiutorium orationis grande atque fortissimum: ipsa afflictio seu tribulatio: de qua et propter quam clamatur ad deum propter quod ab ipso spiritusancto edocti patres affligebant se cum orationibus suis impetrare vellent aliquid magnum a domino: quod adhuc seruat omnis ecclesia sanctorum affligens se ieiuniis: ciliciis: laboribus et flagellorum etiam disciplinis: et aliis modis: quos iustificationis gratia docere et suggerere consueuit. Et tribulatio pro qua vel contra quam scilicet vt auertatur clamatur ad dominum: in primis adiuuat orationem: quia facit vt eidem clametur obnoxius: sicut dicit beatus Augustinus: (Augustinus.) videlicet quia in tribulatione obnixius clamatur. Causa autem in hoc est quoniam ipsa sua acerbitate incitat et incendit desiderium liberationis ab ea. Et propter hoc quanto maior acerbior ve fuerit tanto magis incendit et incitat desiderium hominum. Desiderium autem impetrandi quod petitur: vox est orationis: et propter hoc muta est et sine voce oratio: que desiderium non habet huiusmodi. Et ideo tacet in oratione qui loqui videtur multotiens. Cum autem vehemens fuerit huiusmodi desiderium erit clamor. Quapropter verus est sermo beatissimi Augustini qui dixit: quia in tribulatione clamatur obnixius. (Augustinus.) Ob hanc causam dixit alibi idem beatus Augustinus: quia propter hoc immittit deus tribulationes: vt tribulati clament ad ipsum: clamantes exaudiantur: exauditi liberentur: liberati glorificent misericordissimum liberatorem deum. Qua propter dixit idem super euangelium Math. (Math. 8. c.) quia tempestatem fecit oriri in mari: vt nauicula iactaretur fluctibus: vt metu tempestatis territi discipuli excitarent dominum Jesum christum dormientem: et clamarent ad ipsum a facie tempestatis exauditi et liberati glorificarent ipsum: sicut et ibi factum est.

P ¶ Secundo adiuuat orationem afflictio: quoniam afflictio miseria est. Miseria vero prouocatrix est miserationis apud misericordissimum deum propter quod et misericordia dicitur quasi miseria cordis de alieno malo: propter quod proprie compassio nominatur quasi alienum consortium passionis. Que quidem et si in deo locum non habeat quantum ad affectum: quantum tamen ad effectum subuentionis competit eidem quatenus per habet. Subueniens enim miserator deus tribulatis: hoc facit ipsis: quod socius tribulationis faceret si posset eisdem: videlicet liberans eos vel tribulationem mittigans aut leniens ipsis. Quia igitur afflictio propria in eis quos aliunde tribulantur addit ad miseriam ipsorum: addit et ad prouocationem vel prouocationem miserationis: et propter hoc addit adiutorium exauditionis ipsius orationis per quam miseratio intenditur impetrari.

Q ¶ Tertio quoniam ipsa afflictio propria quedam pars est iustificationis: necesse est vt propter illam detrahat miserator deus siue minuat de vindicta quam irrogaturus erat si ista afflictio non esset: non quidem minuit aut detrahit pro quantitate afflictionis huiusmodi sed pro largitate sua: secundum largitatem et immensitatem misericordie sue. Interdum etiam totam detrahit in initio afflictionis huiusmodi: et sententiam damnationis imminentis totam reuocat: totamque penam minatam ignoscit: sicut manifestum est eum fecisse niniuitis cum agerent penitentiam ad predicationem Jone prophete. Manifestum igitur est tibi per hoc quantum et qualiter afflictio propria adiuuat orationem ad impetrandum misericordiam. Juxta hoc dicit Bern. Claraeuallen. (Bernardus.) Ideo affligere se debes orans coram domino: vt parcat saltem flagellato qui non parcit iustificato: ac si diceret: vt ipsa flagellatio misericordiam prouocet quam iustitia (quia nulla est) prouocare non potest. Si quis autem querat de mugitibus boum: et eiulatibus paruulorum et de afflictionibus animalium quas passa sunt apud niniuitas: in quo vel propter quod adiuuabant orationes niniuitarum. Respondeo in hoc quia afflictiones erant hominum quorum erant paruuli et quorum erant animalia. Causa autem in hoc est quoniam et in filiis et in animalibus suis ac rebus aliis manifestum est affligi patres et matres et rerum huiusmodi possessores de ieiunio vero quantum adiuuet orationem: expressit beatus Aug. vbi dixit: (Augustinus.) quia si vis orationem volare ad deum: fac ei duas alas ieiunium et elemosynam: quarum igitur altera alarum adiuuat volucrem ad volandum tantum: similiter modo adiuuet ieiunium orationem ad volandum ad deum: volatus autem huiusmodi exauditio est: non enim ascendere dicuntur orationes nisi quas audit ex deus.

¶ Quare ieiunio tanta efficacia tribuatur. Ca. xxix.

S Habet autem questionem et ammirationem non leuem: propter quod sapientissimus et sanctus Aug. (Augustinus.) ieiunio tantam efficaciam et virtutem hic attribuit vt eam elemosyne parificare videatur. Ale enim due pares virtutis sunt: et equalis per omnia in omnibus volatilibus: et eque prestant eis adiutorium ad volandum nec potior est in hoc ala dextera quam sinistra nec econuerso: cum econuerso se habeat in maiori parte hominum. Non enim equalis virtutis aut fortitudinis sunt dextera manus et sinistra in hominibus: imo in pluribus dextera sinistram excedit. In solis vero illis qui vocantur ambodextri: qualis fuit hayoth et gabaonite per omnia eiusdem fortitudinis sunt et ad operandum eiusdem adiutoriis. Apostolus autem dixit. i. ad Tim. iiii. (Timo. 4. c.) quia pietas ad omnia valet: exercitatio autem corporis ad modicum valet. ieiunium vero vna est de exercitationibus corporalibus quare nulla est comparatio ieiunii ad pietatem: quemadmodum nulla est eius quod est modicum ad omnia.

Respondeo in hoc ꝛ dico verum esse. Hoc est veri nominis ꝛ rationis ieiunium: oblatio ꝛ sacrificium ꝓprij corporis: sicut euidenter testatur Apostolus ad Romanos. duodecimo dicēs. Obsecro vos per mise-
Ro. 12. a. ricordiam dei exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem: sanctam deo placentem: presertim cum non auaritie: sed misericordie ieiunatio. Hoc autem est: cum ea que detrahuntur corporibus de alimentis: in christi pauperum alimoniam vel in alios vsus pios erogantur. Nec videtur esse veri nominis: quo non ꝛ anima ꝛ corpus affligitur. Nec modica ē afflictio anime humane fames ꝛ sitis: quod inde manifestū est: quia cum vehementer inualuerint: cogunt hominem comedere manus suas: vel alia de carnibus suis: que rapere de ipso corpore suo potuerunt. Similiter ꝛ de vehementia sitis: bibere eum propriū sanguinem: vel vrinas compellit. Afflictiones vero corporis esse ipsum ieiunium: atenuatio eiusdem corporis: que per pauca ꝛ moderata ieiunia fit: euidenter ostendit. Hoc autem non propterea dico: quia ita ieiunandum sit: vt in huiusmodi rabiem sitis esuries inualescat: sed potius vt manifestum tibi fiat: quia veri nominis ꝛ rationis ieiunium ꝛ sacrificiū est ve dei: ꝛ iustificatio quedam tam anime ꝙ corporis: et ꝓpter hoc efficax nō mediocriter ad placandū iram iustissimā dei: ꝛ ad minuendū penas meritas seu debitas. Quo enim quis vehementius se affligit ꝓ suis vitijs ꝛ peccatis: tanto minus in seipso relinquit diuine iustitie puniendum. Qua ꝓpter cum sem etipsū sufficienter iusticiat: non est a deo vlterius iusticiandus: sicut docet aplus. i. corint. xi. dicens q̄ si nosmet
1. Cor. 11. g. ipsos diiudicaremus: nō vtiq̄ diiudicaremur. Iam igitur declaratum est tibi per hoc quatenus ꝛ qualiter ala altera orationis est ieiunium: videlicet ad impetrationem remissionis pene merite seu vindicte. Adiuuat etiam orationem ad volandum in sublime diuine miserationis: quoniam inexecrabilem efficit
1. Tim. 4. c ieiunantem. Uerum quod dicit Apostolus: quia exercitatio corporis ad modicum valet: intelligendū est: vt est exercitatio hoc est dicere per se. Ualet namq̄ per se ad frangendum vires carnis: ꝛ ad reprimēdos: ꝛ interdum extinguendos ardores concupiscentiarum carnalium. Et ad hoc efficax est valde ieiunium: quemadmodum subtractio lignorum ad extinguendum incendium: sic dicitur. Detrahe ligna foco si vis extinguere flammas. Et carnis motus ocia: vina: dapes. Nec intelligas hic exercitationem corporis: nisi macerationem carnis: que fit non solum ieiunijs: sed etiam laboribus: ꝛ omnibus sanctis occupationibus. Per se igitur in q̄tum exercitatio corporis: ꝛ per hoc q̄ est exercitatio: ad hoc valet quod predixi: quod reuera modicum est comparatione vti-
C litatum pietatis. ¶ Pietas enim id est misericordia ꝛ ad illud valet: ꝛ ad omnia alia que salutis sunt siue pertineant ad salutem: Nihil enim est vel venie: vel gratie: vel glorie: quod pietas non impetret: sicut ex-
Thob. 4. b presse legitur Thobie. Quoniam elemosyna ab omni peccato ꝛ a morte liberat non patitur animam ire
Ibidem. in tenebras. Et iterum. Non auertas faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nec a te auertatur facies domini. Elemosyna namq̄ non solum potest vel valet per eum in quo est vel facit illam: sed etiā per eos quibus fit: valet etiam semetipsam. Elemosyna enim per illud quod elemosyna est: habet fructꝰ ꝛ vtilitates mirabiles ꝛ mirificas: sicut est euidenter colligere ex testimonijs scripturarum. Quid vero per sophisticas calumnias que in scholasticis disputationibus non tam fructuose ꝙ tumultuose audiuntur: pietatē intellexerunt in sermone premisso Apostoli illa que theosebia nominatur: ꝛ hoc indubitanter cultus deo debitus ꝛ acceptus nominatur: que recissime veneratio sanctorum: id est rerum sanctarū: in quibus primatum ꝛ principatum supereminentissimum obtinet creator benedictus tanꝙ in primis ꝛ maxime venerandus. Deinde beatissima ꝛ gloriosissima dei genitrix post hoc vnusquisq̄ sanctorum ac sanctarum in ordine suo. Nec dementur sacramenta ꝛ sacramentalia sacraq̄ bona sua: ꝛ sacra vasa atq̄ ornamenta: ꝛ generaliter omnia quecunq̄ benedictionibus pontificalibus sacrantur vel sanctificantur. Omnia namq̄ huiusmodi tanꝙ sacra veneranda sunt.

¶ Assiduitas orationum adiuuat notabiliter. Capitulum. xxx.

Est ꝛ aliud fortissimum orationis adiutorium: scilicet assiduitas: sicut testatur Iacobus vltimo. c. epistole sue dicens. **A**
Jacob. 5. d. Quia multum valet deprecatio iusti assiduus. Et apostolus primo ad Thessal.
1. Thes. 5. c Sine intermissione orate. Et ipsa veritas in euange-
Luce. 18. a. lio Luce. Quoniam oportet semper orare: ꝛ non deficere. Qualiter autem orabimus semper? Impossibile enim manifestum est semper aliquem orare. Qualiter possibile est dormiētem orare cū dormit? Credo autem te hec audiuisse verba hominum: de quibus fuerunt qui dixerunt vitam omnem sanctorum orationem esse propter auctoritatem que dicit. Iustus non desinit orare: nisi cum desijt iustus esse. Hoc autem ē dictū nisi per tropum: quo due res que idē vel equalia efficiunt: solent dici vnum esse: iuxta ser-
1. Cor. 3. b. monem apostoli. prime ad Corinthios. tertio. Qui plantat: ꝛ qui rigat vnum sunt. Et intelligitur vnum in efficientia seu effectu. Sic se habet de oratione iustorum ꝛ de vita eorum. In effectu namq̄ impetrationis apud deum vnum ꝛ idem sunt. Eadem enim impetrant apud ipsum vita sanctorum: ꝛ oratio eorundem. Utraq̄ enim impetrat ꝛ veniam ꝛ gloriam ꝛ gratiam: ꝛ omne aliud bonum quod ipsis largitione diuina tribuitur. Quidam quoq̄ ex sanctis patribus: dixit se incessanter orare pro eo q̄ vel ipse orabat in persona sua: vel pauperes quos labore manuum suarum sustentabat. Dicit igitur se orare cum pro ipso orabatur. Uerum non est opus vt in explanationibus troporum figurarum huiusmodi detineam te vlterius. ¶ Ad illud igitur veniendum est quo-
B modo oportet semper orare: et qua de causa. Dico igitur q̄ q̄diu feruet ꝛ ardet incendium: tandiu clamandum est contra ignem pro aqua. Et hoc euidenter vides in incendijs istis materialibus. Quādiu enim ardet ignis quo domus aliqua comburitur: tandiu continuatur clamor eorum qui ad liberationem domus et extinctionem incendij laborant vel aliās satagunt. Ubi est ergo in tota ecclesia dei domus in qua ignis vel ire: vel luxurie: vel alterius pestium huiusmodi non incessanter grassat? Non dubites q̄n rarissime paucissimeq̄ sint quibus deus parcat ab his doloribus: vel quas ab eis potius tueatur. Qua ꝓpter si vel leuiter vel ad modicū aperuerꝭ oculos: ꝛ inspexerꝭ i

ciuitatem dei: videbis fere eam vbiqȝ varijs vastari incendijs huiusmodi: iuxta comminationem domini per Esaiem dicentē. Relinquetur filia sion sicut ciuitas q̄ vastat tot ꝛ tant. īcendijs. Deniqȝ tādiu pugna mittitur: q̄diu durat prelium: an non resonandum ē tubis contra hostes? Clangores autem tubarum nō ne sunt clamores orationum? ¶ Amplius. Tentatio est vita hominis super terram ꝛ alia littera habꝫ militia. Hoc autem non nisi bellum. Si igitur toto bello: id est toto tempore durationis belli: vociferandū est ꝛ tubis resonandum: nulla parte vite huius vel grandi vel modica cessare licet nobis ab oratione. ¶ Sz si quis fortasse dixerit: quia clerici ꝛ sacerdotes: ꝛ inter hos potissimū claustrales debitores sunt instantie istius: ꝛ continuationis orationum: cum eis ab alijs operationibus adeo parcatur: vt nihil aliud eis impositum sit. Et ipse Hieronymus expresse dicat quia monachi officium est sua ꝛ aliorum peccata deflere. Et generaliter ad hoc ꝛ propter hoc totus clerus constitutus sit vt mediator sit inter populum ꝛ deum: sicut ꝛ iuxta litteram: inter populum ꝛ altare loco medio stat in ecclesia ad hoc videlicet vt diuinis laudibus: orationibus ꝛ sacrificijs: nō solum irā dei placare studeat erga populum: sed etiam gratiam ꝛ gloriam eidem impetrare. Respondeo in hoc quia reuera instandum est orationi: ꝛ q̄tum permittit ipsa (qua omnes premimur) infirmitas: similiter ꝛ q̄tum alia officia permittūt: que nec minoris glorie sunt creatori: nec populo minus necessaria sunt: sicut officium predicationis: sacramentationis: officium interdum iudicationis et pacificationis inter discordes. Sunt ꝛ preter hec officium disputandi cōtra errores officium inquirendi et fabricandi arma spiritualia contra hostes ecclesie dei: officiumqȝ texendi retia hoc est componēdi ꝛ scribendi sermones ad piscandum in mari magno ꝛ spacioso mundi huius: pro quibus vani homines ꝛ imperiti telas aranearum texunt pro eis: non solum inaniter sed etiam damnabiliter. Ipsisqȝ auditoribus perniciose se ipsos euiscerant dum ea vel docent vel predicant: quibus non solum non capiuntur: sed etiam insi ammātur: interdumqȝ fatigantur. Et quod est ad malorum omnium cumulum: ipsa aromata sacrorum eloquiorum fastidiunt ꝛ abominantur: eousqȝ vt aures suas ab eis prorsus auertant. Orat enim sine intermissione qui alia sibi officia imposita: nec propter alia ab oratione desistit. Orat igitur semper ꝛ non deficit: quia iuxta quod ei ab alijs officijs permittitur orationi insistit. Propter quod ꝛ circunspecte adiecit veritas. Oportet orare semper et non deficere. Sic enim abundandum est nobis in oratione: ne alijs officijs deficiamus: nec cogimur per exempla illa que de pugna ꝛ incendijs hic adducta sunt: in omni momento temporis instare orationi: cum alia non minus necessaria vel salutaria vel salubria cum vacaremus orationi continue: non sufficienter implerentur. ¶ Generaliter enim constitutus est clerus: vt custodiat iustificationes dei ꝛ mandata eius exquirat: sicut legitur in Psalmo. Et secundo. Paralipo. tricesimo primo. Precepit rex ezechias populo habitanti in hierusalem vt darent partes sacerdotibus ꝛ leuitis: vt possent vacare legi domini ꝛ subintelliges intelligende: meditande implende ꝛ docende: sicut ꝛ Psalmo legetur. Dedit regiones gentium: ꝛ labores populorum possiderunt: vt custodiant iustificationes ꝛ legem eius exquirant. De claustralibus vero siue regularibus: quos communiter religiosos dicimus: non est dubitandum quin summa cura debeat eis esse de dei laudibus orationibus: ꝛ sacrificijs. His enim tribus omnia officia religiosorum inseruiunt principalit. Disciplina namqȝ claustralis que in capitulo exercetur: custos quidem est trium istorꝫ. Similiter ꝛ sobrietas ciborum ꝛ potuum: que religiosis indicta est: ꝛ i refectorijs eorū regulariter seruatur: non modicum nec leue adiumētum prestat tribus illis antedictis. Uerum lectionem ab oratione distinguere: non multum curo: cum adeo sibi inuicem connexe sunt: vt lectio orationem impinguet ꝛ lectionem oratio illuminet. ¶ Qua propter arida ꝛ modice vel nullius refectionis est oratio: quam lectio nō impinguet: et parum luminosa lectio: quam oratio non illustrat. Ceterum lectio psalmorum: sacratissima atqȝ profundissima: pene tota oratio est. Unde sicut: nec veraciter psallit qui psallendo non orat ꝛ intendo cuius psallere non est orare: sic ne veraciter legit psalmos: cuius legere orare non est. Lōge enim differunt ab inuicem psalmorum recitatio ꝛ ipsorꝫ vera lectio. Medullata namqȝ debꝫ esse psalmodia. Nuda namqȝ ꝛ inanis a deuotione psalmorum recitatio tumultus tantum est ꝛ strepitus labiorum. Propter quod dixit dominus Amos. quito. Aufer a me tumultum carminum tuorum: ꝛ cātica lyre tue non exaudiam. Et putauerunt se habere vasa cantici: sicut Dauid. Etiam dixi quia vox orationis desiderium in eternum est. Et propter hoc dicebat Dauid ad dominum. Desiderium cordis eorum audiuit auris tuā. Ex omnibus istis ergo colligitur: q̄ officium orandi non solum: sed maxime impositum est clero siue seculari siue regulari. Et propter hoc nec est necesse vt isti officio totaliter ꝛ singulariter se impēdant. Assiduitas igitur orationis inculpabiliter seruatur cum tempore suo: ꝛ loco salutisqȝ alijs officijs eidem prout decet insistitur. Et intendo prout decet vt pinguis sit ꝛ medullata: prout doceberis insequētibus. Semper igitur orat ꝛ non deficit: qui sic orat quemadmodū qui semper dicitur ieiunare qui omni die vnica refectione contentus est. ¶ Sz si quis arguere velit: semper ieiunat: igitur etiam cum comedit: concedi potest conclusio siue consequentia: quia indubitanter dum comedit: contentus est refectione vna in die: et abstinet a pluribus refectionibus. Sic semper orat iste ꝛ non deficit ab oratione: qui statutis horis hocest ad orādum deputatis: orationem facit. Non enim deficit a quocunqȝ bono opere: nec in defectu est operis illius qui id suo tempore ꝛ loco exercet.

Esaie. i. c.

Hieron.

Luce. 18. a.

Ps. 118.

2. Pa. 31. b.

Ps. 104.

Nota

Amos. 5. g

Ps. 9.

¶ De importunitate orandi.
Capitulum. xxi.

Erum quoniā laudauit veritas in euāgelio improbitatem in oratione et importunitatem tanq̄ fortissima orationis adiutoria. Sciendum est tibi q̄ improbitas in rogando non est nisi instantia tediosa siue molesta ei qui rogatur. Et hoc propter prolixitatem suam vel vehementiam. Quidam enim sunt qui preces suas non solū offerunt ei quos precantur: Sed etiam illas ipsis ingerunt ꝛ impingunt: quasi pugnantes contra duriciem vel difficultatem exauditionis: et tandem ipsam impu- A

grantes atq; vincentes ꝛ gratiam seu beneficium ex
auditionis tedio interpellationis tanq̄ ab inimicis
extorquētes. Sicut in exēplo de vidua cui⁹ petitionē
exaudiuit iudex: non quia deum timeret ipse: vel ho-
mines vereretur ipse: sed quia molesta eidez erat vi
dua: sicut legitur Luce. xviij. Importunitas vero si-
Luce.18.a. mul molestia est siue tediositas in interpellando siue
rogando. Verum importunis dicitur: quasi in opor
tunus: qui in rogando nec loci nec temporis oportu
nitatem seruat: ꝛ vbicūq; potest preces ingerit ꝛ im-
pingit ei quem rogat vbicunq; illum inuenit: videli
cet in mensa siue in cubili siue in publico siue in secre
toto. Vel dicit importunus quasi in portu vel in por
ta: ita vt arceri inde nisi valde difficile potest: ꝛ a ia-
nitoribus impulsiones multas ꝛ verbera sustinet vt
accedat vel appropinquet ei quē rogare intēdit. Tu
autem scis: quia omnia ista molesta sunt valde ma-
gnatibus. Longe autem sunt hec ꝛ omnes alie mole-
stie a pacatissima ꝛ tranquillissima gloria creatoris:
B sed nec possibile est ab eo aliquid tanq̄ eo inuito ex-
torqueri. Omnia quippe largitur preclara bonitas
eius non solum liberaliter: sed etiam libenter. Volu
it igitur in exemplo illo de vidua antedicta: ꝛ in exē
Luce.11.a. plo de amico ꝛ tribus panibus quod legitur Luce.
xi. nos animare ad orationis instantiam. Nihil eni
ei gratius offerri potest a nobis: q̄ perfecta ex omni
bus modis suis oratio. Causa autem in hoc est abū
dantissima largitas bonitatis ipsius per quam que
rit in nobis occasiones miserendi semp nobis ac be-
nefaciendi. Adeo namq; placet eidem dare: vt ꝓpter
hoc omnia creauerit: volebat eni habere: ꝛ quibus
daret. Angelos autem ꝛ homines in hoc specialiter
creauit: vt daret eis semetipsum: ꝓpter quod ꝛ tales
eos creauit qui ipsius capaces essent nisi vitijs ꝛ pec
catis eousq; seipsos minorassent et coangustassent:
vt diuine immensitatis omnino irreceptibiles ꝛ in-
capabiles essent. Sic ꝛ offensis contumeliarum ꝛ in
iuriarum innumerabilium ꝛ inestimabiliū iram ei⁹
iustissimam adeo contra seipsos ꝓuocauerunt vt iu
stissimo semperq; ac per omnia laudādo iuditio ei⁹:
reddēda sunt ei eterna supplicia. Presertim atq; po
Nota tissimum illis qui culpis suis originalibus ꝛ actua-
libus contumaciam obstinationis ꝛ incorrigibilita-
tis pertinaciam addiderunt. Apparet igitur tibi si
tamen videre vis ꝛ vales q̄tus sit placor: q̄taq; gra
tia piarum ac deuotarum orationum coram deo vel
apud deum: dum per eas eidem prestatur occasio id
faciendi: ꝓpter quod placuit ei omnia facere: ꝛ hoc
est largiri quo nihil ei gratius esse pōt. Et ob hanc
causam gratiosissima est in ꝯspectu eius humilitas.
Ipsa eni semper querulosa est: semper mendica: sem
per egena: dum hic viuitur semper saccum suuz vacu
um eidem ostendens ꝛ porrigens: semperq; indigen
tem ac pauperrimam se acclamas: miseriasq; suas
immensas ꝛ innumerabiles oculis pietatis ipsius i
gerens: non tam ostentans q̄ vehementi improbita-
ti ꝛ importunitati impingens: iuxta ꝯsuetudines tru
tannorum: qui scabies suas ꝛ vlcera: membrorumq;
Nota. suoꝝ corrosiōes: nuditatem: ceterasq; miserias suas
tanta studiositate oculis spectantium ingerunt: ꝛ in-
tueri illas eos cogunt: vt si nullo miseratiōis affectu
in eo moueantur: necesse tamen habent aliquo bene-
ficio oculos suos ab aspectu tam horrificarum mise
riarum redimere. Habet ꝛ aliud gratie singularis
humilitas. videlicet q saccus eius: nec hic impleri

potest donis largitatis: nec paupertas eiusdem dita
ri. Causa autem in hoc est quoniam q̄to maiora am
plioraq; dona recipit: tanto amplius ipa crescit. Et
propter hoc tanto amplius vacuam ꝛ pauperem se
proclamat. Ipsa igitur quasi ꝯtēdit cum immensita
te diuitiarum ꝛ beneficentie creatoris: ꝛ dicit auden
ter. Imple saccum paupertatis ꝛ vacuitatis mee: si
potes domine deus meus. Propter hoc igitur vt p̄-
dixi: gratiosissima est humilitas in conspectu creato
ris: quoniam occasiones ei semper ministrat largiē-
di simul ꝛ miserendi: donandi pariter ꝛ predonandi.
Sicut enim gaudium est iusto facere iudicium: vt le
gitur Prouerbiorum. vigesimoprimo. Ita gaudiuz Prou.21.b
est largissimo ignoscere ꝛ largiri. Quia igitur sicut
super omnem cogitatum est largitas creatoris: ita
super omnem estimationem nostram est bonitati ei⁹
placitum largiri. Propter hoc igitur merito tā pla
cite sunt ei occasiones largiendi: quas ei humilitas
subministrat.

¶ Q̄ fides adiuuat orationem. Ca. xxiij.

Uia vero fides fons orationis: sicut dixit Augustin⁹.
sanctus ꝛ sapientissimus Augustin⁹. Ma
nifestum tibi esse facile potest rememora
tionem fidei: non solum adiumentum esse
orationum: sed ꝛ orationis gratiam ex ea
per eam mira affluentia redundare. Rememorandi
igitur sunt orare intendentibus atq; volentibus illi
articuli fidei: qui maxime gratiam gratitudinis ꝛ de
uotionibus in nobis excitant ꝛ incendunt. Hic autez
sunt de mysterio incarnationis: passionis et mortis:
necnon victoriosissime resurrectionis eiusdem: atq;
in celos gloriose ascensionis. Similiter ꝛ sacramen-
ti altaris: in quo incogitabiliter larga atq; prefusa
est i nos beneficia ipsius: ꝛ inestimabiliter admiran-
da dignatio magnifice ꝛ gloriētie ipsius q̄ quotidie
non solum multoties: sed vicibus innumerabilibus
descendit de summo celorum de altissimo solio glo-
rie sue: in manus sacerdotum mysterium illud alta-
ris rite celebrantium. Descendit inq̄ ad iuuationes E
ecclesie sue que per ora sacerdotum fiunt in sacramē
to illo. ¶ Rememoranda sunt etiam officia ineffabi-
lis pietatis charissimi et benedicti vnigeniti patris
dei: propter que illud venerandum sacramentum in-
stituit: ꝛ que in eodem in omnibus missarum solem-
nis adimplet ꝛ perficit. ¶ Quorum primum est offi
cium medicationis: quo medetur ecclesie senecte sue
tyriaca viuifica sacratissime carnis sue ꝛ syrupo sa-
luberrimo p̄ciosissimo sanguinis sui. ¶ Scdꝫ officiū
est sacramētatiōis: siue sctificatiōis q̄ officio nos emū
dat ab omnibus inquinamentis carnis ꝛ spiritus: ꝛ
replet omni sanctitate ꝛ gr̄a. ¶ Tertium officium est
reconsiliationis quo per sacrificium corporis ꝛ san- Nota.
guinis sui placat nobis in mysterio illo patrem mi-
sericordiarum: ꝛ reconciliat nos eidem. ¶ Quartuz
officium est refectionis spiritualis: quo tam nobili
tantoq; suauitatis cibo ꝛ potu nos reficit ꝛ satiat: ex-
tinguens in nobis famem ꝛ sitim mortiferas: carna-
lium secularium desideriorum.

¶ Cum quanta gratiarum actione est salu-
tandus dominus Jesus in missa.
Capitulum. xxiiij.



Ec quatuor i omni missa ab ipso: tota de F
uotione: toto fletu cordis ab eodem expo
scenda sunt ita vt in ipsa hora eleuatio-
nis dominici corporis procidatur co-

tam eo cum gratiarum actione deuotissima et laudi
bus. Et dicat ei bene veneris tu benedicte saluator
Nota et benedicat tibi quicquid tibi benedicere potest: pro
tot et tantis magnalibus pietatis et dulcedinis tue:
pro tot et tantis dignitatibus magnificentie glorie tue
pro tot et tantis tanq; magnificis donis: incogitabilis
largitatis tue et beneficentie. Ecce oculi tui sacratissimi
vident ariditatem: frigiditatem: tenebrositatem: va-
cuitatem omnimodam: et paupertatem cordium no-
strorum. Ecce non sufficimus: ad gratiarum actiones
et benedictiones et collaudationes: et glorificationes
tuas: quin potius per omnia deficimus a debitis de
uotione et gratitudine etiam pro vnico aduentu tuo de
celis: pro vnica descentione tua: sed nec totus mundus
regratiari tibi pro vna eius descensione et aduentu suf
ficeret: quanto minus igitur pro quotidianis assiduisq; et in
dubitanter innumerabilibus. Nemo tibi satis grati
G satisq; deuotus esse potest. Tu ergo ne attenderis et ne
respexeris ad tantos defectos nostros tantamq; pau
pertatem: sed respice potius ad superabundantissi-
mas diuitias pietatis et dulcedinis tue: que te huc ad
duxerunt: et de supereminentissimo glorie tue solio huc
descendere te fecerunt in manibus huius presentis sa
cerdotis: qui tam venerandum: tanq; sacrum mini-
sterium in nomine tuo celebrat: posuerunt: tanq; ob-
lationem patri misericordiarum gratissimam et acceptis
simam vbi offerris per manus illius pro tota tua ec-
clesia: et ex parte ipsius. Inde obsecro: page et admitte
officia ista immense misericordie tue. Inde operare in nobis
quattuor istas virtutes sacratissimi huius mysterii.
Inde medere animarum nostrarum vulneribus atq; lan
guoribus. Inde fac nobis istam vitalem viuificamq;
preciosissimi corporis tyriacam viuificiq; sanguinis tui
in medicinam: in vitam et salutem mentis et corporis.
Placa nobis patrem misericordiarum hoc placabi
lissimo eiq; acceptissimo sacrificio: quo placasti eum
nobis in ara crucis agnus immaculatus. Agnus dei
qui tollis peccata mundi: offerens temetipsum eidem
hostiam in odorem suauitatis pro nobis. Ubi pacifi
casti per sanguinem crucis tue: siue que in celis siue
H que in terris sunt. ¶ Domine misericordie quanta de-
uotione: quanta gratiarum actionibus: quantis pia-
rum lachrimarum profluuiis: rememoranda ac iugiter
recogitanda essent nobis tam indebita nostris mise
riis: tam stupenda tanq; excedentia omnem admira-
tionem et omnem cogitatum beneficia? Tu igitur qui
vides quam longe nos fecimus nostris vitiis et peccatis
tam necessariis: tam salutaribus: tam desiderabilibus
nobis tanq; bonitati tue gratis et acceptis donis. Ad-
iuua insuper imperfectum nostrum: et supple tam mi
serabiles defectus nostros: tanq; mortiferam paupe-
tatem superabundantissimis diuitiis gratiositatis
Nota tue: videlicet gratiarum actionibus et assiduis bene
dictionibus tuis. Emunda nos ab omnibus inquina-
mentis carnis et spiritus: et reple nos omni sanctita-
te et gratia: et omnibus donis et virtutibus: quibus ti
bi placetur: seruitur et viuitur: ad placendum: seruien
dum: totaliterq; viuendum maiestati tue cum patre
misericordiarum et spiritusancto. Et hoc inquam per vir
tutem tam venerandi: tanq; ineffabilis sacramenti:
quod et propter hoc tuipse instituisti: et celebrandum ec
clesie tue sancte tradidisti et precepisti. In quo mirifi
centissima virtus tua semper operatur: quod nulla
virtus nature: nulla potentia preter singularem illam

et omnibus dominantissimam ac supereminentissimam
tuam operari potest: videlicet vt panis ille materia
lis et vinum visibile: in sacratissimum corpus tuum:
et viuificum sanguinem tuum conuertantur: Creatum mi
rificam operationem tuam: soliq; omnipotentissi-
me virtuti tue possibilem: et te ductore et actore te in
spirante magnifico munere gratie tue credimus et te
nemus: que fides inter mirabilia siue miracula tua:
mire virtutis et gratie tue donum est. Refice nos: sa
tia et firma hoc pane vite: id est viuo et vero: hoc pa
ne vite: id est de teipso qui de celo descendisti. Pa- Joan. 6.d.
nis viuus ac verus qui das vitam mundo: et extin-
gue in nobis omnem famem carnalium ac seculari-
um desideriorum. Pota nos et inebria hoc potu vi-
uifico ac saluberrimo teipso: et extingue in nobis om
nem ebrietatem vel potius insaniam vitiorum et pec
catorum. Hoc inquam operare in nobis de teipso: per
ipsum viuificum corpus tuum et sanguinem tuum pre
ciosissimum. Tu es enim domine misericordie: in te
metipso: et per temetipsum: quod est dicere increatum de
us es: increatum verbum summi et eterni patris cibus
et potus et refectio salutaris vitalis saluberrima su-
per omnem cogitatum suauissima animarum nostra
rum. ¶ Placet autem tibi vt in sacramento isto ineffa I
bili sacratissimi corporis et viuifici sanguinis tui: quod
pro nobis instituti: prestes nobis istam sacratissimam
viuificamq; refectionem quam suauitate ineffabili:
absq; signo et figura sacramenti: ipsa presentia tue ve-
ritatis nuda et lucidissima angelis sanctis ac beatis
animabus in celorum templo scilicet sublimissimo ha
bitaculo glorie tue largiris: hic autem mirabiliter et
misericordissime consulis et paruulitati et infantie ani
marum nostrarum per signa ista sacramentalia. Non
enim capaces sunt immensitatis veritatis tue: vt ip
sa est et se exhibet ad plenam fruitionem: ciuibus su
perne illius ac supercelestis hierusalem. Adeo nam
q; strictum est: adeo modicum et angustum os ani-
me humane: quod est intellectus ipsius in ista morte Nota.
presentis miserie: vt in illud per semetipsam nuda et
lucidissima intrare non possit. Et propter hoc non est
anime humane in paruulitate vt predixi: per semet-
ipsam gustabilis. Et sic est de palato ipsius et ventre
quia non est in hac paruulitate et angustia capax im
mensitatis suauitatis et refectionis: qua per temet-
ipsum ciues supernos reficis. Et propter hoc sub si-
gnis istis sacramentalibus: et per ipsa intrat quo veri
tas viua et viuificans omnia veritas incogitabilis suauita
tis vitas supabundantissime satietatis et plenitudinis in
animas nostras. Dilatabis autem et ora animarum
nostrarum: fauces et ventres: et profundabis ad san-
ctissimorum et beatissimorum angelorum equalita-
tem. Similiter et reficies et satiabis: ita vt non esuria
mus nec sitiamus. ¶ Amplius. Hoc autem erit cum
nuda ablatis omnibus signorum et figurarum vela-
mentis: incogitabili claritate manifestam se prebe-
bit omnibus electis et dilectis tuis gloria tua: sicut
intellexit propheta tuus Dauid cum dixit. Satia- Ps. 16.
bor cum apparuerit gloria tua. Tu enim dilatato
ore plenis faucibus et ventre: comedemus te integrum
et illesum per omnia qui comestione spirituali totus
semper et integer comederis. ¶ Hic igitur domine misericordie da nobis Nota.
aliquatenus licet per speculum et in enigmate preuidere de
siderabilissimam virtutem tuam: et vtcunq; pregusta
re bonitatis tue viuificam ac reficientissimam sua-

uitatem: vt amore sanctissimo ac viuifico: concupiscen
tiaqꝫ castissima exardescamus in pulchritudine tua
esurie ⁊ siti inextinguibili: totis faucibus cordis in-
hiemus in istam totius satietatis ⁊ plenitudinis dul-
cissimam viuificamqꝫ refectionem. Hec est enim beatis-
sima fames ⁊ sitis desiderabilissima: que non solum
non minuit aut vllo modorum ledit animas sic esurien
tes ⁊ sitientes: quin potius ipsas sic sanat atqꝫ viui-
ficat vita gratie tue: ⁊ ad vite eterne gloriam eas nō
solum comparat: sed etiā a morbis ⁊ vulneribus pec-
k catorum ⁊ vitiorum eas liberans: ipsas ad eam incogi
tabili velocitate facit ⁊ currere ⁊ volare. Dn̄e mise-
ricordie mi Jesu Christe: Nonne tu vita et ex fons
vite indeficientissimus atqꝫ redundantissimus? Non-
ne tu panis vite es: ⁊ panis viuus qui de celo descen
disti: ⁊ das vitam mundo? Non stet igitur ante te mors
animarum nostrarum. Fugiat quicquid mortiferum in
nobis est de facie tua: ⁊ a presentia glorie tue per vir-
tutem tam venerandam mysterij tui. Intra penetralia
cordium nostrorum: ⁊ profundissima animarum nostra
rum: ibi habitare nobiscum: ⁊ presta vt in te adherea-
mus tibi totaliter: singulariter ac inseparabiliter in
perpetuum. Ibi sentiamus te vitam nostram: te san
ctificationem nostram vsqꝫ adeo vt omnia que displicent bo
nitati tue nobis displiceant: vt ab omnibus vitijs et
peccatis nostris: totos nos abstrahas ⁊ abrumpas:
totos nos trahas ad te: imo totos rapias: in te cō
glutinesqꝫ: ⁊ vnias tibi vnione purissimi sanctissimi
tibiqꝫ placitissimi amoris. ¶ Dn̄e mie Jesu xp̄e dn̄e
mie: nonne tu panis es: omne delectamentum ⁊ omnem
l suauitatem saporum in se habens: sicut in libro Sa-
Sap.16.c. pientie tue. Quanta igitur est corruptio palati cor-
dis mei: quantus error virtutis mee appetitiuum inte-
riorum: quanta peruersitas gustus mei: qui in te nichil
suauitatis inuenio nihil huius saporositatis sentio
ex te. Quam magna est multitudo dulcedinis tue do-
mine: sicut clamat cum admiratione propheta tuus
Augustin⁹. Dauid. Et addit sapientissimus Aug. qui ei soli sa-
pit: qui palatum cordis non perdidit de febre iniq-
tatis. Hec febris mi domine Jesu christe abstulit mi
hi palatum cordis ⁊ sensum dulcis saporis tui: quo
incogitabiliter bene sapis omnibus illis quos ab ista fe-
bre tam mortifera tamqꝫ periculosa liberas. Sana me
Ps.6. dn̄e: quoniam infirmus sum. Et hoc est mihi indiciū certissi
mū infirmitatis istius mee tam profunde: quod tu non sa-
pis mihi: qui non solū es inestimabilis suauitatis sapi-
dus ⁊ saporibus: sed etiam fons abyssalis omnium deli-
tiarum seu delectamentorum spiritualiū. Domine mi Je-
su Christe: cū in extremis vestigiorum tuorum vestigijs
.i. odoribus scilicet ⁊ saporibus: pulchritudinibus: cete-
risqꝫ rerum sensibilium dispositionibus inueniat misera
anima mea tantos sapores tantasqꝫ suauitates vt in vna
quaqꝫ earum totaliter se immergat: ⁊ eousqꝫ vt inde eua-
cuare non valeat. In te vero abyssali fonte suauita-
tis nec stillam vnā suauis saporis inuenio. Accidit
ergo mihi infaustitatis ⁊ infortunij ridiculū valde ⁊
stupende peruersitatis malum: quod exprobratur interdum
aliquibus hominibus: ⁊ dicitur eis: corr. s. vnicuiqꝫ: adeo in-
faustus ⁊ infortunatus es vt in toto mari stillam vnā
aque inuenire non posset nec de toto mari stillā mo-
dicam haurire. Dn̄e mi Jesu Christe quam pretiosum:
m quam stupendū: quamqꝫ profundum est chaos illud atqꝫ mor-
tiferum: quod firmasti inter me ⁊ te. Hoc est chaos vi-
tiorum ⁊ peccatorum meorum: quod diuidit inter me ⁊ te:
⁊ odorem suauitatis tue venire non sinit ad nares spi-
rituales cordis mei. Hec est nubes densissima atqꝫ te-
terrima: quam opposuisti inter me ⁊ te: ne transeat
a fonte pietatis ⁊ dulcedinis tue oratio ad me. Et be
ne obsistit nubes ista maledicta iustissimo iudicio tuo:
hoc patiente me nisi largiris gratiam orationis per quā
impetrē a te qui es dulcissimus ⁊ perlargus miserator
veniam ⁊ gratiā quā desidero. Dele igitur tu verus sol Nota.
iustitie ⁊ intelligentie: nubem istam: tam tibi odibi-
lem: tam mihi nociuam. Dissipet illam atqꝫ diffugiat
lux speciosissima atqꝫ dulcissima miserationum tuarum
que lumen claritatis tue penetrare non sinit intima
cordis mei. Aufer domine mie mortiferam istam di-
uisionem inter me ⁊ te: vt sentiam odorem suauitatis
tue qui concupiscentias in me generet eternas: sicut
fecit in Johanne euangelista dilecto tuo vt curram
in odore vnguentorum tuorum. Curram inquam ad te: et
percurram viam mandatorum tuorum: que ducit ad
te veritatem ⁊ viam veritatis: in qua non est offendi
culum erroris aut fallacie: in qua nemo labitur: in
qua sola tutissime ⁊ absqꝫ omni periculo ambulatur.
Hanc mensam sacratissimam: benedictam: venerabi
lissimam: ⁊ omnibus sanctis adorandam. Hanc men
sam: opulentissimamqꝫ refectionem: ita vt in forti-
tudine illius ambulem tota quadragena vite istius
donec perueniam ad montem dei: hoc est ad eminen-
tissimam sublimitatem beatitudinis ⁊ glorie: quam n
preparasti ⁊ promisisti dilectis ⁊ electis tuis. His ⁊ huiusmodi
verbis vteris de consilio meo quotiens missarum so
lennijs interfueris. Solerter autem attende: quod sub
specie panis ⁊ vinis tanquam sub signis: ⁊ per designa-
tionem veritas veri panis ⁊ veri potus qui indubitan
ter christus est ab animabus nostris: vt prediximus tibi
pro modo paruulitatis infantie animarum nostra-
rum atqꝫ tenebrositate presentis noctis vtcunqꝫ capi
tur ⁊ ad effectum spiritualis refectionis percipitur
que in nuditate sua tanqꝫ immensitate glorie sue atqꝫ
suauitatis ab animabus nostris hic capi non posset.
Introducuntur igitur eam signa illa ⁊ species ille vi Nota
sibiles panis ⁊ vini conuenientissima designatione:
cum per seipsam ⁊ inuisibilis ⁊ insensibilis sit anima
bus nostris. Nihilominus tamen presentia sua atqꝫ
virtute operatur refectionem spiritualem animarū
nostrarum: ⁊ hoc per ipsam veritatem corporis ⁊ san
guinis domini nostri Jesu Christi: quibus ⁊ esse vo-
luit ⁊ dedit hanc virtutem: videlicet vt per ipsa refe
ctio ista spiritualis perficeretur. Et quia de isto sacra-
mento tam venerādo tanquam ineffabili: tibi in libro de
sacramentis (prout decuit ⁊ possibile fuit mihi) late
diffuseqꝫ tibi satisfactum est. Consulo quatenus tra-
ctatum illum diligenter solerterqꝫ inspicias vt ple-
nam fidem de illo habeas: namqꝫ illic est fons indu-
bitanter deuotissimarum orationum et obsecrationum
supplicationum.

¶ Quedam pertinentia ad supradicta.
Capitulum. xxxiij.

Verum autem ⁊ noscas ⁊ memoriter te- o
neas mirabilia que placuit deo ac salua
tori nostro ostendere de isto sacramento
Quidam namqꝫ conuersus ordinis ci-
sterciensis. in abbatia Abiensi: eiusdem or
dinis quotiens sacratissimam eucharistiam accipie
bat: tanto gaudio in eius acceptione perfundeba-
tur: quod in aera rapiebatur spacio duorum pedum a
terra: ibiqꝫ stabat spacio circiter dimidie hore nos
alio fulcimento sustentatus quam gaudio antedicto.

Quid ergo mirum si rapiendi sumus obuiã iã christo domino in aera: reuelata facie eius gloriam intendentes: qñ iste tam modico lumine presentie dei ac saluatoris nostri irradiatus: vt cũqȝ rapiebatur ab ipso in aera: et tenebatur ibi ob eodẽ? Fuit et alius tempore meo eiusdẽ ordis monachus mihi notus: et familiariter mihi dilectus: qui tante suauitatis odorem ex pixide in qua venerabilissima ac sacratissima eucharistia reponebatur et seruabat sentiebat: vt famem adeo vehementẽ de ipsa pixide comedendi in eo excitauerat ardor huius: q ipsã pixidem cum comedere cõpulit. Operabat et idem venerabilissimum sacramentum in eodẽ monacho aliud memoria dignissimũ miraculum: quantocũqȝ est spaciosa esset ecclesia: et quicũqȝ haberet abdita receptacula: non poterat tamen ei abscõdi benedict' saluator in sacramento isto. Qꝫ cito nãqȝ intrabat ecclesiam sentiebat odoris illius fragrantiã: quo odore perfusus et attractus accurrebat illud cum festinatione vbi illuȝ esse iam stupendo odorũ iudicio presentiebat. Fiebat et aliud eidem vt si quis eũ intellige dominum creatorem et saluatorem transferre vellet: et ab ipso loco vbi odor suauitatis eius illũ esse iudicauerat ad locũ aliũ. hoc prefatum monachũ latere non poterat. Statim enim dicebat hic recedebat dñs me' ac transit: illuc iuit tanqȝ via ista transitu siue translatione ipsius aromatizãs effecta ẽẽt: qd et reuera fiebat. Hanc tamen suauitateȝ odorum illi soli monacho sentire datum erat.

¶ Quare deus laudauit importunitatem orãdi in euangelio luce. Ca.xxv.

Mirabitur ãt fortassis aliqs: quã ob causam ipsa veritas laudauerit importunitatem et improbitatem orantis in euãgelio cum in oratione locũ habere non possit. Est eñ dei trãquillitas in vltima et quietis pacatissima: et in vltimate immutabilitatis imperitur beatissima. Qua ppt ad ipsũ nullomodo attingere potest molestia vlla vel tediositas. Nõ minus facile nec iucundũ est ei orari hac nocte incessanter: q orari hora vna vel vice. Similit' neqȝ orari a multis: q ab vno. Non eñ laborat vllo modo: sed intendens orationibus nostris nec fatigat eũ: nec vllo tedio afficit orationũ qȝtacũqȝ instantia. Nec vna hora magis oportuna ẽ ad orandũ ipsi q alia: sicut accidit in regibus et in alijs magnatibus qui homines tantuȝ sunt: qui vel occupationibus passionib' vel tribulationibus interdũ exorabiles: interdũ vero difficiles ad exaudiendum rogantibus inueniuntur. Propter hoc et quedã mulier sancta et inclusa non audebat se dare in orationem: donec videretur ei q ordo Cisterciẽ. exiuisset ad laborem: qualiter inquiebat attenderet vel intẽderet orationi misere vnius muliercule: tanta multitudine sanctorũ magnorũqȝ virorũ ad ipsuȝ clamante: qualiter tot et tant' ipsi loquentibus: intenderet voci mee? Credebat igit' mulier istũ ordineȝ Cisterciẽ. vacare ab orõne dũ essent in labore: qȝdiu aũt in claustro vel monasterio essent: orationibus et collocutionibus occupari. Errauit igitur indubitanter: et modicum valde apprehendit adhuc virtutem omnipotentissimã creatoris. Dico igitur q illis exemplis duobus prenominatis de vidua et de amico: voluit nos inducere misericordissimus saluator ad amoris studium et instantiam orationis. Et per hoc scȝ validissimum argumẽtũ. Si eñ instantia pcum vicit duritiam iudicis: vt viduaȝ exaudiret. Et si improbitas amici hec potuit: vt media nocte dormientem vicinum excitaret et surgere faceret: et ab eo quotquot panes habeant necessarios obtineret: qȝto facilius a magnificentissimo et misericordissimo deo obtineri speranda sunt oĩa bona data: omnia salutaria: omnia necessaria: pie obnixeqȝ petentib'. In iudice namqȝ illo obsistebat duricia cordis eius vidue precibus. In amico sonolentia propria et puerorũ ipsius obsistere poterat: et ipse sumptus siue expensa: panũ presertĩ si vsquequaqȝ fuerat: vel non vsqȝ abundans panibus. Apud largum aũt et prediuitem deum et super omnẽ cogitatũ nihil horum obsistit vel aduersatur petentibus: solum hoc ad exauditionem eorum requiritur vt qua pñt instantia atqȝ deuotione pcentur. Nec pretereunda est hoc astronomorum confutatio atqȝ cõfusio: qui cum eligendas horas adeundos prĩcipes et porrigendas eis preces vel petitiones: et docuerint et scripserint. Non ausi tamen fuerunt vel docere vel scribere qd aliqua hora infausta vel infortunata eẽt ad precandum deũ vel ad qdcũqȝ seruitiuȝ impẽdendum eidem. Et cum de hoc cum quibusdaȝ modernis astronomis smonem conferrem: hoc ipsi concesserũt. vicȝ q omnis hora infausta et fortunata esset ad seruiẽdum deo altissimo: et ad exorandum et ad deprecandum illum. Et qr nec celi nec luminaria nec stelle de talib' intromittũt se: qd si adiecisset sermoni suo: qr dei seruitiũ est super virtuteȝ celorũ luminarium et stellarum et verissime hoc dixissent: qd inde apparet euidenter q dei seruitiũ: ipsos dei seruitores adeo exaltat et potentes efficit vt eis celestia illa subdita sint et obediant. Qd euidenter obstensũ est Josue.x.c. vbi precipiente Josue seruo dei et dicente. Sol contra gabaon ne mouearis et luna contra vallem haylon. Et consequenter subiungit. Steteruntqȝ sol et luna et c. Hoc aũt ignorare nõ possunt astronomi cum duplicata sit dies sole stante sup terram spacio duorum dierum.

¶ Q. in deo delectari et ei esse subditum: adiuuat orationem. Ca.xxvi.

Hanc preter hec alia duo adiuuamenta fortissima orationis iubiungam: q̃ spũs sanctus in ps. docuit euidenter. dicens per os dauid delectare in domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Alterum vero quod sequitur est. Subdit' esto domino: et ora eum. Ubi sciendum est tibi: q nullo leuiori siue faciliori pcio obtineri pt est exauditio petitionum cordis nostri a miseratore deo: q per hoc quod dicitur hic delectãdo scȝ in domino. Delectari nanqȝ in domino iã non facillimuȝ est: sed etiam iucũdissimũ et magis premiũ q meritum: nec labor est vllo modo: imo quies validissime suauitatis: et retributio super abundantissima omnium molestiarum quas hic dilecti et electi dei propter deum patiuntur. Utinam autem et hoc docuisset spiritus sanctus vel hic vel alibi delectari in domino. Hoc aũt non est possibile cuiqȝ nisi quia palatum cordis sanum et curatum habuerit a febre iniquitatis: que sanitas et puritas non est virtutis et elaborationis humane opus: sed omnipotẽtis virtutis creatoris preciosissimũ donum imo supereminentissimum et merces sanctorum. In pña eñ sicut dicit Boetius in libro de trinitate: delectari o erit cibus: o gratio laus vero opp etus conditoris.

Nota

Nota

Nota

Josue.10.c

Ps.36.

Hoc igitur mihi pretereũdũ est hic:qz grandis ser-
mo ad illud explicandum requiritur. Nec aliud mi
hi dicendum occurrit:nisi q egritudo ista spiritual'
interior:qz eousqz palatũ cordis in nobis corruptũ
vel infectum est:vt ipsum fontem suauitatis deuz e
nobis sapere prohibeat et desipere vel potius ama
rum sapere cõpellat. Cognoscenda et recognoscen-
da est etiam sanitas contraria:q̃tũ dominꝰ adiuua
re dignabitur obnixius exposcenda. Sentiebat eam
Dauid cum dicebat ad dominum. Miserere mei de
Ps. 6. us qm̃ infirmus sum:ac si medico piissimo satagis-
set infirmitatem pandere:eamqz coram ipso allega
B re. Idem dicendum est et in alio adiutorio:quo dici
tur Subditus esto domino. Nec enim nostre virtu-
tis aut possibilitatis est frangere superbiã cordium
nostrorum. neqz abiicere iugũ seruitutis vitiorum:
quo q̃diu p̃mimur: qđ est dicere: cui q̃diu subiecti
sumus:deo subditi esse non possumus. Nemo enim
põt duobus dominis seruire:sicut dicit ip̃a veritas
Math. 6. c Mathei. vi. Deprecandus igitur est modis omni-
bus quibus possumus:omnium miserator deus lar
gissimus:vt ipse a seruitute vitiorum turpissĩa:vi-
lissĩma:nequissimaqz nos liberet:z seruituti nobilis
sime seu nos totaliter subiiciat:totaliterqz posside-
at:sicut sui sumus iure plenissimo et singularissimo
Hec autem duo adiutoria in potestate nostra sunt:
vt ea nobis vez prestentur et illa habeamus:licet ex
nobis illa elicere per nos ipsos non possumus:pre
sto nanqz est nobis ipsa gratia dei: et non soluz offer
tur:immo nobis repugnantibus pene ingeritur:
peneqz violenter impingitur et de hoc multa audi-
uisti in precedentibus.

¶ De aliis septem adiutoriis orationis.
Capitulum. xxvii.

S Sunt et alia septem adiutoria orationis:
quibus vox acuitur et ipsa quodammodo
editur. Primum illorum est clamor. Se-
cundum eiulatus qui est vox puulorũ ad
patres z matres:vt pote vociferantium:vel p absẽ
tia eorum vel pro defecto alimenti. Ita et faciendũ
est nobis per separationem dei a nobis:vel potius
nostri ab ipso. Similiter et pro defectu vital' ac spĩ
ritualis alimenti seu cuiuscunqz alterius q̃ sustenta
tie vite nostre spiritualis indigeat. A facie interdũ
cuiuscũqz rei terribilis:vt porci vel canis vel bestie
alterius eiulare consueuerunt paruuli. Sic et no-
bis faciendum est a facie peccati:tanq̃ a facie colu
bri:a facie leonis: a facie rumphee bis acute sicut
Eccl. 21. a. legi. Ec. xxi. Quasi a facie colubri fuge peccatum.
Et iterum. Quasi rumphea bis acuta omnis iniq-
Ibidem tas. Et. xxi. Dentes eius dentes leonis interficiẽtes
C animas hominum. Tercium est rugitus quasi a dã
no grauissimo sicut legitur de Esau qui supplanta-
tus a fratre benedictionez patris amisit: quare ir-
Ps. 37. rugiuit clamore magno. Et ipse Dauid. Rugiebam
a gemitu cordis mei. Debes aũt scire q rugitus p-
pria vox turturis est: z colũbe. Qua propter qz nul
lum dãnum comparabile est amissione vite:gratie.
et hereditatis vite eterne. Nullus rugitus compa-
rabilis est rugitui qui est vel esse debet penitentiuz.
Et hoc ostdit Iob in se ipso dicens. Quasi inundã-
Iob. 3. d. tes aque sic rugitus meus. iii. cap. Non quia tẽpo-
ralem eousqz doleret se amisisse substantiam: sed de
amissione spiritualium ita rugiebat. Quartum ve
D ro istarum adiutoriorꝫ planctus est. Hic proprie p
morte vel pro mortuis fieri solet. Peccator igitur
qui se mortuuz in peccatis videt:habet mortuũ quẽ
plangat:semetipsum vez. Plangat inq̃ planctu nul
li comparabili. Nihilominus em̃ et plangere debet
christum dominũ sibi mortuum. Mortuũ inq̃ a cor
de suo:in quo habitare per fidem et viuere debuit.
Ipsaqz presentia sua vitaz anime sue viuificare. In
star igitur marie Magdalene stare debet penitens
peccator ad monumentuz plorans. Monumentũ aũt
siue sepulchrum ipsa fouea:siue profunditas vitio-
rum et peccatorum est. Ad hanc debet stare: eamqz
attentissime oculis cordis intueri. Ibiqz plangẽ se-
metipsum mortuum:et christũ dominum vt predixi
sibi:hoc est a corde suo mortuũ:sicut legitur de ma-
ria magdalena Ioh. xx. Quintum istorum est gemi Ioh. 20. b.
tus:hoc est resonantia ex intimo dolore: ppter qđ di
cit Gre. qz veraciter orare est amaros in cõpunctio-
ne. gemitus non verba composita resonare. Sextuz Gregorius
est suspiriuz:et qua fatigati animi spiratio debilis E
ad formationem vocis non sufficiens. Vñ suspiriũ
dictum est quasi modica vel diminuta spiratio. Et
videt esse ex vehementi desiderio aliquid obtinendi
siue qđ amissum est:siue quid aliud: ppter quod vsu
aliter dicit suspirare quis vel aspirare ad aliquid.
Septimum vero est singultus qui in vehemẽter dui F
qz dolentibus excitari solet. Cõcutitur vehementia
dolorum:quousqz viscera dolentium:ac singultus i
eis ppter hoc generetur. Inuectio nõ inuenit perill
qz in eis qui cum dolore magno penitent. Et est iue
ctio pectoris vera designatio quedaz penitudinis.
De hoc etiam q id vnde dolet cogitauit:vel eo ip-
so tunsionibus durorum suppliciorũ dignum se cõ-
fitet. Fuit aũt iste percussiones pctorũ pro eo q cor Luce. 18. c.
humanum sed ẽ habet in pectore. Publicanus ille
euangelicus Luc. xviii. percutiebat pectus suum o-
rans et dicens. Deus ppicius esto mihi peccatori.
Et de iam dictis septem manifestum est vnicuiqz q
ad orõnem adiuuant:et per ea deuotio eius occasi-
onaliter auget. Percussiones vero pectorum: grãm
plenitudinis puocant:similiter et augent. Imp̃mit
em̃ vehementer q cor talia cogitauit:q talibus cõ-
sensit:q talia dignum voluit sibi esse duris ac diris
percutionibus. Insinuant etiam ipsum peccatorez
iam redisse ad cor suũ z ppter hoc inuenire se:z vi-
dere in illo q dignuz sit percussionibus. Et hic qui-
dem finem facto partis prime tractatus istius:in q̃
agitur de oratione: put ipsa est quodammodo orõ
rhetorica et in partibus suis assimilatur eidem.

¶ Finit pars prima huius tractatus. Incipit
secunda.

¶ Q; oratio sit quasi nuncius ad deum missus.
Capitulum. xxviii. A

Post hec igitur prosequamur alias simi
litudines:et comparationes orationis.
Dico igitur in primis:q ipsa orõ ad de
um velut quidam nuncius est:qui ad de
um mittitur:et ad ipsum intrat sicut di-
cit beatus Augu. super verbo isto ps̃. Intret orõ i Augustinꝰ
conspectu tuo domine. Dicit inq̃ his verbis. Mira
inq̃ virtus orationis:que illuc intrat ad deum:quo
caro peruenire nequit. Ecc. xxxv. satis ipsam eẽ eui Eccle. 35. d
denter nuncium fidelem:ac diligentem exprimitur
vbi legi. Oratio humiliantis se:nubes penetrabit:z
donec appropinquet nõ consolabitur: z nõ discedet
donec prospexerit altissimus:vel obnubilantiuz co-

gitationum vel nubes ipsas sanctorum penetrabit admodum nuncij ingerentis ac impingentis in medio turbarum: et irrumpentis eas vt appropinquet et ad quē mittitur. Et hoc sonant illa verba: donec appropinquet non consolabitur. Instare fidelis: et strenui nuncij qui nec requiem nec consolationē habet: donec perueniat ad illum ad quē mittitur. Quemadmodum ille eleazar dispensator domus abrae: qui comedere noluit donec locutus esset sermones suos sicut legitur Gen. xxiiij. et hoc est quod sequitur in sermone predicto. Non discedet donec aspexerit altissimus.

Gene. 24.d Hic igitur consideranda sunt: qui sint boni nuncij.

B Omnia enim huiusmodi requiruntur in oratione. Et primum illorum ponam agilitatem ipsius nuncij. Nemo enim sapiens in longinquam regionem mittit nunciū: qui non valeat ambulare. Hic aūt est vel qui iam infirmitate premitur vel facile lassatus deficit in via.

Quod evidenter apparet in illo qui difficultate magna et conatu magno et multo: vix in tota vna septima orationem dominicam dicere poterat: ita vt in vna quaque die septime partem ipsius: hoc est vnam de petitionibus septem: que in ea continentur cum magna difficultate etiam diceret. Et hoc narrauit mihi sacerdos cuius parrochianus erat et qui ab eo vix istud potuit extorquere videlicet quod saltem septimam partem orationis dominice vna quaque die diceret: et sic totam orationem dominicam in septimana vna compleret. Cui similes multi sunt qui vix incepta oratione statim ab ipsa desistunt et deficiunt: ipsū orationis laborem importabilem reputātes: et velut onus grauissimum illud stati proijcientes. Quibus quo

Nota ad ipsos pertinet et quantum in eis est hoc est dicere ex parte ipsorum: hoc solum video remediū vt paulatim assuescant ad orationes breuissimas: et deinde ad lōgiores. Conantibus enim ad se prout permittit eorum infirmitas: nunquam deserit auxiliator deus. Quemadmodum et in hoc de quo proxime feci mensionem: factum est: quod paulatim in tantum robur ad penitētiam agendam conualuit vt ab ipso suo sacerdote peteret quod ei penitentiam quantumcunque grauem eciurā velet iniungere. Non enim solummō leuis ad portandum facta erat ei penitentia omnis: sed etiam desiderabilis et iucunda.

C Quod si quis querat vnde nobis ista infirmitas orandi: qui bene per dies integrā fabulantes non fatigamur in sermonibus ociosis vel etiam noxijs: et in sermonibus orationū qui vtique salutares et iucūdissimi sunt tanto labore affligimur tāque facile fatigamur. Respondeo in hoc: quia sicut ascensus corporalis admodum laboriosus est nobis: et tā facile nos fatigat propter grauitatem corporum nostrorum: sic etiam oratio que ascēsus spiritualis est in deum propter originalis corruptionis grauitatē nos tantum fatigat et deijcit in defectum. Assuetudine tamen et lenitur et leuatur huiusmodi grauitas presertim cum adiutorium gratie dei semper assit orātibus: et orare conantibus.

D ¶ Et est nuncius huiusmodi qui in via spoliatur a latronibus: interdum autem occiditur. Latrones intelligo: improbas cogitationes: que se orationi ingerūt: et eam lachrimis pijs et sanctis desiderijs etiam ipsis cogitationibus et attētione spoliant: ipsamque suauitatem vnguēti: de qua in precedentibus audiuisti: subripiūt vel etiam rapiunt violēter. Et hec sunt bona ipsius orationis quibus in celesti cōsistorio procurare debet et expedire negocium orāns. Heu quot nuncij sic spoliati intrant celeste illud consistorium: Propter quod et minus bñ ibi recipiuntur: et difficilius expediunt negocia ipsorū a quibus mittuntur. Depauperatus enim nuncius: a paupere missus videtur. Nec apparet etiā missus pro magnis vel arduis negocijs: negligit etiam negocium vel negocia sua qui talem et taliter mittit. Cui enim sunt cordi negotia que defferre debet iste nuncius ad celestem curiam: solennem mittit nuncium ad illam: non pauperē vel pannosū et qui nulli honori vel gratie ibi habendus videatur. Hec autem est solēnitas nuncij istius: apparatus scilicet ornatus: quē tibi prediximus videlicet intentionis et attentionis desideriorum et aliorum per que in precedentibus audiuisti orationem adiuuari. Ubi vere negotia ista que per orationem gerenda et expedienda sunt: tam ardua tanque magna sint vt solēnitatem nūcij merito requirāt. manifestū est ex his que petuntur per eam et ex ipso a quo petuntur. Nulla nanque negotia comparabilia sunt negocijs veniarum: gratiarum et gloriarum: et hec per orationem principaliter intenduntur. Negotium vero paucis reformande inter deum altissimū: et eos pro quibus oratur: quantū sit quis ignorat? Quid dicā de negotio salutis: de negocio in quo tantis accusationibus ad mortē oratur agitur aut quantū oporteat esse nuncium vel procuratorem: per quē tantis accusatoribus et super tantis accusationibus rūderi oportet quis ignorat? Est enim accusator in negotio isto ipse diabolus et omnes angeli eius: qui non cessant nos accusare die ac nocte sicut legitur Apoca. xij. Cuius astucia nulla iuris peritorum prudentia compari potest. Quod si quis dixerit: quia pars quia causa orantis criminalis est: quoniam in ea de multis criminibus agitur cōtra ipsum non potest agi seu expediri per nunciū seu procuratorem. Dico quod secundum illam cōmunem ac regularem intelligentiam: verū est quod dixit: quoniā secundum hoc procurator: nec vox: nec verbum: nec responsio eius est contra quē agitur criminaliter. Oratio aūt et vox et verbū: et responsio est orantis: quapropter personaliter cōpareret in celesti ac diuinali consistorio: cuius oratio ibi est: ac personaliter: ac per semetipsum se defendit: qui per orationem in illo cōsistorio accusationibus resistit. Voce nanque propria: verbo et responsione sua propriam causam suā ibi defendit: et ibi est personali presentia: videlicet in conspectu dei altissimi vbi et ipsi et corā ipso loquitur. Si vero quereres a me: vnde et vbi accipietur ista solēnitas nuncij: et vnde habebetur nuncius iste solennis. Respondeo tibi: quod pater ipse misericordiarum qui toti generi humano tam misericorditer: tāque mirabiliter prouidit de aduocato et propugnatore atque interpellatore sempiterno: videlicet de charissimo et benedicto vnigenito suo deo videlicet ac domino nostro iesu christo. prouidebit et tibi de nūcio isto et nuncij solennitate: nisi ignauia et negligentia tua hoc impediuerit. De ignorantia quippe vel imperitia circa ea que orationis sunt non erit accusatio: postquam ea que precesserunt in hoc tractatu vel audiueris vel inspexeris. Adiuuaberis quoque non parū ad impetrandum a parte misericordiarum nunciū istum solennem: si verbis potentibus et ad deprecandum cōpositis: quorum multa supra tibi in precedentibus aggregata et congesta sunt: vsus in conspectu eius fueris ad petendum ab eo munus et gratiam orationis huius quoniam in eo et per ipsum omnia salutaria tribuuntur. Quapropter toto studio inuigilandum totisque cordis conatibus exposcendum est munus grat

Nota (beside "parabilia sunt negocijs veniarum: gratiarum et glo")

Apo. 12.c. (beside "compari potest")

E (beside "cōtra ipsum non potest agi")

F (beside "tua hoc impediuerit")

deo orationis. Ipse enim est qui et solus docet ora
re quos vult: et dat tam preciosũ munus orationis.
Qua propter in ipso principio orationis q̃tenꝰ ip-
se pater misericordiarum adiuuare dignabitur: di-
cendum est ei. Domine pater misericordiarum qui
scis et mihi magno munere gratie tue scire dedisti
non esse auctorem: non esse affectorẽ: non esse largi-
torem alicuius boni nisi te. Dedisti etiã mihi scire
donum orationis tante virtutis: tanteq; gratiosita
tis esse apud te: vt in eo et cũ eo omnia salutaria do
na largitatis: omnibus illis quibus donum illud p̃
stare fuerit pietat' et dulcedinis tue dignatio. Lar
gire mihi donum istud in eo placere in eo perfectio
ne quibus tibi illud et suscipere placeat et oĩa alia
salutaria que per ipsũ peteret mihi donaueris: cõ
cedas. Sic mihi tribue orare misericordiam tuam:
vt exaudire me tibi placeat: et in omnibꝰ: que a mi-
sericordia tua petiero exaudire. Scio. n. te docente:
q̃ nec alio nec aliũde põt mihi vel esse vl' venire tã
G placitum tibi tanq; efficax apud misericordiã tuã
donum. Debes etiam scire: q̃ fidelis ac per omnia
laudabilis nuncij est non solũ instare apud iudicẽ
vel curie dominum: sed etiam sollicitare accessores
eiusdem iudicis: et assistentes omnes eidem domino
ꝓ negocio seu negocijs ꝓ quibus ad curiam illam
missus est: maxime aũt illos qui maioris gratie ma
iorisq; potestatis in curia illa esse cognoueris. Su
per omnem admirationẽ et mittentibꝰ et nuncijs de
quibus agitur et salubriter atq; vtilit' et misericor-
diter consultum et prouisum est in curia illa celesti:
vbi qui maxime põt necessitatibus miserorum sub-
uenire et omnium negotia ibi habentium: maxime
prompti atq; parati sunt et nuncios istos introducẽ
ad regem et dominũ curie illius: eosq; per omnia
et in omnibus adiuuare: tales habet omnis oratio ad
uocatos et mediatores: quos non venalitas: sed me
ra liberalitas ad intercedendũ inclinet: vt pote q̃s
H totaliter charitas et pietas possident et quĩ oranti
bus occasiones inuenire desiderent adiuuãdi. Acce
dit ad hec et aliud de collaudatione et admiratione
dignissimum: q̃ nullus est ibi qui contradicat vl' ad
uersetur negocium proprie vel aliene salut' agenti-
bus vel agere volentibus. Omnes enim idipsũ et
solum volunt: qđ sciũt velle regem ac dominum om
nium seculorum: qui vult omnes hoĩes saluos fieri
et ad cognitionem veritatis venire. Hanc enim con
Job.25.a. cordiam facit sublimibus suis omnipotentissimus
ille dominus seculorũ sicut legit' Job. xxv. Accedit
etiam et illum bonum ad obtinendum fiduciã secu
rissimam impetrandi: q̃ nullus est ibi qui nõ totus
ardeat charitate: totus non diffluat pietate. Acce-
dit et aliud: q̃ nullus est ibi cuius intercessionẽ vl'
deprecationem possibile sit ab altissimo repelli. Et
propter hoc in eadem mensura necesse habẽt preci
bus et supplicationibus nostris semper annuere.
Illud quoq; non est hec preter pretereundum: quia
maiori confidentia qui maiores ibi sunt exorari po
ssunt et dñt: non solum q̃ humiliores: sed etiam
q̃ charitate et pietate semper in omnes ꝓpẽsiores
atq; ꝓfusiores. Quemadmodum igit' in curijs ma-
gnatum: nuncius qui non omnes solicitat qui pro-
mouere negociũ põt et volunt ac parati sunt pro q̃
nuncius est ibi merito ignarus et negligens aut in-
fidelis reputandus est. Sic nuncius est de quo agit':
q̃ vel vnũ ex tot et tantis adiutoribus in curia illa
dei altissimi solicitare pro negocijs orantis obmi-
serit: de negligentia aut infidelitate merito argu
endus erit. Docet nos et ipsa ecclesia celesti: imo di-
uino magisterio erudita et edocta sic orare: quod est
dicere talem vel huiusmõi nunciũ ad celestẽ curi-
am mittere: qui omnes deo altissimo astantes et sin
gulos pro nobis solicitet. Ipsa nanq; in orationibꝰ
suis plerumq; letanias adiungit: que sunt singulorũ
sanctorum inuocationes: similiter et omnium: pro
pter qđ et multi ex eis singulatim inuocantur: mul-
ti vero in generali: q̃m non est possibile ecclesie dei
nominare tot sanctorũ milia singulatim. Sollicitu-
do quoq; et diligentia gerẽdi negociũ in nũcio hoc
potissimum requiritur qđ ipsa arduositas periculo
sitasq; negocij euidẽter ostẽdit. Quid ergo dici po K
test de nuncio: qui circũquaq; vagatur atq; discurrit
varietate cogitationum huc illuc q; distractꝰ ac ven
tilatus: ac de ipso negocio pro quo mittitur: nec cu-
rat nec etiã cogitat: sed nunc in hyspania castra edi
ficat nunc in britaniam rapit' nũc in alemaniam dis
silit et velut palea variarum cogitationum flatibꝰ
dispergitur. Heu quot et quãti sunt sic orantes. Ca
ue igitur tibi omnis qui orare intendis a nũcio hu- L
iusmodi cuius negligentie similis aut comparabil'
vix aut nunq̃ in nuncijs litteralibus inuenit'. Et nũ
cius hmõi qui et anteq̃ ad celeste consistoriũ ꝑue-
niat immo statim cepto itinere vel ad modicum ꝓ-
gressus in via moritur. Hic est oratio cuius intẽtio
in ipso orandi tpe vel momento extinguit': et irruẽs
alia intentio vel affectio: in aliud agendum et intẽ-
dendum cor rapit. Exempli gratia. Accidit interdũ
vt cum orare quis ceperit incidit cordi eius cogita
tio de pulchritudine mulieris: ꝑfũdet' q; in eo quo
usq; ipsum in consensum turpitudinis inclinet. Et
eodem modo se habet de alijs concupiscentijs. Nul
lum enim genus concupiscentie qđ per cogitatiões
eousq; in cordibus orantium ꝑfundari non possit.
Obsecrandus igitur est omnipotens et misericors
deus vt dirigat nuncium istum ante conspectũ suũ
atq; custodiat sanum et incolumen in ipso itinere: et
etiam coram se. Nuncium istum totĩ astutie sue co
natibus interficere intẽdit diabolus: vt pote qui ne
gotium nostre salutis implacabilit' et semper odit
atq; ꝑsequitur. Nec solum in via vt predixi tibi: sed
etiam in ipso dei aspectu. Plerũq; enim ipsa oro
que ante dei conspectum iam intrauit: modo quo p̃
dictum est ibi extinguitur: de quo memini me ipsũ
exclamasse multotiens ad dominum: vt saltem i cõ-
spectu eius atq; presẽtia essent orationi mee pax at-
q; securitas: et ne permitteret vllo modorum coram
se illam occidi p̃sertim cũ nuncij qui ad illum desti-
nantur: ꝓtectione eius atq; custodia gaudere debe-
ant non solum ante illum: sed in itinere siue in via.
Petebat hoc satis euidenter propheta cũ di ceret. Ps.140.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo. Cum enim petebat eam dirigi ante conspectũ
dei: petebat etiam eã et in via custodiri. Similiter
cum in ipso dei conspectu eam oraret dirigi. Ora-
bat etiam et cum hoc: eã sibi custodiri: ne intorque-
retur vel distorqueretur a rectitudine intentionis.
Debes etiam scire cum his omnibus: q̃ inuenit' nũ
cius hmõi excõmunicatus interdum: et ꝓpter hoc i M
celeste cõsistorium nullatenus admittet': sicut legit'
prouerbiorum. xxviij. Qui declinat aures suas ne
audiant legem: oratio eius erit execrabilis. Qua- Prou.28.b

propter nec in celum sacratissimus admittetur: nec
a sacratissimis ciuibus celestibus recipietur: quin
potius vt execrabilibus excludetur et repelletur, cũ
indignatione. Propter hoc autẽ non inmerito a ver
bis eius aures dei auertuntur. Alibi etiaʒ scriptũ
est. Maledicti qui declinant a mandatis tuis: qua,p
Ps. 180. pter maxime maledicti qui maxime declinant ab il
lis. Hi aũt sunt: qui nec etiam propinquare volunt
vt illa audiant. Maxime enĩ se longe faciunt a mã
datis dei: qui nec illa audiunt nec faciũt. Qui vero
illa saltem audiunt nec faciunt: non tam longe a mã
datis dei sunt. Cum ergo manifestum sit tibi: q̃ nũ
cius excõmunicatus nõ impetret nisi super excom
municatione: manifestũ est tibi quoniaʒ cum celeste
illud consistorium: latere non possit talis excõmuni
catio talis nuncij: quia omnino iste nuncius ibi nec
aliquid impetrabit nec audietur. Caue ergo tibi:
ne deum pro excõmunicato habeas verbis eius au
ditum excommunicare recusans. Tunc enim est ne
cesse vt ipse te excõmunicatum habeat: ꝛ propt̃ hoc
auditus sui vel audientie suecõmunionem non im
merito tibi deneget. Utinam autem aduertant q̃ for
midanda sit q̃ꝫ horrifica excõmunicatio ista: p quã
nec verbum suum quibusdaʒ cõmunicat misericors
deus: cum omni generi peccatorum verbum dei cõ
municandum sit: exceptis illis dũtaxat quos canes
et porcos vocat veritas. Math. vij. Utinam atten
Math. 7. b dant et illi quibus tam studiose tanq̃ abundanter
cõmunicatur verbum dei: q̃ta largitate gracie dei
hoc ipsis fiat. Non enĩ fecit taliter omni nationi: p
sertim cũ expresse legatur Act. xvi. q̃ prohibiti fue
Act. 16. a. runt apostoli a spiritu sancto verbum dei predicare
B in asia. Cauendum est etiam orantibus a fatuita
te et stulticia nuncij istius. Fatuus enim est atq̃ stul
tus nuncius: qui petit quod non est petendũ sicut di
cit beatus Aug. de illo qui petit a deo vt occidat ei
Augustin⁹ inimicum suũ. Stultissime enim petit cũ velit se esse
iudicem inimici sui: deum autem suum tortoreʒ. Iu
dicem enim se gerit inimici sui: dum ipsum reũ mor
tis diiudicat: procul dubio deum vult habere tortorẽ
illius. Hoc aũt q̃ inconueniens sit: quis non videat
dum in tam vili officio deum sibi seruire vult: offi
cio vez carnificis seu tortoris: semetipsum autem in
tam sublimi tantiq̃ꝫ honoris officio: facto ipso col
locat vez iudicis presidentis. Est ibi et alia stulticia si
Augustin⁹. cut ibidem dicit idem Augu. q̃ vult homo hmõi frã
gi pontem misericordie diuine: ne habeat inimicus
eius per quod reuerti possit ad deum. Hoc enim p
mortem agitur imperatis et improuisis peccatorib⁹
vt redire non possint ad dei misericordiam et grãm
quã cum possint inuenire querere ɔtempserunt. Cõ
sidera ergo arduitatem: multitudinem et magnitu
dinem et negociorum: que agenda habes in illa sub
limi curia: et ne mittas verba tua per nunciũ stultũ.
Pro. 26. b Expresse namq̃ꝫ legitur Prouer. xxvi. Claudus pedi
bus et iniquitatẽ bibens: qui mittit verba per nun
cium stultum. Manifestum est tibi: q̃ claudis pedi
bus: nec ad bona currere: nec ãbulare: nec a mal' fu
gere nec declinare potest. Et propt̃ hoc necesse ha
bet bibere iniquitatem: hoc est penaʒ iniquitat' sue.
Hmõi autem nuncius cum sapiens fuerit ꝛ bona p
C curat atq̃ꝫ impetret mittenti se et auertit mala ab
eodem: indulgentiã culparum et penarũ nihilomi
nus obtinet. Inuenitur et alia stulticia in nũcijs hu
iusmodi: qui cum ire debeant ad illam romam verã

scʒ nominis sublimẽ atq̃ꝫ dominantem: celesteʒ sciliʒ
curiam: vadunt ad alios et alios q̃ ad ipsum regẽ ꝛ
dominum seculorũ: et petunt ab eis q̃ ab illo solo ob
tineri põt. Propter quod dicit Eccl. vij. Noli que
rere ab homine ducatũ: nec a principe cathedrã ho Eccl. 7. a.
noris. adeo enĩ illa solo obtinenda sũt. Nemo nãq̃ꝫ
assumit sibi honorẽ. sed qui vocatur a deo tãq̃ aarõ
sicut dicit Apostolus. Nec dico ista propter hoc q̃ a Hebre. 5. a.
deo petenda sint alicui talia: viris enim bonis ꝛ pe
tẽda et procuranda sunt honorum et potestatum su
blimia: verũ non ab ipsis: sed ab alijs. Impudentis
sima nãq̃ꝫ presumptio esset vnicuiq̃ꝫ quantecunq̃ꝫ ex
cellentie viro atq̃ꝫ presũptuosa turpitudo et intolle
rabilis dicere deo petere: fac me regem: fac me epi
scopum: cũ officiorum hmõi tanta sint tanq̃ pericu
losa onera: vt nemo sapiens sit qui non ea potius re
formidet q̃ desideret. Uiri namq̃ꝫ sanctissimi non ni
si tracti siue coacti illa susceperunt. Unicuiq̃ꝫ ergo ec
clesiarum et desiderandus ac tota deuotiõe et instã
tia appetendus: et a deo petendus pastor bon⁹. Et
q̃m ab hominibus plerũq̃ꝫ petũtur: et a solis homi
nibus atq̃ꝫ per eos solos obtinere sperant: fit p irã
dei maximam q̃uis semper iustissimam: vt deo per
mittente non approbante nec eo auctore: mali ꝛ apõ
ipsum reprobi loca sublimitatum obtineant. Pro
pter qd̃ ipse dicit osee. xiij. Dabo ei regẽ in ira mea Osee. 13. c.
et offeram indignatione mea. In penam igitur gra
uissimam et in vindictam iustissimã preesse pmit
tuntur: qui prodesse nullomodo curant. Et pp̃ hoc
per eundẽ pphetam dictum est. Regnauerunt et nõ
ex me: principes extiterunt: et non cognoui. Hmõi
ergo dij opera manuum sũt: et idola surda et muta
atq̃ꝫ vanissima: et reputantur ꝛ vocantur sicut exp̃s D
se legitur zacha. ij. Reperitur et nuncius huiusmo
di qui cum debeat volare in celum: curret ad terram.
Et hec oratio: que cum debeat petere celestia: hoc ẽ
spiritualia bona et eterna: terrena solummõ petit.
Illuc aũt tendit ois oratio: vbi est qd̃ per eam peti
tur: ꝛ obtineri per eam intenditur. Propter qd̃ dixi
nũcium hmõi ad terram pergere: qui pficisci debe
bat imo volare ad celuʒ. Inuenitur et alia stulticia E
in nuncio hmõi: q̃ adeo ignarus est et inscius vt ce
lestes curie vires prorsus ignoret: ꝛ an habeat ibi ɔ
dictores ꝛ aduersarios nec videat nec attendat: sʒ et
ipsas voces aduersantium et contradicentium sibi
nec audiat nec intelligat. Heu quotte quanti sunt qui
nobis orantibus et veniam et graciã gloriamq̃ꝫ pe
tentibus aduersantur: quorum vnusquisq̃ꝫ clamat i
aures dei omnipotentis. Contradico. In his primi
atq̃ꝫ fortissimi contradictores atq̃ꝫ aduersarij nostri
sunt ipsa nostra vicia ac peccata quorum clamor vs
q̃ꝫ in sublime celorum extollitur sicut Geñ. xviij. Le Gene. 18. d.
git vbi ex psona dei omnipotentis dicitur. Clamor
sodomorum ascendit a me. Fortissimi isti contradi
ctores: q̃m primi et radicales sunt in aduersationi
bus et contradictionibus istis: et his cessantib⁹ atq̃ꝫ
tacentibus: omnes alij tacerẽt siue cessarent penit⁹
ab aduersationibus ꝛ contradictionibus ɔ nos. Se
cundi ɔdictores et aduersarij sunt omnes exercitus F
pulcherrimarum sublimiumq̃ꝫ militiarum celestiũ:
Similiter et omnium sanctorum necnon et anima
rum. que occasione viciorum nostrorum et peccato
rum in ignem purgatorij vel in inferno etiam deti
nentur: totiq̃ꝫ curie celesti inimici sumus: q̃diu vi
cij et peccatis vel etiam mundo amici sumus: si ob

legitur Jaco. iiij. Quicunq; voluerit esse amicus se
Job.4.a. culi huius: inimicus cōstituitur dei. Merito igitur
tanti amici dei inimici nostri sunt: ꝙ diu inimici dei
sumus. Amicus enim inimici dei: inimicus est dei.
Quibus vero vel occasionem peccandi vel perditi
onis dedimus: et propter hoc in purgatorij igne vł
flāmis gehennalibus detinent̄: quis dubitat quin die
ac nocte clament contra nos et dicāt. Vindica domi
ne sanguinem nostrorum: sicut legitur Apocal. vi.
Apo.6.c. Que etiā si voce tam naturali ꝙ spirituali taceāt:
ibi tamen cruciatus earum acerbissimi ipsa verita
te clamant vt prediri. Cum em̄ redemptio anime vi
ri proprie diuitie sue: sicut legitur Prou. xiij. qualit̄
Prou.13.b putas vel putare potes non clamare animas cōtra
clericos et sacerdotes qui redemptionē eorū come
S dunt et in luxurijs a suis infigūt nec pro liberatiōe
earum a tormentis et cruciatibus in quibus sūt fa
tagunt. Tercij ad aduersarij nostri atq; ꝯdictores ꝯ
nos in curia illa sūt ipsi sancti: quibus iniuriamur
vel iniuriati sumus: et hoc vel in personis eorū bla
sphemantes contra eos nepharijs iuramentis: qui
bus nec ipsi gloriose dei genitrici a multis nec parcit̄
in aliquo nec defertur vel in ecclesijs ipsor. Et hoc
duobus modis: siue cū ipsi ministri dei qui in illis
deseruiunt iniurijs quibuslibet molestantur. Vel ēt
ipsa loca deo dedicata ⁊ sanctis ipsis violantur. Vł
ipsa bona temporalia ad sustentationem ministro
rum deo et sanctis illis oblata et consecrata vel di
ripiuntur: vel ab ipsis modo quolibet mi nuūt̄. An
est aliquis adeo insipiens: vt deum ac dei filium opi
nari possit blasphemias gloriose ac charissime geni
tricꝫ sue negligere: ita vt eas vt dignum et iusti est
non vindicet? Quis hominum iniurias ⁊ contume
lias matris sue eq̄nimiter toleret: et si possit non vl
ciscatur? Qd̄ si omnium aliarum matrū iniurie ac
contumelie tolerari quoquomō possint: istius tamē
benedicte semperq; venerande matris blasphemie
omni gaudio et igne omnibus studijs ⁊ virib⁹ exter
minande et vindicande sunt. Ve illi quicunq; sit: qui
ignorat dei matrem in eo amore et honore apd̄ bñ
dictissimum filium suum esse: vt honorantes eā ho
norēt: et ignorantes digna animaduersione puniat.
Non presumat aliquis deum vel dei filium se posse
habere propitiū et beniuolū: qui benedictā matrē
T suam offensam vel aduersariā habuerit. Sic nec de
dei gratia vel propitiatione cuiusꝗ eorū qui eius
filio in celo vel ministrant vel assistunt aliquis pre
sumere debeat vel sperare. Quarti aduersarij et cō
tradictores nostri in curia illa celesti: demones ipsi
sunt sicut legit̄ Apoca. xij. Proiectus est accusator
fratrum nostrorum: qui accusabat eos die ac nocte.
Apo.12.d. Quintus et maximus atq; fortissimus: deus ipse ē
qui semꝑ accusat eos qui se ipsos negligunt accusa
re: et semꝑ excusat illos qui seipsos in conspectu ip
V sius et studiose et incessanter accusant. Boni igr̄ nū
cij et fidelis ac diligentis ꝓcuratoris est: aduersan
tes sibi et contradicentes in curia ista vel placare si
bi et ꝓpitios efficere: vel eis silentiū imponere vł
illos congruis responsionibus atq; defensionib⁹ re
pellere: ne ꝯ ipsum vllatenus audiant̄. Et primis qui
dem et radicalibus aduersarij et ꝯdictoribus: silen
tium imponitur cū occidunt̄ siue mortificātur: ⁊ hoc
in sola dei curia nobis non solum permittit̄: imo ēt
cōcedit̄ atq; remunerabiliter acceptat̄: in alijs vero
curijs sub cōducta et ꝓtectione iudicꝫ litigātes sūt.

Absit aūt et vitia et peccata sub dei ꝓtectione sit cū
per Aplm omnib⁹ dicat ad Col. iij. Mortificate mē
bra vestra: que sunt super terrā. Amplius per hmōi Colos.3.a.
nunciū: orationem vel hoc directe intenditur: vt per
ipsum aduersarij isti et contradictores ꝯ nos non so
lū nō audiantur: vł admittāt̄ in isto spūali iudicio:
sed etiā vt ibi moriātur ⁊ occidant̄. Ipsa.n. pia orō
cū perfecta fuerit: mortificatrix est omniū vitiorū ⁊
peccatorum: sic orantis. Mortificatio autem eorū
est per modos et vias quas totiens audiuisti. Ipsa
nanq; desertio ipsorum mors est eorundem: cū rece
dit ab eis anima humana seq; eisdē subtrahit: neces
se habent ruere vel cadere: cum sustentamentū ali
ud non habeant ꝙ miseram animā ipsam que illa in
semetipsa sustinet et supportat. Et non est opus vt
enarrem tibi et enumerē hic modos destructiōis ⁊
mortificationis ipsarum. Si vis igitur vt clamores nō
audiantur vel admittantur contra te clama tu ex ad
uerso: et exalta in fortitudine vocem tuam cōtra eā.
Quāto em̄ fortius et altius cōtra te clamaueris: tā
to debilior erit clamor ipsorum: et minus exaudibi
lis donec penitus obmutescāt. Obmutescent autē
prorsus et sine omni voce erunt cum toto corde cla
maueris. Magnificandi igr̄ multiplicandi exaltan
diq; tibi sunt clamores orationum et confessionum:
si vis aduersarijs istis et contradictoribus silentiū
imponere. Clamores enim ipsorum: validis clamo
ribus hmōi non solum retundūt̄ vt non audiātur sꝫ
omnino exterminantur. Quapropter manifestū est
ꝙtum valide: ꝙtūcūq; audibiliter imo exaudibilit̄
apud deū clamant contra illos qui corā eo tacent a
clamoribus orationum et ꝯfessionum. Validissime
nanq; sunt coram domino deo accusationes aduersari
orum hmōi contra illos qui non se ipsos iugiter cō
fessionibus in conspectu eius accusant. Nulle autē
prorsus. i. nullius vigoris et virtutis contra eos sūt
qui se studiose in conspectu dei increpare et accusa
re non cessāt. Qd̄ expssit nobis spiritus per os Da Ps.31.
uid dicens. Dixi confitebor aduersū me iusticiā me
am domino: et tu remisisti impietatem pcti mei. At
tende anima mea et admirare et lauda ex totis inti
mis tuis superabundantissimam pietatis dei dulce
dinem: qui solo proposito huius accusationis: vt ꝙ
fit in confessione coram ipso: remisit statim impieta
tem peccati mei. Et propter hoc non solummodo si
lentium imposuit vitijs et pctis contra ipsū Dauid
sed etiam remisit ea: deleuit ꝓrsusq; exterminauit.
Qd̄ si quis dixerit: non est mihi potestas aut virtus
ad clamandum sic: vel orationibus ⁊ confessionib⁹: X
cum ad huc corde mortuus sim: et scriptū sit. Quo
niam non est in morte qui memor sit tui: i inferno aūt
quis confitebitur tibi? Mors aūt et infernus ꝓcul Ps.6.
dubio status est peccatoris in profundo peccatorū
suorum sepulti: et ad huc in eo iacentis ac putrescen
tis sicut euidenter legitur Eccl. xvij. Aū mortē in Eccl.17.d.
quit confitere. Mortem inꝗ hmōi quā prediri: pro
pter qd̄ et cōuenienter sequitur. A mortuo em̄ quasi
nihil erit confessio. Omnino em̄ insensibilis corde
peccator efficitur per mortem istam: et propter hoc
non videt nec sentit illa in quibus totus sepultus ē.
Quid igit̄ facto eius opus est? Qd̄ est illi consiliū
salutare? Hoc est indubitanter vt ꝓcuret qui clamēt
ꝓ eo. Et horum clamatorum duo sunt genera. Pri
mum est opera ipsa misericordie sicut expresse legit̄ Abacu.2.c
Abacuc. ij. qr lapis de pariete clamabat et lignum

qđ est inter iuncturas edificiorum respōdebat. Qđ
et in bono et in malo intelligi pōt. Primorum eñ
edificiorum et ligna et lapides clamant in aures dei
omnipotentis: ꝓ edificatorib⁹ suis. Quēadmodū
de rapinis et male acquisitis edificationes fiunt cō-
tra edificatores suos ad dominum sicut dicit iacob⁹
Jaco. 5. a. in. v. ca. epistole sue. Aurum vestrum ꝛ argentū eru
ginauit et erugo eorū vobis erit in testimoniū. Qđ
aūt vox bonorum operum et etiam malorū: et ma-
Sap. 4. a. gna et valida sit expresse legiꝭ Sapi. iiij. Ex iniquis
omnes qui nascuntur testes sunt nequitie eorum in
interrogatione sua. Et alibi. Ipse interrogabit ope
Sapi. 6. a. ra nostra. De hoc etiam alias audiuisti in preceden
tibus. Bona igitur opa nostra ꝛ inter ea opera pie
tatis: non solum clamant ꝓ operatorib⁹ suis coraꝫ
domino et ad ipsum: sed etiam pugnant super scu-
tum ad protegendum ipsos. Elemosina namqꝫ et ex
orat ab omni malo: et super scutum potentis ac su-
per lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit si
cut legiꝭ Eccl. xxix. Alij clamatores efficacissimi at-
Eccl. 16. b. qꝫ validissimi sunt ipsi intercessores sancti siue qui
hic militant: siue qui iā cum christo domino regnāt.
Et hi inter eos validiores in conspectu dei altissimi
Y gratiosiores sunt. Propter hoc legitur et cōmuta-
tione bonorum temporalium virorum sanctoruꝫ qꝛ
adhuc i hoc mūdo isto sunt: preces procurande tibi
sunt: et etiam precibus et obsecrationibus emendi
cande: q̄to fortius igitur eorum qui cum christo do
mino regnant et gloriantur? An timēs ne tot et tan-
tis clamantibus pro te: clamores viciorum et pctō-
rum tuorum audiat ꝑlargus miserator deus? Absit
cum nihil odiat miserator deus prelarg⁹: nisi vicia
et peccata. Absit vt ea audiat contra te et tam cha-
ros tanqꝫ gratos intercessores tuos repellat. San-
cti quoqꝫ qui contra nos clamant ꝓpter iniurias ꝛ
3 contumelias: placandi sunt emendatione contume
liarum et iniuriarum quas eis irrogauimus: et ni-
hilominus precibus et supplicationibus qualibus
et q̄tis possum⁹. Hoc aūt docemur in exēplo beati
Genesij: q̄ priusq̄ orare ꝓsumeret ꝓ archidiacono:
quem in vita ista dilexerat: placuit inclitam virginē
et martyrē agnetam: et quendam alium sanctum: q̄-
bus ablatione possessionum quarūdam iniuriatus
fuit archidiaconus ille in ecclesijs eorū. De aiab⁹
ꝯa qui tā in inferno q̄ in purgatorio ꝯ nos clamant:
q̄d aliud nobis faciēdū est: nisi vt ꝑ nosmet ipsos q̄-
tum nobis datur pro liberatione ipsarum sataga-
mus? Et etiam per alios ad hoc ipsum laboremus
emendicantes eis aliorum suffragia: qui nostra ill'
subtraximus. Nec intelligas in hoc sermone meo:
q̄ pro liberatione animarum que in inferno detine
ri sciuntur: preces faciende sint: sed duꝫ hoc ignora-
tur: non est pigritandum quin pro eis et cōmuniter
pro fidelibus defunct' omnibus suffragia fiāt. Scit
enim deus omnipotens quibus prodesse vel possit
vel debeant: nec patiꝭ aliquem eorū defraudari a
Ab fructu qui ei cōpetē pōt ex hmōi suffragijs. Caue
aūt tibi tota diligentia: ne beatam et intemeratam
dei genitricem aduersariam habeas vllo modo: cū
impossibile sit te placatum aut propitiū habere be
nedictum filium eius ipsa tibi offensa vel aduersā-
te. Ipsa quoqꝫ tibi ꝓpitia vel fauente: impossibile si-
militer sit vllum ex omnibus illis militibus celesti-
bus vel quēq̄ ex tota illa ecclesia sanctorū non esset
ꝓpitium et fauentem. Ipsa etiam aperiente os sacra

tissimum: os gratiarum: os benedictum suū ad lo-
quendum misericordissimo filio suo pro te: oīs ini
quitas tua et aduersariorum suoruꝫ opilabit os su
um. Omnes enim obmutescent. Totaqꝫ illa celestis
curia incipiente ea loqui ꝓ te: loquetur benignissio
miseratori filio eius. Qualiter aūt placandus sit ti
bi ipse iudex vniuersorum ꝛ dñs noster iesus christus Ac
iam audiuisti in precedentibus. Et vnus modus
eum placandi est: vt tu ipse placatus sis omnib⁹ ꝓ-
ximis tuis. Memor igitur esto eius: quod legiꝭ Ec- Eccl. 18. a.
clesi. xxviij. Homo homini seruat iram: et a deo que
rit medelam. De hoc et in eis que precesserunt. Et
in tractatu de operibus et mirabilibus virtutū. Et
in capitulo de misericordia multum audiuisti Ma- Math. 18. e
thei. xviij. expresse leg' verbis domini. Serue neq̄
omne debitum dimisit tibi: quoniaꝫ rogasti me. Ex
quo expresse colligitur q̄tum pōt et valēt apud mi-
sericordiam dei preces etiam peccatorum: cuꝫ ex to-
to corde ad ipsum clamauerint. Numeratur etiam
et non immerito inter stulticias et fatuitates nun-
cij istius: q̄ de ipsis negocijs licꝫ arduissima sint nec
curat nec cogitat nisi hoc solum q̄ petitionem nudā
porrigit et offert deo omnino ignorans quid illa cō
tineat: et q̄d per eam petatur. Et hec manifesta sūt
in omnibus orantibus: qui labijs solis strepūt ꝛ tu-
multuātur in ecclesijs sola ignauia: talia que ab eis
sunt prorsus aliena desiderantes: et que per oratio-
nem petere deberent: minime cogitantes: et de his
etiam que verba orationum signant nihil omnino ī
telligētes. Q[?]uis aūt ista magne stulticie et intole-
rabiles sūt non sunt tamen orationes hmōi contēnē
de vel abijciende. Isti enim sunt quēadmodum lai-
ci litterarum scꝫ ignari: porrigentes et offerētes sū
mo pontifici petitiones suas in scriptis: cū omnino
no ignorant q̄d in illis contineatur: et quid in ipsis
vel per ipsas petatur. Sūmus vero pontifex no ad
ignorantiā ipsoꝝ: sꝫ ad petitionē respicit et attendit.
Nec parū vel leue est q̄ per ignorantiā istaꝫ interdū
ꝛ orationi deperit et oranti. Omni eñ modo et studi
osius et obnix⁹ petiꝭ bonum qđ cognoscitur q̄ illđ
qđ etiam non cogitaꝭ. Inuenitur aūt et cuꝫ eis que
audiuisti in nuncio isto quē orationeꝫ dixi: duplex ꝑ
uersitas. Prima et qꝛ sibimet contradicit. Est ei re-
ctitudo orōnū conuenientissima: vt orās omnis ad
eū: manū porrigat ad capiendū qđ petit: ad quē di-
rigat sermonem petitionis. Et ita faciunt oēs men
dicantes et elemosinaria beneficia petētes. Manu
enim ꝛ voce in eū intendunt: a quo benefieri sibi pe-
tunt. Tibi aūt notissimum est: qꝛ manus in eam ptē
extendiꝭ in quā tendit et opatio. Qua ꝓpꝭ qui tātū
dem agit nisi opa diaboli: ad eum habet extentā ꝓ-
culdubio manū suā. Ab eo igiꝭ petit impleri manū
suā cū illā porrigit. Qua ꝓpter cōtrarius est sibi ip
si q̄ voce a deo petit beneficium: manu vero a diabo Nota
lo qua pāsitate q̄d intollerabili⁹ estimari pōt? Se-
cunda puersitas ē qualis in ludo fieri cōsueta ē. Lu
do inq̄ qui vulgariter vocatur lud⁹ asini: vbi ad ip-
sū emptorem dorso verso sermo dirigiꝭ: ꝛ de p̄cio a
sini cum eo tractatur. Dico igitur quia ad eaꝫ par
tem et ad facies mentis aduersa est: et ad eas respi
cit quas cogitat: vl' de q̄bus etiam ipsa cogitatio si-
ue cogitat⁹ mētis intuit⁹ ē siue aspect⁹. Qua ꝓpꝭ
qui ipso momento orōnis ad alia mēte intueꝭ: vel
aspicit q̄ deū: dorso ꝯso ad deū loq̄ꝭ: ipsi q̄si (vt ita
dicam) Asinum vendit et ludo illo: ridiculoso deum

illudit. Oro igit hmōi et ridiculosa ē: et ipsi deo cō tumeliosa. Quis ei nisi fortasse iocose aut illusorie cuiq̄ homini sic loqueretur: vt dorsum ad ipsū habeat: et faciē ad alia? Iste igit perplexitates in orone sunt contrariantes: seu contradictio eius ad semetipsum et ridiculositas illusoria ꝯ deū: q̄ ambe in oī nuncio et pcuratore q̄tū dedeceant: q̄tūq̄ ipsū im-

A pediant nemo intelligens ignorat. Defectus quoq̄ vocis et loquele q̄tum noceat negocijs q̄ per nūciū gerenda sunt: manifestum est tibi: et iā audiuisti in precedentibus: q̄ vox orationis desiderium est. Et q̄ muta est oratio: q̄ voce caret hmōi: debilitas vo in desiderio siue cupiditas: raucedo est in voce orationis. Quanta ergo stulticia est nunciū mutū aut raucum et sine voce audibili existentē ad tam sublimem curiam mittere: presertim p tot et tantis tanq̄ arduis negotijs: vt sunt negotia animarum. Et qm̄ iam edoctus es per dei gratiam de oratione: q̄ ipsa est preciosissimū desiderabilissimum atq̄ magnificum dei donum: presertim cū depurata est et immunis ab imꝑfectionibus et alijs impedimentis que audiuisti: pfecta vero dispositionibus quas per me in hoc tractatu audis: Non reliquit tibi ignorare q̄ a deo studiosissime deuotissimeq̄ ac obnixe petenda est: cum ipse solus actor datorq̄ ipsius atq̄ inspirator sit.

A ¶ De cantico peccatricis anime. Ca. xxix.

Post hec prosequar tertiam perfectionē orationis: per quā est cantio: canticū et cantilena. Manifestū est ei q̄ psalmi et cantica sm̄ plurimum sui orationes sunt.

Esa.23.d. Preterea Esa. xxiij. expresse dicit ad aiā peccatricem. Sume citharā circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane: frequenta canticū vt memoria tui sit. Eo nanq̄ ipso q̄ vocat eam meretricem: ipsāq̄ esse peccatricem clamat apte. Que aūt est cithara quā sumere iubetur: nisi cor humilitate excauatum ac pfundatum: et bonarum cogitationum et affectionum chordis seu neruis tensū ac preparatum ad resonandū concentum quē audiet. Et dixi cogitationum seu affectionum: non audens dicere virtutū: cum illas anima peccatrix non habeat neq̄ in libera potestate ipsius sit vt illis tendat et preparet os suum tanq̄ citharam. Humilitatē vero

Bern. intellexit eam: de qua dicit Bernardus. q̄ est humilitas quā veritas parit: et est alia humilitas quā charitas format. Facile est autē vnicuiq̄ peccatori deprimere cor suum ac pfundare sub mole vitiorum et pctōꝝ suorum: et euacuare ipsum atq̄ exinanire a nobis virtutū et a bonis meritis: qđ non ē aliud q̄ cognoscē et recognoscē vacuitatē suā et paupertatē atq̄ sentire se vacuū a bonis: qb⁹ debz et eē plenissimum. Proinde cogitationes bonas quibus se accuset peccator: ministret ei cōsciētia. Fidesq̄ etiā mortua sacrate doctrine: cui⁹ nostris tempori⁹ tāta copia est. Affectiones quoq̄ bonas: quales sunt timor: pudor: ira et dolor: de quibus tibi in pcedentib⁹ decē numerate sunt ipsa vitia et peccata ea intueri volentibus copiose ministrant. Et hoc declarabo tibi: licet p occasionem hoc faciā. Sunt nanq̄ hmōi cogitationes et affectiones de benedictioni-

B bus dulcedinis: quib⁹ de⁹ puenit illos quos ad gratiam plenitudinis illustrat et pparat. Si q̄rat cuius modi cantionē vel canticū cantare iubet meretrix ista. Respondetur q̄ cantio ista vt plurimū habet lamentationem et verparū āt et vel modicū carminū. Decem enī ille affectiōes q̄s pnumeraui tibi: lamentatorie tm̄ sūt: et malorum q̄ peccatores in seipsis spiritualiter patiūt expressorie. Et qm̄ pctōr vere spiritualiter mortu⁹ est: et malis suis obsessus et oppssus: q̄ vox decet eū nisi lamentatoria: et malorū suorum expressoria? Magnum aūt initiū vite ē pctōri lamentari: et lugere se ipsum. Et magna preparatio atq̄ appropinquatio ad resurrectionē et vitā: imo vite nouitatē: que est vite grē: qua scz deo grate siue gratiose viuitur. Et debes scire q̄ quēadmodum in citharis et alijs instrumētis magnitudo concauitatis atq̄ pfūditatis resonantiam adauget atq̄ dulcorat: sic in cithara cordis: humilitas quā pdixi. Pro eis siue cogitationib⁹ siue affectionib⁹ magis se humiliat et deprimit peccator corā dn̄o: tanto ipsi gratius et acceptius resonat in orone corā ipso. Quēadmo-

dū dicit Bea. Hie. Nihil adeo deo displicet in pctōre vt ceruix erecta p⁹ pctm̄. Ita nihil ei gratius ideo dēq̄ curuatia ac humiliatio eiusdē sub mole pctōrū sic leg. Baruch. ij. Aia q̄ tristis ē super magnitudine mali et incedit curua et infirma et oculi deficientes: et anima esuriens: dat illis dominus gloriā et iusticiam. Quantum eni pro pctis suis semetipsū humiliat sub potenti manu dei: tantum sup seipsuz siue in se ipso deum exaltat. Et tū cunq̄ semetipsū in eis et pro eis despicit atq̄ vilificat: tm̄ in semetipso deum honorat. Similiter q̄tum semetipsū cōfundit in peccatis suis et pro illis: tm̄ deum glorificat: tm̄q̄ gloriam dat deo in semetipso: dat ei et iusticiā cum se iniuste contra ipsum egisse fatet et recognoscit. Dat ei et iusticiam: cum vicia sua et pctā sibi soli attribuit: non fato: nec constellationi: nec ipsi deo cōtra eos qui naturā malā eū creasse blasphemāt: et quosdā planetas malos creatos fuisse: infaustosq̄ et infortunatos et ad nocendum naturaliter: id ē ipsa natura sua potentes et prodesse non valentes delirant. Quemadmodum de Saturno et Marte astronomi fatidici mentiti sunt et scripserūt. Dat deo iusticiam qui se iustificatiōe et vltione diuis dignū esse confitetur: ipsumq̄ deū iuste acturum secum pdicat: si vitia sua et pctā placeat vindicare. Curua ē incedit et in infimis aīa que nec etiā audet oculos leuare ad celum pre confusione: q̄ celo spreto eiusq̄ felicitate: infernū et ei⁹ tormenta eis pretulerit. In hac enim cantione. Prima chorda debet resonare fides. Et primū quattuor sonos siue voces et immensitates incogitabilis largitatis et beneficentie dei: vbi primus sonus est recogitatio bnficiorū seu donorū nature. Secundus recogitatio veniarū qui

D tā remisse sūt nobis tam culpe q̄ pene. Tertius recogitatio gratiarū: per quas ad decorem diuine similitudinis reformati sumus. Quartus recogitatio gloriarum seu hereditatis eterne: in qua ius hereditarium nobis in baptismo collatum est. Muta sine voce atq̄ sono est vel debilis et pene rupta chorda fidei: que sonos istos incessanter nō resonat: et indubitāter in eis et apd illos sic resonat chorda fidei q̄bus data est scientia salutis. Possibile est tn̄ tibi et aliter distinguere et assignare sonos fidei: vt primū ponatur recogitatio singularis illius ac stupēdi beneficij: vez incarnationis ac passionis charissimi ac benedicti vnigeniti filij dei. Deinde beneficiorū que p sacramenta nobis incessanter vel collata sūt et tribuuntur. In quibus sup omnem admirationem: est

Hieronim⁹

Baruc.2.b

C

sacratissime eucharistie sacramentum. ¶ Tercius re-
cogitatio beneficii do.trinarum et reuelationum:
quibus eruditi et docti sumus: de secretis sapien-
tialibus: de quibus non fecit deus taliter omni na-
tioni. ¶ Quartus sonus est recogitatio diuinarum
patientie et longanimitatis dei per quas tam ma-
gnatos et malos in tot et in tam malis tādiu: tā be-
nigne: tam misericorditer: tam dulciter sustinet et ex-
pectat: mirisq; et ineffabilibus sibi soli notissimis
viis et modis ad misericordiā suam et gratiā reuo-
care et reducere quantū in ipso est non cessat. Inter-
dum autē obstinatissimos et durissimos et obdura-
tissimos et omnino rebelles conuertit ad se: id est iusti-
ficat. Quid putas coram deo cogitat: qui ista negli-
git cogitare? Licet igitur chordam vnā istius cytha
re fidem dixerim: nō incōuenienter tamē psalteriū de
cachordum dici potest. Decem vero ille affectiōes
E que tibi superius nominate et numerate sunt: psal-
terium decachordū rectissime nominant: in quo tan-
to iocundius deo psallitur: quāto maiori angustia
cordis decem illi soni resonant in eodē. Et ne mire-
ris si fracta cythara et nerui debiles et non bene ten-
si: debitum et perfectū concentum nō reddunt vel re
sonant. Cor confractū cythara fracta est. Cōtractū
Ecclis.21.c tanq; fractiōe: de qua legitur Ecclesiastici.21. Cor fa
tui quasi vas confractū: et omnē sapientiā nō tene-
bit. Nerui debiles et pene rupti gratie preparato-
rie et benedictione dulcidinis: quibus quidem pre-
uenit et preparat nos dominus: preparat inq; ad gra-
tiam penitētialis iustificationis: et sunt reuera ini-
tialia quedam adiutoria ad illam. Hi quattuorde-
cim soni cum de cythara cordis sonuerint: licet de-
biles: licet exigui: auribus tamen misericordie dei io-
cundum sonāt: et ad ipm impetrant vt memoria sit
meretricie obliuioni tradite. Cum vero pfecta fue-
rit cythara: chordis et neruis omnib9 debitis conue-
nienter preparatis et ordinatis: erit cor hūanū psal-
teriū iocūdū simul cū cythara resonās ab inferiori.
hoc est pro liberatiōe a malis: et etiam pro cōdēna-
tione impiorū gratiarū actiones: bndictiones: col-
laudationes: et glorificatiōes. A parte vero superio-
ri pro omni largitione beneficiorū. Hec eadē vel reso
nans a parte inferiori dei iudiciū iustissimū: ac per
omnia laudandū. A parte vero superiori misericor-
diam. Misericordia nāq; dei super omnia opa eius
est: sicut legitur in ps. Et misericordia superexaltat
Jacobi.2.c iudicio sicut legitur Jacobi.2. Propter hoc dictum
est in ps. Misericordiā et iustitiam cantabo tibi dne.
In penitētibus et etiam ad penitētialē gratiam co
nantib9 cōuenientissime sunt omnibusq; pijs viris au
ditu iocunde: septē resonantie exteriores quas pre-
audiuisti: scz gemitus: suspiria: eiulatus: et planct9: et
clamor qualis est vlulatus: deinde singult9 atq; ru-
gitus. An putas sup omnē cogitationē et ammira-
tionem miseratorē largitorē largissimū deum cōti-
nere posse aures suas: aut auertere ab huiusmodi
concentibus? An putes aliquē in omnibus illis exer-
citibus pulcherrimarū sublimiumq; militiarum celesti-
F um: continere posse vocem orationis et deprecatio-
nis: quin eam emittat vt prosit orātib9? ¶ Sciendū
autem est tibi: quia quemadmodū chorde seu nerui
litterales in cythara litterali seu alio quocūq; mu-
sico istrumento: binatim ordinātur atq; tendūtur: et
propter hoc bini et bini resonant. Sic et in cythara
ista spirituali virtutes omnes bine et bine inuicē co-
nexe sunt: sibiq; inuicem adiuuāt: sicut legitur de alis
animaliū se inuicem tangētibus. Ezechiel.1. Exem- Ezechie.1.f
pli gratia. Amor bonorū et odium malorū: spes et
timor: continentia et abstinentia: magnificētia et hu-
militas: et ad hunc modū se habet de alijs. Et attēde
de concordiā ipsarum ad inuicē: quia vnaqueq; discor
daret et male per semetipsam sonaret: immo disso-
naret nisi altera alteram moderaret ac temperaret
vel adiuuaret. Manifestū est enim tibi qualiter ab
stinentia continētiā adiuuet. Rumpit enim neruus
continentie aut vehementer debilitat et deprimit so-
nus eius: si abstinentia illum non adiuuet et confor
tet. Notum est vnicuiq; nostrum qualiter cōmessa-
tio et ebrietas repugnent continētie: aut interdū ex
tinguunt. Venter enim mero estuans (vt dicit Hiero Hierony.
nymus) facile spumat in libidinē. Similiter et spes in
presumptionē eleuaret sonū suū: nisi eam timor re-
primeret et moderaret. Timor vero in desperatio-
nem rueret: nisi illum spes ab imo fulciret et sustēta-
ret. Sic humilitas in vilitatē abiectionis semetip-
sam abijceret magnificentia sustētaret. Ipsa quoq;
magnificētia: ne nimis in altum prosiliat et in super
biam se eleuet: ab humilitate premit et in rectitudie
sui ordinis retinet. Sic inuenies in amore et in odio.
Non eni est possibile bona laudabilit per omnia fa-
cere: custodire: nutrire: atq; defendere per oia amo
re bonorū: nisi contra mala pugnet assidue: nisi eis
resistatur viriliter: quod ppie ac per se odij est ma-
lorū. Eodē modo nec mala impugnabunt fortiter:
nec resistetur eis viriliter: si amor bonorū ad hoc nō
adiuuerit. Si enim bona nō amētur: per que malis
resistitur et mala repellūtur: non est possibile vt con
tra ea laudabiliter pugnet. ¶ Q; si querat quis de G
ipsa fide: quā virtutē habeat sociam et connexā: ac si
quereret de neruo fidei: quis ei neruus alius in ista
cythara associetur? Eidē respōdeo in hoc: qr discre-
dulitas erroris et ipietatis est chorda: que fidei con
iungit in cythara ista: vt ex hac tam horrifica dete-
statione: non solū declinant errores huiusmodi: sed
etiam abijciunt. Et omis error impietatis tanq; ve
nenū mortiferū abijcitur per virtutē istam atq; decli
natur et fugitur et etiā abhorret. ¶ Si quis autem
obijcere voluerit: qr contrariorū eadē est disciplina
et idem sensus. Respōdeo i hoc: qr alius motus est
psecutio erroris et impietatis et odiū: alius isecutio
salutarium credulitatū et amor ipsarum. Et possibi
le est vt aliquis peritus sit in pcurandis et educēdis
egritudinibus omnino inscius sanitatis procurāde
vel inducende: sicut manifestū est i bellatorib9 mul-
tis qui vulnerare et occidere doctissimi sunt: sana-
re autem et a morte suscitare prorsus ignorant. Sic
quoq; possibile est vt aliquis de veneficiis acquiren-
dorum: conficiendorū acuendorūq; venenorū habe-
at peritiam eorumq; porrigendorum astutiā: sanandi
autem a lesionib9 earum non habeat licentiā. Cau-
sa autem in hoc indubitāter esse potest: vt animo so
lo nocendi vel vni vel pluribus studuerit: vt i talib9
sit: et aliud de venenis scire non curauerit. Possibi H
le nanq; est vt solo odio alicui9 psone vel aliquarum in-
duct9 fuerit ad hoc vt talia fieri vellet. Cū autē psal-
mi cantiones vel cantica sint: manifestū est q d psal
lunt vel psallantes audiunt: saltare debēt: quemad-
modū lasciui hoies et mulieres ad auditum cantile-
narū turpiū saltēt id est gestulationibus corporum
suorum respondent modulationibus quas audiūt

Mathei.2. sicut dicit veritas Mathei.2. Cecinimus vobis ⁊ nō
saltastis: lamētauimus vobis et non plorastis. Sal
tationes igitur iste sunt motus spirituales: quibus
moueri debem⁹ et ipsi psallētes et psalmos ab ali
is audientes. Exempli gratia. Cū psalmi districtio
nem diuine iustitie et vltionis resonāt: timore debet
concuti cor ⁊ deorsum poni. Cum aūt misericordiā:
debet spe erigi sursum. Cū autē honorē et gloriam
dei resonāt: gaudio dilatari: vt de beatitudine pre
missa dilectorū et electorū ipsius desiderio ⁊ amore
illius cor accēdit. Et per viam istā currit res in om
rita sunt cōseruatio gratie: augmentum ipsius et re
missio vel diminutio pene merite: omniaq alia bo-
na data que in oratione vniuersali datore bonorum
obtinentur. Et hec sunt que pricipali merito feruor
orationis: puritas et deuotio lachrymarumq pro-
fluuia superaddunt. ¶ Quia igitur volitātes et ir-
ruentes musce. i. cogitationes praue: in orantiū cor
dibus causā et radicem meriti principalis quā pno-
minaui non extingunt siue mortificant: idō nec princi
pale premiū auferunt. Causa enim permanente il-
lesa et integra hmōi: necesse est et eius effectū perma
nere Sciendum est etiam tibi: quia de secundarijs
meritis ex affectibus oratiōis est diffugatio demo-
num: ex diminutiōe potestatis ipsorum.

¶ Quare viri sancti difficile habent gratiam
deuotionis et lachrymarum. Cap. xlv.

Quod si quis interroget quare viri sanctis- A
simi vix et tam raro gratiam deuotionis et
piarum lachrymarū irriguū habēt: pec
catores vero spurcissimi et immanissimi fa
cile habent eas interdū. Respōdeo in hoc: q mi admi
randa est mirabiliterq laudanda dei nri misericor-
dia: que tam indignis tam promptā tanq paratam
se exhibet: atq adiutoria quibus tanti peccatores
ad gratiam iustificationis siue conuersionis adiu-
uētur: tam benigne eisdem tāq facile largitur. Qd
autē sanctis viris tam raro ista dona tāq difficile
tribuunt: hanc puto esse causā: vicꝫ vt cariora illa
habeant et soli gratie dei eadē attribuāt. Iuxta sermo Augustin⁹
nem beati Augustini dicentis. Quia christum non
nouit qui alijs q gratie di aliquid attribuit. Debes
tamen scire cum his: q immanitas scelerum: et mon-
struositas peccatorum occasionem non modicā dat
timori dei et erubescentie et alijs quibusdam donis.
Puritas vo cōsciētie et virtutū fiducia: securitatem
interdum generat in electis: et propter hoc non mi-
nus gaudiū tribuit. De gaudio vero certū est tibi: q
merorem cordis et luctum excludit. Nec pretereun-
dum est tibi exemplum qd ad hoc inducere consue-
ui: vicꝫ de piris et pomis: alijsq fructibus quibusdā
venenis in se habentibus: quia maiorē suauitatis
odorem spirant q fructus suauissimi et illesi. Ver-
mes enim calore suo adiuuant calorem naturalem
in eis: propter qd facilius maturescūt: et odorem de
bitum spargunt verminosi fructus. Sic et aliquo-
tiens horrifica atq monstrifica vitia et peccata ad
iuuant timorem: horrorem: verecundiam: et iram ip
sam ad irascendum contra semetipsum: ex quibus
gratia interne penitudinis et odoramentorum ora-
tionis non modicum adiuuantur.

¶ De merito illius orationis in qua non cogi-
tat actu quis de deo. Cap. xlvi.

Si quis autem quesierit: qualiter sit vel R
durat meritum orationis: que agmini-
bus muscarum mortennū refertissima
est: et strepitu earundē tumultuosa q-
liter eterne remunerationis premium
per huiusmodi orationem aliquis mereri potest: in
qua nec de deo ne de pmio hmōi cogitauit aut actu
etiam curat. Rñdeo in hoc: quia si cum pegrinatio

et quas quis visitat limina sanctorum: et meretur suffragia: de quibus in proposito solo vel initio cogitauit. Non enim facile est: nec vnquam credo euenisse aliquem ex huiusmodi peregrinantibus per passus singulos de suffragijs sanctorum ad quorum ecclesias vel memorias peregrinantur cogitasse: Possibile autem est vt nec vno punco temporis de eis cogitet ex illis. Occupantur enim et labore itinerationis: et solicitudine necessariorum ad illam et alijs irruentibus. Uerum quia voluntas siue intentio obtinendi suffragia huiusmodi causa est et radix totius peregrinationis illius tota meritoria est illis peregrinatio ipsorum. Et est exemplum euidentis similitudinis in lapide qui iacitur vel sagitta que trahit arcu. Non enim cogitat iaciens de singulis partibus spacij quod lapis ille vel sagitta transierit. Sic igitur vni ipulsui debetur totius illius spacij transitus et singularium partium cum nec de illis iactor vel tractor nec de aliqua eorum cogitauit. Sic vni ipulsui voluntatis siue intentionis eius qui peregrinatur: debetur totus motus peregrinationis et singule partes ipsius licet neque de illis neque de aliqua earum peregrinus ille cogitauerit: et propter hoc totus motus ille meritorius est eidem. Sic dico de oratione et partibus ipsius: quoniam prime ac principali voluntati ex qua oratio cepta est: licet mens orantis ad alia euagetur et alia in cor eius irruant: vel imergant preter intentionem ipsius et cogitatum oratio tamen tota prime voluntati et intentioni attribuitur et eius est: et propter hoc ex illa et per illam meritoria iudicatur. Omnis enim operatio ex radice voluntatis ex qua est: vel bona vel mala: vel meritoria vel alterius modi iudicanda est. Iuxta sermones beati. Ambro. dicentis. Quia non attendit deus quantum sed ex quanto: et quantum intendis tantum facis. Qui (Ambro.) sermones intelligendi sunt in eis operibusque: que ex radicibus intentionum et voluntatum mutari possunt. Non dico propter illas que in semetipsis male sunt: sicut est fornicari: furari: adulterari: que nulla bonitate radicis bene effici possunt. Facit ad hoc idem sermo beati Gregorii quo dixit: quia nihil habet viriditatis ramus boni operis: nisi processerit de radice charitatis (Gregorius.) Debes autem reminisci eorum que dixi tibi de cogitationibus et alijs in corda orantium irruentibus: que nisi radicem: hoc est principalem voluntatem: et hec est intentio: mortificauerint et ipsam orationem sibi rapuerint: ita vt ex eis et ab eis procedat meritum orationis principale scilicet auferre non possunt. Causa autem in hoc est: quoniam radix tota meriti que principalis voluntas est siue intentio: illesa quantum ad essentiam suam permanet cum ipsis.

¶ De igne et gladio que debet esse in sacrificio orationis. Capitulum. xlvij.

Post hec quoniam oratio sacrificium et oblatio deo acceptissima: que deo in omni ecclesia sanctorum offertur: ad ipsum placandum et reconsiliandum ei totum dei populum: prosequar de ipsa dispositione et perfectione: que sunt conuenientes ei: et per hoc quod ipsa est sacrificium Et iam quidem notum est tibi ex alijs: quia sacrificium est oblatio deo sacrata atque dicata sacrans siue sanctificans etiam ipsum offerentem que etiam hac intentione spiritualiter offertur: videlicet vt ipse offerens per illam deo sacretur siue sanctificetur. Quod si quis querat: quid per huiusmodi sacrificium deo sacrificetur vel sanctificetur? Respondeo quod cor humanum siue mens humana in primis et maxime: et intendo hic de oratione que ad placandum deum offertur a quo atque ad hoc vt ipse offerens reconcilietur ei per illam. Iuxta illud quod dictum est. Sacrificium deo spiritus contribulatus. (Psal. 50.) ¶ De orationibus que pro alijs sacrificandis offeruntur: licet decentissimum atque congruentissimum sit interdum vt cum sacrificio contribulati spiritus offerantur: possunt tamen a viris sanctis qui conscientiam non habent quod sit in eis aliquid mactandum siue mortificandum solo desiderio et intentione impetrandi sanctificationem offerri: sanctificationem scilicet earum rerum quarum sanctificatio per orationes illas intenditur. Et queritur vtrum ab his que mactanda vident in se vitia quecunque vel peccata non satis conuenienter offeruntur absque sacrificio quod predixi: quod scilicet mactentur illa et mortificentur: vel in ipsis orationibus vel ante. Neque enim ad sacra mysteria cuiquam tali accedendum est absque preparatione huius sacrificationis et sacrificij. Propter hoc dictum est in psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Similiter et illud. Eleuatio manuum mearum domine sacrificium vespertinum. (Psal. 140. Ibidem.) Que reuera sacrificium est: sicut coram te sacrificium vespertinum: quod in lege veteri pinguius erat sacrificio matutino. Et quoniam animalia in lege veteri in omnibus sacrificijs mactabantur igne et gladio: volens offerre sacrificium orationis: necesse debet habere ignem et gladium: sicut legitur Gen. xxij. quod immolaturus Abraam filium: portabat secum ignem et gladium. (Gen. 22. b.) Mactaturus igitur cor tuum: quod est dicere mactaturus animam vitiorum et peccatorum et animalium brutalium in corde tuo: accinge te gladio adhibe tibi ignem. Et intelligo ignem spiritualem qui vel ire vel desiderij est. Quod si quesieris a me: vnde vel vbi accipiam ignem istum? Stultissimam dico questionem istam. Hoc enim est ac si quereret: vnde vel ob quam causam irascaris animalibus venenatissimis nocentissimis atque pestillentissimis. Quis videns colubrum vel bufonem quesiuit vnquam hoc: vnde irascar isti colubro vel bufoni: presertim si ab ipso vel morsu vel veneno vsque ad mortem lesus est? Quis vnquam ad hanc inopiam deuenit vt vita ira deesset ei contra hec? Mirum atque stultissime irasceris vnicuique pulici vel musce pro lesione permodica atque leuissima: que nec etiam lesio dici potest: et pro lesionibus mortiferis et mortem eternam irrogantibus: non vides vnde vel qua de causa irascendum sit tibi tam noxijs tamque pestilentibus beluis. Quis vnquam defectum istum passus est non solum miserabilem: sed inauditum et intolerabilem saltem vt ira ei deesset in hostes suos seuissimos et implacabilissimos? Quis vnquam auditus est mendicans iram huiusmodi: quin potius contraria audirentur et videantur incessanter implacabiles et per modum omnem inexecrabiles inueniuntur homines in hostes suos? Et si quando audient importabili difficultate et laboribus intercedentium grauissimis vix induci possunt ad pacem: quantumuis illi hostes sint vilissimorum ac vilipendendorum nocumentorum. Isti autem hostes spirituales super omnem comparationem: imo super omnem cogitatum maiorum lesionum et nocumentorum sunt contra te. De his precepit tibi dominus deus per Apostolum. iij. Col. vt et mortifices dicens. Mortificate membra vestra que super terram sunt: fornicationem immunditiam etc. (Col. 3. a.) Tu autem cum tam iustam causam habeas: videlicet dei preceptum districtissimum: queris vnde vel ob quam causam irascaris tam atrocibus tanquam seuis hostibus tuis. Stupenda patientia tua: si ea videre vel de ipsis cogitare potes: et non totus statim

excādescere in eos:tantoqꝫ furore i iracundie tue ir-
ruere in ipsos. Ista ꝓculdubio est diabolica patien
tia tua: et solus diabolus illam te docuit vt beluas
hmōi seuissimas:que die ac nocte a deuoratiōe tua
non cessant absqꝫ vlla rebellatione et contradictio-
ne sustineas. Unde tibi ista pax maledicta vt ꝯtinuū
bellum et capitale hmōi hostium cōtra te ferre po-
tes? Et quod est super admirationem atqꝫ stuporem
vt eas et hospitio foueas et in penetrabilibus atqꝫ
intimis dom⁹ tue id est conscientie hospicio foueas
pascas:nutrias:ꝓtegas et defendas:oib⁹ inimicis.
eoꝝ fact⁹ inimic⁹. Istud nanqꝫ generale est: vt amato
res omnium vitiorum et peccatoꝝ: impugnatores
B ipsoꝝ: videlicet doctores: predicatores: implacabi-
liter odiant et inorabiliter ꝑsequentur ¶ An accepi
sti hoc ex sacratissimo illo mandato euangelico vi-
Math.5.g delicet Mathei. v. Diligite inimicos vestros: bene
facite his qui oderunt vos. Hoc indubitanter tu fa
cis de inimicis qui gladio omni et igne persequēdi
et exterminandi sunt. Ista patientia et beneficentia
alijs inimicis debet. Istis vero nihil nisi ignis ꝛ gla
dius ꝛ oīmoda exterminatio. Auerte pacē patienti
am ꝛ beneficentiā istam per omnem modū ab oībus
hmōi inimicis tuis:in eis enim nutris:ꝯseruas: cu
stodis: ꝛ protegis mortem tuā. Quemadmodum li
gna arida que de ipsa substantia sua nutriunt ignē
deuorantem illa. Respice miserrime et insanissime
ad damna inestimabilia que iam passus es ab eis.
Et primo ipsam exheredationem tuam a preclaro:
ac inclito regno celoꝝ: et a desiderabili gloria here-
ditatis illius: a sublimitate tam nobilis regni: in il
lud exilium paupertatis et miserie deiecerunt te: ꝛ pa
storem porcoꝝ fecerunt te. Ipsi nanqꝫ porci inferna
les sunt quos incessanter de sanguine tuo pascis et
Job.30.c. morte. Hi sunt de quibus. Job. Qui me comedunt:
non dormiunt. Respice miser ad cōtumelias ꝛ igno-
minias: spectaculū enī obprobrīj te fecerunt omnib⁹
inimicis tuis: et assiduis derisionibus eorum te ex-
posuerūt. Hi sunt demones q̄ irridere te: et subsana-
re non cessant ꝙ ab altitudine tante glorie i ignomi
niosissimā istam veritatem deiecerunt te: qui eras:
adunatus collaudationi et admiratiōi omnium mi
litiarum celestium: nunc pareas oprobrijs ꝛ irrisio
nibus vilissimoꝝ infernalium canum. Attende stul-
tissime qualiter depauperauerunt te: qui etiam nu-
dū atqꝫ miserrimū te fecerūt vestimētis ꝓciosissimis:
atqꝫ speciosissimis imo regalibus: qb⁹ i sacramēto
baptismi de⁹ vestierat: decorauerat ꝛ exornauerat
spoliauerūt: turpitudīe vitiorū ꝛ ignominia abomi
nabili atqꝫ horrifica totum operuerunt atqꝫ reple-
uerunt. Recordare miser quotiēs ꝛ inquantam ira
cundiam exarsisti contra iniuriatores ꝛ damnifica-
tores tuos: ꝛ hoc pro vilissimis ac vilipendissimis
iniurijs et damnis. Nec ad modicum irasceris his
qui tibi grauissimas et intolerabiles iniurias has:
intulerunt: vbi meruerunt apud te istam gratiam:
vt ingrassari eis liceat in te: vsqꝫ in extremas iniuri
as et contumelias et vsqꝫ in extrema damna et sup-
plicia. Unde tibi in easī ue erga ea deo tam odibilis
tibi damnabilis tanq̄ mortifera patientia. Irasce-
Augustin⁹. ris inquit Augustinus seruo tuo ne peccet ampli⁹.
Irascere igitur et tibiipsi ne pecces amplius. Quod si in-
iurie et contumelie damnaqꝫ ab amicis illata grauí
us fieri consueuerunt ꝙ pro grauius ferenda sunt ma
la tot et tanta que tuipse tibi irrogasti. ¶ Am

plius quia nemo potest adeo debitor vel obligatus
esse tibi: vt tuipse es debitor inq̄ pacis et honoris.
Nemo igitur adeo inimicosus esse potest tibi que-
cūqꝫ et q̄tacūqꝫ mala irrigando vt tuipse es tibi.
Quanto nanqꝫ qs maior debitor est alicui in bonis
quibuscūqꝫ tanto magis iniuriosus est eidem irro-
ganda contraria. Quapropter verū est quoniā dixi
ꝙ nemo potest eousqꝫ iniuriosus esse tibi: vt tuipse
es. Nemo igitur potest te magis prouocare cōtra
te q̄ tuipse ꝓuocaueris te cōtra te. Insurge igitur in-
sanissime contra teipsū: ꝛ irascere tibiipsi. Irascere
inq̄ vsqꝫ ad mortē. id est vite mortificationē ꝛ extin
ctionem: qui tam iniuriosus: tam damnos⁹ tāqꝫ pe-
stilens contra temetipsum vidisti. Exurge igitur et
extermina penitusqꝫ cōsume in teipso quicquid ē vi
te istius tā neqꝫ ꝑderti ipsos fōtes radices istius vi-
te ꝛ conuersationis mortifere. Hi fontes ꝛ radices
sunt vitia et peccata. Irascere igitur ipsis de qui-
bus nichil cogitare potes aliquid nisi ꝙ ira omni et
vltione dignissima sunt. ¶ Amplius cum nihil
te adeo prouocare possit: adeoqꝫ tibi nocere vt ista
tibi nocuerunt: vel quibus vel qualibus reseruas
iram tuam: si ista in pace dimittis? Aut igitur exter
mina ea incendio: ne aut ipsa incendia sua exterminis
flammis exurant te. Ipsa enim sunt pabulum et nu
trimenta ignis eterni sibimet. Quid loquar de de-
monibus qui ꝑ huiusmodi satellites suos te i abys-
sos miseriarum in quibus es deiecerunt: ꝛ te in ip-
sis captiuum detinent ꝛ oppressum atqꝫ miserabili-
ter deuinctum atqꝫ conclusum: tam durum tanqꝫ di-
rum bellum ab eis sustines: tanta damna: tantas in
iurias et contumelias: ne ab eis quicq̄ sperare po-
tes nisi eterna supplicia. ¶ Attende q̄ta dementia
tā ꝓpitius es et tā pacific⁹ ꝛ patiens in eos imo tā
sedul⁹ tam officios⁹ seruitor eorū: tā promptus obe-
ditor omnibus mandatis ipsorum. Et vt ad vnum
dicam tortor es tuiipsius ꝛ carnifex immanissimus.
Hoc est seruitium qd a te iugiter expetunt: hec sunt
iussa que continue tibi imperant: vt non solū quas-
cūqꝫ inimicitias ipsorum contra teipsum exerceas
sed etiam crudelissimam carnificinam tuiipsius
vt de sanguine tuo viuo de teipso: membris tuis
et membrorum officijs ipsos assidue pascas: cum
voracitas eorum insatiabilis et inexplicabilis sit.
Considera q̄ palpabiles sunt tenebre tue: quan-
ta insania tua qua omnem brutalem desipientiam
incomparabiliter excedis. Quod enim animal bru
tum inueniri potest morti sue propitium: et deuorā-
tibus se vt ei possibile est non irascens: eidem ꝓ vi-
ribus rebellans? Si tot et tante prouocatiōes ignē
iracundie contra semetipsas ꝛ cōtra prouocatores
ignem ire in te non accedunt ꝛ illum tibi copiose nō
subministrant: non solum hominis: sed etiam bruti
animalis nominatione indignus habendus es. Ne-
qꝫ enim irascibilis in te esse putanda est nisi vel pe-
nitus exterminata vel adeo oppressa ꝛ suffocata vt
de salute ipsius non immerito desperetur.

¶ De igne sacrificij orationis. Ca. xviij.

Gnis vero sacrificio isti necessari⁹ ignis
est diuini amoris: siue cuiuscunqꝫ boni D
et sancti amoris: siue sit charitas depu-
rata illa: videlicet viuifica atqꝫ dei dile
ctio: que nichil mortiferum: nichil pec-
cati mortalis secū patit in ꝓprio subiecto: siue sit a-
lius sanct⁹ ac bon⁹ amor q̄ bona diligāt ꝛ mala odī-

entur. Hoc autem dico: quia charitas ista que est
vitalis atqꝫ viuificus calor: gelitudinem vitiorꝫ ꝛ
peccatorꝫ dissoluens penitus ꝛ omnino exterminãs:
non in omnibus qui se ad gratiam iustificationis:
preparant statim inuenitur: quin potius: precedit
illũ amor quidam preparatorius parans ei viam ꝛ
aptans cor humanũ ad recipiendũ ipsum: quemad
modũ quedam calefactio precedit arsionẽ. Nec du
biũ est quin calefactio hmõi ligna preparat exiccan
do et frigiditatẽ ab eis fugando: atqꝫ vtcũqꝫ calefa
ciendo. Sicut vides in lignis viridibus vel aqua as
persis: que nõ statim vt in struẽ componuntur ꝛ igni
adhibentur ardent: sed postꝙ p hmõi calefactionẽ:
predicta preparata fuerint et aptata ꝛ eousqꝫ calefa
cta vt arsionẽ recipiant. Sic euidenter est videre il
Gregorius. lis que consiliũ beati Gregorij sequentes: faciunt
quicqd boni possũt: vt deus illustret corda eorũ ad
penitentiã. Qua propter amor est eis et desiderium
penitentie: cum eam tam studiose querant: ꝛ ad illã
obtinendam se preparent vt possunt ꝛ a dei misericor
dia adiuuãtur. Huius autẽ dilectiõis ignis quicqd
mortiferi anima humana est virtute sua cõsumit at
qꝫ mortificat. Et de ipsa fornace spiritussancti solꝰ
emicat benignitatis ipsius largitatione sua gratui
ta saluberrima ac per omnia liberalissima: quapro
pter ab imensitate et beneficentia eius petenda ẽ to
tis viribus totaqꝫ deuotione cũ aliunde obtineri nõ
possit. Ceterum: amores alij qui et si nec vitales nec
E viuifici sint: ad vitã gratie tamen preparant ꝛ aptãt
corda in quibus sunt: ac multipliciter adiuuãt in id-
ipsum pcurari posse facilius videri possunt. Et pri
mum quidem inspectione ac meditatione sacrarum
scripturarꝫ. Ignitum enim est eloquiũ dei vehemen
Psal.119. ter ꝛ carbones desolatorij sunt sacra eloquia nec po
test diu in eis versari cor humanũ: quin ab eis amo-
re dei vtcunqꝫ calefiat. Et debet esse potissima intẽ
tio meditantium in lege dei: videlicet vt inde saltem
pparatorie recalescant: tandem vero et finaliter vt
inde ardeant et flãmescant. Ex quo manifestum est
multos scholares et doctores thelogos: qui tanto
numero annorum iactãtes se sacris studijs insudas
se: ꝛ in scholis theologicis cõmoratos: corda non in
Apuleius. sacris eloquijs habuisse: sꝫ auribus vt ait Apuleiꝰ
philosophus: et nõ anima philophatos fuisse: ad si
militudinem serpentuꝫ qui quotiens i aquis natant
caput extra aquam semper teneãt licet toto residuo
corporis aquis immersi natant. Hi sunt salamandre
diabolice: que tantis sanctorꝫ eloquiorum ignibꝰ:
nec ad modicum calescere possunt: nec dicam arde-
re. In hos igitur frustra tantis assiduisqꝫ doctrina-
rũ sacrarum flatibus insufflent sacri doctores: quẽ-
admodum enim in carbones extinctos et ligna viri
dia et aquis aspersa frustra sufflatur cum in eis nul
la scintilla subexistat sanctitatis. Possibile tamen
est et plerumqꝫ fit gratia dei faciente: vt huiusmodi
homines vel meditatione sacrorum eloquiorum vł
auditu calescant, ꝛ inflammentur ꝓpter quod dictũ
Psal.17. est. Carbones succensi sũt ab. Carbones inꝙ qui pri
us extincti ꝛ gelidi erãt. Insufflauit eñi christus do-
minꝰ in apostolos dicens eis. Accipite spiritum sã-
Joh.20.c. ctum: sicut narrat Johan. in. xx. ca. lib. sui. Nec dubi
tandum est illos sufflatione hmõi: vel calefactos
fuisse vel calorẽ sancte dilectiõis in eis adauctuꝫ fuis-
se. Manifestum igitur est ex his omnibus: quia itẽ
dentibꝰ calefieri calore isto salutari: ea de scripturis
sacra ad meditanduꝫ ipsis eligenda sunt que maxime
igne spiritussancti flammescunt. Et hoc ẽ quod do-
cet Greg. super Ezech. dicens: quia cum ad charita Gregorius.
tem cẽdẽdã accẽdẽdã et inflãmãdã: aut in nobis aut
in alijs incendimus: verba in nobis ad hec eligẽda
sunt cui omne quo loquitur igne charitatis vaporat.

¶ Que valeant ad accendendum vel nutrien-
dum ignem orationis predictum. Ca. xlix.

Valet per multum ad hoc consideratio iu- F
gis atqꝫ rememoratio incogitabilis largi
tatis ꝛ benificentie creatoris infatigabili
continuatione: immo semper profundissi
ma. Manifestum eni est id esse beneficia ad calefa-
ciẽdũ cor amor benefactoris qꝺ sunt torres ꝛ ignes
omniaqꝫ ignita ad calefaciendũ corpus calore cor-
porali. Quis eni eousqꝫ obfriguit vt vel leui ac mo
dico ac beneficio in largitorem ipsius aliquo amo-
re non calescat? Quis igitur abscondere se potest a
calore dei. i. amore ipsius qui cognoscat se incessan
ter obrui beneficijs eius: presertim intellecta imensi
tates illorum? Primũ igitur recogitanda sunt cale
fieri vel alios calefacere cupientibus et intendenti
bus: beneficia nature: qualia sunt esse ꝛ vita atqꝫ ea
ex quibus viuimus et sumus. Que quanto ampliꝰ
diliguntur: tanto amore sui largitoris maiori dile-
ctione calefaciunt cognoscentes. Quia igitur sup
beneficia naturalia omnia ista diliguntur: vel amo
re pregrandi amari faciunt deum datorem omniuꝫ
ipsorũ: vel proculdubio ignoratur: deus esse dator
eorum. Ex quo manifestum est: ꝙ modica vel nulla
sit fides ꝛ scientia dei maiori parte hominum. Non
eni potest stare ista fides vel scientia dei: qua cogno
scitur vel creditur actor ꝛ dator esse ipsiꝰ esse nostri
et vite cum isto mortifero gelicidio qꝺ ex minoribꝰ
beneficijs omnimode solueretur. Si eniꝫ nõ est pos-
sibile alicui credere vel scire ꝙ aliquis alterum ocu
lorũ ei vel dederit vel reddiderit: quin caleat amore
magno datoris vel redditoris hmõi: qualiter possi
bile erit vt tanta peruersitas cor humanum ꝑuerte
rit: vt tam longe maiorum beneficiorũ: vt sunt esse ꝛ
vita: deum auctorem ꝛ datorem esse cognoscat ꝛ ip
suꝫ nõ diligat? ¶ Amp. cũ vnusquisqꝫ hoim nõ sit ni G
si qsi qdã acervꝰ ꝛ ꝯgeries qdã donorꝫ ꝛ beneficiorꝫ
dei: proculdubio nõ est vnusquisqꝫ nostrum nisi acer
uus ignium ꝛ rogus ardentissimus ex tot et tantis
ignibus: quot ꝛ quanta sunt beneficia dei congesta
et aggregata in nobis: et ex quibus sunt esse ꝛ vita
ꝛ membra singula ꝛ vires naturales bonaqꝫ anime
naturalia: similiter et bona corporis. Quapropter
flãmis et ignibus maior est rogus iste in vnoquoqꝫ
nostrum: ꝙ fuit fornax illa babilonica. Maior inꝙ Dan.3.c.
super omnẽ proportionẽ et comparationem. Inue
nit igitur vnusquisqꝫ in se fornacem incomparabili
ter maiorem ignium ꝛ flammarum. Quapropter i
semetipso inuenit vnusquisqꝫ nõ soluꝫ vñ caleat amo-
re largitatis tantorum bonorum: sed etiã: vnde to-
totus ardeat ꝛ flãmescat. Et intendo ardore natura
lis amoris: quem recogitatio bonorum naturaliuꝫ
petit. Attende hec frigiditatem diabolicam: quia
rogus totus frigidus est et tanti ignes ꝛ flãme exi-
stunt in vno quoqꝫ homine: ab amore creatoris ad-
huc frigenti. Quid vlterius dicã tibi o hõ ꝛ i audi-
te pene ꝛ icogitabilis ꝑuersitatis? Turpe ignis est
totalis ꝛ fornax imẽsorũ ignũ ꝛ flãmarũ ꝛ tu frigidꝰ.

Quis vsq ad hec tempa audiuit vel cogitauit ignē
congelasse? Factum igitur est in te diabolicum istud
miraculum. Ex quo apparet ꝙ sicut ex luce visibili
est vel ꝓcedit calor sensibilis: sic ex luce spirituali que
est fides seu scientia dei: qua creditur et scitur actor
et largitor vnicus esse bonorum omnium est vel pro
cedit calor ille spiritualis videlicet amor in deum
b et intendo amor in deum naturalis. Ꝙ si considera-
ueris ipsa beneficia dei gratuita: remissionem videli
penarum debitarū remissionem culparum cōmissa
rum: emundationem ab inquinamentis vitiorū ⁊ pec
catorum reformationem et decorationem animarū
humanarum: per dona virtutum: que sunt pulchri-
tudines et perfectiones animarum nostrarū: gratiā
qua nos de imo: imo de extremo vilissime turpissime
q seruitutis in sublimitatem tante nobilitatis inal-
tauit: vt filios dei nos efficeret et heredes ipsā quo-
q hereditatē eternam: que est regnum preinclitum:
et preclarum: inuenies vnūquodq istorum esse maius
incomparabiliter beneficijs omnibus antedictis. Ꝙ
si omnibus calere amore creatoris: forsitan non po-
tuisti ab his tot et tantis ignibus et incomparabili-
ter maioribus qua frigiditate vel gelicidio te dicen
des vel abscondes? Sed in hoc ipso eandem dico
causam esse huiusmodi tam mortifere congelatio-
nis tue videlicet extinctionem lucis fidei et scientie
dei siue defectum. Non enim possibile est hanc lucē
fidei et sapientiam dei radiare super cor humanum:
et non inflāmare illud ardoribus saluberrimus. Ad
hoc igitur totis studijs inuigilandū est nobis: totis
virium animarū nostrarum conatibus petendū: vt
illa luce fidei atq scientia dei ꝑfundamur et irradie-
I mur: alioquin in medijs flāmis tot et tantis frigore
morimur: et quod magis est stupendū et diabolicū
miraculū: congelamur. ¶ Quid dicam de donis et
beneficijs dei: que omnem estimationē nostram om-
nemq humanū et etiam angelicū exuperant cogita
tum? An non est ipse dei filius donum dei et benefici
um incogitabili largitate diuine misericordie ⁊ gra
tie nobis singulis et omnibꝰ datum? Quot autem ⁊
modis et quibus et ad quos fructus ⁊ vtilitates au
diuisti in precedentibus. An nō ipse spiritussanctus
donū est: ⁊ datum est in misericordia et largitate om-
nibus nobis et singulis donās? Similiter ⁊ ipse pa-
ter misericordiarū semetipsum dedit nobis ad oēm
vsum necessarium. Semet ipsum dedit nobis i crea
torem et in conseruatorem et ꝓtectorem: in deum ⁊
patrē: que sunt dona excedētia omnem estimationē
Similiter in regem ⁊ rectorem: in refugium ad om
nem necessitatē. Dedit seipsum nobis finaliter atq
nouissime obtinendū ad plenam grate fruitionem.
Non enī modica aut leuis est ꝓmissio illa quam fe-
Ezech. cit nobis per Ezechielē ꝓphetam dicentem. Ero il
lorū deus. Pregrandis enī gloria est ipm habere de
um: sicut habere patrē. Habere nanq ipm deū ē ha
bere spōsū ⁊ spūali matrimonio illi eē ꝯiugatū. Un-
de alibi debes eē edoctꝰ: qꝛ tota illa glia semp atq
adorāda ⁊ venerāda trinitas merces ē ꝑmiū totū:
qd ⁊ solū bonū oīm sciar intelligētū ꝗtū i ea ē. Qd
dico ꝓpt illas ꝗ iustissime semp ac ꝑ oīa laudāda iu
dicia ipiꝰ tn̄ donū nō adipiscūt. Uides igr̄ euidenē
ꝗ nō prunaꝝ minutijs neq ignitū scintillis: sꝫ montibꝰ
igneis hoc ē igētibꝰ ⁊ vndiq bñficijs te nō solū cir-
cūdedit diuīe largitas bonitatis sꝫ etiā ex illis tecō
didit mirabilē ⁊ struxit ⁊ vt ꝑditi rogū imo fornacē
immensam tam grandiū flāmarum et ignium te fe-
cit. Si tu queris a me dicens: vnde accipiam ignem
vel calorem: vnde calēā dilectione in deum.? Et ego
viceuersa interrogo te: qualiter effugies ardores
istos ⁊ flāmas tam grandes beneficiorū dei: vbi te
abscondes a tantis istis ardoribus? Nec enim effu-
gere potes temetipsum: nec elongari a temetipso: ꝙ
vt perditi rogus tā grandis es: imo fornax imensa.

¶ De memoria beneficiorū diuinorū. Ca. L.

Et quoniam breuis intellectus tuus eo- K
usq vt altitudinem ⁊ imensitatem tanto
rum beneficiorum attingere forsitā ple-
ne non possit: faciam tibi rememoratio-
nem minorum beneficiorum: que quidē quiuis itel-
lectus facile apprehendat. Respice igitur ⁊ attende Nota.
in obsequia creaturarum: que tam officiose ⁊ tam se
dule innumeris obsequijs tibi seruiunt. Et primū
in obsequia sanctorum ⁊ beatorum angelorum quo
rum officia et obsequia que nobis incessanter impē-
dunt: in tractu singulari de ipsis declaraui: nomina
ui ⁊ numeraui tibi. Et vt d alijs taceā: quis satis ad
mirari laudareq sufficit fortissimam vigilātissimā
q custodiam: qua nos incessanter custodiunt mali-
gnos spiritus arcentes a nobis ⁊ cōpescentes eos
ne pro voto sue malignitatis in nos seuiant: absterr-
rentes eos ⁊ diffugantes a nobis: interdum autem
religātes? Deinde quis adeo tutus est adeoq ne-
gligens salutis sue: quis adeo ingratus ⁊ indeuotꝰ:
qui non attendit beniuolentiam ipsorum erga nos
per quam ⁊ orationes nostras offerre deo altissimo
⁊ suas ipsis adijcere non cessant? Quis insꝑ hoc at
tendens nō agnoscat incogitabiles pietatis ⁊ dulce
dinis creatoris diuitias erga nos: quoniam tam fi
deles tam industrios: tam diligentes mediatores i
ter se ⁊ nos nobis dedit? Neq enim cessat sollicitus
do eorū apud deum pro nobis: neq circa nos in om
nibꝰ ꝗ et nobis necessaria esse vel salutaria conspi-
ciunt. ¶ Et idē de sanctis ⁊ beatis aīabus tibi esti-
endū: ⁊ ꝗtū ad officiū iterpellationis pro nobis. An L
quis cause sue piculū ⁊ negotiorū ꝗ expedire habꝫ
corā deo arduitatē ⁊ multitudinē aduertens: tā ne
cessariorū tanq salutariū auxiliariorū: datorē deū
exinde non amare possit? ¶ Quis deniq sanctorū
labores studia ⁊ dolores: quos pro nobis ad dī gra
tiā adducendis subierūt ⁊ sustinuerūt: apostoli: san
cti martyres ⁊ cōfessores omnesq doctores medi-
tando: scribēdo: ꝑdicando: ⁊ multi ex ipsis tormen-
ta inmania passi sunt vel leuiter cogitet: ⁊ non in ip-
sum datorē tantorū adiutorum ⁊ adiutoriorum sal-
tem amore debite gratitudinis vtcūq calescat? Et
hec spūalia beneficia sunt. ¶ Et propterea procedā M
ad temporalia: quorū amor tam facile attrahit. al-
ligat: captiuat: inebriat: ⁊ interdum vsq ad saniam
concitat. ¶ Attende igitur qualiter misericordissi-
mus creator totū celum inclinat in obsequia tua.
Et hoc manifestissime conspicitur in obsequijs so-
lis ⁊ lune: que tibi die ac nocte lumē ministrāt: alia-
q tam multa seruitia que philosophis naturalibꝰ
solis nota sunt tibi tam incessanter impēdunt: i so-
le velut seruum strenuissimū: seruum per omnia im-
pigrū tā mane surgētē singulis diebꝰ ad illuminan-
dū. Et itēdo mane: sūme diluculo ad ministrandum
lumen tibi in gressibus ⁊ in oibꝰ operationibꝰ tuis
simr ⁊ equo tuo ⁊ in oibꝰ aīalibꝰ tuis. Seruit igr̄ ti-
bi sol euidenter: quasi seruus lucernam preferēs an

te: ostendens tibi discrimina viarum: ne in eis cespites
aut corruas: vel etiam offendas ad regendas et diri
gendas vias operibus tuis: que nec bene nec recte
nisi in lumine fieri possunt. Preterea occulta bene-
ficia que per stellas ⁊ planetas nobis incessanter pre
stantur: que paucissimis etiam sapientibus nota sunt.
Respice in aera ⁊ cogita de ventis: qualiter interdum
R serenant: nubes inde diffugantes ⁊ nubila. Interdum
autem nubes aggregant tanquam vasa aquarica: ⁊ ab
aquis plena quasi circumuertentes ea humeris suis
administrandum aquam ⁊ ad irrigandum agros tuos
⁊ vineas: hortos ⁊ prata: nec non ad ipsum aerem hu
mectandum ⁊ temperandum: qui inde salubrior fit ho
minibus et ad expirationem ⁊ respirationes conuenien
tior. Ipsa etiam commotione ⁊ exagitatione ventorum
aer ipse depuratur: ⁊ ad vitam hominum animalium
que spirantium ⁊ respirantium fit aptior. Nec preterea
vtilitates quas venti prestant nauigijs tam maritimis
quam fluuialibus: sed ⁊ molendinorum que solo vento mo
uent vtilitas negligenda non est. Deinde respice in
aquas: ⁊ primum in fluctus vbi sunt pisces: ⁊ non suf
ficies numerare vel estimare commoditates ⁊ vtilita
que per quas tibi prestantur in fluctibus antedictis.
Deinde respice vtilitates euectionum: naualium: ⁊ mo
O lendinorum aquaticorum: ablutionum: irrigationum:
potationum: ⁊ condimentorum in pulmentis: ⁊ occur
ret tibi tanta magnitudo: tanta multitudo vtilitatum: qui
bus tibi seruiunt aque: vt in numeratione et mensu-
P ratione earum deficere necesse habeas. ¶ Post hec
considera terram ⁊ videbis eam tanquam quoddam crea
toris promptuarium ⁊ thesaurarium diuitiarum innumerabili-
um et immensarum. Ex ea enim velut ex quodam
promptuario creatoris: ⁊ victus ⁊ vestitus: ⁊ inha-
bitatio siue tectum nobis assidue ministratur. Ex ea
enim sunt et fruges: et fructus: olera: herbe ⁊ legu-
mina. Ex ea enim sunt et carnes animalium quibus
vescimur ⁊ nutrimur. Ex ea sunt linum et canapium
ad nos vestiendos. Ex ea generantur animalia quo
rum lana ⁊ pellibus: ⁊ plumis induimur. Ex ea sunt
lapides ⁊ ligna et sabulum de quibus nobis habi-
tacula fabricantur. Quis autem medicinas que in
terra gignuntur enumeret? Quis innumeras me-
tallorum: gemmarum: lapidum preciosorum mar-
morumque estimare sufficiat? Quis olei liquores bal-
sami: lactis ⁊ vini ⁊ omnia genera gumi memoriter
teneat? Quis multitudinem venarum terre: varieta-
temque lapidum earum: vel dinoscere vel numerare
potuerit? Merito igitur terra inde promptuarium
ad escas ⁊ vestimenta que nobis inde administrat no
minari. Quantum vero diuitias auri et argenti: gemmarum
ceterorumque omnium que homines diuitias vocant: no
minus recte thesaurum eiusdem diuitiarum creatoris voca
ui: cum in ea tot et tanti diuitiarum huiusmodi thesauri re
positi ⁊ absconditi sunt ab ipso creatore. Nec tibi pre
Q tereundum est quot et quantis vsibus ⁊ vtilitatibus
humanis animalia deseruiunt: et alia quidem eue
ctionibus: alia equitationibus alia agriculturis: ⁊
alia in omnibus et per omnia in vsibus hominum
et vtilitatibus et viuunt ⁊ moriuntur: ita vt carnes
lane et pelles: cornua et dentes: et ipse etiam sup flu-
itates a varijs vtilitatibus non vacent. Quis ei non videt
ex dentibus elephantorum ⁊ cornibus bubulo ⁊ mira orna
menta ⁊ instrumenta fieri? Vides de lignis ⁊ arboribus quam
R multiplicia ceduntur: dolantur: sculpantur in varias ⁊ vtilitates
⁊ vsus hominum. Et alia quidem exuruntur ne frigore sup

fluitas noceat hominibus: alia aptantur in edificijs
vt sint nobis in tectum habitationis et in munimenta
protectionis pluuijs et ventis niuibus atque grandini
bus. Tantis igitur tormentis suis lacerationibus sci-
licet: exustionibus: ad omnes iniurias aeris exposi-
tionibus nobis seruiunt ligna siluarum: ligna vero do-
mestica tanta varietate fructuum. Ligna vero ⁊ arbu
sta aromatica tanta nos reficiunt virtuositate medi-
camentorum conditorum ac odoramentorum. Hec
enim omnia intuenti et diligenti perscrutatione con- S
sideranti: apparet euidenter prelarga beneficentia
creatoris: que tanta inenarrabilitate ac multitudine benefi-
ciorum et donorum suorum ex omni parte nos obruit:
pascit: vescit: circundat: munit et protegit contra om
nia incommoda et nocumenta: vulnerum egritudinum ⁊
infirmitatum corporalium. At de spiritualibus commo
dis et incommodis taceam. Si quis rex magnus re-
gnum totum ⁊ singulas regni partes: omnesque magnates
aliosque vniuersos subditos suos: suis obsequijs deue
rasset: ita vt omnia et singula que regno ipsius sunt ⁊
omnesque ⁊ singuli subditi sui obsequijs tuis die ac no-
cte inuigilarent: an posses te continere ab amore il
lius? Et sic facit et fecit vnicuique nostrum incessanter
dominus deus noster. Nec enim cuique de his qui in
celo vel de celo sunt in parte ista pepercit. Nihil om
nium istorum que eius sunt a seruitijs nostris volu
it esse immune: quia nullum ex angelicarum milita-
rum exercitus: nullam ex sanctis et beatissimis ani-
mabus: nullam ex stellis luminaribus. Et ad hunc
modum curre per omnia quicquid est a summo celo ⁊
vsque ad deorsum seruire nobis facit: si tamen et hoc
dignamur. Ipse etiam infernus non est exemptus a
seruitute nostra vel seruitijs: dum et nobis sui terro
rem et horrorem incutiens a malis innumeris nos
custodit: atque bona nostra nobis conseruat: que si non
esset timor ipsius minime durarent in nobis. Alias etiam
tortor noster est: et vindex omnium iniuriarum et
contumeliarum nobis irrogatarum: vindictas in omnes
iniuriatores nostros tam iustas tantasque exercens: vt
nihil sit quod vltra eas de inimicis nostris requirat
iusticia neque etiam ira nostra. Qui non seruitia nobis
impendat purgatorius ignis: vel locus ipse nomi-
ne suo ipsemet indicat euidenter: dum quicquid purgan-
dum inuenit in animabus hinc exeuntibus: ⁊ ad patrie
celestis felicitatem pergentibus: purificat et eliminat:
mundans illas clarissimas lucidissimasque deo re-
presentatinus remuneratori. De terris ventis ⁊ ma
ribus ⁊ alijs eo compendio tibi satis factum est: vt sup
hoc quicquam vlterius non requiras. Quid dicam de
T ipso creatore quid est trinitas gloriosa vnitas verus
ac solus deus: pater et filius et spiritussanctus: qui
nec sibiipsi in parte ista vel pepercit vnquam vel parcit? Quod
euidentur apparet in spiritualibus beneficijs: que
sunt illuminationes: iustificationes: mundationes
decorationes custoditiones: protectiones ⁊ defensio-
nes animarum nostrarum: a quibus nunquam vacat incogita
bilis pietatis sue dignatio. An potes aliquid cogi-
tare quod cor humanum in amorem benefactoris indu-
cere posset: quod diuina bonitas erga nos negli-
gat: vel obmittat? Addam autem ⁊ aliam considera
tionem que vtinam nunquam recedat a memoria tua.
Respice in vniuersitatem et apparebit quia ipsa est
innumerabilis multitudo ministrorum seu seruien
tium varia dona ⁊ xenia tanquam ex promptuario quo
dam diuine largitatis et beneficentie tibi deferen-

uiū ꝛ offerentium atq̃ presentantium. Que quia vē predixi et ostendi: ignes sunt ꝛ flāme ad calefaciēdū cor humanū amore largitoris ipsoꝝ. Si interrogaueris vnde veniunt: vel quo vadunt: quó tendūt: vl' quid intendunt: Ipsa in veritate respondebunt tibi quia nos sumus innumerabilis multitudo miserationum dei: portantes ignem et flāmas ad calefaciendū cor humanum frigore mortifero congelatum ꝛ penitus extinctum: nec tamen tot et tanti ignes ꝛ flamme gelicidium eius adhuc dissoluere sufficiant. Addam et aliā considerationem in qua non modicum
[X] est admirationis nostriq̃ doloris et confusionis. Dico ego: respice mundum vniuersū: ꝛ videbis ipsum totū ardentē atq̃ flāmantē largitatem et beneficentia creatoris. Ex omni parte illius micāt flāme bonorum et beneficiorum creatoris: si sicut euidenter vides ex p̄cedentibus. Qua ꝓpter manifestum est totum mundū siue vniuersum creaturarū omnium etiā cum ipso creatore fornacē eē totaliter ardētē et vndiq̃ flamantem. Qua propter de mirabilibus diabolicis p̄grande miraculum: non solum ꝙ tanta fornax non te calefacit: sed etiā ꝙ in medio eius positus non totus ea cōflagras. Attende igitur īsanissimū cor humanum vbi te posuit creator benedict⁹ videlicet in medio tot et tantorum ignium ꝛ tā immēse fornacis. Quapropter nō solū calere vlouit ex tot et tantis ignibus efflāmis: sed etiam ardere et esse ignitū. Propter quod de lucifero dictū est. Ezech. xxviij. q2 ipse erat in medio lapidū ignitorum: ange-
[Ezech.28.c] los scilicet qui p̄larga beneficētia creatoris igniti erant: non solū calentes amore ipsius: sed etiā ardentes atq̃ flāmātes in illum. Dicam adhuc et vulgare ꝓuerbiū quo dici solet Qui obruit me aduertat me quod est dicere: capit et a se trahit. Hoc insanissimū cor humanū tibi dicere pōt: q2 tot munerib⁹ et tantis: obruit te de⁹ et omni p̄terea tamē tu nō admittis vel capis vt te attrahat et ad se trahat. Interrogo a te etiam adhuc: quid peccauit deus aduersum te vt eū diligere vel nō velis vel nō valeas: nec tāta fornace tot et tantoꝝ ignium calefieri possis amore ipsius? Sed vt de donis ꝛ beneficiis istius taceam: qualiter defendes te ab īmensitate bonitatis et pulchritudinis ipsius. Illa velut caminus incogitabilis ardoris totam ciuitatem celestē inflāmat atq̃ cōflagrat.
[Y] Inde ardent omnes exercitus militiarū celestium: et oīs sanctorū ecclesia .i. beatissimarū animarū que ibi iam recepte et glorificate sunt. Attende ꝙ bonitatem et pulchritudinem dei tibi p̄dicat incessanter vniuersitas creaturarum. Quemadmodum ꝛ in ipsa ecclesia canitur. Quem terra pōtus ꝛ ethera colūt: adorant p̄dicant. Dic queso que mulier adeo refrigidata vel maleficiata esse pōt: vt iuuenē spōsū: diligere nollet: si die ac nocte predicaretur sibi bonitas ꝛ pulchritudo ipsi⁹? Vide igitur ꝙ mortifera est in frigidatio tua ꝙ stupendum gelicidium . Vel vt verius loquar: ꝙ validū diabolicū istud maleficium quo ita maleficiatus es: vt tot et tantis dei bonitate et speciositate incessanter nullo amore eum caleas: presertim cum innumerabilibus ꝛ inestimabilibus beneficiis cor tuum iugiter se ingerat: et impigat. Dic interrogo te: si venalis est amor tu⁹: quē emptorem alium ꝙ deum expectas? Quicquid mū-
[Z] dus dare potest pro amore tuo: hoc ē dicere: vt ametur a te comparationem eorum que iam dedit deus: et iam continue dare non cessat: atq̃ eorū que promisit et preparauit diligentibus se: nulla sunt. Si vero liberalis atq̃ gratuitus est amor tuus: an est aliquid amore tuo dignū vel bonitate vel pulchritudine cōparatione dei? Immo vt vulgariter loquar in omnibus aliis perditur amor: in eo solo digne ꝛ per omnia laudabiliter collocatur. Q, si amor tu⁹ nō nisi per vim ꝛ violentiā extorqueri pōt a te nec sic fugere vl' abscōdere te a calore ipsi⁹: attēde minas: cōsidera terrores vide ipsū gladio euaginato supeminentē capiti tuo: ꝛ mortem tibi intentantē animē et corporis. Vide eterna supplicia ꝛ ardores sempiternos quibus te traditurum comminatur si nō eū amaueris. Que mulier si talia ei fierent vel interpretarentur cum allegaret violentiam: ꝛ per illam non se excusaret si quis de amore illius culparet eam. Omnibus autem hmōi violentiis longe fortior est assidua predicatio bonitatis ꝛ pulchritudinis dei: largitate ipsius beneficentie ipsius infatigabili cōtinuatione in vnūquemq̃ nostrum ꝓfusissima. Accedunt ꝛ ad hoc nō parue virtutes efficatie: diuine patientia ꝛ longanimitatis ipsius: quibus tam malos ꝛ ingratos in tot et tantis malis vitiorum ꝛ peccatorū suorū tādiu tā benigne: tam misericorditer tam dulciter sustinet ꝛ expectat: miris q̃ ꝛ inefficabilibus sibiq̃ soli notissimis modis ꝛ viis ad misericordiam ꝛ gratiam reuocare ꝛ reducere non cessat. Aggrega igitur hec omnia et inuenies per hec: quia nullum patet tibi refugium ab amore dei. Non etiā est excogitare latibulum vbi te abscōdere posses a calore eius. Et quia cuiuscūq̃ modi vel conditiōis sit amor tuus: necesse est vt in eum te inclines: et ei te conglutinet ꝛ vniat. Siue enim liberalitas sit qꝺ est ad donandum: siue venalis qꝺ est dicere ad vendendum: siue per extorsiones et violentiam suā acquisibilis: nō pōt ipsū auertere a deo cum oēs accusationes ꝛ oīa prouocatoria siue incentiua amoris incōparabiliter maiora et fortiora sint: pro eo ꝙ vix illa cogitari possunt. Non est igitur tibi effugium vel euasio: nisi effugium vel euasiones hmōi ab amore sc3 ipsius extremū vocas periculum. Et est simile: si quis dicat illum euasisse qui extremum atq̃ supremum incurrit periculum: latronem euasisse cum perferat suspendium. ¶ Ad vltimum autē
ponam qꝺ est omnibus prouocatoriis atq̃ omnib⁹ [AB]
incentiuis illis fortissimum. Et hoc indubitanter est amor ille nimius ꝛ incogitabilis: quo ipse prior dilexit nos. Omnium enim incentiuorum ꝛ calefactiuorum: maximum est ignis. Amor autē quo dilexit nos ignis est. quapropter ad calefacienda et inflāmāda corda nr̄a ꝯuenientissim⁹. Ignis ei igne et longe ꝯuenien⁹ ꝛ lōge efficaci⁹ ꝙ alius accēdit. Propter
hoc dicit Seneca. Ecce docebo te amatoriū sub au- [Seneca.]
dis medicamentū: siue carmē siue veneficio. Si vis amari a ama. Propter hoc ipsū dicebat ad deum.
David. Exurge dn̄e in precepto qꝺ mandasti: qꝺ est
dicere: adimple tu illud: ꝛ hoc est preceptū charitatis [Psal.7.]
siue dilectionis: ꝛ nunc synagoga populorum circūdabit te. Cum enim ostendit: imo exhibuit euidentissime in semet ipso: quia diligebat genus humanum: tunc factus est ꝛ ille dilectus hominibus: ꝛ aggregati sunt ad eum: eiq̃ vniti vnitiōe amoris. Hic est ignis a quo neq̃ homo neq̃ aliud animal se abscōdit. Omnes enim homines diligunt diligentes se: ꝛ omne animal diligit a quo diligitur. Et hoc est qꝺ ipsemet dicit ī euāgelio luc. Ignē veni mittere ī

Luc. 12. g. terram: et quid volo nisi vt accendatur. Ignem illum
hoc est singulare illud et stupendum beneficium: ne
separes illud a corde tuo. Ipso namque aduentu suo et
ignem sue dilectionis erga nos ostendendum misit
B C in corda hominum. ¶ Et licet hoc omni largitate be
neficentie sue: sicut predixi: fecerit et faciat incessanter
hoc tamen in singulari et incogitabilis immensitatis be
neficio incarnationis sue: videlicet passionis et mor
tis incomparabilis et incomparabiliter et magnificen
tius fecit efficacius. Hunc ignem igitur applica cor
di tuo iugi recogitatione ipsius: et tene incessanter
per memoriam tenacissimam in corde tuo: et non effu
gies ne dicam calorem: sed etiam huius sancti amo
ris et saluberrimi viuificum ac iucundissimum incen
dium. Ne proiicias a corde tuo cito ignem: sicut mo
ris est stultissimis hominibus: sed quemadmodum cum
vis vel lignum vel candelam accendere: tamdiu coniun
ctum igni tenes illud vel in ipso igne donec accensum
fuerit. Non enim tam cito ligna tactu ignis vel calent vel
ardent: sic cor humanum quam cito cogitat flammam istam di
uine beneficentie: tam cito calere ex illa necesse ha
bet per moram: hoc est: per morosam applicationem pau
latim calescit et tandem incenditur. Causa autem in hoc est
quoniam necesse est profundari in intimis cordis credu
litatem huius beneficii: donec illud inhereat et qua
si radicetur in ipsis. Debes etiam hic attendere ma
gnitudinem ignis istius: de quo ipsa veritas in euan
gelio dixit. Maiorem hac dilectionem nemo habet
Joh. 15. b. quapropter isto igne dilectionis: nullus maior. ¶ Igi
tur manifestum est: quia facile calefieret vel etiam ac
cenderetur cor humanum: si diu applicaretur atque
coniungeretur. Et intendo si diu per cogitatum et me
moriam in illo teneretur. Ex quo manifestum tibi esse de
quam salutaris: quam necessaria est iugis recogitatio domi
nice incarnationis passionis et mortis: et similiter
sacratissime eucharistie: quamque efficax rememoratio
iugisque recogitatio ipsius: quantum nos diligat: qui tam
crebro singulis diebus cum tantis muneribus nos
visitat intelligentibus euidenter ostendit. Et propter
hoc in illo tam venerando mysterio: ignem sacratissi
mi amoris sui mitteret in terram. Pro magnitudi
ne namque beneficii: imo pro immensitate in illo tam ve
nerando mysterio: ignem immensum sue dilectionis
cordibus nostris ingerit et immittit.

¶ De gladio spirituali quo debet mactari ani
ma in oratione vel meditatione. Ca. li.

A Post hec autem aggrediar etiam gladium
tibi dare: vel potius illum vnde accipias
ministrare. Gladius igitur iste spiritus est
siue spiritalis: videlicet verbum dei: sicut le
Eph. 6. c. gitur ad Ephe. vlt. Gladius iste penetrabilior est om
Hebr. 4. c ni gladio ancipiti: sicut legitur ad Heb. iiii. Huius
acumen et penetrabilitas ex doloris penitudinis et
profundatione ipsius cognoscitur atque sentitur.
Quapropter de sacris omnibus eloquiis: illa ad trans
fodiendum cor conscindendum et ad lacerandum eli
genda sunt que cor maxime penetrant et conscin
dunt: maxime dolorem intimum penitudinis ingerunt.
Hec autem quantum capio efficacius hoc faciunt quam mala vi
tiorum et peccatorum nostrorum ostendunt et aggregant. Et
intendo mala et que ipsa sunt: vel iminent ex ordinatione diui
ne iustitie in futuro iudicio. ¶ Inter mala igitur
hoc primum tibi nomino: mortem pessimam pecca
torum que vitam istam extinguit gratie: vel potius
ipsa est extinctio gratie eius. Et hec que animam huma
nam a deo separat: qui est vita beatissima animarum
humanarum: que tanto perniciosior est: quanto gratia
prestantior est quam natura: tantoque magis timenda: quan
to ipsa vita gratie amabilior est quam vita nature. Sa
cra igitur eloquia: que mortem istam tibi indicant
vel ostendunt: procul dubio istam mortem pessimam
ac perniciosissimam ingerunt ac impingunt in penetra
bilibus cordis tui. Unde igitur dolor cordi tuo incu
ti vel ingeri potest: si mors iste cordi tuo dolorem non
ingerit: presertim cum mors etiam corporalis: que
nec vera mors est: nec mortis nomine etiam digna:
maximum omnibus inferat dolorem: Mors inquam cor
poralis vel carnalis carorum tuorum tantum dolorem
tibi ingerit vt vix inde consolationem recipias: qua
insensibilitate mortem istam spiritualem ac pessimam
absque sensu doloris intimi sustines: Dices vtique mi
chi: quia mors spiritualis ista adeo mortificat cor hu
manum: vt sentiri seipsum non sinat: Et propter hoc non
videtur esse mirum: si mortuum cor morte ista spiritu B
ali: nec ipsam mortem nec aliud de incommodis spiritu
alibus sentiat. Vere vtique dicis et verum dicis: sed
reminisci debes: quod verba dei spiritus et vita sunt: si
cut dicit veritas Johan. vi. Audiuisti etiam in pre Joh. 6. g.
cedentibus quia illa est virtus mirifica verbi dei: vt
etiam mortui illud audiant. Lazarus illud audiuit
qui quatriduanus putrescat in tumulo. Ea est im
periositas vocis dei: vt mortui illi obediant: sicut
apparet de ipso Lazaro: qui vocatus voce saluato Joh. 11. f.
ris cum esset mortuus obediuit eidem: Jussus namque
venire foras de tumulo statim prodiit ex illo: quamuis
ligatus pedibus et manibus insistit. Quamdiu igitur mor
tuus est hac pessima morte peccator: vocem dei non
audiuit: quando autem audire incipit illam: tacito
et aliquo modo viuit: non autem vita gratie: que mor
tem omnino extinguere et exterminare sufficiat. Et
propter hoc semiuiuum huiusmodi peccatorem vocat domi
nus in euangelio Luce. x. Habet enim indubitanter:
aliquid vite qui mortem suam in qua fuit vel etiam est Luc. 10. f.
adhuc vtcunque videt et conspicit. Plus autem habet
vite si vel modicum dolet de morte huiusmodi: plus habet
vite si de ea etiam vel leuiter erubescit: plus etiam
si morti huiusmodi irascitur. Plerumque enim prius lumen
aliquod salutaris cognitionis recipit visus interi
or quam affectus recipiat aliquid vite spiritualis. Et
hoc est quod dicit. Augustinus super ps. videlicet
quod preuolat intellectus: et sequitur tardus vel nullus Augustinus
affectus Et intendo quia preuolat intellectus ad vi
dendum mortem istam vitiorum et peccatorum vtcunque: tacet au
tem adhuc mortuus affectus. Et in ipsa tyro qui re
nouatur: et iuuenescit: et cum ipso spolio pelli sue ve
tustatem deponit: verum circa oculos incipit et fie
ri ista renouatio: quoniam pellem vetustam de circa
oculos primum eiicit et deponit. Sic fit in multis pec
catoribus: quia renouatio et sanctitas spiritualis et
vel vita potius incipit eis fieri in oculis cordis. Et Act. 9. d.
de illa vidua quam petrus apostolus suscitauit in
actibus apostolorum. videlicet dorcas quod ipsa pri
mum aperuit oculos: et viso petro resedit. Eui
tur ad cibum id est cum querūt ad medicinam. Sci
ens enim ipsam aque substantiam querit vt ipsam
intra se recipiat et sibi incorporet et nutriat: volēs
autem lauari non aquam ipsam sed magis quod ex
ipsa ē mundiciam querit. Et licet veruz sit q̄ baptis
male sanctificatione prestetur fidelibus vt vnitate
ac vnione gratie cum ipso deo vniti efficiantur. Et
tota etiam trinitas beata et benedicta se infūdat vl̄
vniat dicta vnione: cū illo sacramento propter per
se mundatio et renouatio ac regeneratio et in eo q̄

tales queruntur et nullomodo refectio vel satietas
In eo q̄ refectio vel satietas. Non enim interroga-
tur baptizandus vtrum velit sacramento refici vel
satiari immo magis vtrum velit baptizari. In hoc
ergo sacramento altaris ipse vite panis a fidelib⁹
q̄si eos vt ipsemet seipso reficiat et repleat eisq̃ ipse
in visceribus cordiū ipsorum inhereat et vniuoce in
separabilis amoris eisdem ipse vniatur et ipsi illi.
Apparet aūt ex hoc substātia panis materialis at-
q̃ inuisibilis in illo sacramento post aduentum cele
stis ac viuifici panis nullatenus remanere. Nullū Trāsubstā-
eni vsui seu fructui necessaria est ibi nisi propter su tatio panis
stentationem accidentium ipsius. Quare accidētia
simul accepta putamus formam panis visibilem.
Non indiget aūt omnipotens virtus viuifici panis Accidentia
illo fulcimento: cum ipse sit portans omnia verbo
virtutis sue. Sicut legitur in. i. ad hebre. ¶ Amplī⁹.
Conuenientius est vt ipse portet et sustentet virtu-
te ꝓpria formā sibi suiētē ꝛ pstētā ipsius q̄tenus valet
ondētē q̄ alia substātia marie cū ex tūc aliā substan-
tiam non indicent neq̃ ostendant. Hic aūt intelliga
tur veraciter diximus portet vel sustentet non eomo
do quo substantia panis materialis ea parabat p̄-
us: ea eniz portabat vt sua scilicet candorem vt quo
erat candida saporem vt quo erat sapida et rotun-
ditatem vt quo erat rotunda. Panis aūt vite nō vt
in se habens ea: sed ad iudicium presentie sue et sac̄
menti mysterium saluat ea ꝛ cōseruat in eē suo. Am
plius. Dignum et iustum est vt adueniente vero ac Nota.
viuifico pane cedat ei materialis ac visibilis panis
substantia et recedat ab accidentibus et forma sua
visibili relinquens eam ministerio tanti sacramen-
ti cui ipsa forma necessaria est. Substantia aūt sup
uacua omnino ibi esset et omnino inutilis. Siue ei
sumeretur et comederetur illa substantia siue nō om
no inutiliter ibi esset. Inutiliter eni comederet cuz
nec opus hoc ibi sit nec huiusmodi comestio ibi q̄-
ratur. In tanto eni sacramento in tanto dei opere a
liquid esse superuacuū vel inutiliter impossibile est
Qz aūt ibi sit et non comedatur faciēte eo qui su-
mit ad comestionem ptinent videlz masticante: sapo
rante: et trāsglutiente: secundū naturam ipossibile
est. Nec est contra naturaz nullomodo imo secundū
naturam est eiq̃ conuenientissimū nec iniuria eius
est. imo iusticia et ius creatoris vt ei aduenienti ho
norem deferat. Relinquēs ei penitus locum suuz. et
alia sua que ab eo habebat fruitio ipsius. Et hec est
qd̄ pia ac veridica fides in isto sacramento et tenet
et predicat vcz q̄ panis materialis atq̃ visibilis ad
uenienti pani viuifico velut creatori honorem defe
rens locum suum relinquit et formam visibilē sacra
mentali seruitio ꝛ mysterio ipsius: ꝛ hec est intentio
verbi transsubstantiationis: transit⁹ scz substātie pa Trāsubstā-
nis materialis atq̃ visibilis ad aduentū viuifici pa tiatio qd̄.
nis saluata forma id est varietate accidentiū ad mi
nisterium sacramenti. Nō eni potest dici generatio
viuifici panis ibi fieri cum prius esset illesus in in
teger. Neq̃ corruptio panis materialis cum ei⁹ for
ma substantialis ibi non maneat imo esse desinat.
Et materia ipsius formam panis vite non inducit
neq̃ materia ipsius panis vite addatur nullatenus
vel accrescat. Si eni alterutz horum eēt: non effuge
remus vllatenus quin generatio eius fieret que est
acquisitio forme substātial'i priori materia aut cre
mentum eiusdem: quod non est nisi inquisitio mate-

ris impriori forma. Cum aūt in verbis sanctorum legitur q iste panis fit corpus xpi vel conuertitur in ipsum ad intellectum et intensionem quādixim⁹ trā substantiationis referendum est. Transubstantiatio vero vere contraria est corruptioni secundū quod de ea intēdit philosophus naturalis. In corruptiōe enī omnia penitus destruuntur: preter primū qđ ē materia. In transubstanciatione aūt nihil omni no remanet de pane preter nouissimum vel vltimum qđ est accidentium sensibilium varietas siue sensibilis forma. De his aūt perscrutari diligentius atqꝫ diffusius plixitatem nobis induceret et preter propositum esset. Sufficit enī ad pietatem fidei quā hic intēdimus stabilire credere et tenere q sub forma panis materialis atqꝫ visibilis in altari post benedictionē sacerdotalem rite factā apponitur panis vite: et sub forma vini visibilis potus vite. Et intelligimus nō solum ipsum xpm solum secundum formam diuinitatis panem esse vite: sed etiam potū vite. Sed etiam corpus eius quod pro nobis in cruce pependit et sanguinem. et hoc declarabimus in sequentibus ipso illumināte et adiuuante. Verum reuertimur primum ad id in quo eramus et dicemus quia mensa altaris mensa animarum est non corporum. Et q̄si pater misericordiarum prouidit mēsam alendis et reficiendis corporib⁹ humanis que omnino necvtilia sūt nec curanda nisi propter animas: multo fortius prouidit animabus nostris mensam congruentē eiusdem refectioni et alimentis eisdem. Quia ergo manifestū est corporalem cibū refectioni animarum omnino non esse vtilē quemadmodum et cibū spiritualem palam est omnino inutilem esse corporibus. Manifestum est in mensa altaris postq̄ mensa animarum effecta est nihil habere corporalis cibi vel potus. Alioqnin non solum superuacue illud haberet sed etiam ad illusionem et ridiculum. Quēadmodum enim si corporibus reficiendis apponeretur cibus spiritualis illuderetur eis. Sic et in mēsa animarum cibus corporalis ad illusionem animarum tantum esset et ridiculum. Manifestum ē ergo post benedictionem sacerdotalem rite factam in altaris mensa nec panem esse corporis hoc est materialem nec vinum. Ex tunc enim mensa est animarū Totum autem qđ ante in ea est vel sic preparatio est sicut preparatorium ad spiritualem refectionem et mensam animarum. Placuit autem clementissimo miseratori omnium deo declarare istud congruenti et decenti miraculo. Cum enim quidam formis illis panis et vini subesse crederet veras panis materialis et vini substantias. aliis cibis vti nolebat et propter hoc in multa quantitate cōficiebat. iuxta quod ad sustentationem corporis sibi sufficere estimabat. Hinc est q infra paucos dies deficiens absqꝫ alteri⁹ morbi occasione. ipso experimento defectus dicere potuit non sub esse formis illis q corpus eius nutrire vel sustentare valeret: cum substantiā impossibile sit nutriri accidentibus. possunt quidem accidentia et sitim extinguere et fame sedare. Cum enim sitis calore vigeat et siccitate: frigiditas et humiditas ratione contrarietatis illas indubitanter extiguere possunt virtute sua naturali siue essentiali. Similiter et cum fames vacuitate vigeat vt ita naturalis fames nihil aliud esse videatur quam sēsus vacuitatis vel euacuatio stomachi vel in ipso stomacho. Quātitas autem corporalis per se et substantialiter repletiua sit loci siue vacui. Manifestum ē q ipsa quātitas ratione contrarietatis naturalis quam habet ad vacuum sicut potest tollere vacuitatem sic et sensum ipsius. Quare et famem: cum fames sit sensus ipsius. Q' autem substantia nutriri non possit accidentibus inde manifestum est. quia si posset eis nutriri posset et augeri: cum et augmentum sit ex superhabundantiā nutrimenti. preterea subtracta occasione accidentium posset diminui substātia. si hoc esset et ita de substractione lucis minueretur aer de nocte. et eadem ratione additione eiusdem cresceret de die. Accideret etiam et hoc accidentia posse comedi et bibi. Non negamus autem odore quodam posse nutriri corpus sed odor iste est vaporosa substantia non accidens. Odore autem qui accidens sit impossibile est.

In corruptione oīa destruūtur preter materiam.

Fides nostra.

Mēsa altaris est mēsa animarum.

Nota.

Miraculū.

Fames qd

Substātia nō pōt nutriri accidētibus.

Nota.

¶ Ostendit deinceps christum in forma humana necessario adesse huic sacramento: scꝫ ex triplici officio pro nobis ab ipso deo suscepto: scꝫ sacerdotis, aduocati et medici.

Post hec tēptabimus etiā astruere quia panis vite in forma humanitatis et necessitate est in mensa altaris: postq̄ effecta est vt diximus per sacerdotalē benedictionē mensa animarū et declarabimus etiā cū hoc q caro siue corpus ipsius cibus est animarū. Et sāguis ei⁹ similiter potus animarū et faciemus sciri qualiter hoc est. Quia ergo iam declarauimus supra in tractatu quē vocauimus cur deus homo ipsum deū ac dei filiū tria pro nobis spiritualiter officia suscepisse videlicꝫ sacerdotale eo q minor sacramētādo generi humano et cure totius ecclesie generis humani sufficere non poterat. Deide aduocati eo q per minorē aduocatum totius generis humani causa agi nō poterat. Tertio medici eo q per minorē totius generis humani lesiones vulnera et morbos curari nō erat possibile. Quia in officio misterria ista agūtur immo ipsū officiū quodāmodo ista tria ē officia necesse est in officio misse tria hec illū agere. Immo in ipsa missa tria hec illū officia exequi vel implere Officiū enī misse sacramētationē et sanctificationē totius populi dei esse nullū dubiū ē. Quia ergo fidelissimū sacerdotē ad sacramentandum populum siue quemuis de populo siue ad sanctificandū: rite vocatum si cōmode possit aduenire necesse ē et etiā non vocatum per nuntium sacerdotem rite in missam et altare que misse sūt agentem: vocatur iste summus sacerdos per insinuationem ad minus et necessitatem executionis: licꝫ vocatio adeo fidelis sacerdotalis et necessitatem executionis officij sui plenissime videntis necessitas nō sit ad missam: ergo vt sanctificationis et sacramentationis impleat in ea officium ipsum venire necesse est. Venire autem in eo q sacerdos Non autem est sacerdos nisi in eo q homo et in humana forma. Necesse est ergo ipsum interesse misse in eo q homo est et in forma humana.

Deus christus tria pro nobis officia suscepit

Missa.

¶ Amplius quia sacerdotale officium quod est sanctificationis non expletur nisi per hostiam qua gratia sanctificationis populo impetretur. Nulla aūt hostia impetrare potuit nisi ea quam ipse in ara crucis obtulit. et hoc est ipsemet secundum q homo sicut dicit Apostolus in ix. ad hebre. Quia semel in consummatione seculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. Similiter in. x ad hebreos. Sanctificati sumus per oblationem corpo-

Nota.

Christus sacerdos.

ris christi iesu semel. Et aliaque eodem expresse legũ
tur ibidem. Necesse est ergo hunc aduenire et offi-
cio sacerdotali suscepto ad sacrificandum seu sacra
mentandum populum per hostiam suã. Iuxta hunc
modum qz fidelis aduocatus necesse habet interẽ
cause quã coram agendã suscepit si possit quotiens
causa agitur ipsa vel presentiam eiusdesiderat. Cã
Christ⁹ ad-uocatus — aũt totius ecclesie in missa agitur scz coram deo pa
tre tanq̃ per procuratorem sacerdotez. Necesse ergo
habet interẽ causam agere huius aduocatus. Nõ
aũt est aduocatus neqz causaz agit nisi inq̃tũ homo
est. Necesse ergo habet ibi esse et assistere procura-
tori sacerdoti maxime qz sacerdoti maxime quia cã
ista non agitur nisi per interpellationem et non nisi
ex ore eius digna est suscipi et per mun⁹ qd ipsemet
est qd et nisi ipsemet obtulit deo patri acceptum eẽ
non potest munus aũt istud ipsemet est. Tertio qz o
Christ⁹ me-dicus — portet fidelẽ medicũ egrũ quẽ curanduz suscepit vi-
sitare quotiens infirmitas requirit. Et hoc ẽ vnguẽ
tis z medicinis que curationi eiusdez necessaria sũt
si possibile est medico possibile est aũt huiõi medi-
co quicquid vult quicqd possibile est qz ergo tota ec
clesia sua imo vnusqsqz de ecclesia sua eger est. Hoc
est medicatione indiget siue ad curationem siue ad
conseruationem siue ad preseruationem siue ad cõ-
uersationem quem ad curandum mirabili miserati-
one suscepit necesse habet ad curandum ipsum quo
tiens opus est venire: opus est autem quotiens de
medicatione eius agitur et sanationi eius intendi-
tur. Qz ergo ad hoc missa agitur et quicqd in ea
fiat vt huiõi medicationis impendat officiũ et sani
tatis beneficiuz. Necesse habet misse officio interẽ
et hoc in eo q̃ medicus hoc est forma humana et cũ
allabastro omniũ vnguentorũ spiritualiũ q̃ in cruce
factum est. Hoc est humanitas ipsius. Sicut legitur
xiiij. marci vel cum ipsa carne que est cathaplasma
contra omnes dolores et lesiones spirituales sicut
antidotum solidissimum atqz firmissimũ contra om
nes humores noxios vitiorum et cum sanguine suo
qui est velut syropus mulcebris atqz dulcissim⁹ atqz
tanq̃ medicina liquida valens contra omnes aiaz
languores z vulnera. Quorum duorum virtutes in
ipsa dominica passione potissimum claruerunt. Si
cut etiam iam in prenominato tractatu declaraui-
Nota. — mus. ¶ Amplius. Postulatus pater familias a fi-
lijs naturalib⁹ siue carnalib⁹ panẽ illũ necessariuz
ex ipsa naturali pietate atqz iusticia denegare nõ po
test. Q̃to ergo fortius pater spirituum deus in quem
omnium oculi sperant panem spiritualem filijs spi
ritualibus porriget et hoc pro congruentia paruu-
litatis siue virilitatis ac perfectionis eoruz. In for
Christus in forma hũa-na panis ẽ puulorum — ma enim humana panis est paruulorũ christus dñs
in forma enim diuina non est esibilis vt supra osten
dimus. Attende aũt q̃ quatuor ista que nominaui-
mus et numerauimus officia xp̃i hominis sunt id ẽ
sm q̃ homo et omnes postcõmuniones missarũ ad
ista quatuor referuntur. Qualibet ei post cõmunio
nem aliquod istorum petitur sanctificare eũ vt sacer
dos et hostia et interpellare vt aduocatus z iusticia
et mederi vt medicus et medicina: et pascere vt da-
pifer et esca non nisi mediatoris est inq̃tum media-
tor. Et propter hoc tota missa principaliter est xp̃i
officiũ licet sacerdos et alij nonnulli adhibeant my
Misse cele-bratio quid — nisterium. Quapropter euidens est missarum solẽ-
nijs ipsum necessario interẽ z quatuor ista officia

in eisdem adimplere. Attende etiã qz misse celebra-
tio diligenter intuentibus non est nisi ppli sanctifi-
catio per inuocationem diuini nominis et sacrifici-
ciũ et actio seu ventilatio cause eiusdem populi co
ram deo per preces et munera et meditatio eiusdẽ
populi siue potionatio spiritualis tanq̃ per antido-
tum et syropum et refectio siue cibatio eiusdez spi-
ritualis tanq̃ per panẽ z vinum et ista quatuor eui
denter in postcommunionẽ petitionibus cõtinent.
¶ Amplius. Quia natura inditũ est cordibus hũa-
nis et consuetudine vsqz firmatum vt cõmunio cibo
rum corporalium cõmunionez dilectionis in eis gi
at et nutriat: maxie autez erudibiles siue docibiles
sumus eis vijs p quas facilius et magis docibiles
sumus. Ille autem sũt vt diximus quas ipsa consue
tudine z vsu iam notas habuim⁹. Quare cõmunio
nem sacram cibi spiritualis z sancte dilectionis ha
bere docendi eramus et si cõmunia cibi corporal' eo
vsqz ad cõmunionem dilectionis sibi congruentissi
Nota — deo valet et pficit. Quãto fortius cõmunicatio sa-
cre refectionis ad obtinẽdam vel nutriendam sãcte
et sincere dilectionis cõmunionem valebit z si pter
illam mensa corporalis refectionis paranda est: q̃-
to fortius pter hanc viuifice dilectionis cõmunio
nem mensa spiritualis refectionis a sapientissimo
amantissimoqz patrefamilias in domo sua filijs su
is ac famulis parabitur. ¶ Ampli⁹. quia amor iste
panis vite vera ac spiritualis comestio ipsius ẽ ne
cessario esse amabilem erit esse comestibilem z esse
mag; amabilẽ et p cõsequẽs mag; amabilis mag;
comestibilis. Quia ergo per hoc q̃ homo pro nob
est passus magis amabilis non dico pter hoc ivia
ista necessario per hoc et magis comestibilis nobis — Nota.
vt nunc. Quare per hoc et vt q̃rum talis nobis ap
ponendus hic necessario. In forma ergo humana
quã pro nobis suscepit et in qua pro nobis pati di-
gnatus est necessario est i mensa spiritualis refecti
onis apponẽdus. ¶ Amplius. Qd maxime suadet
et ingerit amorez signum ẽ ipsius amoris quo ama
re se ostendit qui amari querit. Omnium aũt signo
rum amoris certissimum est mors pro amato susce
pta. Omnis eñ certitudo in omni corde humano q̃ — Mors cer-tissimum si-gnũ amoris
si vna prima et primis impressionib⁹. Hinc est vnu
quisqz dicit ad probationem amoris quo amari se
credit ab alio adeo me diligit ille q̃ pro me si op⁹
esset moreretur. Manifestum est ergo quia q̃ maxi
me cordibus nostris vnit vnione amoris panem vi-
te: mors est quam pro nobis pertulit: quare inq̃tuz
p nobis mortuus z in tantum maxie amabil' in cor-
dibus nostris: maxie vnibilis quare spiritualit' ma
xime mãducabil' z propter hoc maxime in forma il
la apponendus. ¶ Amplius qz tota vita gratie simi
tudo quedam est licet per modica longissimeqz di-
stans ab illa vita glorie: necesse est vt quicquid ẽ isti
us vite scilicz glorie z vmbram et similitudinez sibi
respondentem habeat in vita gratie. Quare refe
ctio glorie habet similitudinem z vmbrã sibi respõ
dentem in vita gratie vt quẽadmodum dies pleni
luminis glorie habet hic velut diluculum et tanq̃ te
nebrarum crepusculum scilicet fidei et scientie vel al
terius: quales conueniunt vite et sic plena refectio
glorie habet pregustationem percennem huius vi
te. Similiter mensa mensam z appositio appositio
nem. Mensam ergo et appositionem panis vite xp̃
gustationem eius de comparatione future refectio-

tis per tenuissimam in via ista et in domo dei esse necesse est. Et quia iam diximus quia in gloria forme sue non est hic esibilis panis vite nec pregustationi ullo modo congruit forma illa necesse est et sub alia forma presentes convivas invitet et attrahat et ipsum panem vite pro captu paruitatis eorum ostendat apponi necesse est. ¶ Amplius. Quia non est minor virtus quam querere parta tueri. Sed pro uno lapsu ade semel offerendus fuit filius dei in ara crucis ut alibi ostendimus: ergo et pro quotidianis quotidie et pro assiduis assidue pro ut eis congruit et pro conservatione acquisitorum quamdiu in periculis sunt necessario offerendus propter quod autem primum per mortem offerendus fuit ut redimeret omnes ex eo regeneratos quemadmodum adam perdiderat omnes uno peccato ex se generatos nos iam alibi declaravimus. Hic autem dicimus quia redemptorum conservatio et quotidiana peccata venialia iuge et quotidianum requirunt sacrificium et assiduum sacerdotis officium omnium autem sacrificiorum que per sacerdotem offerri possunt ipse sacerdos christus acceptabilissimum est et placabilissimum quippe tota fornace charitatis succensus hoc est ardens et flammans tota eminentissimarum virtutum suavitate odoris imo flagrantissimus ac pro ipsa sanctitatis excellentia deo patri gratiosissimus huiusmodi ergo sacrificium iuge et quotidianum esse quotidiana peccata requirunt. Quod nisi in ecclesia sua quotidie et ab eadem offerretur non impleret ipse in ea officium sacerdotis nec ipsa eius ecclesie verе religionis deo impenderet cultum. ¶ Amplius cum sacerdotis sit preces et vota populi offerre que nunquam ea puritate qua decet offeruntur: nunquamque acceptabiliter nisi sacerdos se ipsum primum offerat. In missa autem preces et vota totius populi ecclesie dei que tot tanta sunt offeruntur. Presentem ergo oportet esse sacerdotem qui hec offerat deo patri. ¶ Amplius. Ovium et boum et ceterorum animalium quorundam grate erant deo aliquando oblationes propter devotionem et obedientiam offerentium: cum animalia illa nihil habeant omnino in se quod deo debeat esse acceptum pro aliis. Quanto fortius hostia hec de qua loquimur verus homo dei filius omni placatione gratiositate omnique virtute refertissima deo patri gratissima erit et acceptabilissima pro quibuscunque offerri voluerit. Qua propter de tali ac tanta hostia providendum fuit ecclesie dei cum de suo invenire non possit quod pro peccatis quotidianis offerret. Sic enim morbis eius et egritudinibus per medicinam provisum fuit a deo sic et paupertati qua quotidianis offensis sufficientem oblationum non habebat sue largitatis divine beneficentia consulendum. Nos autem capitulum declaravimus in sequentibus quod sine hoc iugi sacrificio non impleretur nec perficeretur pro statu huius vite dei cultus. Cum enim iuges immo continue offensiones quarum nec numerus est nec mensura iugem et continuam interpellationem requirit seu dei propitiationem continue accusationes iugem ac continuam defensionem seu advocatum evidens est necessitas sacerdotis semper viventis interpellantis pro nobis. Ad hebre. vii. Similiter et advocati qui etiam propitiatio est sicut legitur. i. Ioha. i. Continuas autem ideo diximus offensiones quia nec hora nec momentum reperiri potest in quo non inveniatur offensio aliqua vel peccatum alicuius ex tanto populo. Accusationes etiam diximus iuges et continuas propter malignitatem diaboli. De qua scriptum est apocali. xii. Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat eos die ac nocte ante conspectum domini. Quod si quis dixerit quod ad repropiciandas tot et tantas offensiones et ad elidendas seu retundendas tot et tantas accusationes sufficiebat tanta numerositas sacerdotum et clerici quorum officia sunt interpellatio repropiciatio et advocatio seu patrocinatio aliarum apud dominum deum. Presertim cum in hoc habeat auxiliatores tot milia millium sanctorum angelorum et totam illam preclaram celestem curiam. Respondemus quia tanta numerositas sacerdotum et clerici nec etiam propriis offensionibus repropiciandis sufficit nec in propriis causis satis est coram deo proprie patrocinationis defensio: presertim cum offensiones et peccata sacerdotum et cleri scelera sunt et monstra comparatione offensionum et peccatorum populi. Quod autem inde sanctus angelus dicitur quia inter celestes virtutes quecunque ibi reperiri potest prestantior deoque acceptior vix sufficit onus suum portare et ut de aliis officiis vel oneribus eorum si qua sunt taceamus vix sufficit gratiarum actionibus referendis pro donis que iam accepit et adhuc continue recipit. Si quidem et continua irradiatione prime et inaccessibilis lucis illustrantur et continua inundatione torrentis voluptatis inebriantur. Ista autem duo officia que diximus non sunt sanctorum angelorum propria officia nec propter illa vel creati vel constituti licet ea interdum pro electis assumunt sicut legitur in. i. Ad hebre. Quia sunt administratorii spiritus missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Tot ergo et tam ardue cause immo tam miserabiles et desperate proprium merito requirunt advocatum cui patrocinium earum proprie incumberet ex officio. Si enim princeps reipublice mundane pro supplendo defectu imperitorum ne ius eorum temporale deperiret publicos advocatos constituit in succursum imperite litigantium. Quanto fortius princeps universitatis deus universorum et singulorum in sufficientie consulens et periculis eterne damnationis occurrens publicum advocatum toti generi humano constituit qui causis universorum et singulorum et agendis et etiam relevandis sufficeret qui in consistorio eius et ante tribunal ipsius pro omnibus pro quibus iustitia permitteret staret. Alioquin curie eius et consistorio non parvum perfectionis deesset si miseris et imperitis sibique non sufficientibus sufficiens advocati deesset patrocinium. Nulla tenus enim in ultime perfectionis et sufficientie curia seu consistorio deesse decet qualem requirunt excellentia advocatum hoc est qui merito sit omnium refugium miserorum. Iuxta hunc modum etiam diximus quia dum tempus est tantarum offensionum atque peccaminum non esset completus dei cultus ac usque quaque perfectus si de propitiatione non esset provisum. Cum enim tres sunt intentiones divini cultus vereque religionis videlicet dei honorificentia in quam primum et maxime incedit. Deinde impetratio veniarum. Tertio acquisitio gratiarum. Manifestum est multum deesse divino cultui pro tempore quod diximus tantarum offensionum atque peccaminum si desit impetratio veniarum quod si defuerit et acquisitio gratiarum pene vacuus et nullus erit quantum ad dei honorificentiam cum honorificentia deo

Ovidius.

Nota.

Tonsilitur (?) offensionum.

Peccata sacerdotum monstra.

Nota

Angeli spiritus administratorii.

Christus omnium patronus.

Tres intentiones divini cultus.

impensa nec obsequia dicenda sunt nisi eidem grata et accepta sint: vt a sit talia sint grata sola facit. Cum ergo cult⁹ sine sacerdote null⁹ ē sit vtiqꝫ sacerdote q̄ oib⁹ culp̄ et repropiciādis oib⁹ venijs ipetrandis oibus gratijs obtinendis sufficiat diminutus est ꝛ incōpletus dei cultus. In nullo aūt operum suorū adeo honorifica est deo adeo vtilis et salubris hoibus perfectio sicut in eiusdem cultu ac religione.

¶ Cum ergo in alijs imperfectio non sustineat. Neqꝫ enim in corpore vnius pulicis aut musce vnius membri defectum sustinet ꝛ supercilio tuo pilū vnū deeē noluit: multo minus in hoc. Quapropter de tali sacerdote ꝛ sacerdotio generi humano prouisum est.

Usqꝫ ad sacerdotium xp̄i cult⁹ diminutus fuit

Et si quis dixerit ergo vsqꝫ ad christi sacerdotium dei cultus incōpletus et diminutus fuit: verum plane dicit sicut expsse dicitur in. vij. Ad hebre. Et reprobatio fit precedentis mandati propter infirmitatem eius et inutilitatem. Nihil enim ad perfectū adducit lex. Et iterū. Ad romanos. viij. Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur ipsa lex supple: deus filium suū mittens in similitudinem carnis peccati et de peccato. Dānauit peccatum in carne vt legis iustificatio impleret in nobis. Et si queratur quare tot milibus annorū sustinuit deus imperfectionem istam et diminutionem in cultu suo: quare nō prius et glorie sue et saluti nostre consuluit. Iam p parte respondimus in isto.

Obiectio cū rñsione

Si ei elementa seu rudimenta et quasi alphabetum perfectionis diuini cultus vix paucissimi in mūdo id est sola gens hebreorum miraculis inducta totqꝫ et tantis flagellis quodammodo compulsa recipere potuit cum etiam esset in hac quasi hereditaria et patrum eruditione adiuta. Quanto fortius mundus totus et excōmunitas hominum ad tantam perfectionem ineptus fuit. sustinuit ergo de⁹ istam imperfectionem in cultu suo donec venit plenitudo tēporis sicut legitur in. iiij. Ad galath. Quemadmodum sustinet imperitia in pueris paruitatē in seminibus vegetalibus omnibus et animalibus donec per incremēta magnitudo sue perfectionis eis adueniat.

Nota

Et cum questionem istā amplius enucleamus non alia est q̄si queratur q̄re nascuntur homines paruuli et non potius viri perfecti atqꝫ barbati. Et quare ponūtur oua ab animalibus ouantibus et non poti⁹ animalia perfecta ex eis nascuntur. Natus enī est dei cultus et vera religio in mundo quodammodo vt semen et quadāmodo vt paruulus pp̄ter imperfectionem et ineptitudinem cōmunitatis hominum. Quia si quis dicat q multo melius p multos sacerdotes administraretur dei cultus et per multos aduocatos: similiter melius expediretur causa animarum q̄ per vnū.

Nota

Respondemus quia si multi essent vel hi vel illi et vn⁹ eorum sufficeret alij essent superflui et inutiles quātum ad hoc. Si aūt nullus sufficeret quocunqꝫ modo intelligatur impossibile esset omnes sufficere simul omnes ei simul sumptos necesse est indigē alio mediatore apud deum maxime cum omnes peccauerint et egeant gratia dei. Sicut legitur in. iij. ad ro. Causati ei sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse et iterum ibidem an p sal. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Et iterum omnes peccauerunt et egent gratia dei.

¶ Amplius. Sicut vna ecclesia ex omni cōgregatione et coaptatione electorum clericorum. Ita ꝛ vnū oportet eē sacerdotem verum ac summū in ea. Et de hac insufficientia diximus dictiones sufficientes in eo tractatu quē nominauimus. Cur deus et homo.

Nunc autē reuertamur ad id in quo eramus et dicamus q ecclesia dei et dom⁹ est et templum ipsius et quia templo necessario est et cultus ipsis cum tribus effectibus suis quos supra nominauim⁹ et propter hoc altare et sacrificium.

Nota.

Et quia domus multe familie et mensa refectionis qualis domui et familie congruit et non oportet nos pbationibus astruere vel declarare q res vna fuit subiecto altare et mensa sicut idem sunt templum domus. Sȝ altare dicitur cōparatione et respectu oblationis ꝛ sanctificationis et omnino ad deum cuius honori ꝛ cultui deputatum est. Mensa vero cōparatiōe ꝛ respectu refectionis spiritualis et omnino ad familiam cui reficiende posita est et parata. Quēadmodum res vna subiecto sacrificium inq̄tum deo oblata et nihilominus cibus sanctificans cōparatione sumentium: Attende ergo q nihil ita congregat familiaꝫ literalem congregationem exteriori et lfali vt mense literal' cōmunio. Unde et generaliter familia pascentis dicitur familia.

Nota

Nihil etiam magis astrigit fidem et amicitiā exteriores inter homines q̄ eadē cōmunio. Inde est q marie execrabilem habent homines perditionem conuiuarum inuicem seu commensaliū sicut in psalmo legit. Tu vero homo vnanimis dux meus et notus meus qui simul mecū dulces capiebas cibos. Inde tanq̄ generale puerbiū sonat singulorum simul comederamus et biberam⁹ eo die qualiter me obseruassem ab eo q̄liter michi timerem ab illo. In nonnullis aūt regionibus ipsa denegatio cōmunionis aut conuiuationis inexecrabiles inimicitias parit et qui comedere ꝛ bibere cū aliquo renuerit statim capitalis inimicus reputet: istius gladiosqꝫ petitur ab ipso: Inter pascentē etiā et conuiuas seu cōmensales multo fortiores fides ꝛ amicitias astringit mense cōmunio litaralis.

Mēsa conciliat

Et pp̄ter hoc illos marie ad secreta consiliorum adiungit homines: istis marie se et sua credunt: de illis specialis siue confidunt pp̄ter quod et proditio siue infidelitas et inimicitie hmōi hominum maxime detestabiles habentur apd homines. Sic et in psalmo legitur. Homo qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Quia ergo cert' nobis et vsitatis vijs marie ducibiles sumus signisqꝫ ꝛ similitudinibus vehementioribus q̄ etiam cōmunionem nominum faciunt inter visibilia et inuisibilia siue corporalia et spiritualia: marie ad spiritualia erudibiles sum⁹. Necēe āt fuit sapiētissimū ac misericordissiȝ deū marie cōuenietia ad eruditionē nraȝ eligere. Necesse fuit similitudinem mense corporal' siue formam siue speciem dicas non refert eum familie sue in domo sua ponere. Similiter et similitudinem seu speciem refectionis corporalis in eadeȝ eidem adhibere. De veritate enim mense animarū refectionis spiritual' homini intelligenti liquidissimum est. Quia ergo sine ea nec est vite spiritualis sustentatio nec nec roboratio nec augmentum sicut de vita corporali ꝛ mensa ac refectione sibi congrui euidentissimum est.

Mēsa spūalis

Quia ergo mensa spiritual' et refectio animarum panisqꝫ viuificus in domo dei spiritualiter et inuisibiliter posita semper est et pa

rata et ille semper appositus et secundum sui veri-
tatem incessanter spirituali comestione sumitur ab
his qui ad hoc idonei sunt et parati. ab alijs autem
qui mensam istam nec vident nec refectionem in ea
positam cognoscere preualent sicut nec videtur ita
nec sumitur. frustra aūt ꝓpterea ad hmōi homines ip
sa veritas mense spiritualis viuificeqꝫ refectionis
in ipsa nuditate sue veritatis vel potius absconsio-
ne posita est. Deinde vero paterfamilias eque ꝓcu
rare paruulos et magnos eq̄ velle pascere nemo sa
ni capitis dubitat. Nihil eīn frustra vel ociose ip̄m
facere cui non manifestum sit. Relinquitur ergo ex
omnibus his necessariam esse cōmunionem spiritua
lez in domo spirituali dei. Et qꝛ necessarium est spe
ciem seu similitudinez mense atqꝫ refectionis corpo
ralis in ea poni. ad ipsam veritatem mense spiritu-
alis, et refectionem omnino incognitam et panē vi-
te omnino inuisibilem nemo accederet: nemine autē
ad illam accedente frustra propter homines posita
esset. Et quia multo vtilior multoqꝫ salubrior mul-
toqꝫ deo acceptior: qꝛ super omnem cōparationē in
ter dei filios et familiares spirituales fides et ami-
citia quas necesse est spiritualis mense cōmunionē
Silitudo mēse spūal' ad corpales reficere et similitudo mense et refectio corporaliuz
ad spirituales de maximis similitudinib⁹ est ad co-
gnitionē spūaliū maxie ducētib⁹ oib⁹ inqꝫ his nece
ē spūalis mēse silitudinē seu speciē idomo q̄ ē eccle
sia poni. Querim⁹ ḡ vtrū huic silitudini vel speciei
subsit veritas vel non subsit hoc est qui ad mensam
Questio illam discumbit specietenus reficit' seu comedit vtrū
reficiatur spiritualiter et comedat panem vite aut
non. Si ad hoc idoneus est. Rn̄. si dicat veritatē nō
subesse hmōi speciebus et signis. Totuz ergo est fal
sitas et mendacium qđ visibiliter ibi agitur et illud
paterfamilias spiritualibus conuiuis signis men-
dacibus dum ad refectionem spiritualem nos inui
tat et illaz non exhibet dum fauces cordium aperiū
tur et nihil in eas mittitur. Illa eīn visibilia corda
spiritualia nullatenus intrant vt cibus neqꝫ ad illa
fauces cordium aperiuntur. Si aūt dicat subesse ve
ritatem declaratum ergo est propositum vez sub spe
cie mense visibil' eē mensam inuisibilem. Et sub spe
cie panis visibilis panem viuificum esse. ¶ Ampli⁹
Tria esse que in animabus nostris affectiones seu
Nota. passiones generant. Manifestum est intendentibus
hoc primum et notissimum est apprehensio siue ap
prehensum in eo ꝙ apprehensum sicut apprehensio
amoris amorem apprehendente generat. Iuxta qđ
dicitur illud: vt ameris amabilis esto et illud Sene
Seneca ce. Si vis amari ama. Qualiter et basilius ipse di-
cit de sacramento altaris. Puto inquit et aliquē ta
li cogitatione ad deuotionem et amorem posse pro
uocari. Intelligens de cogitatione amoris quē no-
bis dominus xp̄s in passiōe exhibuit ad reamādū
ipsum posse prouocari: sm̄ est exemplum. Manife-
stum est enim fortium exemplis nos animari et inf-
dum exemplis deterreri infirmorum. Unde et illud
Exēpla pl⁹ mouēt ꝙ verba dictum est plus mouent exempla quā verba. Terti
um est virtus rerum qualiter dicitur de lapidibus sic
ut de lapide smaragdi ꝙ operat' leticiam in aiab⁹
gestantium ipsum: ⁊ de lapide bufonis qui tristiciā:
et de lapide topazion crocei coloris qui temperan-

tiam ab ardoribus libidinum: ⁊ de lapide diamāte
qui gratiositatem: de herba que dicitur agnus cast⁹
que posita in lecto quiescentis in eo extinguit libidi
nem: ⁊ alia innumerabilia et dicuntur et leguntur. de
hmōi genere est illa operatio qua nōnulli horrores
et horripilationes patiuntur latrone existente in do
mo ibi sunt licet omnino ignorant illum ibi esse. Qꝛ
ergo cōmunio amoris ad deum et homines maxim
bonum est hominum et priuatio apposita siue excō
municatio vel proprietas contraria que idem ē qđ
excōmunicatio eo ꝙ vnū vnum contrarium aut ma-
ximum aut pene maximum malum est eorundem.
Merito misericordissimus ac sapientissimus deus
omnia que operari poterant ad cōmunionem istaz Nota
amoris imprimendam hominibus congruere ⁊ col
ligere debuit et ad oppositum malum expugnandū
omnia que illi maxime aduersantur congregare in
vnum vt densa acie contra tam odibilem deo tamqꝫ
hominibus inimicam pestem pugnetur. Designan-
dum ergo fuit bonum istius cōmunionis vt per ap
prehensionem amorem sui apprehendentibus inge
reret et exemplum exibendum vt cognoscentes faci
lius induceret virtus adhibenda que illam in eisdē
operari possit et hec tria in ipso sacramento altari
sunt apparent. Granorum enim vnio et ab inuicem
inseparabilitas atqꝫ indistinctio in ipsa forma visi-
bili panis apparet. Adhibetur et exemplum com
munionis qꝛ ipse xp̄s dominus corpus ⁊ sanguinez Cōmunio
suum ibididem cōmunicat sumentibus qua cōmu-
nione largior nulla maioris beneficentie nulla cōmu
nio mag' suauis nulla mag' ꝯ ꝓpetatē et auaritiā
ex tunc magisqꝫ cōfundens proprietatez ⁊ auaritiā
exhiberi potest cōmunitati hominū. Nullius enim
comparationis est largitio seu communicatio cibo
rum exteriorum ad hanc. Sed neqꝫ cōmunicatio la
ctis de vberibus matrum expressi in ora filiorū qꝛ
illa de exterioribus. Ista vero videlicet lactis et de
his que sunt extra substantiam matris. Cōmunica- Nota.
tio vere corporis et sanguinis christi de ipsa substā
tia est e partibus ipsius xp̄i. Qꝫ aūt et virtus ad-
hibeatur que cōmunionem istam sacratissimā amo
ris operari possit non est dubium cum ipse xp̄s se-
ipsuz ibi exhibeat. Qꝛ via ex his tribus cōgregata
omniuz conuenientissima ac efficacissima est vez ad
inductionem sancte communionis et exterminatio
nem excommunicationis quare nisi optimus ac sa-
pientissimus deus hāc ad hoc elegisset proculdubio
non iuxta bonitatem et sapientiam suā in parte ista
egisset. Cum viam optimam ad intensionem suam
efficacissimam omisisset. Et ad hoc istam rationē
inducimus vt eum hac via vsum fuisse ⁊ vti ꝓpterea o
pus est astruamus. Qualiter autem xp̄i sacratissi-
mum eius corpus ac preciosissimus sanguis refici
at digne sumentes docebimus in sequentibus. Sci Effici q̄mo
endum ergo ꝙ tribus modis aliquid ab aliquo effi do qđ dicat'
ci dicitur. Primum quidem natura siue naturali o
peratione vt est calefieri ab igne. Secundo merito
meritum enim neqꝫ congrui neqꝫ condigni proprie
dicitur efficere vt veri nominis causa efficiēs id qđ
ꝓpter meritū efficitur a remuneratore ipsius: et in
vsitate dr̄ pctā tua fecerūt tibi hoc vel bona merita
fecerunt tibi illud bonum. Tertio virtute occulta

re diuina quomodo sacramēta operari dicuntur.
Et autē quis pane refici dicitr non tamen pane ma
terialiter dicitur. patet: quia ergo vera christi caro
quā pro nobis assumpsit et pro nobis crucis pati-
bulo affigi voluit cibus mentis hūane per seipsam
esse non posse manifestū est. Non eni ipsa propter
se et scdm se vnibilis est nobis vnione corpali vel spi
rituali. Quēadmodū nec propter se diligibilis aut
diligenda sʒ propter illū cuius caro ē. Eodēmodo
de sanguine eiꝰ litterali seu materiali. Restat ergo
vt alio modo quā ipsa sua essentia reficiat mētes su
mentiū et ꝓpter hoc restat vt vel merito vel virtu-
te. Et merito q̄dē suo īpossibile est cū nullū sit. Im
possibile eni est meritū esse nisi in substantia intelli
Meritum nō nisi ī substantia itelligentie. gentie. ¶ Amplius si merito offerētis aut sumētiuʒ
ergo non iā sacramentū vtpote quod de se nihil pre
staret inde sumentibꝰ aut sacramētalis. Sed potiꝰ
ex meritis eorūdem haberet. Vn̄ eos reficeret ꝛ san
ctificaret. Si eni sanctificatio baptismalis ex meri-
tis essʒ aut baptizantiū sanctificarent ab illo siue ꝑ
illum cū hoc ipsum baptismo prestarent meritis su
is vt sanctificaret eosdeʒ. restat ergo vt virtute non
nature sue essentie vt supra ostendimus quēadmo-
dum cibus corpalis ipse nature et essentie seu virtu
te reficit comedētes quare relinquitur vt virtute di-
uina q̄ ex solo bn̄placito dei operaṫ in omnibꝰ sacra
mentis. Sicut ergo superfusione aque siue ablutio
Simile. ne exteriori que per aquā fit adest virtus oipoten-
tis ac misericordis dei ad efficiendā interiorē ꝛ spi-
ritualem ablutionē. Sic refectione corporali exte-
riori que vtiq̄ forma seu figura est aut exēplū inter
ne ac spiritualis refectionis adest virtus diuina ad
perficiendam designatā vt diximus refectionē. Qʒ
si quis querat qualiter verū est quod dicit veritas ī
Questio. vi. Johan. Caro mea vere est cibus et sanguis meꝰ
vere est potus. Rn̄demus quia vere assertiue acci-
pi potest ac si diceret. Caro mea vere id est indubi-
tanter est cibus hoc est reficiens siue refectiua et sā-
guis meus vere est potus. Hoc est indubitanter po
tans siue inebrians licet non sua natura sed virtute
diuina. Quēadmodum aqua baptismalis vere est
aqua regenerans vnda purificans non natura sua
sed virtute diuina que per verbū inuocatiōis acce-
Sacrm. dens ad elementū id est sacrationis siue sanctifica-
tionis instrumentū. Sic vera vt litteralis xp̄i acces
su virtutis diuine que ab ea nūq̄ recedit sacramen-
tum est id est sacrationis sacratissimū instrumentū
et sacre refectionis adiumentū digne sumentibus.
Et si quis eam virtuosissimā audiuerit aut credi-
derit propter dei sapientissimā sapientiam dei vir-
tute cuius ipsa est vestimentū non recedit a purita-
Vestꝭ iohānis euange te fidei. Si eni vestis iohānis euāgeliste ex tactu sa
crati corporis ipsius iohānis id virtutis obtinuit
vt per manū Aristodemi icreduli tactu suo fratres
mortuos suscitaret quid de hoc vestimento virtutꝭ
oipotentis pia fide suggerit sētiēdū? Si petri apo-
Baculꝰ petri. stoli baculus ex tactu petri cōsequi potuit vt tactu
suo mortuū socium videlicet beati marcialis lemo
uicen. episcopi suscitaret et vsq̄ ī presens retinet vt
demones de obsessis corporibus eiiciat vt etiaʒ ad
loquendū compellat. Quid de sacratissimo xp̄i cor
pore sentiendū? Si christus dominus tantas virtu-
tes corporibus sanctorum suoruʒ largitus est imo
ossibus eorum aridis et capillis vel quod plus est
pulueri eorum et sepulchri. Quomodo non incom
parabiliter multo maiores ipsi carni sue iam vita
glorie viuenti virtutes tribuit. Quid eni mirabile
cogitari potest quod non ad sanctorū suorum reli- Miracula
quias vel etiam memorias operatus sit et vsq̄ ho- et reliquijs
die operetur christꝰ dominꝰ? ¶ Amplius si fimbrie sanctorum.
vestimenti sui hoc prestitit vt eius tactu emoroissa
sanaretur a fluxu sanguinis sicut legiṫ. ix. Mathei
et Marci. v. ꝛ Luce. viij. Putasne q̄ fimbriam vesti
menti sui pluris habeat quam ipsam carnē quam
pro salute humani generis induit? Si carnibꝰ ani-
malium et piscū nutriendi ac reficiendi augendi ꝛ
impinguandi corpora nostra virtutē dedit natura
lem et inditam et vino virtutē reficiendi letificādi
et inebriandi. Quanto fortius carni sue virtutem
dedisse credendus est nutriendi reficiendi et augen-
di et impinguandi animas nostras et precioso san-
guini suo virtutē reficiendi letificandi et inebrian-
di salubriter et sobrie animas nostras? tanto enim
magis verisimile est magisq̄ credendū hoc fecisse
pro animabus quā illud pro corporibus. Quādo
certū est ipsum aīas magis curare quā corpora et
bona animarū quā bona corporum. Item si carni
vel pinguedini serpentine de qua tyriaca conficiṫ Theriaca
virtutē dedit qua venenum quod solam vitam cor ex carne vi
poris extinguit eiiciat et effuget. Quanto fortiꝰ sa perina.
cratissime carni sue hoc prestitisse credendus vt ve
nenū peccati quod animarū vitam extinguit omni-
modo curet? ¶ Amplius si lapides ꝓciosi et virtuo
si virtutes innumeras et admirādas habet vt mul
tis videtur ex modico q̄ in vnoquoq̄ eorum est di
te essentie. Quāto fortius preciosa ac iam glorio-
sa christi caro q̄ pro nobis quodāmodo missa mul- In gēmis
tas ac prestantissimas virtutes habet credenda est aliqd cele-
ex ipsa presentia totius diuine ac omnibus supemi ste.
nentis essentie. ¶ Amplius si sanguinē hyrcorum ꝛ
sanguinem draconis ac etiā sanguinē menstruū mi
ris ac mōstrificis donauit virtutibus si plinio cre-
ditur. Quomodo nō multo fortius preciosum san
guinem suū. ¶ Amp̄. Si lignū vite in medio para-
disi positū hac virtute preditum esse voluit vt vi-
tam corporalem ꝑpetuaret vtentiū fructū illius. Lignū vite
Quō nō potius carni vel sanguini suo hoc tribuit ī padiso vi
vt ꝑpetuare possint vitā animarū. Qui vtiq̄ quo- tā ꝑpetuat
dāmodo fructus illius sunt: ipse vero verissime vi
te verissimum lignū. ¶ Amplius. si hanc virtutē de
dit herbe peonie et lapidi iaspidis vt fantasmata
fugeret ꝛ demonia. Si hanc virtutem dedit verbis
quorūdam exorcismatū vt eis arceātur et ligentur
demones ꝛ alia fiant miranda que in libris magi-
cis cōtinentur. Quo verbū per quod oia facta sūt
carnē suā quā pro salute animarū assumpsit nō om
nibus virtutibus glorie sue congruentibus in par
te illa et animarū saluti expedientibus illustrauit
propter hec omnia et alia innumerabilia mirabi
lium ipsius quorum nos aliqua metu prolixitatis
transiuimus. Alia vero nec nosse nec numerare suffi-
cimus merito dicimus sentiendum esse amplissime
et magnificentissime de virtuositate tante tamq̄ ve Nota
nerandi sacramēti / beatos reputantes omnes qui
illud tota deuotione totaq̄ veneratione amplectū
tur et qui gratiam istam inestimabilem que tanta
promptitudine statim adest panem vite vite vocā-
tibus atq̄ petentibus non abhorrēs: cruentas ma-
nus spurcissimorū sacerdotum sacramentum istud
conficientiū et contrectantium nec ora dei maledi-

tione aut amaritudine plena indeuote indigneq accedentium iugi gratiarum actione nüquàq cessant collaudatione ac benedictione prosequetur.

¶ Exponütur verba illa ex Johänis. vi. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus.

Reuertamur ergo ad id in quo eramus et dicamus. Qz istud Caro mea vere est cibus: potest etiam intelligi sub hoc sensu Caro mea vere est cibus id est veritate quam continet est cibus non q per seipsam pascat sed per me qui sum veritas quã continet. Quemadmodü aliquid dicitur non vere argentü quando intus non est argentü. vere est argentü quando intus est argentuz. Sic et caro xpi vere cibus dicitur hoc est per id quod intus habet quod inquã est veritas et vita et verbü vite et panis ac si ergo diceret. non quod foris exhibet caro: non qd in ea vel de ea apparet cibus est animarum per se et sm se: sed magis illud quod in ea latet quod intelligi voluit in eo qd dixit vere. Ueritas eni est intus et intimü in omni re et hec insinuant verba Augu. Que dicit dominum dixisse que tamen littera nostra non habet. Hec autem sunt verba illa: nõ hoc corpus quod videtis mãducaturi estis nec hüc sanguinẽ bibituri: sed mysterium aliquod commendaui vobis hoc ipa veritas expressius testari videtur. Johannis. vi. Spiritus est qui viuificat: caro nõ prodest quicq: ac si diceret Spiritus est qui viuificã refectionẽ infundit digne sumentibus ipsam carnem et sanguinem caro autẽ non prodest quicq propria scz natura atq virtute: vel potest intelligi vere cibus id est vere cibationis siue refectionis. Illam eni digne sumens vere reficitur id est ipsa veritate que est xps quã spiritualiter sumit et sibi incorporat hoc est incordat et spüaliter inuiscerat. Quemadmodü exposuimus supra et iterü vere cibus hoc est sm veritatẽ. Alio enim cibo non cibatur homo neq reficitur. Sz cibare se sõniat et mentitur attribuens sibi cibationẽ equi sui vel asini id est corporis. Corporalis ergo cibus falso cibus est et fallax quantü ad ipsum verü hoiem ille eni verus homo id est interior nunq vere cibatẽ sed solus equus eius vel asinus vt ita loquamur: vere autem cibatur per ipsam carnez christi et operatione diuine virtutis vt iam multotiens diximus.

Ueritas ẽ intus.

Notã

Corpalis cibus fallax.

Post hec autem debes scire q caro xpi sm vnum modum vel intentionẽ dicitur ipm signum vel designatio ipsius id est forma visibilis panis quomodo imago petri dicitur petrus et petrus dicitur esse vbi nomen eius scriptum est et alia designatio ipsius. Secundo ipsa caro de beata virgine sumpta id est p nobis patibulo crucis affixa. Tertio tota societas sanctorü siue totus cetus fidelium quomodo in psal. dicitur Corpus autẽ quod perfecisti michi. et in. xi. ad Corinth. vnum corpus multi sumus. et in. ij. eiusdem. Quarto vero carnes agni dicuntur ipsa charismata quibus christus dominus omnibus hominibus incõparabiliter supereminent sm q homo. Qualiter aüt comedenda sit ipsa caro christi mystica iam ex precedẽtibus innotescere debet tibi: totus enim cetus electorü spiritualiter cõmedit cum in hoc ipsum cor cõmedentis assumitur eiq spirituali vnitione que amor sanctissimus ẽ vnitur. Illum enim vere xpianü vereq carne xpi mystice refectum esse

Nota

penti qui tyrus dicitur: ⁊ multis auibus vt aquilis ⁊
accipitribus ⁊ ceruis virtutem ipsorum renouatiuā
vetustatisq; ac de fonnitatis exterminandam diuine
sapientie bonitas dedit quomodo icomparabiliter
magisq; huiusmodi virtutem hominis indigenti de
illa non prouidit. ¶ Amplius. Si corpori humano
vires dedit quib⁹ a casu suo corporale videlz resur
gere possit. Qualiter misericordissimus deus aīam
humanam a tam necessaria tanq; salubri virtute nu
dam ac pauperem derelinquit. ¶ Amp̄. Si recidiuo
corporis dei misericordia medicinam prouidit: quo
modo non multofortius recediuis animarum. Si ei
corpora nō sunt curāda nisi ꝓpter animas quia nec
vtilia nisi ꝓpter eas: adeo autē cure sit curatori om
nium deo vt morbis eorum siue primitiuis siue rece
diuis medicina ꝓuidet q̄tofortius aīaꝝ morbis vtriusq;
medicinas necessarias ⁊ salubres prouidit. ¶ Am (Hoīs libertas.)
plius. Hominem libertate arbitrij preditum natura
liter esse ac ꝓprij iudicij proprieq; potestatis illam
facultatem naturaliter habere ꝑ seipsum manifestū
est. Et si quis ad exterius ratione hoc ē lingua i hoc
contradicere voluerit corde tamē istud concedit. In
de est q̄ coactio ⁊ violentia tanq̄ nature humane cō
traria ab omni homine naturaliter fugiuntur ac ꝓ
viribus repelluntur. Inde est etiam q̄ cum aliquis i
nos peccauerit ipsum reum: ergo nos naturali iu
dicio iudicamus. Similiter ⁊ nosipsos si in alios de
liquerimus. Hoc autem nullomodo faceremus si
nec illos nostri iudicij esse aut potestatis crederem⁹.
In eos em̄ qui merito ignorant ⁊ i eos qui aliena vi
⁊ violentia feruntur nō solummodo faciles sumus ad
veniam: sed nec in aliquo eos reus esse vel deliquisse (Nota.)
reputamus. Tertium iudicium est quia ipsos delin
quentes nature instinctu tanq̄ sui ipsoꝝ iudices adi
mus vt nobis quod deliquerunt emendent tanq̄ de
se nobis iustitiam facientes tanq̄ debitoribus iusti
tie huiusmodi ⁊ emendationis expetimus. Quarta
probatio est ⁊ hoc ipsum est ipsa nature interna con
fessio ac recognitio qua vnusquisq; interrogatus an
libenter ⁊ gaudenter non solum volenter fornicetur
vel aliud faciat quod est peccatū intus id ē corde cō
fitebitur ⁊ recognoscet q̄ sit. Et q̄ enim in mult; ve
rum sit q̄ non pure volunt quod faciunt imo ex parte
⁊ sm̄ q̄ volunt. sic legitur Prouerbiorum. xij. Vult ⁊

non vult piger. tamen verum est q̄ sola voluntate fa
ciunt ⁊ insuper maiori voluntate videntur hoc face
re q̄ si pure illud vellent: maior enim aqua videtur
qua obstces irrumpit ⁊ resistentia propellit atq; re
pellit quamq; sine obice ac resistentia fluit maior in
q̄ inleo q̄ talis. ¶ Amp̄. si libertate arbitrij non esset (Arbitrij libertas.)
homo preditus: sed necessitate sola atq; violentia vł
nature: vel fati: vel astrorum: vel demonum: siue alte
rius cuiuscunq; ferretur siue impelleretur ad volita
⁊ cupita ac prohibere cur a volitis ac cupitis: omni
nō nemo peccaret: nemo laude vł vituperio dignus
esset: disciplina atq; correctio ⁊ eruditio omnino ni
hil essent: nec agendum eēt hominibus de moribus
neq; de virtutibus: aut vitijs: sicut nec cuz lapidibus
contrarium em̄ nature ⁊ necessitati nihil recipit. Si
cut neq; lapis recipe quicq̄ potest disciplina vł eru
ditione contra motum quē nature necessitas aut vio
lentia ipsi vel viderit vel intulerit. Palam ergo ē ex
his hominē sui iudicij suiq; eē potestatis suiq; esse
iudicem ⁊ arbitrum. Et propter hoc omni alij de se
merito conquerēti: vł etiam non conquerenti teneri
de seipso iudicium ⁊ iustitiam exhibere. Si ergo in
deum peccauerit tenetur ei iudicium ⁊ iustitiam fa
cere de seipso: tenet̄ ergo condemnare se reum qđ est (Nota.)
sniare cōtra seipsum ⁊ torquere se vł punire alias s̄m
exigētiam delicti. Cum autē hoc fecerit deo satisfa
ctum erit ⁊ ab eo in parte ista nihil amplius de iu
re exigere poterit deus. Hoc autem veraciter penite
tē vez hoc iudicium ⁊ hanc iustitiam de seipso face
re. Et hoc ē quod legitur i psal. Iudicium ⁊ iustitia
correctio sedis tue. Et Iob. xxxiiij. Nunquid qui nō
amat iudicium sanari potest. Et iterum in psal. Fe
ci iudicium ⁊ iustitiam nō tradas me calūniantibus
me qđ de alio iudicio atq; iustitia intelligi non pōt.
Et iter. i. Cor. xiij. Qz si nosmetipsos diiudicarem⁹
non vtiq; iudicaremur. Iam ḡ fecimus manifestū q̄
omnis peccator tenetur penitere seu pniam agere. (Penitere quilibet peccātor tenetur.)
Hoc ē iudicium ⁊ iustitiam de seipso facere ⁊ hoc le
ge ac ptāte seu auctoritate nature. lege inq̄ quam in
seipso naturaliter vnusq̄sq; legit nature inditam ⁊ i
scriptam: auctoritateq; ⁊ ptāte qua se naturalr̄ vnus
quisq; ꝑditum euidenter cognoscit ⁊ interna ↄfessio
ne recognoscit. Qz ergo huius legis solus deus est
auctor latorq; iscriptor huius ptātis siue auctorita
tis institutor ⁊ dator necesse ē ipsum ⁊ ratum ⁊ gra
tum hēre iudiciū ab hmōi ptāte factū. Necesse em̄ ē
ius eē iudicium cuius lege ⁊ auctē fit. Impossibile ē
ergo huius iudiciuz ab ipso retractari seu reuocari.
Ratā ḡ hz sniam quam hmōi iudex hac lege siue sm̄
hanc legē ꝓ se siue ↄ seipm̄ tulerit. ḡ ⁊ absolutum hz
sic absolutū ⁊ ↄdemnatū sic ↄdemnatū. Absoluti sunt (Absoluti.)
ḡ apud deū veraciter penitentes. Cū em̄ id totū sol
uant qđ lege illa soluere debere iustissime iudicat̄ ne
cessario absoluti sunt. Iā ergo declaratum ē tibi pe
nitētie iudiciū reuocari nō posse ac ꝑ illđ absolutos
in nullo vlterius remanere ligatos. Et qz necessario (Soluti.)
a deo absoluti habētur tamq; eius lege ⁊ auctorita
te absoluti. Et qz impossibile ē iterum damnari eos
qui penitētialis iudicij dānationē in se recte tulerūt
riteq; susceperūt ⁊ portauerūt. Ex quo relinquit̄ vt
nihil oīna dānationis restet veraciter ac digne peni
tētibus post pactā digne pniaz. Verū qm̄ ipsa lex quā
diximus regulas honestatis naturalis ac iustitie con
tinens originali corruptione pene tota sepulta ⁊ cō
suetudinali pene tota cumulata tāq̄ aggere malarū

consuetudinum superimposito. Quia etiam lux ipsa interioris visus multiplicibus tenebris quas numerare supersedemus inuoluta ꝛ obscurata: sicut dicit Job. xxxvij. Nos quippe iuoluimur tenebris. Et iterum eiusdem. iij. Circundedit eum deus tenebris: propter inq̄ istas duas causas nec liber mentis iscri

Nota.
Liber mētis

ptas regulas honestatis plene aut plane exhibꝫ legibiles: nec intellectus noster in codē legere potest distincte ꝛ aperte. hinc est ꝙ tria nobis amminicula diuine prouidentie miseratio nobis adhibuit videlicꝫ. Lucernam scripture: adiutoriumdoctrine: spiraculū gratie de quo Prouerb. xx. Lucerna hominis spiraculum hominis que iuestigat omnia secreta vētris. Vtrum enī offendat ipse qui peccat: a quātis bonis cadat: ꝛ in quāta mala se iniitiat. Deinde quātis auxiliis gratie diuine vt resurgat ꝛ releuetur indigeat nosse atq̄ videre non est nature tot ꝛ tantis malis immixte ꝛ immerse atq̄ inuolute virtus aut officium: sed diuine gratie inestimabile atq̄ irregratiabile beneficium: ꝑter hoc ꝛ eo sensu doloris ꝛ compunctionis affligi: illoq̄ flumine lachrymarum profluere: illo pudore confundi: illoq̄ timore terreri: illo tremo

Resurgiꝰ excepto diua gratia nō.

re concuti: quod vnius etiam solius peccati mortalis vulnus imminensq̄ suppliciuꝫ eterne damnationis feditasq̄ ac turpitudo nuditasq̄ eiusdem peccati coram oculis dei merito exigunt. Non est mortuarum spiritualiter animarum possibilitas: sed gratie viuificantis sensificātis ac illuminātis īterioris oculos incōparabiliter donū supsedemus metu ꝓlixitatis enumerare ꝛ enarrare quā impossibile sit peccatori diuino auxilio atq̄ ꝓsidio destituto victo ꝛ in victoriis diaboli potestatē dato ꝛ in eius seruitutē redacto ex. viij. Joan. ꝛ. ij. Can. petri. Deinde letabiliter vulnerato finibusq̄ peccatorum constricto. Ex. v Prouerbio. quam inquam impossibile ē ei tot ꝛ tantis incomodis ꝓstracto obruto ꝛ obsesso eripi de potestate tenebrarum de faucibus leonum infernaliuꝫ. De manibus behemoth de quo legitur Job. xli. Nō est super terram potestas que comparatur ei qui factus est vt nullum timeret per se. ergo hoc ē quod solus viribus suis resurgere non potest miserrimus infidelissimus infelicissimusq̄ peccator qui per se solū cadere potuit. Quemadmodum alibi idē aliis verbis dicitur. scilicꝫ postq̄ homo est spiritus vadens ꝛ non rediēs. Vadens scilicꝫ per se: non rediens auteꝫ

Spiritꝰ vadens ꝛ nō rediens.

per se. De alto namq̄ gratie de arce virtutum quasi de turre excelsa atq̄ sublimi ꝓcipitare se potest ī cloacam immundicie q̄tum ad luxuriam secundum Augusti. in fornacē viciorum ꝛ profunditatis abyssum. Sed vt confractis vel potius amissis alis illuc reuolet: ꝛ non solum confractis: sed potius contritis illuc redeat est impossibile. Manifestum ē de hac contritione. Job. xvi. De contritione ꝛ confractione simul Math. xxi. Qui ceciderit super lapidem istum ꝯfringetur: super quem autem ceciderit conteret eum. Et iterum. Luc. xx. Omnis qui ceciderit super istum lapidem conquassabitur: super quem autem ceciderit comminuet eum. Jam ergo patefecimus reuersionē esse animabus humanis ac reparationem seu restitutionem post lapsum in peccata: ꝛ qualiter etiam ē

Epilogꝰ supradictorū.

hoc videlicet quia partim ex conatu ipsarum animarum: licet ad modicum: partim autem ad plurimum imo pene ad totum ex superhabundanti gratia vbi prius habundauit delictum: et declarauimus etiam cum hoc etiam stabiliuimus libertatem arbitrij siue liberum arbitrium: licet multum depressum atq̄ detritum in nobis: ꝛ quia largitas misericordie dei nullomodo se denegat ad illam redire conantibus q̄ conatus absq̄ eius adiutorio reuera nihil est. sicut dicit Augu. in libro confessionum. Scio inquit quia

Conatꝰ frustra q̄reretur gere sine dei auxilio.

sine te nihil sūt omnes conatus mei. Et ipsa veritas Joan. xv. Sine me nihil potestis facere. Qui etiam conatus gratie dei preuenientis dona sunt: quando ꝛ ipsum desiderare gratiam: gratie ē. sicut dicit Augu. in libro de correctione ꝛ gratia. desiderare autem gratiam ꝛ munus est. ꝛ ante ordie naturali quam ipsum conari ad gratiam. Quapropter si ipsum ē gratie cum sit causa efficiens eiꝰ quod est conari ad gratiam. Multofortius ipsum conari ad gratiam gratia erit ꝙ vtriq̄ verum est secundum rectam intentionem eius ꝙ est conari interdum tamē conari ad gratiam intelligitur abusiue. Qui facit aliquid quo facto ad gratiam recipiendam ē habilior: licet non intendat ad gratiam. Intendere enim ad gratiam etiam gratie est: quia ipm nosse gratiam non potest eē nisi ex gratia. Aliud autem ē longe conari redire ad innocentiam atq̄ iustitiam qualem natura suggerit ꝛ ostendit aliud conari ad sublimitatem gratie quā similiter gratia sola ostendit: fortassis enim possibile fuit nature humane in statu naturalis innocentie: si ab illo ꝑ peccatuꝫ non cecidisset: si alia lesio vł vis quam ipsum peccatum secuta esset ad illam redire: ꝛ omnem maculam ex illo inherentem vel relictam naturali penitudine abradere atq̄ abolere: ab altitudine autem gratie cadentes ad illam reuolare nature viribus: per se impossibile est indubitāter ꝛ sm hunc statum nature rationes quas supra posuimus ad hoc facientes intelligimus.

Desiderare gratiam.

Intendere ad gratiam

¶ Arguite confutat eorum erroneam opinionem: qui sacerdotibus confessionem esse faciendam negant.

Nunc vero iuxta promissum: errorem secundum qui proprius hebreorum est q̄ negant confessionem faciendam esse sacerdotibꝰ destruere aggrediemur: dicētes imprimis: quia si deus peccatorem merito vt suspectum ꝛ vt paulo ante inimicum recusare voluerit ꝛ iudicem eum habere in causa quam aduersus ipsum habꝫ voluerit. Quis dubitat quin de iure facere possit? Si ergo iudicium ꝛ iustitiā de seipso peccator ꝑ penitētiam deo facere noluerit merito ꝛ iure in eadem causa alius quā ipsemet iudex erit. Alius ꝗ audiet delicta q̄ ipse qui deliquit: alius cognoscet atq̄ pronunciabit. Non autem audiet alius omnia ꝛ perfecte nisi ipso qui deliquit confitente ꝛ enarrante: quia ipse solus ꝛ maxime omnia illa nouit: confessio ergo alij facienda est q̄ deo. ¶ Amplius. Deo facta confessione quid ipse inde iudicet vel pronunciet vtrum absoluat aut condemnet penitus ignoratur nec pro absoluto: nec pro condemnato se se habere debebit. Sed pendebit pauidus ꝛ dubius pendente sententia ꝛ hec tota vita ista. Sententia ergo huius iudicij reseruatur ad alteram vitam: ꝛ cōfessio ista in nullo illam accelerat quo perueniat ad confitentem. Qualiter autem istud reputabitur iudicium vel iustitia de quo nulla apparet sententia quo nullus apparet absolutus vel condemnatus. Sed si dixerit. Quia huiusmodi confessio mitigat iram iudicis ꝛ hoc quidem verum esse concedimus si ex deuotione fuerit.

Nota.

Nota.

¶ Amplius. Hec est figura seu forma iudicij vt primus iudex sedeat in medio: actor ⁊ reus stent ante iudicem alter alteri ex aduerso. Deinde aduocati ⁊ testes. Aduocati vt de iure causam instruant: testes vt de facto: cautum autem in iure isto seculari ⁊ politico vt nemo iure suo ius sibi dicat ⁊ eo ipso quod istud presumpserit reipsa careat. Quia ergo penitens in eo iudicio quo cum deo iudicandus est reus est: ⁊ a deo impetitur. merito in eodem iudicio iudex esse non potest: sub alio ergo ⁊ per alium iudicandus est: ⁊ quia ipse deus ibidem actor est: nostris legibus ⁊ consuetudinibus congruentissimum est: imo eisdem firmatum ⁊ obseruatum vt tertius in medio sedeat qui ius reddat: potissimum illa de causa: quia nostris legibus ⁊ consuetudinibus tanquam viis notissimis atque certissimis maxime reducendi ⁊ reducibiles sumus ad lucem veritatis ⁊ viam salutis propter quod ⁊ hoc idem ipse elegit Isaie. xliij. Reduc in memoriam vt iudicemur simul. Narra si quid habes vt iudiceris. ⁊ Matth. vi. Iudicium domini cum populo suo ⁊ cum israel iudicabitur. De hoc. Job. xxxi. Si contempsi iudicium subire cum seruo meo ⁊ ancilla mea cum disceptarent aduersum me. Quoniam autem peccatum non solum peccatum est iniquitas. sicut legitur. Johan. iij. Sed etiam vulnus est siue morbus siue egritudo: ⁊ est sicut dilapidatio siue dissipatio. Et sicut furtum est vel rapina que committitur in deum necessario ex his tribus tres rationes oriuntur quibus euidenter ostenditur confessionem coram alio quam deo esse faciendum. Si enim iniquitates ⁊ iniurie temporales siue corporales: iudices habent ac magistratus proprios qui eis iudicent pronuncient ⁊ ministros qui iudicum sententias exequantur. Ex quo fortius spirituales iniurie iudices habebunt ⁊ magistratus et alia que iudicij sunt. Quapropter erit de his necessario iudicium: ⁊ ideo iudex seu iudices. Certum autem est quia de his iudicare nequeunt absque cognitione. hec autem non potest nisi per confessionem: confessio ergo facienda est de rebus istis huiusmodi iudicibus. ¶ Amplius. Et aduocatus qui occultat ius ⁊ testis qui abscondit veritatem facti vterque peccant in iudicem. Si vtriusque reuelatio prodesse debeat ⁊ nulli obesse. Reuelatio autem confessionis euidenter prodest confitentibus ⁊ nulli obest. Et si forsitan in aliquo casu contrarium inueniretur forsitan ibi non esset confessio facienda. Quemadmodum si confessionis auditor proditor esset ⁊ publicator confessionum. Alij etiam casus sunt in quibus non audemus dicere quod teneantur homines facere confessionem. Quemadmodum si quis cogitauit vel coniurauit in mortem sacerdotis sui ⁊ videat eum ad iram ⁊ odium facilem non audemus dicere quod teneatur hoc eidem confiteri. Eodemmodo si mulier speciosa sacerdotis sui lasciuiam ac petulantiam nouerit ⁊ quod mulieres sibi confitentes nota earum infirmitate ⁊ auditis temptationibus solicitare de turpitudine consueuerit. modis omnibus consulimus vt de licentia ipsius vel episcopi sui sacerdoti alteri confiteatur. Eodemmodo si in concupiscentiam sacerdotis sui aliqua exarserit quod vtique grande horrendumque peccatum est si sacerdotem suum infirmum carne nouerit: non audemus consulere quod hec eidem confiteatur. Iuxta istos modos facile est excogitare casus quibus licitum est alij quam proprio confessionem facere sacerdoti: sicut in his que tangunt ipsum sacerdotem ex quorum scilicet notitia spirituale periculum immineret sacerdoti vel quando spirituale: vel etiam corporale periculum magnum ex ipsa confessione immineret confitenti. Salus enim per confessionem querenda est ⁊ saluti non periculo debet confessio deseruire.

Nemo sibi ius dicat.

Nota.

Casus quibus quis non tenetur confiteri.

¶ Amplius. Si cure medici commissus est eger ⁊ hoc iure vel lege non dico propria voluntate: sed officio ⁊ dignitate ipsius medici: necesse habet eger ⁊ debitor est facere quod suum est quo minus impeditur medicantis officium. Quapropter detegere ei ac reuelare morbos suos ⁊ vulnera. Quia ergo manifestum est sacerdotes curatos qui medici sunt spirituales omnium eorum habere qui eis commissi sunt ⁊ hoc non ex voluntate eorum sed ipsorum medicorum officium dignitate: palam est absque iniuria sacerdotum morbos suos ⁊ vulnera non posse ab eis abscondere parrochianos eorum nisi ex causis quarum supra fecimus mentionem. ¶ Amplius. Scilicet fraternos morbos ⁊ vulnera spiritualia tenetur vnusquisque reuelare ei qui potest prodesse ⁊ non obesse: tenetur inquam ex debito ⁊ officio fraterne caritatis. Non minus autem tenetur sibiipsi: imo longe amplius ex eodem debito ⁊ officio sibiipsi tenetur consulere quam cuiuis alij. Multo ergo fortius tenetur morborum suorum spiritualium ac vulnerum confessionem seu reuelationem facere sacerdoti qui prodesse debeat non scilicet obesse. iuxta quod tetigimus. ¶ Amplius. Si de omni temporali commisso necesse habet commissarius seu dispensator rationem reddere superiori suo in officio dispensationis. incomparabiliter autem cautius ⁊ habenda et seruanda si incomparabiliter circumspectius dispensanda incomparabiliter districtius exigenda tanquam incomparabiliter maioris periculi. Incomparabiliter autem alias: ergo fortius reddenda est ratio spiritualium commissiorum spiritualisque villicationis ab vno quoque nostro maioribus nostris in hoc scilicet spiritualibus. Certum autem est quia sacerdotes curam animarum nostrarum habentes vt maiores nostri sunt in hoc ⁊ velut superiores dispensatores seu camerarij rationem de nobis ⁊ nostris hoc est de tota vita nostra deo reddituri. sicut legitur ad hebreos. xiij. Obedite prepositis vestris ⁊ subiacite eis ipsi enim peruigilant quasi reddituri rationem pro animabus vestris. ¶ Amplius. si subditus secularis vel seruus damnificationem sui domini viderit ⁊ procuratori eiusdem per quam damnum illius vel auerti vel restitui potest: non denunciauerit cum sine periculo aut damnificantis incommodo hoc facere possit: indubitanter peccat in dominum ⁊ in ipsum dispensatorem quia ⁊ illi debitam fidem non seruat ⁊ isti debitum auxilium ad custodiam rerum domini non impendit. Cum ergo quilibet peccator videat semetipsum damnificantem. deum in seipso auferendo scilicet ei seipsum ⁊ totius vite sue seruitium: ex necessitate tenetur hoc denunciare sacerdoti tanquam custodi aut dispensatori domini. Presertim cum hoc sine omni periculo ⁊ incommodo facere possit ipsius quem denunciat. Non enim in maiori fide tenetur domino de alterius damnificatione quam de illa quam ipsemet facit eidem. ¶ Amplius. Si furem vel latronem aliquis in domo sua absconderit ⁊ per eius proditionem seu traditionem furtiue sublata ⁊ omnia male ablata restitui possint sine ei incommodo damnificantis ⁊ in ipsum iudicem seu magistratum peccat ⁊ in ipsos qui damna vel iniurias passi sunt ⁊ iudicandus est vt furti particeps ⁊ socius furti. Quare peccator qui seipsum abscondit ⁊ sacerdoti qui iudex est vel magistratus spiritualis est ipsum non degit exponit ⁊ puniendum tradit. Cum per hoc ⁊ damna re

Medicus.

Sacerdotes medici sunt.

Sacerdotes dispensatores sunt.

Nota.

stauerentur ⁊ passis iniurie dentur quibus irrogata sunt: eoipso puniendus est. Ipsemet ⁊ furis socius ⁊ furti particeps eo ipso ꝙ ipsum furem non iudicat exponit ac tradit. Non enim magis maiorem fidem deo ⁊ sacerdoti seruare tenet vnusquisq; in alio ꝙ̄ insemetipso ⁊ hoc est qḋ dictum ē regi israel ꝑ prophetam. iij. Reg. xx. Quia dimisisti virum morte dignum de manu tua erit anima tua ꝓ anima illius.

Peccōr lapsus sicut ciuis desertor ⁊ trāsfuga.

¶ Amp̄. Quia peccator a baptismali sanctitate lapsus sicut ciuis ē ab ipsa ciuitate sanctificata ⁊ delicta ꝙ̄ totiens supra in tractatu de baptismo nominauimus recedēs ⁊ aduersus in aduersarium eius cōsurgens ⁊ in hostē conuersus. Cum autē penitet ē sicut ab hostibus reuertēs ad sanctam ciuitatē ciuitati sanctificate restitui volēs ⁊ petēs satisfactionē de eo ꝙ aberrauit offerens. Nunquid ꝑ magistrat⁹ ipsius ciuitatis non ē recipiendus atq; restitu ēdus q̇ non obtulerit satisfactionem sup eo ꝙ tam proditiose ad hostes se transtulit ⁊ ciuitatem suam deseruit: etiam impugnauit nec recipiendus ē a sapiente magistratu. Satisfactionē autem non facit: nec etiã offert nisi qui culpam suam recognouerit ⁊ deliquisse confessus fuerit. Manifestum ergo ē de omni oberrante hoc ē peccatore ipsum non eē recipiēdum in cōsortium sanctorum nec restituēdum eē ciuilitati quã adeo turpiter deseruit nisi culpabilem se ꝑ confessionem reddiderit ⁊ satisfactionē obtulerit. Manifestū ergo est omnem peccatorem adulte etatis debitorẽ esse confessionis ⁊ satisfactionis pro arbitrio sacerdotis quamdiximus magistratum esse. ¶ Amplius. Peccator qui nec culpabilem se recognoscit nec de erratis satisfacere curat necessario contumax ē. Cōtumacia autem maiorem dei contra peccatorem irã ꝓuocat. sicut legitur Job. xxxiiij. Ne desinas ab homine iniquitatis qui addit super peccata sua superbiam. Et si dixerit quis non oportẽ vt alijs culpabilem se recognoscat vel confiteatur ꝙ̄ deo: neq; vt alijs satisfaciat: necessario reditur ad illud inconueniens quod supra in tractatu de baptismo ostendimus vẽ vt pereant inter fratres spirituales necessitudines spirituales. Quare peribunt mutua inuicem suffragia mutue dilectionis: mutue inter eos beneficentie non modicum minuetur. Si enim reuersio eiusq̇ aberrauit non apparuit que vtiq; nisi per confessionem delicti seu delictorum ad emēdationem ipsorum apparere non potest nō apparebit spiritualis germanitas siue fraternitas siue sancta ciuilitas: ⁊ ꝓpter hoc non habebitur iste vt frater siue vt ꝯfinis. Quapropter peribit meum vel minuetur in multo beneficētia fraterna. ¶ Ampli⁹. Que societas ē ⁊ quoddam collegium a quo si quis turpiter ⁊ cum scandalo recesserit denuo recipiatur nisi cum recognitione ⁊ satisfacione seu emēdatione. ¶ Amplius. Quisquis ī collegio aliquo vl' ciuitate quacunq; videat domum vnam comburi vl' quamcunq; eiusdem ꝑiculam ex quo toti domui vl' ciuitati imminere videatur incendium: ⁊ non clamore ⁊ alijs modis quibus valuerit ignis ꝑiculum indicet vt ei vndiq; occurrēbus occurratur. Et quoq; incēdium illud ei vicini⁹ fuerit tāto illud maiori clamore ⁊ altiori vociferatione alijs indicabit ⁊ ad eius extinctionum quoscunq; ⁊ vndecunq; poterit aduocabit. Idem ē si direptionem in parte aliqua ciuitatis quicunq; excubibus fieri videt statim illam clamore ⁊ prouocatione ad arma quibuscunq; qui adiuuare poterunt indicabit: eo autem instantius ac vehementius quo incomodum incēdij vl' depredationis ad se magis pertinere videbit. Et si pro temporali incēdio sibi ⁊ depredatione rerum tēporalium que adeo viles sunt ⁊ comparatione spiritualium omnino nulle qui pro spirituali incēdio ac depdatione aīarū hūanaꝝ q̄ adeo nobiles sunt adeoq; preciose faciendum ē? Multo ergo fortius indicande ⁊ reuelande sunt depdationes ⁊ incēdia animarū. Reuelande inquam his q̇ adiuuare possunt atq; prodesse ad ereptionem seu liberationem ipsarum ⁊ extinctionem. Quia ergo peccata mortalia nihil aliud sunt quã incēdia ⁊ vastationes seu depdationes animarum. Manifestum est ea eē reuelanda his qui ex officio prodesse debent ⁊ possunt. ¶ Amp̄. Deo conquerente de quocunq; homine iustitiamq; ⁊ iudiciū de eo exigente manifestum est vnumqḋq; debere deo assistere ac stare pro eo ⁊ contra seipsum. Iustam enim esse dei causam vbiq; ⁊ in omnibus necesse ē. Semp autem pro iustitia standum ⁊ contra iniquitatē: nulli ergo licẽ deo in cā sua contra quācunq; causam habebat: denegare vl' procurationis effectum vl' patrocinium vl' testimonium vel finic pronunciationē vel eiusdem executionem: ergo etiam contra teipsum teneris ꝓcurator pro deo ⁊ testis ⁊ aduocatus: ⁊ iudex ⁊ finie executor eē. Teneris ergo testificari ⁊ allegare contra teipsum in causa dei ⁊ alia q̄ iudicij sunt facere. Testificari autē ꝯtra te hoc ē confiteri ⁊ ampli⁹ teneris ergo ex necessitate confiteri coram iudice qui inter te ⁊ deum sedet medius: hic autem ē sacerdos. Si enim cause ciuiles ⁊ seculares agēde ⁊ examinande sunt coram rectoribus siue iudicibus ergo ⁊ cause animarum siue spirituales vētilande erunt coram rectoribus animarum vel iudicibus. Rectores enim ⁊ iudices nostri in corporalibus seu tēporalib⁹ illi sūt quibus leges tēporales date sunt in manibus q̇ scilicẽ latores ⁊ expositores earum sunt ad populum. Sic rectores ⁊ iudices animarum nostrarum sunt in quorum manibus adimplēdum ⁊ docēdum siue ferēdum ad populos lex data ē. Hi autē sunt proculdubio sacerdotes. Et enim alij sūt doctores quam sacerdotes supplemētum ē sacerdotalis officij. Idem dicimus de doctoribus legum secularium in adiutorium enim ⁊ succursum iudicum recepti sunt. Unde ab initio non fuerunt huiusmodi doctores: sed ipsi legum latores secularium eas ferebant ⁊ exponebant ad populum. Postmodum autē tum propter imperitiam audiētium: tum ꝓpter occupationes iudicū: tum ꝓpter emersionē questionum: tum ꝓpter ꝑuersitatē male interꝑtantium: ⁊ semitas iudiciorum ꝑuertere conantium assumpti sunt ⁊ constituti doctores. Idem factum ē ⁊ eisdē de causis in doctrina et legibus animarum. ¶ Amplius. Si emendanda sūt delicta aīarum emēdēdaq; eē nemo sani capitis dubitare potest non sunt emēdanda nisi ꝑ legem dei siue legē aīaꝝ: de lege aūt cui credēdum nisi eis qui ex officio hn̄t eam ⁊ docere ⁊ discere. Hi aūt ꝓculdubio sunt sacerdotes. Quapꝑter ꝯsilio eoꝝ emēdāda sūt aīaꝝ delicta quēadmodū ⁊ ꝯsilio rectoꝝ secularium delicta secularia: nec hec: nec illa emēdari possūt nisi venerint in noticiam eorum ꝑ quos emēdanda sunt ⁊ hec ergo in notitiam rectorum secularium ⁊ illa in noticiam rectorum spūalium venire oportet. Quapropter delicta animarum q̄ omnia integre sciri nō possunt nisi per confessionem: quin ⁊ occulta sunt ꝓ maiori pte: et radices ⁊ circūstantie ipoꝝ occulte sūt.

Contumacia irā dei ꝓuocat.

Nota.

Peccā mortalia sunt incendia.

Nota.

Doctorū fuerit abusio.

Quoniā si manifesta fuerint oportet vt seculariter iudicētur si iudicem habuerit ipse qui delinquit ꝛ nihilominus oportet vt spiritualiter de eis iudicetur.

Trāqllitas duplex.

¶ Omne namq̧ delictū manifestum duo habꝫ iudicia ꝛ duos iudices. Sicut eñi duplex ē pax duplexq̧ vite humane tranquillitas: videlꝫ exterior ꝓpter quā ꝛ leges seculares ꝛ ptātes institute sunt ꝑ quas turbationibus exterioribus huius vite occurrit͛ hoc est rapinis furtis: rixis: ꝛ aliis exterioribus iniuriis. Et interior pax videlꝫ ad deum ꝛ inuicē ad homies Cuius turbationis causa sunt ipsa peccata siue occulta siue manifesta: peccatis eñi in eo quod peccata sunt deus offenditur. Offensio aūt turbatio ē pacis. Sic odia ꝛ ire lꝫ occulte sint ꝛ omnes alie pestes huiusmodi pacē que inuicem inter homines esse dꝫ perturbant ꝛ societatem eorum sanctam destruunt ꝛ ciuitatem sanctificatam eximunt dissipant euertunt: captiuosq̧ faciunt homines vinculis diabolicis ꝛ carceribus eos mancipantes ꝛ vtraq̧ morte scilicet prima ꝛ secunda eos interficientes ꝛ vt ad vnum dicamus: non est clades: non est calamitas: non est tormētum vł mors quidē proportionaliter ac spiritualiter quam peccata non infligant hominibus. Quare incōparabiliter magis occurrendum fuit ꝑ pacē contrariam pacisq̧ illius custodes ꝛ conseruatores.

Leges spūales necessarie.

Quapropter manifestū ꝛ leges spirituales siue animarum ꝛ iudices seu rectores debuisse ꝛ debere esse. Alioquin vniq̧ rei publice sue oīpotētissimus ac sapientissimus deus insufficienter ꝛ imꝑfecte ꝓuidisset. Jam autē remouimus ab ipso insufficiētiam ꝛ imperfectionem q̄tum ad res magnas: per hoc qđ nec in minimis operibus suis videlꝫ succursiōe ꝛ publice illas sustinet. Quia ergo exteriora delicta vtrāq̧ pacē ꝑturbant: necessario subsunt vtrorūq̧ rectorū hoc est spūalium ꝛ seculariuꝫ iudicio. Et ꝓpter hoc furta ꝛ rapine ꝛ alia hmōi non solummodo iudicanda sunt iudicio seculari ꝓpter exteriorem huius vite trāquillitatē: sed etiam in foro spūali ꝓpter interiorē ꝛ spiritualē q̄ ad deū ꝛ homines est pacē siue tranquillitatē. Et ꝓpter hoc necesse habēt de his spiritualiter cognoscere doctores seu iudices animaꝝ. Jn notitiā ergo eo necesse habent venire. Quocūq̧ aūt modo in cognitionē iudicii spiritualium veniāt q̄ per confessionem spontaneam ipōrum delinquentium: frustra ꝛ inutiliter veniunt q̄tum ad finem et fructum spūalis iudicii qui finis ꝛ fructus est pacis interne reformatio.

Nota.

Qui ei confiteri ꝯtēnit iniuriosus deo existit quia ius eius non recognoscit ꝛ iudicium eius impedit. ¶ Amp. Sicut tenet͛ non exprimere falsitatē inquocūq̧ iudicio: ita ꝛ nō supprimere veritatem interrogatus. Quia q̄ tā multipliciter delinquit abscōdens pctā sua ꝛ in iudicio illa cōfiteri nolēs: non solū pacē ad deū non consequitur: sed etiam maius bellū ꝯtra se ꝯcitat. Certum aūt est q̄cquid sit de aliis iudiciis ꝛ causis: i dei tñ iudicio ꝛ cā necesse hꝫ vnusq̧sq̧ testimoniū ꝑhibere maxime interrogatus a iudice sitr ꝛ parere sententie iudicis.

¶ Epilogus est supradictorum: nec recte summari potest.

Bon⁹ epilogus supradictorum.

Tam ergo declaratum est iudicium penitētiale debere esse: ꝛ quia in eo tenemur etiam contra nos ipōs ꝛ ꝓ deo ꝛ procuratores esse ꝛ testes ꝛ aduocati. Similiter ꝛ executores snie: etiam proprie condemnationis ꝛ propter hoc lictores ꝛ tortores nostri ipsorum. Et q2 si in aliis iudiciis tenētur homines ꝛ eos ꝓdere: ac etiaꝫ exhibere iudicibus ad supplicia ꝛ hoc pro pace ꝛ tranquillitate temporali ac ꝓ conseruatione seu defensione rerum tēporalium q̄ nullius momēti omnino sunt ꝯparatiōe spiritualiū: multofortius nos ipsos quotiēs rei sumus prodere ꝛ accusare tenemur ꝛ exhibere iudicibus seu rectoribus animarum non dico ad supplicia: sed medicamenta ꝛ salutem ab vtraq̧ morte ꝛ ꝑditione.

Oē pctm̄ ē iniuria in deū.

Et qm̄ omne peccatum iniuria in deum est merito occurrendum est ei ꝑ ius iudicium atq̧ iustitiam. Juditium autē ꝛ iustitia debēt habere tribunal foruꝫ: auditorium seu consistorium ꝛ iudices atq̧ ꝑcones siue ꝑfectos ꝑtorio. Et ꝓpter hoc: sicut sunt exteriores pene siue supplicia quibus consulitur tēporali tranquillitati ꝛ est quedam carnificina ꝛ chirurgia exterior disciplina ꝛ gladius potestatum tēporalium: ita necesse est prefecturam esse spiritualem ꝛ ꝑtorium spirituale vbi fiunt mutilationes flagellationes ꝛ exerceatur velut quedam carnificina spiritualis quā sponte ꝛ subeāt ꝛ sustineāt qui deo de seipsis iudicium ac iustitiā facere voluerint. ¶ Amplius. Volentibus satisfacere deo ꝑ iudicium ac iustitiam de semetipsis querentibus: volentibusq̧ facere vltionem deo de seipsis: vł est eis possibile in hac vel non: q̧ si dixerit quis non esse possibile: ergo nec naturali instinctu ac desiderio ad ista naturaliter mouebunt͛ cum naturalis motus nunq̄ sit ad ea q̄ sunt naturali impossibilitate ꝓhibita.

Mot⁹ nālis ad possibilia.

Si autem est possibile ꝛ certum ē q̧ non aliter fieri potest nisi ꝑ iudices alios a se maxime: cum cōmunitas hominum ignoret iudicium istud ꝛ iustitiam. Manifestum ergo ē q̧ communitati hominum consulēdum fuit de iudicibus spiritualibus quorum iudicio deo satisfieret de eis. ¶ Amp. Offerente se peccatore iuri coram deo necesse hꝫ deus illum recipere: alioquin iniustus esset si paratum stare iuri vltra q̄ iudicium ꝛ iustitia quibus se offert exigunt illū grauaret. Omnes aūt veraciter penitētes offerunt se iuri in curia seu consistorio ipsius dei ꝛ hoc ē in hac vita: qui si non hꝫ hic curiam siue consistorium vbi tanta ē multitudo eorum iuri se offerētium: quis non videat q̄to detrimēto glorie sue: sit iste defectus dum nec sibiipsi facis de huiusmodi ꝛ eis tā gloriosam iustitiam. Modice siquidē glorie ē in eos q̄ in vita peccauntur exercere iustitiam comparatione eorum qui se non solum sponte exponunt patibulis: sꝫ etiam velut dei ministri ꝛ lictores atq̧ tortores atrocissimi in semetipsos: dei iniurias ꝛ contumelias vlciscuntur. Deinde q̄tum desit gubernationi hominū ꝛ si ꝑbas est debere regie dignitatis officio si in tanta parte regni sui non ꝓuideat q̄ iura reddat petētibus.

Nota.

¶ Amplius. Manifestum quia in peccatore penitēte duo sunt videlicꝫ natura quam deus condidit ꝛ q̄ ē opus eius ꝛ culpa seu vicium seu peccatum: quā miser peccator de suo adinuenit ꝛ infelici infaustaq̧ coniūctione bono dei opi admiscuit vł adiunxit: veraciter aūt penitēs totum quod suum ē proprio iuditio damnat mortiq̧ ꝛ perditiōi adiudicat gladioq̧ penitudinis ferit: ꝛ vt ita dicamus de tota regione seu prouincia sua: hoc ē de tota potestate seu ditiōe liberi arbitrii sui: velut maleficos q̄sdā exterminat ꝛ ꝓfligat: hoc aūt dicimus q̄tū in eo ē aut ꝓ virib⁹. Jsta aūt malefici q̄tuor sunt ꝑmi ꝛ minimi male cogitatiōes. Deinde male affectiōes. Tertia male locutiōes. Quarto male operatiōes. Jstos tāq̄ dei hostes de terra sue

ditionis ac potestatis, vt diximus veraciter penitens pro viribus expellere conatur. Naturam vero que dei opus est ab his latronibus ac depredatoribus liberare et a lesionibus quas intulerunt sanare: nec non spolia que abstulerunt eidem ab eis eripere ipsique restituere satagit prout potest atque contendit. In hoc ergo duo querimus ab aduersariis: primum an propugnatorem istum suum deum in isto bello adiuuet an deserat. Quod si dixerit quia deserit et non adiuuat ipsum in hoc duo sequuntur eum inconuenientia. Primum est deum negligere opus suum: id est naturam quam in homine condidit contra cuius hostes nullum prestat eidem auxilium. Secundum est deum omnium dominorum infidelissimum ac crudelissimum quod athletas suos et bellatores pro eo decertantes adiuuare non curat: in nullo enim hominum tam tumeliosque infideli ac seuo ista infidelitas atque crudelitas inuenitur. Quod si fortasse dixerit quia proprie vires penitenti in hoc sufficiunt et ideo neque infidelitas est neque crudelitas si nouum ei ad hoc non prestatur auxilium. Ponamus ergo quod penitens per seipsum perficiat id quod intendit et ad id ad quod conatur sicut dicit aduersarius. Ad hunc ergo statum restitutus est penitens vt nihil inueniatur in eo nisi opus dei et illud restauratum est atque restitutum vt diximus: quapropter non inueniet in eo iustissimus iudex deus vel quod damnet vel pro quo damnat: nihil in eo inuenit quod oderit aut reprobet. De iuditio ergo deinde reportabit iste nisi sententiam absolutionis: confidenter ergo ac secure viri se offerunt in dei curia siue in consistorio veraciter penitentes et confidenter ergo petunt sibi reddi ius cum eis debeatur sententia absolutionis a preteritis peccatis. Quod si dixerit quis iudicat eos deus non quales sunt: sed quales fuerunt. Manifestum est quia euidens est in hoc et iniquitas et peruersitas. Quemadmodum in visu diceretur esse peruersitas si eo iudicaretur esse album quod nigrum est. Iniquitas in eo quod malus iudicatur qui bonus est et in hoc quod deterioris conditionis et minus potens apud deum presens bonitas que vtique extat quam preterita malitia que omnino abrasa et abolita est: ac penitus annihilata. Quid autem isto iniquius cogitari potest quam vt bonitas: non tantum valeat ad placandum misericordissimum deum bonitas inquam quo est quantum malitia que omnino deleta et annihilata est ad ipsum offendendum seu prouocandum. Quid vero peruersius inueniri potest quam vt malum iudicetur quod malum non est et bonum non iudicetur quod bonum est. Si autem prestat auxilium deus penitentibus ad perficiendum quod intendunt: vult ergo eos perficere quod intendunt: totum autem quod intendunt est recuperare pristinam innocentiam et gratiam ergo ad hoc perducit eos. Manifestum est quod est penitentes dacis ad pristinam innocentiam et gratias restaurari.

¶ Redeamus ergo et dicamus aggregata ratiocinatione quia penitentes sunt qui et vltro se offerunt in dei curia vel consistorio nontam ad sustinendum ius hoc est iustificationem qualem exigit dei curia vel consistorium: quam ad prosequendum ius absolutionis et restitutionis gratie dei quam in auditorio illo reddi sibi petuntque si non fuerit qui reddat quis maior defectus magisque dei glorie derogans quam iste scilicet vt desit qui iustitiam et iuditium faciat poscentibus: quid autem aliud quam iudicem petebat qui dicebat. Iudica me deus et discerne causam meam. Similiter et qui dicebat iudica me domine quoniam in innocentia mea ingressus sum. Et iterum de vultu tuo iudicium meum prodeat. Necesse est ergo deum habere et iudices et curiam siue auditorium vbi et iustificentur iustificandi et restituendi restituendi. Auditorium autem seu consistorium et iudicium non possunt esse qualia decet nisi habeant accusationem et testificationem. Hec autem non possunt integre fieri nisi per ipsos qui peccauerunt: tum quia multa sunt occulta: tum quia etiam spontanea debet esse accusatio. ¶ Amplius. Vero iustitia ab ipso incipit in quo est et in illo maxime imprimis operatur: sicut calor id in quo est maxime et in primis calefacit et lux id in quo est maxime: et in primis illuminat et ad hunc modum de omnibus aliis. Quare iustitia veri nominis seu vera illum in quo est in primis et maxime iustificat. Quare in primis et maxime contra ipsum accusationes instruit: instruat testes sententiam condemnationis dictat: tormenta parat: tortores instigat: sicut legitur in Prouerbiis. xviii. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Quoniam autem ista scilicet accusatio testificatio et cetere partes iustificationis seuerius rectius et per omnem modum iustius coram alio et per alium fiunt: quam coram ipso et per ipsum qui deliquit: sicut manifestum est. Quis enim dubitat minus longe iustitiari minus per omnem modum puniri: minusque iuste sub se coram se et a se quam coram alio et sub alio: vt enim de aliis taceamus sola accusatio siue reuelatio delictorum coram alio plus habet iusticiationis et tormenti interdum quam magna ieiunia et magne flagellationes. ¶ Amplius. Quid istius siue iustitie congruentius quam vt qui peccando se super se extulit emendando se infra se deprimat aliisque se iudicandum torquendumque supponat. Soli enim sibi velle esse subiectum non tam superbie est quam iniquitatis et iniustitie. Vendicare enim sibi preposituram aut iurisditionem iure omnino aliena castra videlicet vel ciuitatem absque superioris licentia vel auctoritate non solum iniustissimum est: sed etiam iniquissimum. Quapropter nullus in semetipso sibi iurisditionem siue iudicandi auctoritatem vendicare debet absque voluntate dominatoris vniuersorum dei. Qui si in temporalibus que adeo vilia sunt noluit aliquem sibi iudicem esse vel ius sibi dicere: imo coram alio et per alium ius audire. Multo ergo fortius adeo in arduis et periculosis videlicet spiritualibus noluit aliquem in sensu suo ambulare nec voluntate propria duci: nec auctoritate inniti. Necesse ergo habemus in his aliorum subire iudicium: quia omnino vel nullum erit vel iniquum nisi de veritate delictorum iudicii perfecte constiterit quod esse non potest nisi per confessionem et testificationem peccantis. ¶ Amplius. Quoniam omne peccatum offensa est necessario requirit repropiciationem seu reconciliationem. Et hoc impossibile est vt sit nisi per sacrificium spiritus contribulati siue cordis contriti in prolapsis. Et quia iniustitia est necessario exigit iustificationem et tormentum ipsius peccantis: et quia execratio est necessario exigit sanctificationem siue sacramentum. Quod sicut sepe diximus et ostendimus necesse est habere similitudinem forinsecam atque visibilem cum ipsa sanctificatione interiori. Sanctificatio autem interior non est nisi per orationem aut benedictionem seu diuini nominis inuocationem. Et quia vinculum est necessario requirit absolutionem. Ex quibus omnibus manifestum quod penitentie assignari solent tria: scilicet contritio: confessio et satisfactio. Quia enim peccatum vt diximus offensa est dei et non est in prolapsis repropiciatio seu reconciliatio eius atque satisfactio eius absque sacrificio contriti cordis ac contribulati spiritus. et quia iniuria est a d

Deus non negligit opus suum.

Nota.

De his curiam et auditorium.

Spontanea accusatio.

Iustitia.

Iustus accusator sui.

Nota.

Sacrificium spiritus contribulati.

Tres comites penitentie.

pacificatio de ipsa absq̄ iudicio. Judicium aūt non est absq̄ accusatione ⁊ testificatione cōtrā delinquē-tem. Et hoc est cōfessio neq̄ est iudicium absq̄ iusti-tiatiōe delinquentis ⁊ emēda fa ciendа iniuriā pas-so ⁊ hoc est satisfactio. Apparet etiam tibi cum his ꝓpter quid ipsa penitentia sit ⁊ dicatur sacramētū; videlꝫ quia sacrat atq̄ sanctificat a recidiuis ⁊ itera-tis execrationibus ⁊ quia habꝫ signum sacrās atq̄ sanctificans. Signum dico similitudinem habēs cū ipsa sanctificatione interiori. Manus em̄ sacerdotꝭ super caput penitentis manum diuinam siue ꝟtutē adesse significat ad sanctificandū vel significandum penitentē.

Absolutio.

Absolutio autem sacerdotalis aut bene-dictio absolutionē interiorē ac spiritualē quā oīpo-tens ꝟtꝰ dei atq̄ clementia in penitente operantur expressa similitudine signat in hoc ꝙ lucernis accen-sis qui ꝑ totam quadragesimam extra ecclesiā fue-rant publicos scilicet penitētes introducūt in eam per episcopum in die sancto Jouis expsse aperteq̄ figuratur ꝙ ꝑ peccata ⁊ a domo dei exclusi ⁊ a cōsor-tio atq̄ cōmunione sanctorum separati ꝑ peniten-tiam recipiunt ⁊ restituunt ad vtramq̄ illarum. Et quia lucerne eorum que ꝑ peccata extincte fuerant ꝑ penitentiam reuiuiscunt in igne spiritussancti arde-ant ⁊ luceant sicut prius.

¶ Pergit pie ⁊ eleganter de penitentie sacra-mento: eiusq̄ effectu ac potestate disserere.

Nota.

Quoniam aūt recidiuis sordibus corporū nec desunt lotores seu lotrices nec lauacr ⁊ recidiuis vulneribus eorūdē ac morbis nec medicatores nec medicamentū Simi-liter recidiuis detritionibus eorꝫ atq̄ ruinis nec re-paratores ⁊ reparamētum: et hoc omnipotētis dei mia ⁊ ꝓuidentia ⁊ bonitate faciente q̄ malis aut le-niendis aut tollendis remedia bonorum oppositorꝫ redundantissima beneficentie sue largitate opposu-it: ꝗ̄tofortius recidiuis sordibus animarꝫ lotores spirituales ⁊ lauacrum: recidiuis vulneribꝰ ⁊ morbis earundem medicatores ⁊ medicamētum: recidiuis ruinis ac detritionibus earum reparatores seu resar-tores ad reparamentum: recidiuis execrationibꝰ ea-rum sacramentum ⁊ sacratores deesse noluit.

Bonum pe-nitētie.

Et qd aliud bonum contra recidiua mala animarum ꝓui-dere potuit ꝗ̄ penitentie sacramentum: ⁊ quoniam iam patefactum est: quia penitentia ⁊ sacrificium ē ⁊ iudicium ⁊ sacramentum ⁊ medicamentum. Cum hoc etiam scire debes: ꝙ est etiam pacis inter peni-tentem ⁊ deum reformidatio seu reformamentum.

Sctificatio-nis tres mo-di.

Debes etiam scire quia tres sunt modi sanctificatio-nis ipsius. Sanctificat em̄ merito reconciliationeꝫ ad deum impetrans placatore suo ⁊ acceptibilitate tanꝗ̄ sacrificium: sanctificat etiam naturali opatio-ne videlicet contrarietatem quam habet ad execra-tionem qua illam ꝗ̄tum ad affectiones locutiones ⁊ opera destruit: exterminat ⁊ diffugat.

Pudor.

Pudor enim ꝓprie accusationis et confessionis impudentiā qua dei presentiam ⁊ angelorum non erubuit: nec coram eis peccare veritus est ipsa naturali repugnantia ⁊ contrarietatem quam habet ad ipsam destruit ⁊ ex-tinguit. Sic dolor penitudis delectationē quā habu-it in peccato ⁊ timor audaciam: qua aliud contra de-um presumere ausus est. Sic ira penitudinis qua cō-tra peccatum ⁊ contra seipsum propter peccatū an-imosius excandescit hilaritatem ⁊ remissionem animi q̄ tentatione tam leui tanq̄ turpiter succubuit ⁊ tam le-

uiter hosti diabolo manum dedit ꝑpetueq̄ seruituti ipsius se ꝗ̄tum in eo ē subiecit. Et quattuor ista que diximus quattuor brachia sunt prime crucis penitē-tialis primis patibuli spiritualis cui vetus homo iustissimo dei iudicio affigitur. Tertio sctificat virtu-te diuina ⁊ hoc vt sacramentum videlꝫ per absolutio-nē ⁊ bñdictionem sacerdotalem cū rite facte necesse est virtutem diuinam adesse ⁊ ꝙ postulatur tribuere nisi steterit per penitentē necesse inq̄ est non coactio-nis impulsione nec alligationis violenta astrictiōe. Sꝫ liberrime ac liberalissime sue benignitatis ac be-neficentie largitate ad absolutionem siquidem ⁊ be-nedictionem sacerdotalem rite factam dirumpi vin-cula peccatorū effugari maledicta ipsorum: aduenien-te spiritussancti gratiam ad sanctificandū ⁊ implen-dum penitentem nisi hoc ipse impedierit nullatenꝰ dubitamus.

Nota.

Frustra em̄ tante pietatis officinam om-nipotētissimus ac clementissimꝰ deus in ecclesia sua instituisset ꝓditioseq̄ penitentibus illudere si sacer-dotum ministerio in eorū benedictionibus ⁊ absolu-tionibus adesse nollet penitētibus ergo: q̄ iā sctifica-ti iam a vinculis peccatorū absolutionē iam gratie ꝑstine restitui sacerdotalem bñdictionem ⁊ absolu-tionem peccata sua cōfessi recipiunt pie credimꝰ ac sentimus ipsam gratiam quā afferunt sacramēto pe-nitentie ⁊ sacerdotali ministerio adaugeri.

Vide hūc lo-cum.

Num em̄ sanctificatis et gratie pristine restitutis: ad gratiam tm̄ penitentialis sanctificationis sicut decet appropi-quantibus ⁊ paratis ⁊ peccata sua ꝓut recolunt ple-ne ꝯfessis credimus ⁊ dicimus sacerdotali absolutio-ne ⁊ bñdictione remissionem peccatorum omnium ⁊ gratiā qua decetero grati deo ⁊ acceptibiles viuant ꝑstari. Si quis aūt querat q̄ debeat esse ꝑparatio et que ⁊ quot requirant ad hoc vt idonei sint penitētes sicut decet parari confitentes ad recipiendum grati-am santificationis penitentialis. Dicimus q: quat-tuor sunt quorum primum est desiderium siue volun-tas acquirende ipsius sanctificationis. Secundum ē fides siue credulitas obtinendi ipsam per illud sacra-mentum videlicꝫ penitentiale. Tertium est ꝓpositū non relabēdi siue abstinēdi de cetero a peccatis mor-talibus.

Quattuor requisita ad grāz suscipi-endam.

Quartum est ꝓpositum siue voluntas emē-dandi siue satisfaciendi vitamq̄ suam componendi ⁊ ordinandi ad arbitrium seu consilium eorum quibus est istud ⁊ videre datum ⁊ creditum ꝓuidere. Ex quo consequēs est vt seipm̄ tradat iusticiandum atq̄ re-gēdum eisdem ⁊ ꝓpter hoc vt ipse ꝑ confessionem se coram ipsis accuset ⁊ alias iudicij partes contra se-ipsum hoc est in sui tormentum ⁊ contumeliam pro deo: hoc est pro honore eius ⁊ gloria prosequatꝰ: ve-rum ꝗ̄tum desiderium: hoc est ꝗ̄ feruens assequendi gratiam sanctificationis penitentialis ꝗ̄ta fides ip-sius sacramenti: ꝗ̄ viuax seu vehemens propositum preteritos lapsus emendandi ⁊ iterum non relaben-di solius dei est ⁊ nosse ⁊ meriri.

Claues ec-clesie.

¶ Amplissime tamē atq̄ magnifice de clauibus ecclesie ⁊ potestate ⁊ sa-cerdotali ministerio sentiendum esse non dubitamus claues eorum. Alias enim ecclesie date sunt officia-q̄ ⁊ potestas sacerdotibus propter dispensandas di-uitias misericordie dei: vt essent qui apperirēt pul-santibus et introducerent intrare volentes et tanꝗ̄ officiales misericordie ipsius fugientes ad ipsam to-ta aggratulatione et applausu reciperent reos: ab-soluerent peccata remitterēt omnibus bonis gratie et glorie spoliatos a latronibus infernalibus resti-

Ministeriū clauium.

cuerent vulneratos spiritualiter et morbidos celesti me
dicina ac virtute diuina sacramentorum medicamentis
sanarent. Hic etiam credimus et sentimus eos qui
cum fide huius sacramenti et vehementi desiderio re
deundi in dei pacem et gratiam licet timore infirmitatis
sue et oppressione male consuetudinis propositum ab
Nota.
stinendi consuetis et eadem emendandi non habeant
interdum de diuine pietatis abundantia virtute clauium
et sacramenti istius prestari et huiusmodi propositum et firmun
di: conantibus enim ad deum reuerti dexteram auxi
lii sui porrigere patrem misericordiarum dubitandum
non est. Quemadmodum ille qui lunaticum filium at
tulit ad dominum Jesum in .ix. Marc. Credere quidem
nitebatur: sed nondum fidem ad quam conabatur ha
bebat propter quod et dicebat. Credo domine adiuua
incredulitatem meam. Merito tamen sui conatus et
filio sanitatem et ipsemet fidei donum obtinuit. Sic
de similiter conantibus quod presto sit eis diuine beneficen
tie auxilium pia fides non dubitat. Quemadmodum
in primitiua ecclesia simpliciter interrogabantur ba
ptisandi vtrum crederent vtrum diabolo et pompis
eius renunciarent: vtrum baptisari vellent nec inter
rogabantur vtrum essent mundi a peccatis an non:
et vtrum in charitate essent: vtrum omnium virtutum
varietate decori ac diuites: sed magis virtute baptis
mi hoc eis prestandum preparabatur. Sic et in sacramen
to penitentiali digne et deuote accedentibus prestari cre
dimus quod intendunt. eo quod venientes nondum habent
propter quod et per sacramentum illud querunt.

¶ Tractat partes penitentie: et primum de con
tritione.

Contritio.
POst hec autem loquemur de partibus pe
nitentie sigillatim prosequentes comparatio
nes earum atque virtutes. Dicemus ergo
quia contritio est confractio et comminutio
et quasi in puluerem redactio veteris hominis. Juxta il
lud quod legitur Ysai. xxx. Et comminuetur quemadmo
dum conteritur lagena figuli contritione perualida
et non inuenietur de fracturis eius testa in qua portetur
igniculus de incendio: aut hauriatur parum aque de fo
uea: talis est contritio veteris cordis ita vt non inue
niat diabolus de eo vbi ponat igniculum praui desi
derii: aut non modicum aque hoc est noxie volupta
tis. simile est illud. xix. Hieremie. Sic conteram po
pulum istum et ciuitatem istam sicut conterit vas figu
li quod non potest vltra restaurari. Ex quo verisimile
est cor non esse contritum contritione perualida neque
illa qua conterendum dixit dominus iudeorum popu
lum quod statim restauratur ad relapsum peccati ad
recidiuum nec nominatur contritio quia ab ipsis pec
cantibus peccata linguntur siue lambuntur exterius.
Juxta illud Inimici eius terram lingent. Inde et ama
Amalech.
lech lingens terram vel sanguinem interpretatur tam
quam superficietenus mollita fallaci dulcedine delinita.
Penitentes autem ea conterunt sicut lactucas agre
bet nec resarcituram. Sic et in vase nõ modica glo-
ria est integris a fractura cum similis nunꝙ̃ erit re
fectionis gloria licet filo aureo vel argenteo resar
ciatur aut reparetur licet etiam ipsa factura reso-
lidata auro et gemmis preciosis de super adornet̃.
Respice totum tenorem vite eorum qui baptisma-
lis sanctitatis puritatem et integritatem illesa ꝑse-
uerantia ab omni inquinamento mortalis peccati
vsq; ad finem vite custodiunt et videbis eam tanꝙ̃
vestẽ vni colorẽ absq; detritiõe ⁊ scissura Respice ex Simile.
altera parte totum tenorem vite eorum qui per pe-
nitentiam restaurati sunt et videbis eam velut vestẽ
multarum detritionum ac scissurarum. Sed multi
pliciter resarciatam atq; refectam et interdũ ipses
detritiões suas scissuras ac nobili preciosa refectio
ne non solum redundãtes sed etiam superãtes. Q;
in eis accidit qui non solum errata sua corrigunt et Nota.
emendant per penitentiam sed ipsam correctionem
et emendationem penitentiali multarum sublimiũ
ac preciosorum operum magnificentiam atq; miri
ficentiam supertumulant. Quemadmodum petr⁹
et Paulus ⁊ Maria Magdalena Maria egiptia
ca fecisse noscuntur. Sic eorundem vite tenorem
videbis vt vas multarum fracturarum ac perfora
tarum. Sed econtrario multarum reparaturarum
et exornationum Licet ergo vas seu vestis interdũ
longe preciosior sit per huius refectionem et exor-
nationem tamen ad eam gloriam continue ac ille-
se integritatis perduci non potest: licet ad maiorẽ
interdum longe per mirificã ac preciosam refectio
nem et exornationẽ indubitãter pertingat. Sic mu
lier corrupta licet ꝑ pniam ⁊ vite sequentis excellẽti.

am ad longe maiorem gloriā interdum sublimetur
quā ea que ꝟginitatis integritatē seruauit ꝑpetu-
am: ad gloriā tamen virginitatis eam reparari im
possibile est: multis enī milibus sacratissimarū vir
Maria magdalena sublimior cunctis virginibus in celo. ginū sublunior i celo sedet Maria magdalena. Lō
geq̄ gloriosior atq̄ beatior. Illa tamen gloriā vir-
ginitatis licet multo et incompabiliter minorē ha-
bere nō potest. qđ nobis presta.

Cōtritio. R Edeamus autem ad ipsam contritionem
et in hoc vno finē faciamus tractatus ip-
sius. Et dicamus ꝙ ipsa contritio per se
debitum est ⁊ tale debitū ꝙ omnis eius de-
bitor sponte et ꝓpria voluntate confitetur. Unde ⁊
debitum eius et quasi de primis impressionibus ē.
Nullus enim est qui nō recognoscat in seipso et con
fiteantur. Nullus enim est qui nō videat et corde di
cat de vicijs esse et peccatis exeundū Uicia et pecca
ta esse deserenda ac fugienda Similiter ad deum re
deūdū esse eiq̄ totis viribus ac studijs adherendū.
Eodem modo dicimus et singulas nominationes
contritionis seu iustificationis per se notas esse: et
stabilitione alius probatione nullatenus indigere.
Nulli enim dubium est quin timenda sit peccatorū
imminens penalitas et erubescenda turpitudo seu
feditas et vastanda: hoc est toto impetu animi refe
rienda iniuriositas et delenda damnositas et abho
minanda spurciositas et indignanda vilitas et odi
enda inimicabilitas et exhorrenda mortiferitas: et
execranda ꝓphanitas et detestanda maledictio et i
cōmunicabilitas. Q; si forte quis querat. Unde ac
Nota. cis tam timorem: et ita de alijs affectionibus possē
tibi respondere. Unde habes securitatē a peccatis
tuis. Ueruntamen ex penalitate imminentium sup-
pliciorū timor quod admodo hauriendus est. Ma
xime autem ex eoipso ꝙ non times tibi timēdum ē
et ex eo ꝙ nō doles dolendū et ad hūc modum de ali
is. Ex eo maxime tremendū ꝙ nullum tibi adiutori
um ad conterendum veterē hominem. Ex eo etiam
maxime timendū ꝙ vite gratie est nullū tibi rectum
vestigiū: nullū prestitum initum quando nulla ista
rum affectionum tibi tribuitur. Et vt ad vnum di-
camus nihil te magis mouere debet vel potest ꝗ ea
vti volueris ꝙ ipsa priuatio motuū istoꝝ siue imo-
bilitas nihil enī magis timēdum est ꝙ defectus timo
ris siue intimorabilitas et nihil magis erubescēdū
ꝙ impudētia: qꝛ nihil ea turpius Sic nihil magis do
lēdū ꝙ ipe stupor mētꝭ mēbrorūq̄ spūaliū siue insē
Nota. sibilitas: eo ꝙ nihil ea mortalius nichil restauratiōi
seu repatiōi amissoꝝ bonoꝝ spūaliū repugnātius.
Sic nihil magꝭ irascēdūꝙ ipsa irascibilitas ꝗ nihil
ē in hoīe vt ita loq̄r interius nihil vicinius siue iacētius.
Nihil ictibus ferientiū expositius nihil pedibus cō-
culcāniū subiectius atq̄ patius. Et iuxta hos modos
et vias facile ē prosequi de alijs. ¶ De confessione.

¶ Post tractatū de cōtritiōe: aggredit materiā
cōfessiōis cuius multa nomina subdit.

P Ostq̄ autē expediuimus nos de contritio
ne ⁊ nominauimus atq̄ numerauimus cau
sas ipius ⁊ vtilitates ⁊ fructus ⁊ signauimus
cōpatiōes eius multas ⁊ noīatiōes ⁊ no-
minationū ratiōes: cōueniēs ē ꝯsequent
Confessio. aggrediamur loquēdo de scḋa pte penitētie quā su
pra cōfessionē noīauimus ¶ Huius ergo octo sūt nomi
natiōes propter totidem earum ratiōes seu com-
paratiōes videlicet accusatio suipius. Deinde testi

ficatiō. Tertio allegatiō. Quarto confessio hoc
est diuini iuris recognitiō. Quinto suipsius cōdēna
Accusatio. tio. Sexto releuatio alias reuelatio. Septimo vo
mitus spiritualis. Octauo computatiō hoc est ra-
tionis redditio. Nominatur autē occasio sīquātū ē
ad obtinēdā ꝯdemnationē ⁊ penā accusationis ad-
uersus accusatū hoc est semetipsū vel ꝙ magis con
ueniēs est atq̄ propriū foro penitētiali qđ ē audito
riū seu cōsistoriū diuine misericordie vbi in corde
ꝯfessoris rite ac recte iudicātis pro tribunali sedet
reorū cōfessorū nō solum absolutrix sed etiam sal-
uatrix atq̄ reuiuatrix dei misericordia cuius officia
lis sacerdos cōfessor cuius officialitas cōfessoris of
ficiū. Quid inq̄ potius conueniēs atq̄ proprium
est tā mirifico salutari cōsistorio vel auditorio ꝙ sē
tentia est absolutionis a vīculis peccatorū et libe-
rationis a meritis supplicijs ⁊ restitutionis ꝑstine
gratie quātū ad ius ⁊ possessionē et ꝑus debite glo
rie q̄tū ad ius eius enī possessio in patria tm̄ pro-
mittitur nec alibi potest obtineri. Hāc et hoꝝ que di
ximus sētētiam per suipsius accusationē intendit
penitēs per os sacerdotis promulgatā a diuīa mi-
sericordia ibi presidēte ac iudice obtinere. In alijs
aūt cōsistorijs ⁊ ab alijs tribunalibus ꝑ accusatio-
nē intēditur in cōdemnationē ⁊ penā accusatorum
reorū qui accusātur. Hic aūt in absolutionē ⁊ libe-
rationē restitutionē ⁊ qđ est admirabilius atq̄ ma
gnificētius remunerationē reorū itēditur ⁊ etiā pue
nit vt q̄ eīnis erāt merito deputādi supplicijs ad e
ne felicitatis gloriā virtute ꝯfessionis ⁊ merito sup
abūdātissima ac stupēda largitate diuine misericor
die sublimētur et de carcere ac cathenis vitiorū et
peccatorū ad regnū egrediētur celorū. sicut legitur
Mia. Ecclesia. iiij. In hoc ergo tribunali vt diximus sedet
mia assidet aūt iustitia vbi quicq̄d ꝯ penitentē īscri
Iustitia. bit iustitia totum delet mia acumē stili velut figēs
ī corde penitētis ꝑ cōpūctionē scribit ⁊ īscribit iu-
stitia obtusū ipius ad tabulas cordis obuertēs totā
īscriptionē iustitia cōplanando delet misericordia
Sedet mia iurata omnes tabulas scriptiōis diabo-
lice cōplanare omē memoriale diaboli in aquā la-
chrimarū aut ī ignē penitudinis proijcere omē os
accusatorꝭ obstruere. De hac piectiōe legit Miche
vij. Proijciet ī ꝓfūdū marꝭ hoc ē ī ꝓfūde immeq̄
amaritudinis lachrimas oīa peccata nr̄a. Hee sūt
aque amarissime qꝫ sacerdos iussus ē delere male-
dicta mulieris zelotipie. Numero. v. Sedet ī hoc
consistorio dei misericordia iurata delere mortis no
stre cyrographum de quo legitur ad Coll. ij. et affi
gere illud cruci penitentiali. Sicut ibidem legitur
Hic est liber mortis et carta debitoria quam de san
guine animarum suarum velut incausto in ipsis
cordiorum suorum tabulis diabolicis scribunt in-
sanissimis peccatores. Hunc librum seu litteras
ad ipsos determinandos alias determinandos et
obtinendos in iuditio proferet accusator: id est dia
bolus quas si hic sacramento penitentie deleuerit
Nota. dei misericordia non habebit in futuro iuditio qđ
contra nos dicat vel proferat diabolus accusator
fratrum nostrorum qui accusat eos die ac nocte. Si
cut legitur Apocalipsis. xij. Ad hoc tribunal mi-
sericordie vt diximus appella confidenter O pec-
cator agrauamine ꝙ merito times et quod ibi im
minet iustitie ⁊ ꝑeminet hic aut in futuro iudicio.
In q̄ ꝑsidebit iustitia et mīa assidebit ⁊ attēde ꝙ ali-

bi non valet appellatio a iustitia vel cõtra iustitiã. Hic autem ab ipsa iustitia in qua iudicaturus ẽ orbem terrarum dei filius cui omne iudiciũ dedit pater. sicut legitur Johan. v. Appellare licet misericordiã et ad tribunal ipsius ad forũ penitẽtiale qd est consistoriũ misericordie tanq̃ ad maius auditoriũ. cui appellatiõi necesse hz iustitia deferre tanq̃

Misericordia.

inferior. Retractat autẽ imo reuocat et irritat misericordiã omnẽ sẽtentiã quã contra appellatores suos et in foro suo experiri atq̃ iudicari volẽtes dictauerit vel tulit iustitia. Qui eñ non credit iã iudicatus est. sicut legitur Johãn. iij. Hic ita iudicatus si ad forũ misericordie ab isto iudicio quotiẽs iustitie est appellauerit ibiq̃ iudicari noluerit. Quis dubitat qui istud iudiciũ retractetur ibidẽ atq̃ irritetur ꝛ damnatus prius per iustitiã ab ipsa misericordia postmodũ absoluatur. Ita factũ ẽ. Judi. x. Cũ per iustitiã dixisset dominus filijs israel nõ addã vt vltra vos liberẽ ad misericordiã cõfugiẽtes sẽtẽtiã illã iustitie per misericordiã reuocari ac retractari obtinuerũt. Sz et niniuite sententia sue subuersionis qua ex dei iustitia per os Jone prophete audierãt per appellationis ad misericordiam dei cõfugiũt euacuari impetrauerũt. et misert9 est de9 super malitiã quã locutus ẽ vt faceret eis ꝛ nõ fecit. Sicut legit Jone. iij. Sic rex Ezechias audita sñia iustitie de morte sua ex ore ysaie ad huius appellatiõis cõfugiũ cõuolẽs mortis sẽtẽtiã nõ solũ reuocari obtinuit: sed etiã augmẽtũ vite annorũ scilicet q̃ndecim reportauit sicut ait scriptura ysa. xxxviij. Sic et achab rex impijssimus non vnã tantum sententiã contra se: sed posteros suos de animaduersione diuine iustitie per os Helie prophete audiẽs talis appellationis confugio effugit Sicut legit. iij. Reg. xxi. Hoc est quod legitur Eze. xviij. Si egerit iniquus penitẽtiam ab omnibus iniquitatib9 suis ꝛc et omniũ iniquitatũ nõ eius recordabor amplius. Ex quibus verbis euidẽter apparet quãta sit euacuatio atq̃ deletio huius sententie cuius mẽs ꝛ memoria apud deũ dicit remanere. nec inde mireris se retractat iustitie diuine sẽtẽtiã ei9 misericordia cũ scriptũ sit in psal. Misericordia eius super omnia opera ei9. Et Jacobi. ij. Misericordia superexaltat iudiciũ vel subditio. Euidẽs aũt iustitia ẽ vt de9 cũ eo sit q cũ deo est et pro eo qui pro deo est. Et propter hoc q2 nũq̃ virtuosius cũ deo quis esse põt: q̃ recedẽdo a se ꝛ deserẽdo seipsũ. Nusq̃ fideli9 ac magnificẽti9 pro deo stare q̃ stãdo aduers9 semetipm q̃s põt. Nũq̃ ei tãtã fidẽ seruare nusq̃ adeo magnificũ q̃ pro ipso facere q̃s põt q̃ auertere se a semetipo propter illũ et agere quicq̃d est litis et quidquid est belli pro illo cõtra semetipsum necesse est in illo ope vl casu domini magis esse cũ homine et pro ipso q̃ in penitẽtie sacramẽto et propter hoc qui ad accusãdũ pro deo stat accusator cõtra seipsũ auers9 omnis a se et sibiipsi aduersa et ius cõstituẽs necesse est vt deũ habeat assistẽtẽ sibi cõtra mala sua ꝛ accusatorem ab illis. Impossibile enim et manifestũ est deũ habere aduersariũ vel etiam non auditorem eum qui sibiipsi pro eo est aduersarius eiq̃ assistit cõtra seipsũ. Sed de hoc post declarationẽ aliaꝝ nominationũ cõfessionis aliquid inferius loquemur.

Cõfessio q̃ et testificatio.

Secunda nominationũ quas posuimus testificatio est et premittitur ante testificationẽ eoq̃ per ipsam intendit de veritate totius facti totius cause penitentis instrui iudex cõfessor. proprium enim officium testis est iudicẽ defecti instrui veritate et propter hoc multa premeditatio diligensq̃ ac circũspecta toti9 vite sue rememoratio precedere debet confessionẽ sicut ille scilicet Ezechiel dicebat. ysa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos i amaritudine anime mee. Et Job vij. Confabulabor cum amaritudine anime mee. Quemadmodum autem testis in causis secularibus non aliter testis est nisi iuratus.

Testis nõ nisi iurat9.

Juratus inq̃ de non tacenda veritate que ad iudicis instructionẽ expediat et de nõ insinuanda falsitate: et vt ad vnum dicamus q bona fide de tota veritate facti iudicem instruet. Sic et in ista causa anime tue o penitens ac si presẽte deo et audiente totã veritatem pro eo ipo tanq̃ testis ab eo productus de omnibus peccatis tuis sacerdoti confessori sincere et bona fide dices pre oculis habens illud quod legit Prouer. xiiij. Testis fidelis nõ mẽtiet. profert mẽdaciũ dolosus testis. Et iteꝝ eiusdem. xix. Falsus testis

Testis.

nõ erit impunitus et qui loquit mendacia peribit scilicet ter vel contra conscientiam intellige. Si enim c redidderit aliquis fecisse peccatũ aliquod: quod tamẽ non facere tenetur ad alteꝝ duoꝝ sub disiunctiõe videlicet aut errorẽ istum deponere seu corrigere aut illud confiteri vbi non est mentiri iudicand9 aut falsus testis reputandus cum bona fide illud solum dicat q sentit verum cũ certitudinem de his que conscientiam eius remordent nõ habet penitens tuti9 ẽ ei: vt dicat se credere peccata illa commisisse q̃ vt illa simpliciter asserat se fecisse: attendendum etiã est quanto discrimine ab huius testib9 veritas supprimatur. Quemadmodum enim in secularib9 cau-

Simile.

sis si piclitata fuerit causa alteri9 pro eo q in attestatiõe tua vel veritatẽ suppresseris vl expsseris falsitatẽ ad restituẽdũ teneris eidẽ id qd dolo tuo i causa illa amiserit. Sic et hic cum per dolum tue suppressionis causam suã deus amittat: id ẽ animã tuam q̃ penitentiali iuditio et adiudicanda et restituenda erat enim illi ipso merito hui9 dolose suppressiõis restituere teneris. Et si eidem non teneris et in iudicijs secularibus falsi testis iudicium manus interdũ effugiũt dei autem manum effugere impossibile ẽ. Quemadmodum etiam in secularibus causis: te-

Aliud simile

stis interrogatus a iudice respondere tenetur ꝛ qd nouerit ꝛ quod credit de facto super quo testis producitur dicere: sic et hic interrogationes confessoris ad causam anime tue pertinentes respondere teneris veritatem. Et in illis quidam causis interrogantur testes vt plurimum de facto alieno hic autẽ o penitens de facto proprio tuo interrogaris. Tria ergo tibi potissimũ cauenda sunt qui testis adeo cõtra te ipsũ produceris. Primũ ne de9 a te requiras propter falsitatẽ quã diximus cause sue periculũ ac detrimẽtum. Secũdo ne contra teipsũ aduersariũ tuũ voceas ac adiuues in mortẽ tuã atq̃ pnicẽ aduersariũ inq̃ veterẽ hominẽ vel diabolũ. Tercio ne precedẽtib9 vicijs ac peccatis nouũ addas falsitatis atq̃ dolositatis peccatũ.

Cõfessio q̃ allegatio dicitur.

Tercio posuim9 allegationẽ q ẽ aduocati propriũ officiũ qd ẽ iudicẽ instruere de iure Quẽadmodũ ꝛ testi; officiũ ẽ eũdẽ istruere de facto cõfessionẽ allegationẽ dicim9 in circũstãtiaꝝ expssiõib9 ꝛ omniũ eorũq̃ petã cõfitẽtis vl aggrauãt vl attenuãt i dictiõib9. Cũ eñ dicit pñitẽs post purã ꝛ simplicẽ fornicatiõis cõfessionẽ Sacerdos erã sacris ministerijs cõsecrat9. Deinde

et adijcit quod sacris etiam erat litteris eruditus. Et postmodum scandalum et spurcicia siue fornicationis se fecisse in populo cui esse debuerat odor vite in vitam. Sicut legitur. ii. ad cor. iii. Tamque celestis orator tamque fidelis dei aduocatus contra seipsum laudabiliter allegat. Eodemmodo si debilitatem tentationis. Si frigiditatis complexionis. si deformitate mulieris in cuius turpitudinem turpissime incidit ex corde contra se exaggregauerit. Si iusticiam dei contra seipsum laudauerit. Si diuitias longanimitatis et patientie dei erga se cum vehementi ammiratione et stupore narrauerit. Si se esse supplicijs eternis deputandum iustissimo ac laudando dei iudicio humiliter asseruerit. et alia huius quibus pars et causa sua infirmetur. Pars vero dei et causa semper confirmatur et potior semper appareat ipseque iudex penitentialis contra veterem hominem ipsius magis commoueri ad ipsum condemnandum atque torquendum debeat cogesserit partes et officium diligenter exequitur prudentis bonique atque fidelis celestisque digni salario aduocati de ipso autem iure diuino huic aduocato allegationes accipiende sunt videlicet ex obligationibus et debitis quibus deo ex toto tenetur obedire hoc est et ea que iubet facere et ea que prohibet declinare Ius istud est quod habet in nobis ratione creationis ratione conseruationis ratione reparationis. ratione redemptionis. ratione promisse et preparate glorificationis. Et iterum ratione ductiue sustentationis Ratione ad penitentiam expectationis. Et iterum ratione reuocationis et ad gratiam dei diligentis et importune inuitationis et eiusdem gratie indefesse oblationis. Iterum ratione naturalium bonorum ratione temporalium ratione gratuitorum. Iterum ratione obsequiorum et famulationum quibus non solum omnis creatura iugi et officiosissimo non solumque opportuno. sed etiam importuno famulatu nobis obsequitur. Sed etiam ipse rex celorum xpus dominus formam serui pro nobis accipiens. Sicut legitur in. ii. ad Philip. et minister circuncisionis effectus. Sicut legitur in. xv. ad Roma. Inestimabilibus et pene innumerabilibus officijs atque seruitijs nobis incessant ministrare dignatur. Que omnia obsequia nec presentis propositi est enarrare. licet puri

Nota.

lissimum ac saluberrimum nec credimus ad enarrationem eorum sufficere quamque posse ex obsequiorum largitione continua quanta sit iniquitas nostra in tam largum largitorem in ipsorum quanta magnitudinis peruersitas quanta offensarum nostrarum erga eum immensitas et pene innumerabilitas quis non videt nec solum auget vel aggrauat iniquitates nostras et peccata tam inestimabilis tam mirabilium beneficiorum continua largitio quam etiam tam impudens ingratitudinum nostrarum pertinacitas que tantis aggeribus beneficiorum obruta et obsessa. et quasi diluuio diuine largitatis ac beneficentie immersa innumerabili rebellione aduersus dei bonitatem erecta persistit. Ipsa etiam defensio animalis non parum addit nequicias. quin etiam multam saluberrimam allegationum copiam dei aduocato ministrat. Qui etiam astutissimum et fortissimum hostem diabolum ligatum tenet cum toto exercitu suo ne tenet nos supra id quod possumus Sicut legitur. i. ad cor. x. quod tenet leones infernales et catulos eorum rugientes ne rapiant vt non aliter quid deuorent de animabus nostris habeant nisi quae

Diabolus hostis astutissimus.

rant. a deo escam sibi petendo scilicet tentandi licentiam petierunt a xpo in euangelio intrandi in porcos Mathei. viii. Et iterum Job i. vallatum dicit Job diabolus et dominum eius vniuersamque substantiam eius per circuitum insinuans nichil omnino se posse tangere de tota substantia eius deo per omnia que eius erant per circuitum protegente donec dictum est ei ibidem. Ecce vniuersa que habet in manu tua sunt tantum in eum nec extendas manum tuam. Nec mirum si deo protegente nocere non potest diabolus quando Bartholomeo apostolo presente nec etiam loqui poterat astaroth quis enim staret contra eum cui in stipulam versi sunt lapides funde qui estimat quasi stipulam malleum qui deridet vibrantem hastam qui reputat quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum es. Cui nulla potestas super terram comparatur Sicut legitur Joan. xli. Hic est leo rugiens qui circuit querens quem deuoret. sicut legitur prima Cano. Petri vlti. Quis etiam estimet alias etiam cogitet mala que nobis irrogaret et in que nos precipitaret vel traheret nisi hunc omnipotens dei misericordia ligatum teneret. Non vinculis ferreis sed intransgressibilibus limitibus sue voluntatibus cui nichil resistit. Sicut legitur ad Romanos. ix. Ista sunt pericula que rarissimi videns et propter hoc libera tori deo raro et a paucissimis inde gratie referuntur Quid vero in diuicijs patientie dei et longanimitatis eiusdem allegare possit dei aduocatus facillimum est videre ipsas videntibus vel saltem credentibus. Non enim solummodo erubescendum sed exhorrendum est cogitare iniurias et contumelias quas infanissimi peccatores deo irrogare non veretur. De quibus etiam admirari non sufficimus quod in cor humanum ascendere potuerunt que ne ipsum aera polluant et ne pias aures offendant et ne vnque incogitationem humanam redeant nec loquende vnque sunt nisi vbi ipsa locutio mors ipsis est. id est in confessione. nec scribende vsque sunt nec in aliqua remaneant earum memoria. sed pereat potius cum sonitu confessionis. Diuitie ergo patientie dei sunt in eos qui ista monstra scelerum et mirabilia diabolica perpetrare non horrent quod vel ad momentum sustinentur. vt non statim ad eterna supplicia rapiantur quod ipsis sceleribus non continuantur tormenta diuitie vero longanimitatis eiusdem sunt in hoc quod pene vsque ad finem vite multos ex peccatoribus et alios vsque ad extremam etatem ad penitentiam expectat. Hinc elice allegationes ad magnificandas et exaggerandas iniurias tuas o penitens. Similiter ad eliciendum confirmandam et magnificandam dei iusticiam contra te.

¶ Ecce aperuimus tibi pharetras vnde accipias sagittas ad sagitandum vite hostem antiquum et veterem hominem aperuimus tibi libros magnos et spaciosos diuinis iuris. Unde tibi suppetant allegationes quibus euidenter et liquido de iure dei et tuis iniurijs doceas et ipsum iudicem inter te et deum scilicet confessorem si instructione indiguerit sufficienter instruas istos libros aperuimus tibi non euoluimus quia eos euoluere nec possibile est. Et multa etiam de hijs presenti tractatui insererem nisi prolixitatem intolerabilem generaret. Studiosis tamen licet parum exercitatis atque profectis ista posse sufficere non dubitamus.

Astaroth bartholomeo presente loqui non poterat.

Pericula.

Iniurie in deum.

Nota.

Quartam nominationē confessionis posuim⁹ diuini iuris cognitionē. Illa fieri solet in causis secularibus duab⁹ de causis. Potissimū primū vt citius per
Ius diuinū
ueniatur ad finem litis hoc est iudicium siue diffinitiuā sententiā. ¶ Secundo vt releuet ab onere probationū aduersarius ꝛ iudex a tedio ꝛ labore. Tertio que procul dubio causa precipua est vt liberet animam suam q̄ recognoscit veritatē ꝛ veritas eum liberet Sicut scribitur Ioānis. viij. Nā qui per mendaciū ius alienū acquirere vel retinere nititur perdat animam suā ꝛ in felici commertio vilissime possessionis acq̄sitione vel retētione aīe sue faciat detrimentū: In foro autē penitentiali adeo multiplex est causa multiplex fructus sincere ac pure diuini iuris ꝛ nostrarum iniuriarū recognitiōis In foro seculari vt diximus cōdēnatur qui vel ius alienū vel ꝓpriam iniuriam recognoscit. Hic autē absoluitur Sicut legitur Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur. qui autē confessus fuerit ꝛ reliquerit ea miam cōsequetur. et in Psal. xxxi. Dixi cōfitebor aduersū me iniusticiā meā dn̄o ꝛ tu remisisti impietatē pctī mei. Huius fidē probationis inferius faciemus. ¶ Secūda vtilitas est ex hoc quis pars iusticie vna de sex veritas. Intantū iniusticiā suā minuit. ꝛ tm̄ iusticie sue addit. Et propter hoc intm̄ causam suā ꝛ conditionē meliorē facit.
Nota.
¶ Tertia vtilitas in hoc ꝙ ipā veritas confessiōnis etiā meritū habet contra penā que debetur iniusticie scꝫ meritū remissionis quapropter necessario aut tollit aut saltē mitigat iudicis irā. ¶ Inter vtilites istas intelligimus etiā euitatiōes incomodorum vbi euidēs vna est euitatio scꝫ noue mortis. nouo enim mendatio vel noua suppressiōne veritatis in nouū peccatū mortale ꝛ noua mors culpe incurritur in foro penitentiali. scd'm incomodū qd' per recognitionē effugit est amissio iuris ꝙ per huius mendaciū vel veritatis suppressionē amitteretur.
Feudum.
Quēadmodū enī feudū qui dn̄o suo celat amittit scd'm leges ꝛ cōsuetudines seculares ita vt hic qui ius diuinum in foro penitētiali celauerit. Quēadmodū etiā qui fore factū dico qd' in p̄fectura ei⁹ acciderit quia emenda illius fore facti prefectum defraudat ipsius emende debitorē se cōstituit. Sic et hic miser peccator quātū in se est totius penitentialis emende seu satisfactionis qua per istā celationē effugere intendebat per ipsam suppressionē vel celationē debitorē se facit. Recognoscēs autē veritatem ab isto incōmodo se liberat. Et qui tacens veritatem vel exprimens falsitatem iudicis impedit officiū. Et aduersarij sui ius vel detinet vel nititur detinere quorum vtrumqꝫ nō leue peccatū est grande declinat incōmodū qui in foro penitentiali purā et integram de his que anime sue causa desiderat loquitur veritatē. Sufficit ergo tibi o miser peccator tot incomoda preterite vite incurrisse. Stude potius illa penitentie cōmodis redimere atqꝫ emēdare recognosce deo ius suum ꝛ tuā iniuriā.
Nota.
Si enim non licet tibi cuiq̄ alij ius suū abscōdere vel negare. quanto fortius deo nō licet hoc tibi facere. Presertim cum ista negatio vel absconsio tibi nocere soli valeat ꝛ non illi neqꝫ enim per mendaciū tuū differi vllo modo potest dānationis tue sententia dānationis dico que tibi iminet in futuro iudicio nec vllatenus declinari. vel ad modicū mitigari ꝛc.

Quintam posuimus reuelationem et hoc est duorum scilicet occultoꝝ ꝛ erubescendorum.
Reuelatio occultoꝝ et erubescendorum.
Debes ergo velū ignorātie facere de facie cordis tui tollere ꝛ desup totam vitam tuā penitus amouere vt totū tenorem vite tue totumqꝫ intus et extra videant indubitant ꝯfidēs ꝙ si p h'mōi reuelationē te viderit: oīs turpitudo quā erubescis abscōdet. Et ipō eius aspectu latrones fugient infernales: licet de altero istorum miracula multa fidem iam fecerint: nōs tm̄ probationem in hoc dabimus: nostris nanqꝫ temporibus et ante scriptura peccatorum ipsa reuelatione eorum deletā est virtute diuina et peccatā diabolo abscondita. Cum ea ante cōfessionem de eis factam liquido nosset atqꝫ videret post reuelationē cum confessiōnis illa omnia videre nequiuit: propter quod ꝛ supra confessionem vocauimus latibulum et hic vocamus illam coopertorium siue opimentum. Nudus enim est peccator et potentis turpitudinis atqꝫ discooperte semper anteq̄ turpitudinem suam discooperuit reuelatione cōfessionis. Sicut legitur. Iob vicesimo sexto Nudus est infernus coram eo et nullum est operimentum perditionī.
Nota.
¶ Amplius. In palam est et in manifesto omnis turpitudo peccatoris ꝛ in luce non in tenebris neqꝫ in abscondito: sicut legit Iob tricesimoquarto. Nō sunt tenebre et non est vmbra mortis vt abscondant ibi qui operantur iniquitatem: neqꝫ enim vltra in hominis potestatem est vt veniat ad deum in iudicium. Et propter hoc errauit post adam hoc exemplo ipsius qui ad vmbrā malitie excusandas excusationes in peccatis et ad folia verboꝝ mendatium q̄si ad folia ficus ꝛ vt inde pudenda sua operiant cōfugiūt. Sicut de Adam dicitur Genesis iij.
Nota.
Hi dum turpitudines suas velare et opire se existimāt maiores turpitudines prioribus adijciūt maior autem turpitudo est excusatio aut defēsio turpitudinis q̄ sit ipā que excusat. aut defēditur turpitudo. ꝓpter hoc enī scutū gladijs ꝛ iaculis posse resistere sperātur. His ergo peccatis tāq̄ fortiorib⁹ cetere protegūtur et armātur. Sicut legitur Iob .l. Protegūt vmbre vmbrā ei⁹. Probatio autem qua euidenter ostēditur ꝙ ipsa reuelatio peccatoris que in confessione velatio fit ꝛ cooperatio eorū hec est cū enī veritas magna pars iustitie. maxime sit veritas ꝯ hoc se est in propriam tormentū et contumeliā pulcherrimū operimētū ac nobilissimum peccatis suis supponit qui veritatē hanc hoc est recognitionem inq̄ piam et iustitiam eisdem supponit. Et quoniā non est dubiū totā bonam vitā sequētem hoc est decorā conuersatiōis exterioris ab oculis hominū abscōdere. Sic necesse est et decoris vite interioris p̄teritam deformitatem interiorē abscondere ab oculis dei operire ꝓpter quod dictum est Prouerb. Uniuersa delicta operit charitas.
Nota.
Et i psal. Beati quorum remisse sūt iniquitates per dei misericordiam subaudis et gratiam. Et quoꝝ tecta sunt peccata sequentis vite siue interioris siue exterioris de corde Et. Iaco. vlti. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue saluabit animam eius a morte ꝛ opit multitudinem peccatorum. Licet autem euidēs sit ita esse vt diximus et vt ipsa scriptura habet et vs⁹ loquendi tamen causaliter euidentius est. Cum enī penitentiale iudicium et penitentialis iustificatio totaliter intellecta futuram iustificationem totalit

eunciet necesse est vt pars partē hoc ē accusatio accusationem et testificatio testificationem et condemnationem condemnatio punctio punctionem et confessio coe fussionem. Hoc autē est differentie ꝙ si quis in foro penitentiali et dignum et iustum est se excusauerit bona fide cōtra seipsum testis fuerit contra se veritatem de vicijs suis ac peccatis recognouerit similiter et vt fidelis dei aduocatus contra se allegauerit et iudex veritatis cōtra se pronūciauerit siue sentētiauerit penam que sibi a ꝑcone spirituali id est cōfessore iniuncta nō solū sustinuerit.

Simile. Sȝ velut diuie executor: ꝛ carnifex seu lictor ac tortor contra sacerdotalē iniunctionem sibi non pepercit. Sed totū vt diximꝰ iudicij penitētialis iustitiationem fideliter in se acdiligēter contra seipsū prodeo etpropterdeū expleuerit futuri iudicij iustitiationē que eterne dānationis et sine fine cruciatꝰ est indubitāter euadit Sicutlegitꝰ.i.ad Cor.xi. Qȝ si nosmetipsos dijudicaremus hoc est si contra nosmetipsos partes iudicij penitētialis vt diximus

Nota. ageramus:non vtiqȝ iudicaremur. Et quia cū eis est clemētissimus deus ac dei filius qui cū eo sunt ꝛ ꝓ eis qui pro eo et in quibꝰ ꝛ qualiter erit necessario procurator testis aduocatus ꝛ iudex in futuro iudicio ꝓ eis qui i hoc iuditio penitētiali. vel in alijs iudicijs. Ubi ista pro eo locū habēt fideliter ac studiose steterit pro eis in iuditio et ipse stabit. Sicut legitur Luce.ix. Qui erubuerit sermones meos hūc filius hominis erubescet cū venerit i maiestate sua Et Mathei.x. Omnis qui confitebitur me coram hominibus confitebor ꝛ ego eum corā patre meo. qui autē negauerit me corā hominibus negabo et ego eū corā patre meo. Et iteruȝ generaliter Luce vi. Eadē mensura qua mensi fueritis remetietur et vobis. Propter hoc necesse est vt fideles ac diligētes suiipsorū in foro isto accusatores et contra seipsos testificatores allegatores veritatis recogitatores suiqȝ ipsorū damnatores iustissimiimplacibilesqȝ tortores inqȝ quātū exigit iustitia fori penitentialis necesse est vt deum habeāt excusatorē testem et aduocatū iustitieqȝ ipsorum corā patre recognitorē et absolutorem et pro tormentis penitentialibus regni celorum et eterne beatitudinis largitorem. Sicut legitur ysa.lxi. Dabit coronam pro cinere oleū gaudij pro luctu palliū laudis ꝓ spiritu merori. Cinis autem et luctꝰ et spiritus meroris idubitāter penitētialē afflictionē significāt. ¶ Ampliꝰ

Disceptationis duo genera. quia disceptationū duo sunt genera alterum scilicȝ ratione et alterū viribus. Solis aūt viribus disceptare belluinum et contra belluas quibus ratione nichil veri vel recti suaderi potest suo ipso genere disceptationis hoc est viribus solis proculdubio vtendum quoniam et ipse solis viribus rebellauit. Sic et contra contumaces qui ei ꝙ verum et rectū est acquiescere volunt indurata pertinacia resistentes viribus vtendum est vt ad eos corrigēdos ac ꝑdomandos aut saltem ꝯpescendos: ꝛ reprimēdos. Ipsa enim vt sceribus contumacia eorum atqȝ proteruitas pene beluis coequatur assimilat. Sicut legitur in. Psal. Comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Quia ergo penitētes et beluinam pertinaciam et diabolicā contumaciam omnino deposuerint omninoqȝ imunes ab illis sunt non viribus aut violentia cum illis agendū est sed potius iuditio disceptādum. Et quoniam in iudicijs paritas seruanda est necesse est penitentē ꝛ audire et videre iudicem suum et videre que cōtra ipsū vel pro ipso in iuditio suo fiēt. Impossibile autem hoc est nisi hominem habeat iudicem. Necesse Nota. ergo est necessitate equitatis et iusticie istud exigētium inter deum et peccatores homines iudicare. Quia si quecunqȝ potestas inuisibilis inter deum ꝛ penitentem iudicaret solus deus illā videret ꝛ audiret non penitens et ita non seruaretur paritas in iuditio illo ¶ Ampliꝰ Sicut cōtra falsitatē disceptādum est probationum artificio: sic contra iniusticiā agendum est iuditio et hoc quidem primum donec in negante veritatem aut sustinente falsitatē appareat insuasibilis ꝓteruitas. Sic et cum iusticie sue adherente et ab iniquitate sua discedere nolente do Nota. nec inueniatur in eo inflexibilis pertinacia. Postꝙ enim in alterutro eorū alterum eorum que diximus inuentum fuerit viribus et violentia suppliciorum contra vtrumqȝ vtendum est. Erroribus enim et vicijs quibus probationibus et dissuasionibus consuli non potest necesse est vt sensu ipsius veritatis aut sensu suppliciorum occuratur aut resistatur. Et hic ordo doctrine ꝗntum ad veritatē ꝛ scientiam ꝛ correctionis ꝗtum ad vitia ꝛ iniusticiam quam vna de primis impressionibus est in intellectu humano Et inde est ꝙ hic ordo seruatur apud omnes qui nomi- Ratio beluina. ne hominum digni sūt. beluina enim natio est ꝛ nec dum hominum nomine digna que prius bello et armis aduersarios impetit ꝙ ratione seu iuditio ipsos conueniat et quoniam ordo nature ordo est quē omnipotens deus instituit. Et ideo ordo rectissimꝰ necesse est necessitate dico non violentie sed iusticie diuine que non potest non amare ordinem equitatis cuius ipsa et auctrix et institutrix est non solum nolle peruertere sed etiam obseruare. Et hoc est qd legitur. Job.xxxi. Si contempsi iudicium subire cū seruo vel ancilla mea cum disceptaret aduersū me ꝛ de hoc simpliciter Deutro.xx. Si qn accesseris ad expugnandum ciuitatem offeres ei primum pacē. Et hoc est quod legitur Miche. ij. Surge cōtende iuditio aduersū mōtes. Similiter Osee. iiij Iudicium domino cū habitatoribus terre. Iudicio ergo necesse est iustissimumdeū agerecum peccatoribus primū qui si iuri stare noluerint et iudiciū pertinaciter subire recusauerint ordo equitatis et iustitie est potētia ꝛ iuribꝰ merita eis irrogare supplicia. Qȝ Nota. ergo naturalis iuris obligatione atqȝ diuine legis districtissima iussione aduersarij ꝛ hostes omnimodo teneātur esse iusticiarij aduersarij scȝ in lite ꝛ hostes in bello necessario tenemur cōtra iustitiā agere. Quicquid litis est et quicquid belli. Et propter accusationē testificationem et ceteras partes litis atqȝ iuditij quas supra numerauimus. Et quo modo ipsi nostre iniustitie maxime tenemur eē aduersarij et maxime hostes vt pote maxime nobis i imitanti atqȝ nocēdi: et de qua tāto districtius a nobis requiritur tā a iure naturali ꝙ a diuino vt eā tam lite ꝙ belloomniqȝ modo alio prosequamur quāto Nota. cōtra ipsā plus possumꝰ ꝙ cōtra alienā. Quemadmodū et de nobismet ipsis districtior ratio a nobis exigitur et exigēda est ꝙ de alijs eo ꝙ potestate liberi arbitrij naturali et propter hoc maiori nobilis ipsis prefecti seu prepositi sumus. ¶ Amplius. Si proximo sequitur fratri hoc est cuius hominū quādocūqȝ sine incōmodo suo: ꝛ alterius cuiuscūqȝ fa-

tere potest quid aliquid eorū que sūt iudicijvel oiā
q̄ supra enumerauimus videlicet eē accusator aut
ꝓcurator aut testis in causa sua. seu iudicio quāto
fortiꝰ vnusquisq; hominū hoc facere tenetur deo
siue ꝓ eo. Et qz incōparabiliter plꝰ tenetur adhe-
rere deo q̄ sibiipsi deo habente causā aduersꝰ ipm
necessario tenetur deo assistere in omnibꝰ que dixi
mus etiā cōtra seipsum ergo ꝛ accusare ꝛ testifica-
ri ꝛc. Et interrogatꝰ a iudice qui sedet mediꝰ inter
ipm ꝛ deū. Respondere veritatem de omnibus que
ad cause illius faciunt expeditionem. Et quoniam

Nota.

manifestum est q̄ qui omnia ista q̄ supra enumera-
uimus videlicet partes iudicij penitentialis ꝛ ipiꝰ
iustificationem exequitur hoc ē qui iudiciuz facit
ꝛ iustificationem ex integro de omnibus iniusticijs
suis vltra iudiciū aūt ꝑfectuz et iustitiā cōpletam
de omnibꝰ querelis q̄s deus habebat aduersus eū
nichil oino ab eo vltra de iure querere potest deus
nec alius ꝓ eo. In nullo ergo remanet iniuriosus
deo ꝛ propter hoc in nullo iniuriosus vel iniustus
Quapropter abolita ꝛ abrasa est ab eo omnis in-
iuria vel iniusticia. Et qz plene ꝛ vniuersaliter face
re iudicium ꝛ iusticiam de semetipso nō potest esse
sine iusticia imo non nisi ex iusticia ꝛ illa vniuersa-
li et plena necesse est istū perfecte iustificatū esse ac
plene iustū. Et propter hoc plene remissas esse ini
quitates eius preteritas ꝛ plene tecta esse peccata
q̄ ante penitentiale iudicium ab eo fuerāt cōmissa.
Ex quo etiam manifestū est venturū iudicem viuo-
rum ꝛ mortuoꝝ xp̄m dn̄m in eo si in ista iusticia per

Nota.

seuerauerit non solū inuenturū qd̄ merito damnet
sed etiā qd̄ acceptet ꝛ remuneret iuxta magnificen-
tie sue largitatem et repromissionum suarū infalli
bilem veritatem inuenturum.

Doles iter deū ꝛ pctō-res iudices

Onsidera diligenter istas nouissimas de
clarationes ꝛ ꝓbationes quibus iā pate
factū est intelligentibus qz necesse ē inter
deum ꝛ peccatores iudicez esse homines
non celestes virtutes aut inuisibiles potestates: et
coram huiusmodi hominibus causam dei peccato
res agere contra semetipsos accusando scz se testifi
cando contra se allegando contra se recognoscēdo
contra se reuelando et delegādo occulta cordis sui
turpitudines absconditas contra se in sui ignomi-
niam ꝛ pudorem. Deinde cōdemnādo se quod ē ꝓ-
clamando se reū mortis q̄ est sexta noīatio siue faci
es siue comparatio confessionis quā tibi cōdemna
tionē noīauimus quia non est ipa declaratio crimi
nis. sed supplicij ꝛ pene ꝑ sententiā seu iudiciū reo
irrogāde. Et hāc mortem habet sacra scriptura vt
iudices appellet eos etiā qui non ex officio vel po
testate vel bona vel mala de alijs asserunt Sicut le
gitur. i. ad Cor. iiij. Michi autem ꝓ minimo est vt
a vobis iudicer aut ab humano die Similiter ꝛ Ja
co. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem su-
um detrahit legi ꝛ iudicat legē ꝛ multa hmōi. pro-
pter hoc ergo condemnationem nominauimus qz
sententia est vt diximus declarans penam ꝛ dignū
esse pena illum contra quem est licet in parte ista
a non iudice lata sit siue prolata. Hoc modo verbo
vsus est saluator in euangelio Luce. vi. Nolite con

Judicare alios nō de-bemus.

demnare et non condemnabimini condemnare sub
audis illos. In nos enim istud possumus ex pote-
state liberi arbitrij qua nobis naturaliter predicti
sumus et in aliquo iudices nostri ipsorum.

Vomitꝰ spiritualis.

Ost hec ꝓsequemur seqntes duas no-
minationes seu comparationes cōfes
sionis quarum alteram diximus vomi
tum alterum computationem. Quoni
am ergo vomitus est iuxta litterā eua
cuatio ventris corporalis aut in parte aut in toto
per os siue ministerio oris euacuatio inq̄ ventris
corporalis in parte vl' in toto quam inducere solet
vel indignatio stomachi vel ventris vel abhomi-
nabilitas alicuius qd̄ in vētre est sic per os siue mi

Similitudo.

nisterio oris euacuatur siue exoneratur venter cor-
dis siue conscientia a vicijs ꝛ peccatis ea scilicet di
cendo ac manifestādo sacerdoti. Quemadmodum
ergo indignatio ventris intendens expellere siue
quod nocet ipsum siue quod non conuenit disten-
dit ventrem et os aperit atq; dilatat ad exitum il-
lius. Sic nobilis ac sancte indignationis conscien-
tia ventrem cordis extendit et concucit ad excutien
dum et expellendum abhominationes et spurcici-
as vitiorum atq; peccatorum aperiens os atq; di-
latans ad exitum earum per verba confessiōis. Cū
ergo ex hac indignatione et cocussione ventris spi-
ritualis siue conscientie noxius humor vitiorum et
peccatorum abhominabilis ad os impellitur et in
de per confessionem exijt cōfessionem ipsam vomi-
tum spiritualem merito dicimus ex similitudīe vo
mitus corporalis. Tu aūt iā nosti q̄ vomitus est in

Vomitus.

terdum vna ex purgationibus corporalibus et fit
in ventre cum fuerit materia febrilis in orifitio sto-
machi vel ꝓprie orificium. Et tunc enim peruenit
abhominatio illius ad virtutem gustabilem et pro
pter hoc distenditur os stomachi cum faucibus di-
stensione forti ad expulsionem illius. Cum autem
profundata fuerit in stomaccho vel intestinis fit vo
mitus hmōi aut rarus aut nullus. Juxta hunc mo
dum manifestum est intelligere valentibus q̄ cum
feces vitiorum et peccatorum profundate fuerint
per consuetudinem aut ignorantiam aut longitu-
dinem tēporis vomitus cōfessionis aut rarus: aut
nullus est. Similiter cum mortificata fuerit seu de-
bilitata virtus gustabilis ꝛ virtus ventris ita vt il
la sapores abhominabiles et insipidates humorū
illa vero noxietas eorundem sentire non preualeat
minuetur vomitus aut nullabitur ꝑsus. Et cū vir
tꝰ spiritualis gustabilis aut mortificata fuerit aut
debilis ad sensum et saporationem amaritudinem
abhominibilitatum spiritualium minuetur. Vo-
mitus iste spiritualis aut anullabitur omnino. Cū
autem inualuit atq; multiplicabitur virtus ista in-
ualescit atq; multiplicabitur vomitus est. Sicut le
gitur Ecclesiastices primo. In multa sapientia id
est in multa virtute spirituali saporandi multa in-
dignatio nauseantis stomachi spiritualis ad abho
minationes et spurcitias vitiorū eas penitꝰ non se
rentes tantaq; excutione sui ac distentione oris il
lasa se expellētis ac reijciētis. Et quemadmodum

Simile.

cū corrupta fuerit atq; ꝑuersa et errans vis appeti
tiua siue gustabilis corpalis fit in ea appetitus cō
tra legem et ordinationē nature et contra salutem
ipsius corporis fastidiuq; ꝛ abhominatio salubriū
ac delectabilium ciboꝝ appetūturq; cineres carbo
nes vl' spurcicie nō nomināde. Sic ꝛ corrupta vtute
spirituali appetitiua siue gustabili fit vomitꝰ et ab
hominatio atq; fastidium salubrium ac delectabi-
lium ciborum appetunturq; cineres carbones vel

spurcicie nõ nominande. Sic et corrupta virtute spirituali appetitiua siue gustabili fit vomitus et abhominatio atq3 fastidiũ salubriũ ac delectabiliũ spiritualiũ ciborum. Et hoc est quod legit Numeri. xxi. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. cũ tamẽ eẽt panis omne delectamentũ & omnẽ suauitatem saporis in se habẽs. Sicut legit. Sap. xvi. Et in Psal. Omnem escã abhominata ẽ anima eorũ. Et Prouerb. xvij. Anima saturata calcabit fauuũ. Fit etiam appetitus contra legẽ & ordinatione grãtie contra salutẽ animarũ: ex ista peruersitate errore atq3 corruptione. Sicut legitur ysa. iij. Erit pro suauiolore fetor. Et Job. vi. Que pus tãgere nolebat anima mea nũc pre ãgustia cibi mei sũt: et Prouerbio. xvij. Anima esuriẽs etiã amarũ pro dulci sumet. Et iterũ. Job. xxx. Mandebãt herbas et arbo corti ces et radix iuniperorum erat cibus eo. Et vt clare & nõ in parabolis de his loquamur Quid est appetitus carnalis delectationis nisi appetitus spurcicie spiritualibus & sanis naribus intolerabilis fetoris. Quid autem appetit9 diuitiarũ nisi appetitus stercorũ nisi forte deceptus fuerit Apostolo in. iij ad. Philip. Qui omnia lucra arbitrabat vt stercora vt christũ lucrifaceret. Quid ẽ auaritia nisi inordinatus ac puers9 demẽtissimusq3 appetit9 terre hoc est terrene substãtie. & ideo terre fimi et feni & palearum et lignorum et lapidum et cinerum et carbonum & corticũ et radicũ et foliorũ Et iterũ calcis & arene & cemẽti & attramẽti. Omnia enim ista vendibilia sunt et alicuius precij sũt. Et propter hoc nõ effugiũt appetitum aut fauces aut ventres spiritualiũ auarũ. Quid aũt est appetitus superborum nisi appetitus mendatiorum. Hi sunt omniũ perditorũ deceptissimi. Hi pascuntur chymeris et figmẽtis q̃de liberalissimis cogitationib9 de se ipsis apud semetip̃os ipsi sibi finguut vel ludibriosissima illusiõe adulãtiũ ipis fingũtur. Omniũ aũt figmẽtorũ prodistiosissimum est ipse superbus omniũ spectaculorum ridiculosissimum oĩm monstruorũ horrẽdissimum. Manifestũ ergo est ex his q̃ ipsa confessio nõ imerito nominata et vomitus spiritualis et propter quã causã sic nominata est et quid eã adiuuet aut impediat: aut omnino prohibeat. Ex quibus etiam consequenter declaratum ẽ non iam ventrem neq3 os aut orificiũ stomachi nominandum esse: sed potius laternam et cloacam immundicie spiritualem et orificium latrine cor & conscientiam q̃ tantam fetulentiam tantasq3 sordes vitiorum et peccatorum absq3 vomitu et indignatione vlla continent et quod est mirabilius atq3 intolerabilius. quia nec latrinis comparanda sunt. Latrine enim omnes habent qui eas curent atq3 mundificent si curabiles ac mundificabiles sunt. Ista vero corda non habent qui eis curam huiusmodi curatiõis exhibeant. Et attende quia vomitus iste sicut verba Ecclesiastes continẽt ex multitudine gratie est interdum q̃ irruens in fauces cordis modica spurcitia ab ea statim repulsa expellitur per vomitum confessionis. Quemadmodum musica interdum in os alicuius inuolans statim vomitu impetuoso reiicitur. Cuius crebra exempla et similitudines inuenies in multis viris sanctis. ac mulieribus qui nec musculam vnam sordide aut noxie aut etiã vane cogitationis in ore intellectus sui patiuntur Sed statim vbi inuolauerit celerrime confessiõis vomitu illam expurgant. Alios vero inuenies belzebub id est viros muscarum qui agmina muscarũ & hoc est volabilium sordidarum atq3 pungentium cogitationum in ore intellectus portitat incessanter atq3 circumferunt absq3 vlla cogitatione et abhominatione et quod est abhominabilius muscis pascuntur huiusmodi et ab ipsis depascũtur. Interdũ autem fit vomitus iste spirtualis et saluberrimus deo mediãte et medicina gratie sue cordi huiusmodi noxijs et abhominationibus humorib9 infirmãte seu laborante in ipsam naturam cordis humani ista medicina confortante et non obstante erubescẽcie freno os cordis ad istũ vomitũ dilatante. Ne dubites autem plerisq3 vomitus istius purgationem imperfectam esse tunc: deinde vero completam esse cum ventrem cordis ab istis humoribus euacuerit: et vt ita loquamur cum ipsum aurulẽtia ista oĩno exgusthauerit. Reminisci etiã debes in loco isto qualiter in aquis immersi totam aquam que corpora eorum intrauit euomere compelluntur. Suspendũtur enim pedibus capite obuerso ad terram et aperto ore aliquo3 duro ne claudere valeãt immisso: ad ora eorum sponte defluit. Sic pedibus affectiuũ ad celum abuersus inde pendere debet penitens & ore aperto distincta et lucida enarratione vitiorũ & peccato3 suo3 aquas maris mũdi hui9 q̃b9 imers9 se repleuerat euomere vim faciens ore suo ne claudat: & sicut legitur iob. vij. Non parcam ori meo loquar in tribulatione spiritus mei: et sicut huiusmodi suspensus litteralis: scilicet de quo loquebamur nõ habet potestatẽ oris sui. Sic deo et sacerdoti tradere debet in potestate os suum penitens vt loquatur q̃ iusserit aut interrogauerit in cõfessione Ipsi os ei9 aperiant et apertum teneant donec aque iste maledictionis et amaritudinis ex toto exiuerit. Et quoniam nulli dubium esse potest cor esse purgandum a noxijs humoribus et euomendas esse tante abhominationis spurcitias euacuandas esse etiam tãte maledictionis et amaritudinis aquas et hoc p̃ hec quando alias exire non possunt. Declaratum est etiam confessionem faciendam esse ex necessitate: declaratum inq̃ per hoc quod ipsa est vomitus necessitate ac salutaris purgationis et euacuationis spiritualis Si autem quesieris vnde iste vomitus esse debeat: respondeo: quasi ex sordibus in quib9 voluntaris nisi forsitan porcus es cui spurcissima volutabra velut apothece sunt et celle aromatum et ingentia sterquilinia alicui cinamomi et gazophilo3 quosdam autem diabolice transformationis miraculo adeo degenerasse videmus a nobilitate speciei humani vt iam nõ sic habendi homines si spurcissima vita eorum et conuersatio attendatur. Sed potius mutati videantur in porcos Porcum ergo reputa non hominem in quo tanta abhominationũ volutabra tanta alicui spurcitiarum vomitũ istum spiritualem ac saluberrimum p̃uocare non possũt. Respõdeo igitur quia vomitus esse debet tibi nausea inrestrigibilis et latrina quã intra te gestas hoc est ex ipso corde q̃ d ẽ omni latrina spurcitijs ihominabilibus plenius atq3 fetidius. Iactatoribus autem qui de p̃prijs immundicijs se iactant quia proprias spurcitias non solum in ore portitant: sed etiam eas alijs narrant et detractoribus: quia aliena stercora velut aromata semper ruminant et in ore semper reuoluere nec abhominantur nec erubescũt

Nausea ale
Nota.
Nota.
Latrine.
Similie.
Nota.
Nomende cordis spurcitie.
Nota.

propter quod dictum est Proverbiorum .xiiij. Abho-
minatio hominum detractor. Spiritualiter enim hoc
videntes vomitum continere nō possūt sicut nec por-
ci qui aliena stercora masticare et cibū et delicias ha-
bent. His inter duobus generibus hominum scilicet
propriarum immūdiciarum et alienarum enarra-
toribus in ore est. Unde vomitus esse eis debeat et
esset indubitanter nisi fauces eorum et guttura seu pala-
ta porcine immūdicie corruptio puertisset et sterco-
ra pro aromatibus eos habere fecissēt quos velut aro-
mata preciosissima masticare et ruminare assidue de-
lectantur.



Est etiam vomitus bestiolarum venenata-
rum et vermiū iuxta litteram. Interdū
enim bibunt serpentes dum adhuc pu-
li sunt. Intrant interdū per ora incau-
te dormientium quorum vomitus et deie-
ctio medicinali artificio procuratur. Sic in aquis
doctrinarum pueersarū serpentini bibuntur errores
et in aquis voluptatum serpentes infernales hoc ē
vicia carnis vel ipsi demones. Sic et in multorum
suggestionibus bibuntur velut serpentes igniti ira
inuidia et odiū. Cum adulatione enim seu bona lau-
de bibitur velut regulus. Hoc serpentum spirituali-
um et ex superbia aut inanis glorie. In detractionibus
sive cū detractionibus cum audiūtur bibitur odiū
fraternum tanquam alius serpens infernalis et ignitus
in deliciis ciborum et potuū bibuntur velut duo sangui-
suge gula et luxuria et ad hūc modū de aliis. Istas
bestias vomitu cōfessionis eiicere celestis ac diuine
artis medicinalis et virtus et opus est. Ista autem
reptilia quadrupedia immunda quas Ezechiel vi-
dit ingressus templū. Sicut legitur eiusdē. viij. Hec
etiam sunt que iussus est petrus occidere et mandu-
care Actuū. v. Heu quot sunt peccatores qui huius-
modi reptilibus venenatis et quadrupedibus imū-
dis plenos habent ventres cordium et nec pauent:
ne formidant ne dicam a facie et presentia eorum. Sed
quod est admirabilius intra se ea habentes et reportā-
tes ea per corda sua sentientes. Sibilos eorum et
voces audientes quin etiam morsus et punitiones
ipsorum sentientes nec querunt ab eis effugiū: imo
quod magis stupendum est cibus eorum et pabulum
esse se gauderet et sepius gloriantur. Manifestum ē
eos nō habere oculos spirituales et omnino cecos
esse interius. Non enim sine abhominatione et hor-
rore nec sine tremore atque timore tam immūda mō-
stra tanquam mortifera videri possent. Hec nunquam pfe-
cte de ventre cordis exeunt nisi premortua nūquam euo-
mi possunt quamdiu viuunt. Et propter hoc vt euoman-
tur primum mors eorum procuranda est. Iam au-
tē didicisti alias que potionibus et medicinis occidū-
tur lumbrici in ventribus puerorum paruulorum.
Sic et serpētes et buffones cum in eis inuenti fuerit.
Sicut ergo datur absinthiū et acetum et alia quedā
cōtra lūbricos. Sic interdū amaritudinibus tribulatio-
nū et marie amaritudine cōpūctiōis et lachrymarū in-
terficiuntur iste bestie infernales. Et attēde quod ipsis cō-
punctionibus irrogāt et ipso dolore quem inferūt ex-
tinguuntur. Cōpunctio enim abaculeis ipsorum est
et dolor de ipsis ab eis materialiter et occasionali-
ter. Quemadmodum scorpius et serpens medicine
sunt cōtra se. Ex eis enim accipitur vnū nocumen-
tum eorum sanatur. Sic et hic ab ipsis huiusmodi
bestiis venenatis accipiunt arma et remedia cōtra
ipsas de his que in potestate nostra esse videntur lesiōes
eorum maxime sanat ea maxime interficit sermo dei
est. Sicut legitur Sap. xv. Non herba neque malagma
sanauit eos: sed tuus sermo domine qui sanat omnia
et in eodem eiusdem In memoria sermonum tuorū
exterminabantur. Sermo nanque dei est tiriaca et cō-
tra omne venenū spirituale et gladius acutissimus
contra omnem bestiam. Sicut legitur ad Hebre. iiij.
Uiuus est sermo domini et penetrabilior omni gla-
dio ancipiti etc. Nostri etiam et sonitu vocis humāe
reptibilia absterrentur atque fugātur. Et propter hoc
consilium saluberrimum est sermonem dei assidue
audire. Hoc est enim et strepitum quem sustinere nō
possunt eis facere et velut venenū eis mortiferū in-
cessanter pfūdere gladioque acutissimo ea trāsfigere.

¶ Pulchre docet author erubescentiam et pu-
dorem esse penitentie et conuersionis ad deum ho-
stem atrocissimum. Rationēque subiungit qua vin-
ci et expugnari tetra illa pestis possit.

Et quoniam confessionem maxime impe-
dire solet erubescentia in eis videlicet qui-
bus est desiderio reuerti ad deum et a ma-
lis suis recedere qualiter expugnanda et
vincenda sit propter instruendos confessores et adiu-
uandos penitentes ea breuitate qua permittimur do-
cere tentabimus. Primū ergo auxilium contra eā
est vt cognoscatur esse ipsa hostis atrocissimus. Il-
lam enim velut fortissimam in acie extrema que re-
trogardia vulgo dicitur ponit diabolus in isto cam-
po dicitur certaminis totoque exercitu eius crucia-
to atque prostrato in contritione illa vel vulnerato sal-
tem in contritione ista sola stat et campum tenet ei-
dem. Si quidem mortificatis interdum omnibus vi-
ciis et peccatis et renouato exercitu virtutum in cor-
de penitētis armatoque firmitate propositi et ad recu-
perandum atque occupandum quicquid amissum fue-
rat armato atque parato sola resistit et obsistit erubes-
centia que sacramentum confessionis et gratiā sa-
cerdotalis benedictionis et absolutionis in recupa-
re non sunt. Similiter et fructus penitentie impedit
arare et seminare et que agricolationis spiritualis
sunt facere tam in terra cordis quam in terra corporis pro-
hibet et auertit opera siquidem penitētialia opera
spiritualis aggriculture sūt sicut doceberis in sequē-
tibus. Ista est erubescentia que noui hominis tener-
rimum adhuc partum nasci et in lucem exire non si-
nit. Sicut legitur Ysa. xxxvij. Uenerūt multitudinis
filii ad partum et non est virtus parēdi proposito ei
nascitur nouus homo in corde penitentis quasi na-
tiuitate in vtero que frequētius conceptio dicitur.
Confessione vero et opere forinseco velut ex vtero
nascitur quia in lucem apparitiōis et manifestatio-
nis egreditur. Omnium ergo hostium seuissimus vi-
detur erubescētia cum magis persequitur qui nec na-
sci sinit quam qui iam natum nutriuit. Ista est adeo per-
tinax et inuincibilis bellatrix vt nec hostes iā mortu-
os de campo certaminis exire sinat: ac si sciret eos in
proximo et facile subsistendos et aduersū te o penitēs
consurrecturos quod vtique fiet si diutius eos ibi dimi-
seris. Habet enim in terra hūani cordis et corpus ex
maledictione ade id est propter adam eidem inflicta
est diabolice mirificentie virtutem qua et hmōi mor-
tuos id est vicia et peccata facillime resuscitat et no-
uos mortifera fecunditate continue germinat. Ista
enim est scutum superbie et inanis glorie maxime et

Simile.

Nota.

Serpentes et lumbrici.

Simile.

Malagma

Sermo dei theriaca etc.

Pudor est hostis atrocissimus.

Dispendia ex pudore.

Homo nouus nascitur per confessionem.

exercitus diabolici ꝓtectrix et abscōditrix. Interroga teipsum qui te facit erubescere ⁊ inuenies quia superbia vel inanis gloria tanq̄ oculos basilisci aspectus hominum expauescit. Sic vitia et peccata alia sub operimento et protectione erubescentie tā tum viuūt in aspectu hominum non solum moritura sed etiam nec vnquā nascitura. Ista est que instar latronum clamorem eorum quoꝝ domos spoliant timentium et propter hoc ora eorū obstruentiū ita vt clamare non possint os tuū obstruit ne vocem cōfessionis emittas tāquā si sciret ad hm̄oi vocem ad esse tibi statim dei liberatoris auxilium nulla enim voce efficacius inuocatur celestis cursus auxilium In nulla etiam voce facilius impetratur q̄ voce pia ac sincere confessionis. Et attēde tria exempla que posuimus attēde que atrocitas inimicicie maior esse potest q̄ obstruere os virus euomere parato atq̄ volenti ne virus exeat aquis immerso atq̄ impleto ne effluant et plene serpentibus et alijs reptilib⁹ venenatis ne de eo exeāt Ista obstructio oris clausū tenet erubescentiam. Ipsa enim est villa diabolica hoc est oris obstructoꝛ. Ipsa est frenum diabolicū quod tenet os tuum ifrenatum ne loquaris contra eum. Si quidem deiectus est desuper te qui tibi prius velut equo suo vel asino insedebat. Per solum frenum istud te tenet cū iā alia peccata dimiseris et alia vincula eius diruperis. Ecce q̄ atrox hostis est tibi erubescentia quantum nocens tibi ac pestilens et tu adhuc heres ei et non abijcis potius illam a te totoq̄ studio et virib⁹ persequeris. Ipsa tamen multipliciter te persequitur et hoc ad mortem perpetuam an credis illam operire et abscondere turpitudines tuas certum ē q ab oculis dei et oculis omnium qui eas lucidissime visuri sūt in futuro iuditio non abscōdit eas ista erubescentia: sed credis forsitā q eas abscondit ab oculis confessoris ludibriosissime tibi ac pnitiosissime illudit erubescentia tua que ab huius hominis aspectu videlicet confessoris turpitudines tuas abscondi vt in extremo iuditio omniū visibus eas exponat atq̄ ostendet et faciat vniuersale spectaculum.

¶ Prosequitur author erubescētie et pudoris graue et pernitiosū damnū explicare docetq̄: q̄ turpe sit hosti tam infirmo succumbere.

Vide q̄ turpe ⁊ q̄ ignomiosum ē tot ⁊ tātis hostibus vicijs istis extremo succūbere et tantum victorie gloriam solo timore aspectus vni⁹ hominis videlicet confessoris amittere. Si enim debilis ē hostis videlicet erubescentia erubescendum tibi est ab illo superari illiq̄ te occidendum tradere. Ipsa ergo erubescentia tam grandi et forti vincere illam paruam et debilem grandis enim fortis debet esse erubescentia post tantoꝝ hostiū tanq̄ fortium stragem contra debilem deficere et metu ipsius tāte victorie et glorie coronam amittere: metu dico quia nondum te percutit erubescentia nondum te impugnat q̄diu taces nō reuelas turpitudines tuas. Experimento queso vires eius et arma que times et videbis hostem quem times omnio inermem atq̄ inualidum teq̄ ab eo omnino illesum Incipe obsecro a turpissimo et ignominiosissimo spurcissimoq̄ omnium vitiorum et peccatorum tuorum et ego assecuro ex parte dei omnipotentis os tuum fauces labia et dentes tuos quod nihil eorū ledere poterit. Tenta hoc et expire non credas mihi si hostis iste quem ita times in aliquo te leserit. Qui cum vicerit interroga eum iocose o tu confessor vbi est vulnus vbi est lesio quā tu timebas frater mi. Si autē fortis et vehemens erubescētia. Attende ergo q̄nta vis sit eam vincere et quāta gloria de tāta hostis victoria tibi ꝓmittit. Si eni reuelare vitioꝝ et pctōꝝ turpitudines contra erubescētiam vincere est erubescentiā ergo victoriosum quare et gloriosum quare laude dignum et ergo erubescētis confiteri erubescētis vincere erubescētis facere quod est gloriosum ac laude dignum. ¶ Amplius: vide q̄ turpiter erras qui credis turpe ignominiosum quod pulcherrimū est et gloriosum videlicet ipsam vincere erubescentiam q̄ tantum tanq̄ fortem tu ipse testaris. ¶ Amplius: quid turpius quid abiecti⁹ quid ignominiosius quid omnium vituperio et irrisione dignius q̄ adeo timere hostē qui nūdum est et si erit: erit debilis pene inermis vt mutire non audeat nec os aperire ad loquendum. Erubescentia eni quā times nōdum est sicut diximus nec erit nisi cū reuelabis turpitudines tuas spirituales ⁊ tunc qui inermis sit ⁊ debilis si hoc scire vis ipsa experientia vt diximus te docebit. Vidi qualiter prelatum tuum fecisti erubescentiam et q̄ te ei turpiter subdidisti. Si quidē iam suspendit te et imposuit tibi silentium cum nec dum natus sit et ita chimeram quandam fecisti prelatum tuū q̄ finxisti in corde tuo et dedisti cuidam: nihil iurisdictionez super te contra deū. Miranda est autē ista erubescētia. Nemo eni erubescit sordes de domo sua vel vase quocunq̄ suo eijcere siue pciosum illud sit siue vile. Sed sordes in domo sua vel vase habere vel retinere vnusquisq̄ turpe iudicat et erubescendum vas cordis quorum sordes amātur et emūdatio erubescitur. ¶ Amplius: attēde q̄ si non erubesceres vnum hostem vnū bellū et ideo ⁊ vnam victoriā ⁊ propter hoc vnam coronam. Et ꝓpter minus haberes Ad hoc ergo datur tibi erubescentia vt post victoriā de alijs hostibus gloriosissime atq̄ victoriosissime triūphes vt qui alias in cōtritione viceras ipsam erubescentiā in confessione vincas. Q si diligenter aduertas confiteri vitia et peccata quodā modo est numerare victorias Dum eni pie ac sincere fornicatione confiteris ipsam te fecisse facto ipso loqueris q̄ mortuā de ipso campo certaminis eijcis. Quemadmodum enim euomēs ꝟtute medicie serpētes ⁊ alias venēatas bestiolas ipsam victoriam nature ꝑ medicinā adiute ipō huiusmodi vomitu iudicat. Si ⁊ vomēs spūalit bestias spirituales ipso vomitu cōfessiōis victoriasgratie indubitāter iudicet. Et propter hoc cōfiteri recte ac intime intelligētibus quodāmodo est loqui ⁊ mirari victorias suas. Et si verecūda fuerit cōfessio erit facere victorias. Cōfiteri ergo pie atq̄ sincere vitia sua ac peccata penitēti est loqui ⁊ enarrare at mirare in cōtritione factas victorias ⁊ in attritione penas factas Et si nondū completas quantum enim ad multa in attritione moriuntur vitia ⁊ peccata. Quantum vero ad erubescētiam est facere victorias. Cū ergo dicis o penitēs pia ac sincera cōfessione hec et illa peccata feci per insinuationē dicis hos et illos hostes interficiet illā erubescētiā interficio. ¶ Amp. quid ostēdis ꝯfessori o penitens cum ei ostendis vitia tua ⁊ peccata q̄ cadauera hostiū que auditorio diuine gratie cōtriuisti vel saltē

Supbia cū pudoris.

Nota.

Erubescentia.

Nota.

Vincere pudorem.

Erubescentia.

Nota.

Confiteri.

attriuisti: que quãto plura ac maiora fuerit tanto
plures atq; maiores virtutis ac victorie tue testes
erunt. Quod deinde gloriosus victori spectaculum
quod gratiosi⁹ deo sacrificium esse potest q̃ strages
tam odibilium inimicorũ deo et ipsi victori penitẽ-
ti. Quid ẽ visu vel appetitu iocũdi⁹ q̃ alicui hostiũ
aut occisorũ aut saltem vulneratorũ hoc enim ẽ vnũ
nouum gaudiorũ in suspitabilium. Eccl. xxv. Bea-
tus homo qui videt subuersionem inimicorum. Ad
uerte ergo quãtum erras o penitẽs qui ignominio
sum tibi putas stragem hostiũ tuorũ occisorum aut
vulneratorũ ostẽdere testesq; virtutis ⁊ victorie tue
producere. Et hoc quãto maiores ⁊ validiores fue
rint. Siquidẽ quãto maiora et horribiliora fuerit vi
tia et peccata tãto mors eorũ et vulneratio que in
sincera ac pia cõfessione apparet validiores ⁊ effi
catiores testes erunt maiorisq; virtutis tue atq; vi-
ctorie. Quẽadmodũ si in cãpo certaminis circa ali
Similitudo. quẽ bellatorẽ maior multitudo interfectorum atq;
vulneratorũ hostiũ prostrata iacuerit maius ei te-
stimoniũ virtutis ac victorie dabit. et propter hoc
penitẽs pieq; ac sincere cõfitẽs non tanq̃ penitens
tñ sed tanq̃ victorios⁹ bellator cũ applausu minimi
triũphali a cõfessore excipiendus est. Qui etiã nũ-
ma et leuia peccata cõfitẽt quasi pulices mortuos
et musculas in testimoniũ virtutis sue et victorie af
ferũt. Rome totius senatus cõsilio decretũ ẽ vt eis
solis triũphis celebretur qui tanta victoria potiti
essẽt in qua septem millia hostiũ cesa fuissent. Mi-
nor aũt victoria triũphali honore indigna iudicata
Valeri⁹ ma est sicut narrat valeri⁹ maxim⁹ de memoriali vno.
ximus. Et qui magna mõstra videlicet elephãtes superbie
id ẽ balenas cetos auaritie leones iracũdie lupos
rapacitatis: thauros indomabilitatis in ꝯfessione
afferũt preclare virtutis ac victorie sue non signa tã
tum afferũt: sed etiã testes vt diximus ꝓferũt vel ꝓ-
ducũt ꝓpter quod scriptũ est Luce. v. Fecit ei conui
uiũ magnũ leui in domo sua de magnis scilicet ferꝫ
vitiorũ et peccatorũ que occidit vnusquisq; magn⁹
peccator in se. propter hoc dictũ ẽ. Luce. xv. Gaudiũ
erit in celo super vno peccatore penitentiã agẽte q̃
supra nonagita nouẽ iustis qui nõ indigẽt peniten
tia. et Mathei. xviij. Gaudebit supra eã magis q̃
supra. xcix. qui nõ errauerunt. Et propter hoc ve
In sacerdo sacerdotibus qui tantã stragẽ tã odibiliũ deo inimi
tes. coꝝ audire nõ possũt. Dixi sũt qui multitudinẽ ⁊ ma
gnitudinẽ vitiorũ ⁊ peccatorũ in cõfessione a peni-
tẽtibus audire nõ possunt exhorrẽtes ⁊ abhominã
tes eos et interdũ in eorũ facies expuẽtes: et vnde
celum repletur laudib⁹ vnde triũphalis solẽnitas
in celis agitur. Vnde preclarũ ac pre magnificum
in curia celesti instauratur cõuiuiũ. Vñ resonat ibi
dẽ ineffabili suauitate symphonia et chor⁹ sicut legi
git Luce. xv. Submurmurãt ⁊ subsãnãt ⁊ probris
Gaudiũ in atq; cõuitijs laceratos a se repellũt atq; reijciũt pe
celis ꝓ pec nitentes. Nõ aũt in sequẽtibus propter hoc et alia
catore peni incõuenientia que de in eruditione cõfessoꝝ proue
tẽtiã agẽte. niũt de eorũ officijs aliqua loqui proponim⁹. Tu
ergo o penitẽs noli timere a facie pulicis vnius et
secur⁹ expectare leonẽ quod vtiq; facis si ab ista eru
bescẽtia ita timẽs vt nec loqui ꝓpẽ ipꝫ audeas et
ab vniuersali ⁊ sẽpiterno opprobrio quo omniũ ocu-
lis turpitudines tue omnes palã fiẽt in extremo iu
ditio nõ times. Es ergo sicut ille qui pulicẽ timet
⁊ ꝯ leonẽ secur⁹ est et magis ab aspectu vni⁹ homi-

nis abscondi turpitudines tuas q̃ ab vniuersorum
aspectibus. Vtinã scires q; gaudiũ est omnibus an
gelis dei ⁊ singulis de sincera cõfessione tua. Vtinã Nota.
audires gratiarũ actiones quas ad singulorũ pec-
catorũ tuorũ confessiões patri misericordiarũ pro
te referunt. Vtinã videres ac sentires gaudiũ quo
ad singularũ bestiarum infernalium vomitum oẽs
exercitus militiarũ celestium epulantur. Vtinã au Gaudiũ ce
dires et videres applausũ ⁊ aggratulationem qui- leste.
bus tibi pater misericordiarum amãtissimus atq;
dulcissimus aggaudet atq; blãditur. Vtinam senti
res amplexus eius et oscula quibus super collum
tuũ cadens irruit. Sicut legitur Luce. xv. procul-
dubio aquas maledictionis ⁊ amaritudinis quas
biximus ore patulo insaciabili a te euacueres vt
dei patris gratia replearis spurcitias abhomina-
biles vitiorũ et peccatorum totis viribus ⁊ festina
tione a te reijceres: vt aromatibus donorũ atq; vir
tutũ spiritualiũ repletus domini habitatorẽ custo-
demq; tuũ perpetueq; felicitatis largitorẽ tota vir
tute intra te auiditate reciperes. Non ostium oris
tui clauderes deũ a te excludens diabolum hospi-
ciũ tuorũ perdiciosissimũ iugulatorem intra te et Nota.
tuam mortẽ atq; perniciẽ retineres. Os tuũ ad cõ-
fessionẽ aperies vt spiritumsanctũ p illd in te attra
heres illud dilatores vt deus ipm impleret. Sicut
legitur in psal. Os meũ aperui ⁊ attraxi spiritum.
Et dilata os tuũ et implebo illud aditum deo adue
nẽti panderes vt superueniens diabolũ a te detur
bans et deijciẽs te a seruitute turpissima et a serui
tute tyrãnidis eius nequissima liberaret ⁊ in liber
tatem glorie filioꝝ dei liberatum transferret.

¶ Explicat causas alterius nominis ad cõfes
sionẽ pertinentis: cur scilicet cõparatio dicatur.

Post hec sequitur vt loquamur de octaua
nominatione seu cõparatione cõfessio-
nis quã supra computationem diximus
Pura enim integraq; confessio fidelis cõ Pura ⁊ in
putatio est et redditio rationis q̃ nobis tegra ꝯfes
liberi arbitrij potestate seu facultate ꝯmissa ẽ. Du sio quid.
ius ergo debitores nos esse manifestũ ẽ. Primum
ratione villicationis quã vt iã tetigimus in ipa po
testate liberi arbitrij adeo accepimus. de hoc Luce
xvi. Redde rationẽ villicationis tue. Secũdo ratio
ne terre siue pdij quod ab eo extollendũ suscepim⁹.
Tertio ratione talẽtorũ q̃ ab ipo ad lucrandum no
bis tradita sũt. de qua legitur. Luce. xviij. in para-
bola vinearum. et Mathei. xxv. in parabola talen-
torũ. Quarto ratione officiorũ in qb⁹ cõstituti su-
m⁹. Quito rõne stipẽdioꝝ q̃ ad militãdũ pcipim⁹.
Sexto ratione dimissorũ hoc est indulgentiarũ ⁊ re
missionũ que nobis a patre miarũ facte sũt. Quia
igitur dei villicus es ⁊ quasi subregul⁹ in terra cor Dei villici
dis tui ⁊ corpis per ptãtẽ liberi arbitrij cõstitutus sumus.
requirit a te vt iudiciũ ⁊ iusticiã facias in terra pre
dicta vt maleficos ab ea extermines hoc est vicia ⁊
peccata ⁊ demones. Et si forte incursauerint ⁊ quo
tiens incursauerint eos ex officio villicationis ⁊ cu
stodie ville que cũ ipe es arcies captiues iusticies
et torqueas: bona vero ipsius ville hoc est inhabi-
tatores ⁊ bona eoꝝ custodias ⁊ nutrias ⁊ defendas.
Primũ ergo si fideliter examinare corã dei dispen
satore confessore videlicet cõputationẽ facere vo-
lueris recordare debes qualẽ villã tibi dederit de
quo manifestũ est q; pulchre magnificeq; edificaui

Angeloꝝ cu architecto eius atqꝫ opifice ipso deo. Deinde dupli
stodia ꝛ dei ci muro munitam videlicet angelorum custodia et
ptectio. dei protectione Et enim dominus incircuitu popu
li tanꝙ murus. Et iterum. ysa.xxvi. Saluator pone
tur in ea murus et ante murale. Et iterum pater ad
filium in typo. Hier. primo Dedi te in murum eneū
super omnem terram. Tradidit etiam tibi nobilib⁹
diuitibus ac magnis habitatoribus populosam q̄
sunt donorum atqꝫ virtutū populus. Iste populus
et hec villa tibi custodienda conseruanda nutriēda
tradita est tanꝙ villico. Hanc ampliare et magnifi
care debuisti diuitijs et gloria. Hanc armis et bello
tueri. Redde ergo rationem huius villificationis.
Qualiter custodita est villa ista Est ne magnificat⁹
et ditatus populus iste. Hoc est sunt ne adducte vir
tutes et dona vel numero vel magnitudine vel vtro
qꝫ beatus es laudeqꝫ et remuneratione domini tui
dignus. O villice si credis iste populus tam nume
ro ꝙ magnitudine. Donis enim et virtutibus sine q̄
bus non est salus adduntur diuine gratie largitate
interdum alia. Sicut donum ꝓphetie et donum in
terpretationis lingarum et alia huiusmodi. Simi
liter et multorum scientie et industrie sine quib⁹ nō
est salus Ditatur autem iste populus donorum at
qꝫ virtutum tam interioribus ꝙ exterioribus ope
Fides. ribus suis. Verbi gratia. Ditatur fides cognitione
miraculorum illuminatione reuelationum: sciētia
testimoniorū scripture Solertia ꝓbationum quib⁹
ipsa astruitur et in omni quibus errores contrarij
Caritas. destruūtur. Sic ditatur et caritas ardore desiderio
rum de dei gloria de salute et edificatione ꝓximorū
de affluētia gaudioꝝ de his duob⁹ scꝫ gloria ꝛ salu
te ꝓximoꝝ. De vestionib⁹ zeli ē cū scilicet dei gloria
vel cōtumelia vel cōspicit vel audit de fritionibus
cōpassionis cū ꝓximoꝝ mala spiritualia vel tempa
lia cōspiciunt vel innotescūt. Et ad hūc modum de
alijs vt diuine eaꝝ intelligant opera ipsarū vt diri
m⁹ tā interiora ꝙ exteriora. Q̄ si de his aliā rōnē
reddere nō potes o penitēs nisi ꝙ euersa ē illa villa
ꝑ incuriā imo ꝑditionē ꝛ exusta est cū toto populo
suo alio igne ifernali vicꝫ igne sulphureo luxurie:
aut igne teterrio auaritie. aut igne greco inuidie et
ita de alijs Et dissipata oīa bona populi hoc ē oīa
opa bona tā exteriora ꝙ interiora. Et hoc ipm dic ꝛ
cōfitere. Cū eni hoc nō dicere corā dominis seculari
bus sit in commutatione seu reddenda ratione defi
cere coram domino seculorum sic dicere est bonam
Reddere rationem reddere sue villicationis et bene ac lega
rōnē villica lis cōputare. Et cū illi malos villicos de mala vil
tionis. licatione cōfessos aut cōuinctos a villicatiōe amo
uentes damnent ꝛ puniant ꝛ vlterius bona sua que
eisdem commiserant amplius non committant de⁹
ecōtrario facit malā villicationē ꝯfessor honorē of
ficij sui seruet ꝛ dissipata bōa eisdē denuo tradit: tā
tāqꝫ ꝟtutē ac meritū ac sincere cōfessiōi dissipatio
nis siue male villicationis largit vt nec sibi nec vil
lico quid ꝙ dissipat; ꝑeat. Oīa de indeficiētissimis
diuitijs sue bonitatis reparans ac restaurans. Ad
q̄d eni misericordissim⁹ iudex confessionē male ad
ministrationis audire vellet si confitentē ex ore suo
iudicās dānare itēderet. Presertim cū hmōi ꝯfessio
nusquam sine postulatione venie fiat. Frustra ergo
confessione delictorum et postulatione venie rei fu
gerent: si ab ea dānationē merita repararēt. Primū
aūt īpossibile manifestum videlicꝫ ꝙ frustra ad dei

misericordiam fugiatur. Si eni non esset consultū Noté.
dissipatoribus si villam eis ꝓdidisset sue restaura
tionis misericordiā manifeste diminuta esset eius
misericordia quārū ad ipsos. ¶ Amplius. nabucho
donosor tā male administrante regnum sibi cōmis
Nabucho donosor. sum a deo de illa directā malamqꝫ administrationē
suam ad dissipationē ꝯfessum ac recognoscētem de
nuo restituit maioriqꝫ magnificētia ꝛ gloria ꝙ pri⁹
haberet donauit. Quomodo nō subregulos istos
hoc est vnumquēqꝫ peccatorē malā villicationem re
cognoscētem nō denuo restituet ac restaurabit: cū
ille diuine religionis persecutor esset atrocissimus
et idolatra impijssimus deoqꝫ omi peccatore chri
Idolatra. stiano odibilior. Iuxta hūc modū de iudicio et iusti
cia interrogādus est villicius videlicꝫ si fecit iudi
cium. Primū de seipso et hoc deo deinde virtutib⁹
quas de propria habitatione et hereditate ipsarū
hoc est de seipso turpiter eiecit ꝛ inimicos earū ca
pitales: hoc est vitia et peccata illis exhereditatiō
in dei cōtumeliā ꝛ preiudiciū ipsarū suscepit. Si la
trūculos primorū secundorū et tertiorū motuū: hoc
est cogitationū desideriorū et delectationū que sūt
citra cōsēsum gladio discipline persecutus est. Si
iudiciū ꝛ iusticiā deo ꝛ virtutibus de ipsis fecit deo
cuius templū polluunt cuius villam vastāt eiurūt
euertūt cuius ciuiū bona diripiūt et furātur: si isti
latrones in villa ista multiplicātur vel viuere sinū
tur que vtiqꝫ vis est eis et hereditas propria virtu
tū apparet iniquū eē villicū. Sicut legitur ysa.xxvi
Iusticiā non fecim⁹ in terra: ideo nō ceciderunt ha
bitatores terre iustum etiā ē vt ipse luat supplicia
que latronibus istis irrogāda erāt ꝓ eo solo ꝙ ipsis
pepercit: sicut legitur. iij. Re.xx. Quia dimisisti vi
rum dignū morte de manu tua erit anima tua pro
anima eius. Quid ergo si eos nutriat et defendat.
Si villā dei totum immo templum dei hoc ē seipsm
fecit speluncam latronum qui enim participat cum
fure fur est. Sicut legitur prouerb. Et tu iam nosti
quia iusticia secularis receptatores fures ꝛ ipsos fu Noté.
res pari dānatione ac plena inuoluit ꝛc.

¶ Exponit quomodo villici dei ꝛ coloni dicimur
Et quid sit vinea domini: ꝛ vitis israel frōdosa.

ET quia vt diximus velut dei coloni siue
agricolatores sumus de predio q̄d nob
excolendū tradidit ratione reddere te
Coloni dei sumus. nemur: tamen de ipsa agricolatione cū
de fructibus predium istud nos ipsi su
mus in vinea et ager. Sicut legitur ysa. v. Vinea
Vinea dñi. domini sabaoth domus israel est ꝛ vir iuda delecta
bile nomē eius. ꝛ in psal. Vineam de egypto trāstu
listi. Et Osee. x. Vitis frondosa israel. Et. Hiere. ij
Ego plantaui vineam meam electam omne semen
verum. Et deutronomij. xxxij. De vinea sodomorū
vinum eorum. Similiter Mathei. xx. Simile est re
Regnū celorum. gnum celorū homini patrifamilias qui exijt primo
mane cōducere operarios in vineam suam. Ager
vero sumus et ortus. Sicut legitur. Cant. iiij. Ort⁹
conclusus soror mea sponsa ortus conclusus. Ager
vero sumus. Sicut legitur. Mathei. xiij. Simile ē
regnum celorum homini qui seminauit bonum se
men in agro suo. Et iterum. Simile ē regnum celo
rum thesauro abscondito in agro. De hoc eodem
prima ad Corinthios. iij. dei agricultura estis De
vtroqꝫ vero simul legitur Prouerbiorū. xxiiij. Per
agrum hominis pigri transiui per vineam viri stul

et ecce totum repleuerant vrtice ⁊ operuerant ⁊c.

Agricolā-no spūalis

De ista agricolatione spirituali qualis esse debeat qua fide et diligentia et laboriositate exercenda ipa literalis agriculatio velut liber sufficiente per simi litudinem euidenter atq; perfecte docet neq; necessariū est vt hic vrticas spinas et vepres herbas no xias atq; pestiferas spirituales enarremus quia de clamationes eccl'iastice et populares sermones de his sufficiunt cuilibet talia cognoscere cupienti fru ctus autem agriculationis nostre reuera quiq; sūt. Primum est gloria dei seu glorificatio cui fructui educēdo de agro vel vinea nostra: et in primis ⁊ ma xime inuigilandum ⁊ insudandum est sicut docet veri tas Mathei. v. Luceant opera vestra coram hominibus et videntes opera vestra bona glorificent pa trem vestrum qui in celis est. In his fructibus hec ē dei portio propria in qua noluit habere participē vel consortem sicut ipsemet dicit ysaie. xlij. Gloriā meam alteri non dabo. hanc suam esse totaliter toti ens confitemur hanc illi totiēs recognoscimus quo tiens gloria tibi domine vel gloria patri et filio et spiritui sancto cantamus. Hac portione sua et iure suo deū defraudāt qui que recta sūt facere nō nisi in abscondito nolunt volentes occulte et quasi in ꝯfes sione tantum eē christiani et furari hoc est clam sub ripere regnum celorum cum tamen non sit dictum regnum celorum furtū patitur quin poti⁹ scriptū

Regnū celorum vim patitur.

est. Mathei. xi. Regnum celorum vim patitur ⁊ vio lenti rapiunt illud Et luce. xvi. Omnis in illud vim facit. Isti vero tanq̄ fures et latrōes intrare nolūt regnum celoꝝ Cum nō furtim sed manifeste rapine et depredationē publice expositum sit regnum celo rum Isti autem absconditi volunt esse christiani et in manifesto esse antichristi ⁊ proditores diaboli dū faciem exterioris conuersationis se seruos ei⁹ esse pretendunt et habitu exteriori et velut de abbatia ipsius in qua nullus ordo sed sola peruersitas ē se eē ondunt vel poti⁹ simulāt dū intus id ē corde ad deū ptinere volūt sponsū suū christum dominū erubescentes. Et adulterum vero mundū vel diabolū pa-

Nota

lam et publice non solum absq; erubescencia recipi entes sed etiam hoc id est tam execrabilis adulteꝝ ignominiam honorem et gloriam reputātes sacra tissimūq; quod cum christo in baptismo cōtraxerūt matrimoniū velut ignominiosam turpitudinē abscondentes et a diabolico vt diximus adulterio tan q̄ specioso operimento id operientes. Non attedē tes quod dictum est Ecclesiastici. ij. Ve duplici corde et peccatori terram ingredienti duabus vijs. et Mathei. vij. Nemo potest duobus dominis seruire et Luce. vi similiter Et prima ad Coꝛ. vi. Que est participatio iusticie cum iniquitate aut que societas lucis ad tenebras: que autem conuentio christi ad Belial ⁊c. Hi sunt qui erubescunt filium dei

Nota.

coram hominibus et facto negant ipsum coram eis dem. Et propter hoc negabuntur et erubescentur. Sicut legitur Mathei. x. et Luce. ix. Hij sunt qui cō tra mandatum euangelium. Lucernam accensam ponūt sub modio vt nemo eam videat contra illud quod legitur Mathei. vij. Qui autem gloriā ope rum suorum sibi vēdicant aut inanis glorie amato res et bonorum que reuera non habent ostentatores et iactatores fures dei indubitanter sunt quia

Fures dei qui.

gloriā que soli deo ꝯpetit ⁊ iure singl'ari atq; plenis simo ad ipsū solū pertinet ⁊ surripiūt ⁊ furāt. Qui vero euidētis manifeste vite sue turpitudine aliisq; notabiles et contemptibiles efficiūt nomē dei proculdubio polluūt. Sicut legit̄ Ezech. xxxvi. Et de ore conuersationis sue vnde et laudem ⁊ gloriā me tere deus debuit blasphemiarū iaculis spiritualit̄ ꝯfigitur. Hi quoq; qui bona opera proximorū que proculdubio opera dei sūt et que ipse operatur et suis et in suis ore maledico lacerāt vituperāt blasphemāt. Et propter hoc diabolo illa attribuunt ⁊ ascribūt gloriā suā. De hmōi operib⁹ deo auferūt et illā diabolo cōferūt eaq; i ipsū transferūt. Veris sima em̄ cōfessione dicūt sancti ysa. xxvi. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine verissime etiā dicit Apostolus. ij. ad Philipp̄. Deus est qui operatur in nobis velle ⁊ pficere ꝓ bona volūtate.

¶ Fructus multiplices ex agro vel vinea do mini colligēdos: pulcherrime explanat.

Secundus fructus ex agro vel vinea que nobis retinēdus est ⁊ noster proprius ē Primum in redemptionē nostrā a carcere ignis purgatorij ⁊ a carcere penitē tialis afflictionis. Et est iste fructus de quo legitur Mathei. iij. Facite fructū dignū penitētie. Simili ter ⁊ Luce. iij. fructus dignos penitentie. Certum em̄ est quia opera penitētie velut preciū sūt cuius

Opera penitentie.

dam redēptionis quibus et carcerē purgatorium effugimus si ea sponte atq; gaudenter soluerimus Ipsū enim carcerē infernalē quasi precio eorūdem operū iuxta multorū opinionē ꝯmittamus. Pena namq; gehennalis eterne damnationis supplicium in penitentialē afflictionē commutatur penitentibus diuine misericordie largitate. Iuxta istoꝝ opi nionē. Deinde fructus iste fructus scʒ terre nostre ē de quo ipletur celeste promptuariū celeste horreū atq; celeste celariū. Sicut legitur ꝓuerb. xxiij. In doctrina iplebūtur cellaria vniuersa preciosa atq; pulcherrima. De hoc expresse Eccl. xv. Jocundita tem et exultationē thesaurizabit super eū. Quēad modum em̄ pertinaces in malitijs suis et penitere nolētes thesaurizāt sibi iram in die ire et reuelatio nis iusti iudicij dei. Sicut legitur in. ij. ad. Ro. Sic penitētes ⁊ que recta sunt agētes thesaurizant sibi iocunditatē et exultationē in celis. Licet em̄ de ele mosina expresse ⁊ de abdicatione temporaliū dictū sit in euāgelio q̄ ipsis thesaurizatur in celis. Matt. vij. ⁊ eiusdem. xix. ⁊. Marci. x. ⁊ Luc. xvi. Tū nullo modo dubitādū est quin om̄i tpe bono thesaurizet in celis. ¶ Tertius fructus agri nostri vel vinee exē

Edificatio proximorum

plū est seu edificio proximorum. In ipsa enim vita nostra tanq̄ in exēplari vite et veritatis legere debent proximi exēpla rectitudinis. Quēadmodum ergo si quis publicum exēplar publici armarij trā scribere inde volentibus ⁊ indigētibus abscōderet omnibus illis iniuriosus esset ⁊ boni publici impe ditor. Sic et qui decus xpiane sanctitatis etiā q̄ si eēt latrociniū aut illud nephariū ne ab hominib⁹ videatur abscondūt publici boni spiritualis q̄ tā vtil le tamq; salubre est impeditores sūt. Accidit eis in super: vt qui duces debuerūt esse cecorū et lumina ria videntiū preeundo et ostēdēdo viam veritatis seu mādatorū dei iudices duces efficiētur erroris ⁊ vt ita dicamus luminaria tenebrarū. Incidētes i illā dei maledictionē. Deut. xxvij. Maledict⁹ qui

errare facit cecum in itinere. Transgreditur etiã
illud dei mãdatum qd legitur Leuitici.xix. Coram
ceco non pones offẽdiculũ. Offendiculũ nãq coram
ceco ponit qui exẽplo peruersitatis occasionẽ scan
dali attribuit. In itinere cecũ errare facit qui exem
plo mali sui operis ipsũ via veritatis abducit. Si
quidẽ vt dicit Gre. tot mortibus vnusquisq reus ẽ
quot exẽpla perditionis ad alios trãsmittit.

Offendiculum corã ceco ponere.

¶ Quartus fructus est proximorum subsidium ad
iuuãtur enim proximi ad ea faciẽda bona que ab
his fieri conspiciunt et animantur atq confortan
tãtur in idipsũ. Leuius enim portant que a multis
fieri cõspiciũt. Insuper et bonorũ que fieri vident a
mãdo z aggaudẽdo participes fiũt. Qui ergo vel
mala aperte faciũt vel bona in abscõdito tm̃ tribus
subsidijs proximos defraudant vcz societatis sola
tio qd eis esset ad alleuiationẽ laboris qui faciẽdo
bona sustinẽt z cõfortationis fulcimẽto qd ex multi
dine sociorũ haberẽt si eos euidenti z aperti bono
rũ operũ testimonio cognoscerentur. Tertio vero
qd triũ istorũ maximũ est scilicet bonorũ operum p
ticipio quod amãdo et aggaudendo aquirerent si
ipsa bona opera q̃ absconduntur viderent.

Proximorũ subsidiũ.

¶ Quintus vero fructus est diaboli terror et me
tus vt enim de alijs bonis taceamus solus habitus
religiosus aut saltim cõpositus z xp̃iane professio
ni congruẽs adeo deterret et diffugat interdũ dia
bolũ z eos qui ex parte eius sũt vt armatura fortis
sima. Mulierẽ nãq religiose aut cõposite se geren
tem z ipso habitu ac vestitu sanctitatẽ licet eã non
habeat preferentẽ nec etiã pcacissimus corruptor
ac impudẽtissimus solicitare audebit. Ipsũ etiam
religiosũ habitum terrori esse ipsi qui illum defert
ita vt propter ipsũ magis horreantur ipsa peccata.
Nemo dubitat nisi homo infronti z effrenis animi
atq irreuerẽtis. Quemadmodum enim olim qui
dam mortuos bellatores erexit et armatos castri
sui propugnaculis alligauit quos cũ exercitus ca
strũ obsidẽs cõspiceret viuos credidit z captionẽ ca
stri propter hoc desperãs soluta obsidiõe recessit.
Credebat nãq prius exercitus bellatores ac defen
satores in castro partim fame partim gladio inter
fectos esse. Et pp̃ter hoc subita apparitione mor
tuorũ qui propter arma quibus circumtecti erant
viui videbantur d captiõe castri desperauit fugiẽs
a facie mortuorum. Sic multi spiritualiter z intus
mortui exteriori habitu z cõuersatione viui viden
tur exterius z armati decor enim christiane religio
nis exterius quasi armatura est ad terrendum dia
bolum et suos z ad protegendum etiam deferen
tes. ¶ De his ergo quinq fructibus rationẽ deo
sepe in confessione et oratione solitaria ac familia
ri temporeq et loco coram camerario eius ac di
spensatore confessore reddere tenemur. Et quoniã
quemadmodum se habet ad iusticiam dei prudentis
fidelis ac bone agricolatiõis exhibitio seu ostensio
sic et eiusdem misericordiam imprudentis infide
lis ac male hoc est inutilis et perniciose aggrico
lationis accusatoria deprecatoriaq cõfessio neces
se est vt quemadmodum illa et absolutionem et re
tributionem obtinet a iustitia dei. Sic ista ab eius
dẽ misericordia. Sicẽ em̃ iusticie ẽ iudicio suo inuẽ
ta bona merita laudere atq remunerare: sic mise
ricordie est in confitentibus deprecantibus defectũ
eorum supplere.

Terror diaboli.

Nota bñ.

Nota.

¶ Scribit paupertatem esse maximũ quoddam
talẽtum: ex quo octo maxima lucra bene i ea nego
ciãtibus proueniunt: que ordine elegantissimo ex
plicantur.



Ertia vt supra diximus obligatio nostra
ad deum est ratione talẽtorum nobis ad
lucrandum ab ipso traditorũ et ne i enu
meratione eorum diutius immoremur:
generaliter dicimus talẽtum intelligi omne id: ex
quo lucrum spirituale prouenire debet prudẽter ne
gotiantibus. Et vt de alijs taceamus ipsa pauper
tas magnum talentum est: et octo magna lucra ser
uis prudentur beneq i ea negociantibus ex ea pue
niunt. Horum primum est humilitas. Quemadmo
dum enim vermis diuitum superbia est sicut dicit
Augustinus Et propter hoc Apostolus.i. in vltimo ad
Thimo. dicitur diuitibus huius seculi precipe nõ su
blime sapere. Sic humilitas pp̃rium ius est paup
um vt ita loquamur et pauptatis quodam modo fi
lia. Inde est qd superbia in paupere vehementer exe
cratur ac detestatur scriptura. Sicut legitur Eccle.
xxv. Tres species odiuit anĩa mea et aggrauor val
de anime eorum pauperem superbum zc. Secun
dum lucrum est mundicia. Nõ enim mirum est cum
diuitie stercora sint Exo.xxx. ad. Phili. Et ex thob.
ij. vbi stercora irũdinum calida execasse leguntur
faciem thobie. Et.xxij. Ecci. de stercore boũ lapida
tus est piger. Non mirum inq̃ si inquinantur mul
tiplicium sordibus peccatorũ dum stercora diuitiarũ
incessanter contrectant. et in illis assidue volutan
tur. Et hoc est quod legitur Eccle.xi. Si diues fue
ris nõ eris immunis a peccato. Dum ergo paupẽ
te fecit dominus stercora diuitiarum elõgauit a te.
Merito ergo ex ipsa pauptate tanq̃ ex elongatiõe
a stercorib' lucrũ puritatis siue mũditie a te requi
rit deus. Tertiũ lucrũ est expedito siue leuitas aut
agilitas. Diuitie eni temporales onera grauissima
sunt: et sicut ad litteram corpora onerant: et de nau
fragio enatare aut ab insequẽtibus aut effugere ab
literalibus seu materialibus non sinũt. Sic et cor
da quibus chatena amoris et funicul' desideriorũ
alligata fuerint neq enatare de mari mundi huius
nec euolare in sublime spiritualium et eternorũ p
mittũt. Et hoc est qd dicit Vitas Mat.xviij. Facili
us est camelum p foramẽ acus transire q̃ diuitẽ in
regnum celorũ. z Marci.x. z. Luce.xviij Cum ergo
diuina clementia pauperem te esse voluit liberũ te
ab onerib' fecit. Merito ergo a te leuitatẽ seu agi
litatẽ z expeditionẽ ad enarrandũ pstibus de picu
lis ad euolãdũ de mũdi cõclusionib' z obsidionib'
ad currẽdũ viã mãdatorũ a te exigit. Quartũ lucrũ
de talẽto pauptatis reqrit a te dñs qetẽ cordis siue
trãqllitatẽ. Alligati em̃ mobilib' z ĩqet; necessariũ
ẽ vt cũ eis omni inqetudine moueant qd ex ipsa con
pfessiõe et loqndi tristissima psuetudine manifestũ
est dicũt em̃ se comburi cum domus eorum cõburi
tur et de grandinari cum vinee eorum degradinan
tur destrui cum destruuntur deuorari cum deuoran
tur similiter augeri et minui et eousq processit ista
dementia vt predia sua membra sua audeant nomi
nare nec erubescunt dicere istud predium est dextra
manus mea. Illud aliud est cor meum nihil omni
no se esse nisi aceruum suorum temporalium reputã
tes. Si enim decreuisti vt dicis. O insipientissime delira
tor et nihil creuit in te nisi aceruus diuitiarũ tuarum

Talentum

Supbia in paupere.

Diuitie onera sunt grauissima

Nota.

creuera tu sic te habeas et sic te reputas. Cum ergo
pauperē te fecit domin⁹ ab omnium inquietudinū
istarum tormentis que sola mortua nō sentiūt te mise-
ricordissime eripuit. Merito ergo de talēto paup-
Quintum. tatis lucrū a te interne quietis et trāquillitatis exi-
git. Quintū lucrū est pax a litibus et bellis. Nullo
enī lite vel bello paupertatis ipugnat aut ipetit. Nul
lus pro ea corā quocunq; iudice conuenitur. Nō pro
ea defendēda in iuditio necesse est aduocatos adiri
vel eorū patrocinia salariis vel modicis vel magnis
emi. Nō oportet pro eius defensiōe tribunalia fre-
quētari iudicib⁹ supplicari nec iurisperitos cōsuli
nec libros legū aut decretorum aut decretaliū euolui.
Similiter nec contra fures et latrones custodū excu
bias adhiberi nec cōtra insidiatores illi⁹ ducatus
securitatis inquiri nō pro eius tutamine menia vel
arces edificari vel machinas erigi nō arma fabrica
ri. In ipso bello est et pax. In mediis gladiis tuta ē.
In ipso cōflictu quantūcunq; ingēti et acerrimo nō
solū illesa sed etiā itacta psistit. De talēto ergo pau
pertatis merito pax tanq; nobile lucrū ac pciosum
ipsius deus eiusdē dator merito requirit. Sicut le-
gitur Eccle. xi. Paupertas et honestas a deo sūt. De
hac Seneca. Paupi etiam in obcessa via pax est. Et
iterū. Cum classica insonuit scit se nō peti paupertas.
Illud lucrū videlicet pacis a litib⁹ et bellis soli amit
tunt inimici paupertatis et qui ei bellum indixerunt
qui scilicet eā de se citra se ipsos gladio et igne totis
q; studiis ac virib⁹ illā diffugare et exterminare cō
tendūt. Nec mirū si bono pacis se ipsos defraudant
qui matrem pacis efficatricem scilicet paupertatem
odio implacabili et bello implacabili psequūtur.
Amatores diuitiarum. Hi sūt amatores diuitiarū quos recte intelligētib⁹
manifestum est matrem inquietudinum esse ac sca-
turiginē solicitudinum iurgiorum fomitem et bello
rū. Propter hoc dictū est. Proiice pecuniā et redi-
Castor aial a castrādo. me tibi pacē. Quēadmodū animal qd dicit castor p
priis dentib⁹ testiculos abscidens et in sequentib⁹
se venatorib⁹ illos pjiciens pacē sibi redimit. Sic
et Joseph palliū reliquēs egyptiace pace sibi ab im
probitate pcacitatis domine sue sicut legit. Gene.
xxxix. Sicut ossa nudata carnibus pacem habent a
canibus feris et auibus. Sicut loc⁹ exhaust⁹ ab hau
rire volentib⁹. Sicut dom⁹ exterminata a furib⁹ et
raptoribus: sic pauperes pacē habent. Et quemad
modū cadauera carnosa frequētant a canibus fe-
ris et auib⁹ et hoc ad diripiēdū et deuorandum. Et
quēadmodum lacus exhaurire volentib⁹ et ad hoc
ad exhauriendū. Quēadmodū etiam mollita et de
sup vncta a muscis et hoc ad exugendū. Sic diuites et
magnates frequētātur a cupidis predā eni sequit
turba illa cupidiorum nō hominē. Sextum lucrū de
talēto paupertatis et securitas ab omib⁹ malis et pi
culis q diuitiis accidūt eadē et his q diuitiis p amo
Notā. rē cupiditatis vniti sūt siue vnū cū illis affecti vt su
pra ostēdim⁹ accidere necesse ē. Et ppt hoc tot fau
cib⁹ deuorat auarorum corda qt eorum cibi et pot⁹ tot dē
tib⁹ cōfrigūt et pterūtur qt eorum pāes qt ipsimet pferē
tur dicētes se comedi et deuorari ab eis qui bona sua
comedū vel deuorāt eodē mō deuorāt et corda eorum a
lupis q oues eorum deuorauerūt. Judiciū aūt deuora
tiōis hui⁹ spūalis dolor ē cordiū ipsorū. Nō enī do-
lēt a morsib⁹ ciborum vel oniū suarum nisi dētes comedē-
tiū ac deuorātiū corda eorum frāgerēt atq; trāsfigerēt.
Ideo autē dentes deuorantium diuitias auarorum
corda eorum trāsfigūt et conterunt quia illa in ipsis

diuitiis vnita et immixta per insanissimum amorem
inueniūtur. Et propter hoc nulla dementia insanie
auarorū cōparabilis est qui tot dētibus corda sua
transfigēda et cōterenda exponūt. Nec solum denti
bus sed etiam omni igni et aque omni grandini et
fulguri omni tynee et rubigini et generaliter omni
nocumento. cum diuitie eorum obnixe sit. Omnia enī Incōmoda ex diuitiis.
incōmoda q ipse diuitie patiūtur et ipsa corda per
insaniam cupiditatis eis vnita et immixta cū ipsis
diuitiis pati necesse ē. Et si ergo non aliud lucrum
de talēto paupertatis pueniret posset q securitas a
tot tātisq; tormētis atq; periculis tam ppter istud
solum amandum eēt ac preciosum reputandū. Se
ptimum lucrum d talēto paupertatis proueniens
prudenter negociantibus esse ipsa diuitiarū posses
sio et imperiosa super eas dominatio. Hi enī in ta- Nota
lento paupertatis soli prudēt negociātur quia eā
sortē suā reputant et talentum sibi commissū ad lu
crum et propter hoc illā diligūt. De his ergo mani-
festū est quia diuitias sub pedib⁹ spiritualib⁹ sui
hoc est affectibus habent. et eas spiritualiter id est
contemptu et aspernatione cōculcant. Hi eas i tan-
tam seruitutem redigerunt vt nunq; d sub pedibus
eorū leuare se possunt et solo nutu ad omnē visū illi
seruiāt pro oi suo beneplacito volūtatis. Siue enī
deo illas offerri velint siue pauperibus erogari sta
tim oblate statimq; erogate sūt dei iudicio qui fal-
li non possūt statim corā deo sunt misericordia et in
cogitabili obediētia ante cōspectum dei volatu pe
ne incogitabili iusse statim veniunt ipso facto cla-
mantes assumus. Nulla enim mora est inter volun
tatem imperātē diuitiis in hac parte et obedientiā
earum. Habēt auari fures et latrones multiplices
q; direptores ac consūptores diuitiarum suarū vt
diximus: amatores vero paupertatis illos eosdem
diuitiarū habēt custodes ac icelestes thesauros de
portatores. Nō enī fures aut raptores quicq; ama
toribus paupertatis de diuitiis suis subripiūt aut
aufferūt quin potius qd furari vel tollere videātur
velut eorū serui siue saginarii incelestes thesauros
deportēt. Statim enī vbi gratias agit deo pauper
tatis amator pro furto vel rapina quo ei irrogari
intēditur velut gratissime deo oblationes et flagrā
tissima sacrificia insuper celesti altari ante oculos
diuine maiestatis res ille spiritualiter iposite sunt
statim vt preciosissima munera in thesauros cele-
stes recepta. Nec parum reputes pecuniam in ser-
uitutē obedientie redegisse cui obediunt omnia. Si-
cut legitur Eccli. x. Octauum lucrū paupertatis est Octauū lucrum.
ipse celestes diuitie que sūt eius precium. Sicut le
gitur. Mathei. v. et Luce. vi. Beati pauperes spiri
tu quoniam ipsorū ē regnum celorū. Et iterū. Bea
ti pauperes qm vestrū est regnum celorum. Expres
sius aūt sequitur de hoc Mathei. xix. Si vis perfe-
ctus esse vade et vende vniuersa que habes et da pau
peribus et habebis thesaurū in celo. Similiter et
Luce. xviii. Attēde autē q soli amatores paupta-
tatis vt diximus in ea negociantur et nō quemad-
modum in talentis secularibus negociari cōsueue
runt hoies videlicet dando quod habēt vt accipiāt
qd nō habēt. Non enī in ista negociatiōe paupertas
dimittit aut amittit. Sed poti⁹ amore victoriosissi-
mo retinet. Si enī dimitteretur hoc est si amore vi
culo nō teneret eo tpe et spa et ei⁹ pciū hoc ē celestiū Paupertatē non habentes qui.
diuitiarū opulētia amitteret. Et merito nō habe-
re paupertatē dicūt q eā nō solū a corde suo abiecrūt

Sed etiam quicquid ad eam pertinet de finib⁹ suis
exterminauit ⁊ nihil eorum apud se vel circa se mo-
rari paciuntur. Ferro ⁊ igne eã implacabiliter pse-
quentes: frigus eñ quod ẽ vna ex pericularibus pau
pertatib⁹ igne ꝓfligant. Fracturas vero ⁊ rimulas
in edificiis ferro diffugant. Propter qđ non est mi-
rum si tam atrocibus inimicis suis paupertas inimi
ca est ⁊ molesta. Et si omnino sibi aduersantibus ip-

Nota.

sa omnino aduersat: amatoribus aũt suis non solũ
pacata est ⁊ tranquilla: sed etiam ꝓfuse habundan-
tissimeq̃ bñficentie amica. Non eñ solummõ vtilis
est in auertendo mala: sed etiam beneficia impẽstan
do bona: que vt de aliis taceamus ipsas tẽporales
diuitias sola largitur ⁊ vt ad vnum dicamus non ni-
si cum ea ⁊ per eã haberi veraciter aut possideri vn-
q̃ possunt. Soli eñ veri domini diuitiarum sunt qui
paupertatem diligunt ⁊ soli earundẽ serui qui oderũt.
Iuxta hunc modum querenda sunt lucra singuloꝝ
talentorum q̃ nos paupertati studiosiori diligentia
assignauimus qꝛ ipsam esse talentum de cuius tãta
negociatione tot ⁊ tanta negociatione tot ⁊ tanta lu
cra ꝓuenire debeant minus verisimile videbit. Lu
cra vero talenti potestatis duo sunt vꝫ dei honorifi
centia seu gloria ⁊ animarum salus. Secundaria ve
ro multa sunt sicut est repssio malorum aut ne fiant
omnino: aut ne tanta vel tot: vel totiens vel tam fa-
cile. Secundum est libertas bonoꝝ qua auffertur im
pedimentum ⁊ difficultas ea faciẽdi. Et ista duo lu-
cra de talento potestatis requirit dominus. Ad hoc
enim potestas cuiuscunq̃ dominationis a deo data
est vnicuiq̃ vt p eam mala reprimat ⁊ ꝯpescatur au
dacia eorum qui timorem ⁊ amorem dei abiecerũt:
⁊ vt liberum sit bona facere deum timẽtibus ⁊ amã

Nota.

tibus: Est eñ potestas sicut baculus in manu cursito
ris viam domino suo facientis ⁊ turbas hinc inde ꝓ
pellentis ⁊ scandala seu offendicula de ipsa via. Et
hoc est q legit Isaye.lxii. Viam facite plebi iter de
clinate de semita auferre offẽdicula de via ppli mei
que vox indubitanter ad publicas ptãtes dirigitur
tanq̃ baculo ptãtis impedientes eos q̃ recte ambu-
lare volunt coherceant vt libere absq̃ impedimẽto
malignari volentiũ dei populus cuius serui atq̃ mi
nistri potentes sunt p viam mãdatoꝝ dei p viam ve
ritatis gradiatur: est silr eadem potestas sicut gladi
us ignitus ⁊ acutus ad deterrẽdos malos ne grassẽ
tur in bonos ⁊ ad p̃scindenda noxia ⁊ vrenda putri-
da de corpore ppli dei. Iustitia eñ seu disciplina se
cularis exterior velut chyrurgia quedã ẽ qua p hui⁹
potentes medet clementissimus de⁹ pplo suo vt mẽ
bra q̃ nec vnguẽtis sacramentoꝝ aut beneficioꝝ nec
potionibus exhortationum sanari possunt tanq̃ fer
ro ⁊ igne exterioꝝ penaꝝ vrant ⁊ p̃cidant. Alia vero

Nota.

lucra sunt de talento scientie ꝓuectus siue profect⁹
in se ⁊ multiplicatio in aliis: ⁊ de omni dono gratie
diuine eodemmõ se hꝫ. Requirit eñ deus ab vno
quoq̃ nostrum vt dona q̃ acceperit bono vsu adauge
at ⁊ i eis incessanter ꝓficiat. Silr ⁊ vt illa eadem in
aliis aut doctrina aut exemplo multiplicet. Cum ei
talentum scientie creditum ẽ illã p doctrinam i aliis
multiplicare tenetur. Cui vero vite sanctitas ⁊ lau-
dabiliũ moꝝ honestas ipsã velut sigillũ ⁊ velut for-
ma viuendi alios p exemploꝝ rectitudinis euidenti
am quodammõ sigillare ⁊ informare dꝫ. Iuxta q le-
gitur ad Philip.iii. Obseruate eos q̃ ita ambulant
sicut habetis formam nostrã. Et p̃ma Canonica pe-
tri v. Forma facti gregis ex animo. Horum autẽ
exemplum euidens in naturis inuenit. Vnaqueq̃ ei
arbor fructifera in seipsa ꝓficiens in semetipsam di
latat ⁊ ꝓuehit ⁊ per semen quod ex ea oritur in aliis
naturam suam multiplicat ⁊ in omnibus generanti-
bus vis generatiua est ad multiplicandũ indiuidua
speciei sue quasi quoddam artificium negociationis
ad lucrum: ⁊ in nobis etiam ipsa talenta tanq̃ semi-
na sunt spiritualia ⁊ nos bono vsu eorum patres et
matres nominamur ipsoꝝ in q̃bus illa multiplicare
mus. Vnde Apostol⁹.i. ad Cor.iiii. In christo Iesu
p euangelium ego vos genui. Sciẽtia ergo absq̃ vi

Scientia sine vita.

ta sicut lux est alienas formas ostẽdẽs: ⁊ sicut signũ
positum non ex similitudine naturali: sed tñq̃ ad pla
citum significant. Vita etiam vero absq̃ scientia ipa
veritas est per oculos spectantium eorundẽ cordib⁹
se infundens ⁊ ipse decor est diuine similitudinis spe
culis cordium se ingerens. Sic clarã ⁊ tersã siue for-
ma siue sigillum similitudinem suam illis imprimẽs
si mollita fuerit. sicut dicit Iob.xxiii. Deus molliuit
cor meum. Generaliter ergo ex omni talento qđ nec
potestas est nec p̃uatio: sed est dei donũ intrinsecũ vt
virtus aut scientia duo lucra p̃ncipalia q̃ diximus re
quirunt ⁊ duo secũdaria q̃ in p̃rimo enumerauim⁹.
Hoc autem necessariũ est scire confessoribus. Alio-
quin qũo cognoscent vtrum fideliter cõputent ⁊ suf-
ficientem rationem reddant ꝯfitentes. Qui eñ nõ no
uit quinq̃ talenta episcopis tradita: ꝓpter que in fe
stiuitatibus episcopoꝝ legitur euangelium de para
bola talentoꝝ qui nunq̃ talẽta ista cognouerit quali
ter epõrum aliq̃s ꝯfessiones audire p̃sumet: Primũ
siquidẽ eoꝝ est auctoritas docendi q̃ altera clauium
est. Scdam ptãs iudiciaria. Que duo vocat Augu.
instructionem ⁊ cohertionem. Tertium est auctori-
z ramorũ in arbore sua. Hec aũt oĩa matrimoniũ ẽ.
Apparet ergo decor ipsius ex ipsa decẽtia qua ma

Marginalia: Vide. — Attende. — Simile. — Nota. — Honestas mrĩmonij. — Naturale ẽ mrĩmoniũ. — Nota. — Decor.

rem decet femina et econuerso. Q; siquis dixerit q̄ iuuenem masculū non decet femina vetula nec fecūdum sterilis. Et propter hoc matrimoniū inter huius non est decorū: dicimus q̄ eodem modo dicere posset q̄ strabonem non decet recte aspiciēs aut econuerso. Et videntem non decet ceca. Et sapiētem nō decet stulta: et egrum non decet sana: et econuerso: aut recte ambulantem clauda. Ista enim et p accidens sūt tanq̄ casu: alia seorsumq; lōge ab intētione et ratione matrimonij. Accidūt autem longe matrimonio propter psonas in quibus sunt quibus et accidit vt si inter eas matrimonium. Nullaten⁹ autem in matrimonio vel de matrimonio ē huiusmodi indecentia nec tangit ipsum. Si quis autē decorem naturalem generis humani diligenter consideret inueniet ipsum per matrimonium velut arborē speciosam fructiferam. Sicut legitur Hie. xi. Et sicut agrum plenū cui benedixit dominus Gen. xxvij. Domus vero coniugatorum inueniēs sicut arbores frondosas ac fructibus onustas quas meretricium aut sodomia non excusserit: aut fornicatio non diruperit: aut sterilitas seu aliud incōmodum nō occasionauerit. Que vero decorem generis humani occupat sodomia sicut exusta sunt Qu: vero occupat fornicatio et meretricium sunt conculcata. Que vero sterilitas sicut arida seu arefacta q̄ntum ad fructum generationis carnalis. Sicut legitur. ysa. lvi Non dicat eunuchus. Ecce ego lignū aridum.

¶ De sanctitate matrimonij disputat.

Sanctitas autem matrimonij. Primum est elongatio a turpitudine et execrationē prohibitarum turpitudinum ⁊ immūdiciarum. Illa enim debet esse intentio nubentium vt ab his per matrimoniuum longe se faciant. Secundo ex custodia et retractione cōsortij ab huiusmodi. Tertio ex iugo perpetue seruitutis quo se subijcit alter alteri absq; participe. Quarto susceptione onerum videlicet puisionis educationis et ceterorum que numerauimus. Quinto ex susceptione regiminis ipsius vxoris quod dicimus q̄ntum ad virum: in regimine totius domus pars sollicitudinis incumbit vxori. Non enim vxorem recipit solummodo exhibendam in necessarijs victus ⁊ vestitus: sed etiam regendam compositione morū ipsius: eruditioneq; et correctiōe quaten⁹ suum est perficiendam. Nec reputes leuem curam ⁊ on⁹ modicum regimen mulieris vnius. Sexto ex fructu plis. per se solum licet magnum bonum sit coniūctionem tamen maris et femine sanctificare non sufficeret. Septimo vero ex ipso sacramēto quo ipsū matrimonium sacrum signum est matrimonij spiritualis. Quod esse dz inter deum et animā humanā: vt quemadmodum vir coniūctione et amplexu carnali de vxore querit ⁊ intendit in ea generare filios litterales siue carnales: sic sciat recolat et legat in ipso suo matrimonio velut exemplo ⁊ cōiunctiōe charitās et amplexu ex anīa ipsa sua filios spirituales hoc est bonorum operum sobolem et prolem. Et nisi ex ipo viro semē trāsfūdit carnalis generatiōis in ipsam vxorē vt cōcipiat ⁊ piat alios nec cōceptura nec paritura plē carnalē: sic sciat ab omī fructu bono rū opū animā suā remanere sterilē nisi a deo spūali viro illi⁹ viuificū semē ubi dei ⁊ diuine grē infūdat. Legat etiā in libro sacri eiusdē vt quē admodū iure matrimonij carnal: isti⁹ subiecta ē regimini ei⁹ vxor ita

Attende.

Nota.

Nota.

⁊ animā suā subiectā deo exhibeat legib⁹ eius ⁊ iussis in nullo cōtradicēte: legat ⁊ quarto vt quemadmodū vxorē suā velut esse speciosam ⁊ ornatā sibi sibiq; per oia placentē. Sic ⁊ animā suā decore virtutū speciosam per oiaq; placentē deo exhibere studeat tanq̄ eiusdem spiritualē sponsam legat et quinto vt sicut castitatē corporalē zelat in vxore sic ⁊ deū sciat immo amplius incōparabiliter deū zelare castitatem spūalē in anima illi⁹: legat et sexto vt sicut ipsam vxorem decet habere curā domus videlicet vt mūda sit custodiāq; ⁊ educationē filiorū sic et de⁹ animā eiusdē vult curā et solicitudinē gerere dom⁹ conscientie sue scz vt mūda sit ab omni inquinamēto carnis ⁊ spiritus. et vt educet et nutriat pinguedine deuotionis et lachrimarū cōtinuitate. ⁊ assuefactione filios bonoꝝ operū. Ista enī tria sunt que maxime nutriunt eos et augmētāt. Deinde custodit eos p timorem humilitatē ac disciplinam que sūt custodes fidelissimi oīm bonorū propter hoc bonū scz sacramēti quod ē radix et causa optima ac pre:ipua cōiunctionis maris et femine. Ubi autē alter cōiugū bonū istud impugnat in altero ptinaciter. separandi sunt abinuicē ne bonū cui militare potissimū debet ipsa cōiunctio ecōtrario impugnet ⁊ destruat. Et attende q̄ ipm sacramētum matrimonij fortissimā habet impressionē spiritualis mrimonij ppter vehementiā rememoratiōis ipsius. Assidue enim illud cōiugibus quātum in ipso est rememorat ⁊ imprimit. ⁊ ppter hoc fortissimū est adiutoriū a pte ista vehementerq; impressiuū sanctitatis. Sanctitas enī non est nisi elongatio ab execratiōibus ⁊ cōtaminationibus viciorū et peccatorū. Et adherētia totalis ad deū. In parte vero aliorū bonorum sex que iam noiauimus et numerauim⁹. Iā tibi clarum est q̄ efficax sit adiutoriū ⁊ velut instrumentū sanctificationis. Cum per ipm omnes luxurie turpitudines ⁊ abhominatiōes propellantur. Quid autē pietatis habeat ⁊ beneficentie tam spiritualis q̄ corporalis ips regimē vxoris eruditioq; liberorum ceteraq; in parte ista a nobis iam dicta euidenter ostendunt. Ex quibus omnibus manifestum est coniuges qui hec omnia bona ⁊ singula in sua matrimoniali cōiunctiōe intenderunt ⁊ propē sola sibiinuicem matrimonialiter cōiuncti sunt nō solum prudentissime sed etiam sanctissime esse con iunctos Et iste modus cōiunctionis est quē laudauit raphael archāgelus Thobie. vi. Qui vero salutē in gnāli bona mrimonij p mrimoniū intēdūt ⁊ querūt licet sigillatim illa ac distincte nō nouerint pia intētiōe ac laudāda piūguntur. Qui vero matrimonio ptrariū intēdūt ubi grā. Qui amore explēde libidinis sue tm̄ forinsecus mrimonia ineūt pōt eis dici sicut idē archāgel⁹ i eodē dicit pualere demoniū ⁊ an sit nois mrimonium ptrahāt qstio ē apud nōnullos. Nō ei videt mrimonialis esse psens⁹ inter hmōi sed amatori⁹ tm̄: psertim cū dicit Aug. Q; vehemēs amator vxoris adulter est. Et alibi. Adulter est qui in vxore ppria q̄rit trāsitoriā voluptatē. ¶ Amp. cū oia bona mrimonij excludat ab intentiōe sua ⁊ cōsensu qualiter iudicabitur consensus hui⁹ mrimonialis. ¶ Amp. Cū piūctio istorum fornicatoria sit vel amatoria tm̄. Qualiter erit sacramētū spūalis piūctiōis siue mrimonij inter aīaz humanā ⁊ deū. Respōdem⁹. Q; ⁊ si amor explende libidinis sue solus illos moueat vel coꝝ alterū ad

Conscientia dom⁹ anie.

Sanctitas quid.

In eos qui explende libidinis cā matrimoniū ineunt.

Adulter est vehemēs amator vxoris.

omnia tamē onera matrimonij vterqȝ se obligat pactione cōiugali hoc est ad vxorem regendam ⁊ exhibendam ⁊seruandam ⁊ fidē thori: ⁊ omnea alia onera q̄ nominauimus. Quemadmodū autē si quis baptizaretur causa luxurie tantum concupiscens scilȝ speciē alicuius christiane mulieris quā alter habē nō posset nisi baptizaretur vere baptizaretur ⁊ vnius sacramentum baptismi reciperet. Sic ⁊ iste vni⁹ sacramentum matrimonij percipit ⁊ si non recta intentio. cōsensus etiam iste ⁊ si amore libidinis sit tamē matrimonialis cum est non fornicarius aut amatorius. Non enī in solam libidinem consentit. Sed etiam in omnia onera matrimonij ⁊ ad omnia illa portanda se obligat: sicut ⁊ ille qui causa luxurie sue explende tantum baptizat non in solam luxuriam consentit: sed etiam in hoc vt baptizetur ⁊ christianus fiat ⁊ ad omnia agenda ⁊ sustinenda que christianismi sunt se obligat ipsa susceptione baptismi: sic ⁊ ille ipsa susceptione matrimonij. Et quemadmodū multi christiani sarracenice viuunt aut iudaice: siue sarracenizant aut iudaizant i multis. Iuxta prefatum verbum. Inquinantes ⁊ pollučtes q̄tum in ipis est. Sicut illi sacramentum baptismi. Utrum autem peccet mortaliter qui causa voluptatis carnalis tātum vxorē suam cognoscit si quis querat. Respōdem⁹ q̄ non: licet enī voluptatem intendat ⁊ non alium finē: non tamen excludit alium finem siue aliud bonum: ⁊ ideo non peccat mortaliter sanctitate matrimonij excusante. Sed si matrimoniū propter solam voluptatem carnis aut solā auaritiam aut supbiaȝ a b initio iniit ⁊ contraxit: bonis aūt exclusis ac neglectis: hoc est non curatis: ibi verisimile est illum peccasse mortaliter si adultus sit adeoqȝ prouectus atqȝ eruditus vt talia nosse merito debeat. Aliud enim est ad horaȝ ⁊ impetu ⁊ vehementia concupiscentie trahi: aliud est totam vitam scilȝ dare concupiscētie seqȝ illi quo dammō perpetuo dedicare qđ indubitāter facit qui sic matrimoniū īhit. Qȝ si forte in hoc ꝯtinuus siue assidu⁹ sit vt vxorē suā amore solo voluptatis cognoscat. Iam iuxta verbū Aug. illam vt adulterā seu fornicatoriā hȝ: non vt vxorem. Non enī possidet hmōi homo vas suum in sanctificatiōe ⁊ honore: sed i passione desiderij: sicut gentes q̄ ignorāt deū. sicut dicit Apl's in. iiij. pme ad Thessal. Uas aūt suum intelligatur vel corpus ꝓprium vel corpus vxoris: quorū vtrūqȝ sctificatione ⁊ honore possidendum est nō in contaminatione ⁊ ꝯtumelia. Intendere ergo debȝ in ipso opere ꝯiugali vterqȝ ꝯiugum vl' ius mutue seruitutis qđ est reddere debitū: ꝓpter qđ dicit Apl's i vij. ad Cor. Quia vir non hȝ ptātem corporis sui: sȝ mulier nec econuerso: vel fructum ꝓlis: sicut Anna Thobie. vij. Uel remediū fornicationis ⁊ hoc tam sibi q̄ cōiugi. Non enī vt ipse solus effugiat fornicationem cognoscere dȝ vxorem: sed etiam vt ipa vxor. Non enī sibi soli alterater cauere dȝ: quin etiam alter alteri. Cōe enī remediū amboꝝ est matrimoniū. Et ꝓpter hoc neuter dȝ sibi illud solitarie vel singulariter vendicare. Qȝ si forte p aliquam surreptionē nihil hoꝝ q̄ diximus intendens alter coniugū: vel vterqȝ aliqū commisceant non adiudicamus alterutruȝ eorum propter hoc morti eterne: nec tamen a culpa veniali eos dicimus immunes.

Christianismus.

Bona q̄stio ⁊ perpetuo notanda.

Uoluptatē cā assidue vxorem cognoscēs peccat.

Per vas ꝓprium q̄d.

¶ Habet matrimonium non parū sanctitatis ex benedictione vel oratione sacerdotali sine qua nū q̄ celebrandum est matrimonium quā quicunqȝ contempserint aut declinauerint: nisi metu iusto: aut alia cā necessaria non sunt coniuges habēdi: sed fornicarij nec filij coꝝ legitimi esse cēsendi. Si enī nec cibus sumendus est absqȝ oratione ⁊ benedictiōe sacerdotali vbi sacerdotis est copia: nec aliquod opus etiā leue aut modicum q̄ opis nomine dignum sit aggrediendū vel faciendum absqȝ bñdictione ⁊ diuina inuocatione: sicut dicit Apl's in. iiij. ad Coll'. Omnia quecunqȝ facitis in verbo aut ope omnia in nomine domini Iesu christi facite gratias agentes ⁊ deo patri per ipm. ¶ Amp̄. Quia gratia sanctificatiōis p matrimonium querenda ⁊ execrationes carnalium contaminationum exterminande. Ipsaqȝ cōiunctio maris ⁊ femine sanctificanda est ꝯtra carnis illecebras ⁊ antiq̄ serpentis insidias: gratia vero sanctificationis ⁊ puritas spiritualis nec deo acceptabilius queri nec efficatius aut facilius obtineri a patre miaꝝ q̄ gratiosissimis ecclesie p̄cibus: non solum saluberrimum: sed etiam decens necessarium iubentib⁹ impendi: sacerdotalem benedictionem ⁊ orationes ecclesie fieri sup eos quibus eis matrimonialis sanctitas impetretur. ¶ Amp̄. Bonum pacis ⁊ concordie sine quibus bona matrimonij non ꝓueniunt: ei⁹ quorum p̄ces sibi non sufficiunt: p ecclesiam que nunq̄ p largissimum largitorem omnium bonoꝝ dei repulsam patitur: sicut in tractatu baptismi declarauim⁹. Cuius p̄ces nunq̄ vacue impetrandum est a deo q̄ solus illud p̄stare potest qui masculuȝ ⁊ feminam ab initio creauit coniunctionemqȝ eorum sanctificauit eosqȝ ad multiplicationem sua benedictione fecūdauit. ¶ Amplius. Manifestum est vxores patriarcharum fuisse steriles vȝ Saram ⁊ Rebeccā. sicut legit Genesis. xviij. ⁊ xxv. Et orationibus eorum fecunditatem impetrasse. sicut legitur ibideȝ. de alijs multa exempla sunt in veteri testamēto ⁊ in nouo de Elizabeth Luce. i. Quibus exemplis quid aliud educent coniuges q̄ bonum fecunditatis a patre misericordiarum p orationes ecclesie obtinere etiam si opus est ꝯtra naturam. ¶ Amp̄. Si contra omne periculū oratione muniendi sumus. Ubi autem castitas i maiori piculo esse potest q̄ iuxta incentiuū libidinis scȝ vbi vir iuxta vxorē ⁊ vxor iuxta virum. Ubi vero corpus mulieris in maiori periculo esse pōt q̄ i partu. Cum ergo ꝓpter pericula spiritualia: tum propter corporalia adiuuandi sunt ⁊ muniendi, iubentes oratione ⁊ benedictione sacerdotali que est oratio tot⁹ ecclesie. ¶ Amplius. Si nemo religione eruditus vel plantat arborem vel inserit vel ramū interius inserit ramū ramo absqȝ bñdictione ⁊ diuini nominis inuocatione. Q̄tofortius rami isti scȝ ⁊ mas ⁊ femina ꝯiungendi nō sunt absqȝ oratione ⁊ diui nois inuocatione. ¶ Amp̄. si p̄mi materiales lapides in edificio domus materialis nō ponūtur absqȝ oratione ⁊ benedictione q̄tofortius in edificio domus spiritualis non sunt ponendi seu coniungendi isti lapides p̄mi mas scȝ ⁊ femina ⁊ vt ad vnum dicam⁹ qȝ coniunctio maris ⁊ femine ꝓxima est contaminationi libidinis ac vicinissima ⁊ sola virtute diuina superabilis nulluȝ opus est magis adiuuandum magisqȝ muniendum oratione ⁊ benedictione sacerdotali. ¶ Et quia matrimonium superius diximus vinculum perfecte societatis. Restat nobis determinare partes societatis istius. Harum ergo p̄ma est in ipsa vera religione q̄ est diuine honorificētie debitus cultus. Cum aūt vere religiōis vsqȝ debitor sit: p se tñ ex vinculo matrimo-

Matrimonij sctitas ex bñdictione.

Sine bñdictiōe nō est celebrandū mr̄imoniū.

Pax ⁊ ꝯcordia bōa matrimonij.

Sarra.

Rebecca.

Mr̄imonium vinculū pfecte societatis.

niali debent in ea sibiinuicem ad eam seruandam augendam aut ampliandam in totaque domo sua: nõ solum in filios dilatãdam solicite ac fideliter adiuuare. Vera enim religio est obseruantia: hoc est integra ⁊ illesa iuris matrimonialis quod est vel esse debet inter deum ⁊ quãlibet animam humanam. Hoc matrimonium contractum est inter omnes vere religionis ꝓfessores ⁊ deum. In hac ergo socij debent eẽ cõiuges fidelesque sibiinuicem vt diximus coadiutores: vt alter alterum deuiare a veritate religionis nõ sinat: ⁊ ipsam veram religionem ptinaciter ac desperate correctionis contumacia impugnantem: consilio ecclesie deferat. Huiusmodi autem causam iã assignauimus videlicet ne matrimonium quod religionẽ veram ⁊ dei cultũ fouere ac nutrire debet: matrimonioque spirituali militare totaliter ac seruire: ipsum discindat atque disrumpat. Et hoc est consilium Apostoli in. vij. prime ad Cor. Intelligimus autem istam impugnationem vere religionis q̃tum ad fidem et cultum non q̃tũ ad mores. Non enim si vir cogere velit vxorem ad furandum vel rapiendũ: vel etiam fornicandum: vel ad quodcunque aliud quod christianum non est dicimus matrimonium esse separandum: nec licere vxori vt propter hoc ad alia vota se transferat.
Consilium. Sed si infirma est vt viri molestias in pte ferre nõ valeat: consilio ⁊ auctoritate ecclesie secedendum ei esse a viro ad tempus expectareque ⁊ ꝓcurare prudenter si potest correctionem ipsius. Secunda pars coniugalis societatis ẽ communio corporum ad opus cõiugale seu generationis. Tertia communio bonorũ temporalium quibus non licet alterum alteri fraudem facere. Quarta communio ẽ hominum ꝓpriorum. q̃ est custodienda seinuicem ac seruiendi prouidendique sibiinuicẽ tã in sanitate q̃ i infirmitate. Quinta est communio hominum liberorum totiusque familie que sunt educatio eruditio regimen ⁊ in posterum prouisio. Est ergo ꝑfecta societas ex his quinque cõmunionibus ⁊ in his integre totaliterque cõsistit ⁊ ad istam societatem se obligant ad omnesque partes ipsius q̃cunque matrimoniali vinculo sibiinuicẽ astringũt.

¶ Epilogus.

¶ Iam ergo declaratum est tibi quid est matrimonium quoniam ipsum est sancta ac sanctificatiua ac ꝑfecta societas maris ⁊ femine i genere humano. Et quoniam sanctitas eius partim ex. vij. bonis que ex eo proueniunt: partim ex benedictiõe nuptiali ⁊ sanctificatione sacerdotali. Et quoniam ipsum est perfecta societas siue perfecte societatis vinculum. No-
Epilogus. minauimusque tibi ⁊ numerauimus partes societatis istius videlicet quinque communiones quas nõ ẽ necesse vt repetamus. Consequenter vero destruem⁹ voluptatem ipsam carnalem omnis ꝯcubitus. Potest enim voluptatem habere spiritualem concubit⁹ licet carnalis sit: omne enim opus virtutis aut habet delectationem aut habere potest: iuxta illud quod dictũ est in Psal. In custodiendis illis retributio multa. Hoc est suauitas ⁊ hilaritas in ipsis operibus ⁊
Delectatio spũalis ex ꝯiugalis debiti redditione. executiõe mandatorum dei. Qua propter ⁊ si fuerit op⁹ coniugale ex iustitia reddendi debitum: vel ex charitate custodiendi se vel vxorem a macula vel contaminatione fornicationis. Nemo dubitare debet quin ex opere isto possit esse in corde operantis aliquando delectatio spiritualis.

¶ Incipit autor in sequentibus confutare voluptatem carnalem cuiuscunque cõcubitus: quemadmodum supra proposuerat.

Incipiamus ergo adiuuante deo persequi bestiã istã que maiorem ptẽ generis humani ab initio vsque ad finem deuorare ⁊ absorbere non cessat percutientes ipsam in ipsa radice sua. Primum enim cõcupiscentia quam si precidere acumine disputatiõis celesti virtute preualuerimus exterminabitur ipsa ⁊ destruetur radicitus. Dicamus ergo ꝙ membra genitalia nullum habent priuilegium exceptionis quo libera sint ⁊ exempta a subiectione ⁊ obedientia rationis seu liberi arbitrij seu libere voluntati subiecta. Ergo sunt naturali lege ⁊ iure rationi subiecta: sicut ⁊ cetera mẽbra exteriora: ergo non licet eis moueri contra prohibitionem ⁊ voluntatem rationis: ꝙ si mouentur iniuste mouentur: quia contra ius ipsius rationis ⁊ contra iustitiam obedientie quam naturali lege debent ipsi rationi. Vide. ¶ Amplius. Omnis voluntas rationis sane ⁊ nulla ex parte errantis bona ⁊ iusta est. Et ab his quibus de iure imperat facienda. iure autem nature ratio imperat omnibus viribus inferioribus omnibus carnis membris. Sanissime autem ⁊ absque omni errore vult ratio quietem membrorum genitalium ⁊ pacem omni modam virtutis castimonie que motu membrorum huiusmodi nequissime impugnatur. Quare membra genitalia lege nature quiescere debent ac cessare ab huiusmodi motibus ad iussum vel imperium rationis.

¶ Amplius. Concupiscit vero caro aduersus spiritum ⁊ spiritus aduersus carnem: vt dicit Apostol⁹ in. v. ad Galathas. Et nos omnes ⁊ singuli hoc ipm ipsa experientia sensus vltra q̃ opus est cognoscim⁹. Aut ergo iustum habet bellum aduersus spiritũ caro: aut non. Si iustum ergo spiritus habet bellũ iniustum siue iniquum est vel iniustum spiritum vincere carnem. Non est ergo adiuuandus spiritus cõtra carnem. Inique ergo laborauerũt tota milia sanctorum dimicantes tam strenuiter cum spiritu contra carnem. Bellum carnis aduers⁹ spiritum. ¶ Amplius. Si iustum ẽ bellum carnis cõtra spiritum ergo iustũ ẽ eam vincere. Quare adiuuanda erit in isto bello contra spiritum: ⁊ sequitur ex hoc ꝙ spiritus teneatur desistere a rebellione ⁊ repugnantia contra carnem: ⁊ ita tenebitur cedere ⁊ succumbere carni ⁊ subire seruitutem eius turpissimam atque nequissimam. Quare ꝓstituere se omni vicio ⁊ desiderio carnis ⁊ abire post omnia flagitia: ⁊ passiones ignominie. Restat ergo iniquum esse ⁊ iniustum bellum carnis contra spiritum. Compescenda est autem caro ab omni eo ꝙ iniquum ⁊ iniustum ẽ. Compescenda ergo est ab omni rebelliõe contra spiritum. Quare ab omni concupiscentia siue concupiscere contra spiritum. Nullus ergo motus concupiscentie contra spiritum sustinendus ergo occidend⁹ vel extinguendus. ¶ Amplius. Si totum bellum carnis contra spiritum est iniquum ergo omnes bellatores carnis contra spiritum iniqui. Nota. Quare totus exercitus carnis: qui militat aduersus spiritum iniquus. Quare ⁊ omnes acies exercitus ipsius: ergo ⁊ prima que est primorum motuum: ⁊ secunda que est delectationum citra consensum. Et tertia que est consensus: ⁊ quarta que est operum: ⁊ quinta que ẽ consuetudinum: ⁊ sexta que est executionum: ⁊ septima que est defensionum: ⁊ octaua que est gloriationum de huiusmodi. ⁊ Nona que est dogmatizationum ⁊ predicationum quibus dogmatizantur ⁊ pdi

cantur opera carnis. Et decima q̄ est impugnatio[n]num puritatis ac mundicie carnalis qua siue aperte siue occulte castitas carnis ꝛ mundicia impugnātur: siue detrahendo: siue disputando: siue insidiādo siue vim aut violentiam inferendo. ¶ Et qꝛ impugnandum est contra exercitum carnis vsq̄ ad internitionem ꝛ generaliter contra omnia vitia ꝛ peccata.
Victoria viciorum ꝑ mortificationē.
Non enī est victoria de his nisi ꝑ mortificationem ꝛ extinctionem. Cum enī hostes visibiles vinci scilicet possunt ꝛ viuere esseq̄ victi simul ꝛ viui: vitia tamē ꝛ peccata sola sua mortificatiōe vincant̄ nec vn̄q̄ victa eē possint nisi mortua fuerit vita solaq̄ vitia sua de nobis triumphant: hoc est eo solo q̄ in nobis viuunt ꝛ quatenus viuunt nos vincunt.
Mot⁹ p̄mi ꝯpescendi.
¶ Manifestum igitur est quoniā primi motus concupiscētie carnis occidendi sunt: ꝛ non sunt occidendi: nisi ꝓpter iniq̄tatem rebellionis aduersus spiritum ꝛ suam culpabilitatem. Manifestum ergo est quod omnes sequētes acies multofortius occidendos. Prima enī acies minimum habet culpe. Secunda plus ꝛ sic deinceps. Quoniam aūt omnium istarum acierū velut dux ꝛ regina ē ipsa voluptas carnalis cui ꝛ sub qua militant: multo fortius ipsa occidenda est. ¶ Amplius. Si omnes motus ad eam vel in eam occidend⁹ est ꝛ hoc vtiq̄ non nisi ꝓpter eam multofortius ē ipsa occidēda. ¶ Amp̄. Si omnis via eius siue qua ipsa veniat siue qua veniatur in ipsam precidenda est ac prerūpenda. ¶ Manifestum est q̄ ꝛ ipsa extermīnanda est a nobis ꝛ nos longe faciendi ab ea. ¶ Amplius. Cum ipsa sit per quā ꝛ ꝓpter quam caro pugnat contra spiritum ꝛ ꝑ quam maxime fortis est et ꝓualet ꝯtra spiritum: ipseq̄ sp̄us maxime debilis ꝯ ipsam: adiuuandus autem sit spiritus contra carnē
Mēbra genitalia occulta a nā.
maxime occidenda est euidenter.

¶ Attestatur autem huic veritati ipsa natura humana que motus istos vniuersaliter erubescit ꝛ membra genitalia plusq̄ alia occultat ꝛ abscondit erubescens apparitionem ipsorum ꝛ aspectum. Cum ei erubescentia sit iuste rep̄hensionis timor: sit autem ista erubescētia inquolibet indiuiduorum speciei humane naturaliter. ¶ Manifestum ē timorem istum esse nature: timor autem nature vniuersaliter non potest esse iniustus aut indebitus. Merito ergo ꝛ iuste timet natura humana rep̄hensionē in huiusmodi motibus.
Erubescentia nālis.
Iure ergo reprehendi sunt motus isti. ¶ Amplius. Quoniam ipsa erubescentia est cōfessio quodammodo culpe: erubescit autem vniuersaliter natura humana huiusmodi motus ergo constat eē culpabiles. Cōfessio autē nature vniuersalis mendax esse non potest: nec eius testimonium. Ipsa ergo attestatione natura manifestum est: ipsos esse culpabiles. Et hoc est indubitanter causa propter quā membra genitalia absconduntur ꝛ erubescitur aspect⁹ eorum: qꝛ radix erubescende concupiscētie sedem habꝫ in ipsis aqua ꝛ pudenda nominata sunt.
Pudend'a.
Iudicium autem huiusmodi est q̄ ante erubescunt pueri aspectui hm̄oi membrorū vel abscondūt ea ab oculis hominū q̄ huius motus incipiāt fieri in eis. Qui motus q̄ntomagis inualuerint ꝛ increbuerint: tanto amplius inualescit erubescentia illorum solicitudo abscondendi ea. ¶ Amp̄. Et si aliud non haberet pernicici voluptas carnalis q̄ ea que diximus videlicet q̄
Voluptas carnal' p̄nitiosissima.
inebriat mentem humanam: ꝛ transuertit sensum ipsius: atq̄ corrumpit palatum spirituale ipsius faciens ei desipere omne spirituale bonum ac nobile: itādem vero ex toto auertit a deo ꝛ a vera religione q̄ est digna honorificentia ꝛ cultus [illegible] solus debitus eiq̄ acceptus. Recte autem attendentibus manifestū est naturam humanam ad veram honestatē que vera religio est: ꝛ ad cultum ipsius dei qui vere sanctificatio est deum rite colentium creatum ac cōditam
Nā hūana ad q̄d nata.
esse. Quare manifestum est nature humane inimicissimā esse hāc de q̄ agim⁹ carnis voluptatē. ¶ Qꝛ si quis dixerit: qꝛ immoderata voluptas est que auertit a deo ꝛ supinducit obliuionem ipsius. Querēdū est ab eo cuiusmodi sit illa quam intelligit: moderatam lege matrimonij quem legē supra tetigimus necesse habet ꝯfiteri: omnem aliā inimicā eē nature humane. Et ꝓpter hoc implicabiliter ꝑsequendā ꝛ hoc est hoc q̄d intēdebam⁹. Si vero intelligat moderata congruentia ꝛ possibilitate ipius corporis humani. Inuenitur autem hec diuersitas in hominibus ex diuersitate complexionum vt alij magis potentes sint in vsu mulierum: alij minus: alij penitus ipotentes. Intelligit ergo moderatam eē voluptatem complexioni corporis adequatam ac ꝓportionataꝫ. Immoderatam vero complexionem ꝛ possibilitateꝫ corporis excedentem. Quia vero sic immoderata voluptas minor est ꝛ sic moderata maior. Que autem minor ē minus inebriat ꝛ captiuat mētem humanam minusq̄ auertit a deo. Quare moderata voluptas carnis iuxta intentionem suam magis inimica ē nature humane. Voluptas enim in desiderio est vt ait tullius non in satietate. Et propter hoc qui maxime eam sequunt̄ ipsam minime assequuntur. ¶ Amplius. Sicut maxime amantibus voluptatem istam maxime
Carnales voluptates q̄b⁹ desipiūt
sapit ipsa ꝛ maxie desipit voluptas spiritualis. Sic econuerso maxime amātibus delitias spirituales maxime sapiunt ipse maxie desipiunt eis carnales. Quid ergo respondebit aduersarius aut vterq̄ istorum habent palatum cordis sanum ꝛ bene dispositū aut non. Impossibile autem euidenter est q̄ vterq̄. Cum enim contraria iudicent de saporibus his: necessario errat alter eorum siue palatum cordis alterutrorum. Palatum enim cui desipit quod ei sapere debet aut econtrario necessitate errat: sicut ꝛ visus qui iudicat album nigrum ꝛ econuerso. Alterutrūꝫ vero eoꝝ errare necesse est: ergo vel necesse errare sapiētes in eo ꝛ ex eo maxime sapiētes sunt q̄ in eis sapiunt bona spūalia ꝛ desipiunt delitie carnales: vel errare luxuriosos q̄ ex hoc maxime insipiētes ꝛ habendi sunt ꝛ habentur q̄ in eis sapiunt viles ac sordide delitie ꝛ desipiunt nobiles ꝛ munde.

¶ Disq̄rit ꝛ discutit voluptatis vocabulum.

Procedamus autem vlterius ꝛ inquiram⁹ Utrum veri nominis voluptas sit ista de q̄ hic agimus. Uidetur enim veri nominis voluptas que tanto opere queritur tantisq̄ dispendijs comparatur: a qua nec etiam viri sanctissimi nisi diuini muneris admirando adiutorio se continēt aut cōpescunt.
Delectatio
Deinde ex diffinitionib⁹ delectationis q̄ sunt coniunctio conuenientis: cum conuenienti. ꝛ perceptio rei que naturalis est virtuti apprehendēti. Conuenientis aūt cum conueniente cōiunctio est maris ꝛ femine cōmixtio: veri nominis ergo voluptas est siue delectatio cū ei ꝯueniat ipsa nois ratio. Adhuc modū se hꝫ ꝛ de alia rōne: virtuti enīꝫ tangibili q̄ est in mēbris generationis naturalis est. Hoc est naturaliter conueniens correlatiua ꝛ coadiutiua generationi: pars adiuuantis corporis.

id est virtutes eorũ opa tã exteriora q̃ interiora peni
tus concremantur:fugiendã ẽt vt aquã extinctiõis
que spirituale nostrum quo ad omnem viuificũ ca
lorem extinguit:Similiter etiaʒ vt aquã immersio-
nis vbi totus chorus virtutum et gratiarũ submer-
gitur vt viriuʒ insanissie ebriationis vt toxicũ pes-
sime ac turpissime enecatiõis:vt adulteria fallacis-
sime blanditionis: et vt spurcicia execrande abho
minationis. Uerũ qm̃ nec effugere neq̃ etiam fuga
re possibile est cõmunitati hominum in statu presẽ-
tis corruptionis absq̃ deterimento fructus nobilis
simi quẽ prolem diximus ꝛ absq̃ nature nostre mul
tiplicationis. Necessario consulendum fuit generi
humano et excogitanda ac prouidenda via media
adhibendũq̃ remedium quo nec ipsa fugeret in dã
num fructificationis. neq̃ post eam abijceret in taʒ
multiplicem perniciem euntiũ. Jam aũt declaraui-
Matrimo- mus multum esse remedium nullamq̃ viã mediam
niũ optimũ qua occuratur vtriq̃ istoꝝ periculorum ꝓpter ma-
remedium trimonium. Ut si quis dixerit q̃ in operibus natu-
re opus generationis eximiũ est ꝓpter preciositatẽ
fructus et ideo creator et institutor nature instituit
ipsum inter oĩa corpora delectabilius vt ei opi ꝓp ẽ
sius ꝛ instantius intenderetur. ¶ Si eñ tanta diligẽ
tia et labore instatur ab ipsis hominibus multipli-
cationi ceteroꝝ animalium imo etiam multo forti⁹
instandum est multiplicationi hominum. Rñdem⁹
q꞉ et iste fructus est sicut equus et mulus quibus nõ
est intellectus. Sicut eñ delectationuʒ in potu aut
cibo magis facit et auget vehementia et ardor sitis
et famis quã ipsa potatio et comestio:sic et delecta
tionẽ in vsu mulieruʒ facit vehementia et ardor cõ-
Nota. cupiscentie:ꝛ sicut comestio et potatio p̱ seipsas nõ
sunt delectabiles sed per esuriem et siti. Sic nec cõ-
mixio maris et femine per seipsam delectabilis est
delectatione carnali. Habet eñ delectationem spiri
tualem hmõi cõmixtio duplicem primã scʒ natura-
lem quã faciunt spes et amor ꝓlis:cuius similis sue
nitur in omni aratore et seminatore et oĩs generis
agricolatore quibus spes et amor fructus etiã acer
bissimos labores agricolantiũ delectabiles faciũt.
Ut vero ea q̃ a creatore sũt ordinata sũt ꝯ ordinẽ ve
ro est vt id quod melius est sit propter minus bonũ
aut id qđ nobilius est sit propter vilius. Uilior aũt
et voluptas ex opere generationis quã ipsum ꝛ mi
nus bona quare nunq̃ ex ordinatione creatoris ẽ o-
pus generationis ꝓpter voluptatem que est ex illo
¶ Amp̃. cum vis generatiua non sit nisi ꝓpter fru-
Uis gñatiũ ctum prolis ex institutione creatoris nec opus ge-
ad quid nerationis qđ non est nisi via ad fructũ debet eẽ nisi
ꝓpter ipsum. Jntorquere ergo ipsum in aliũ finem
abusio est contra ordinationem creatoris. ¶ Amp̃.
Si sufficit in alijs operibus agricolationis spe ꝛ a-
more fructus mouere agricolas ad opa sua. Et suf
ficit etiaʒ agricolis ad eos mouendos in parte ista
q̃to fortius sufficere debuit et isti et illis in illo ope
tã nobilis agricolationis:hoc est in cõmixtione ma
ris et femine vt sola spes et amor ꝓlis eos naturali
ter ad opus generationis mouerent. Certo etiã ma
gis decuit creatorem hanc spem et amorem augere
qui recti sunt dum in finem debitum solũmodo intẽ
dunt atq̃ respiciunt:quã istum carnũ amorem scilʒ
voluptatis. Maxime cum iste amor istum finem et
fructus prolis impediat et opus generationis qđ i
finem fructus et prolis dirigendũ et exercendũ erat

ad se rapiat et in seipso stare cogat. Jta vt non solũ
fructus prolis non curetur a commiscentibus sed vt
etiam non proueniat ꝓcuretur nec voluptatem ip-
sam aut minuat aut ex toto etiã tollat. ¶ Amp̃. Jpa
volutas suo augmento et vehementia impedit fru
ctũ generationis . Qui eñ maxime ardent hmõi cõ Qui ardẽt
cupiscentia pauce generationis sunt:ꝛ p auci fruct⁹ ꝯcupiscẽtia
aut nullius:et cito steriles efficiunt:et ad generati paꝝ gñantis
onẽ inepti:siue ꝓpter hoc quia et hmõi ardore semẽ
generationũ consumitur siue quia frequentatio ip
sius commixtionis nec in vitam coalescat hmõi se-
men impedit quod apparet in mulieribus prostitu
tis que raro vel nunq̃ concipiunt vel nimio ardore
exhauste vel nimia frequẽtia turpitudinis semen in
se vitam habere et coalescere prohibente. Manife
stum est aũt iudicium et multiplicatio concubinarũ
quas falso nomine vxores nuncupant et contra na-
ture legem esse et deo penit⁹ non placere:et qđ mul
tiplicationẽ gentis sue quã per hoc intendũt sarra-
ceni non assequantur. Jn quocunq̃ eñ regno alteri
us gentis eiusdem amplitudinis ꝛ fertilitatis terre
inuenitur tanta numerositas populos indigenaruʒ
q̃ta in quocunq̃ regno gentis sarracenorũ nisi for-
te peste aut gladio aut alio incommodo secus cõti-
gat. Quare manifestũ est q̃ multiplicatio vxoruʒ ꝛ
operꝝ quã dant generationi nõ efficiunt gentis sue Uide
multiplicationem quam intẽdunt. Neq̃ castitas cõ
iugalis ꝛ singularitas matrimonioꝝ diminutiõem
aut detrimẽtum perit gentis nostra quã diminutio
nem in sua gente tãtopere formidant. Diligẽter aũt
attẽdentib⁹ in hoc manifestũ. satis ornat iicẽ viruʒ ca
iuscũq̃ ꝯditionis ꝛ etiã quãtecũq̃ potẽtie aut opu-
lẽtie sit ꝓuisiõe ꝛ exhibitiõe dom⁹ vni⁹ etiã medio
cris numeri q̃ ẽ .xij. continẽs sibi liberos cũ filia ne
cessaria ꝛ certi etiã si rex sit ꝑpotens atq̃ ditissimus
pro ꝯgruentiã glorie sue ac manificente vix poterit
duodecim filijs decẽter atq̃ competẽter prouidere.
Poterit vtiq̃ eis tanquã seruis vestitum ꝛ cibaria
ꝓuidere ꝛ hoc absq̃ onere ꝛ difficultate nõ autẽ vt re
gis filijs vt decet celsitudinem regiam. Et quia pro
portionalia sunt genera hmõi diuitiarũ seu poten-
tiarum ipsius diuitijs et potentijs. Manifestum est
hmõi numeri domũ oĩs generis diuites ꝑexigentia
vini onera. Pauperes vero importabiliter. vix aũt
inuenitur vir et vxor qui educando ꝛ erudiẽdo om
niq̃ modo ꝓuidendo duodecim liberos ad virilem
ꝑducãt etateʒ. et quia quod est nidus manibus aut
nido simile hoc est domus in hominib⁹. vnus autẽ
et vna tantum in vno nido pullificant. Sic vnus et
vna tantum in vna domo generãt. et hoc est per se ꝓ
prium matrimonij domum scilicet vnam edificare ꝓ
pter qđ mas et femina patrem ꝛ matrem relinquunt
sibiq̃ adinuiceʒ adherent. vt sibi aliam domũ edifi-
cent. Sarraceni vero non domos edificare. sed ciui-
tates singulas intendunt. et infra domoꝝ singularũ
ãgustias ꝯcludẽ ciuitates:imo a ecitate domũ ꝛ ciui
tatẽ pariter confundentes dũ domũ nõ pius edificare
cõtendunt q̃ ciuitatem imo ciuitatem vt dixim⁹ in-
tra domum. Ciuitas eñ omnis quedam multitudo
domorum est. ¶ Manifestum ergo est matrimonia Matrimo-
singularia scilʒ inter vnum et vnam ipsas limites ꝛ nia sigula-
ãgustias facultatum ac diuitiarum requirere:et q̃ ria
tumcũq̃ ampla ipsarum opulentiam satis onerare
et extensionem seu multiplicationem ipsorũ aut nõ
satis esse portabilem facultatibus: aut nullatenus

folũ de illustria fructũ declinãtes: sic et ipsã opus q̃
debuit eẽ gñationis iturpitudinẽ verto: quẽ tes ad
fructũ penit⁹ inutilẽ efficientes. Visum etiã est q̃
hanc viam et per exemplum p̃missũ ad illud aliud
qd nõnullus sarracenorũ in errorẽ idurit. Visũ enĩ
est eis de masculo ad generationem excomplexione
apta q̃seminare debeat in omni agro hoc est in omi
muliere fecunda dũmodo hoc possit sine inuidia al
terius. Qd dicũt ꝓpter mulieres q̃ maritos habẽt.
Idem enĩ exemplũ belue rñderi potest de omni agro
quod de vno respondimus. Rñdemus autẽ et aliud
si alicui talentum traditum esset ea conditiõe q̃ siue
in eo negociaretur siue non. Illud tamen et integrũ
et illesum seruare et reddere teneretur dño suo. cum
terra autem negociationis eẽt plena latronib⁹ atq̃
raptoribus aliisq̃ ꝑiculis innumeris. Dubium etiã
Nota. esset eidẽ et omino incertũ an lucrũ de negociatione
ꝓuentum esset an non. Manifestum est quia in hoc
casu tutius esset ei sup sedere negociationem et duo
simul pericula declinare videlicet ne simul operam
laboris sui ꝑderet nihil lucrans et insup creditã sibi
sortem. Iste casus in quo sunt virgines omnes et isti
vnicuiq̃ enĩ velut talentũ sibi creditũ et ꝯmissum a
deo est ipsemet vł anima eius quam seruare et red=
dere integram et illesã tenetur deo creditori. Ter=
ra negociationis ipsa femina ẽ vt sta⁹ vtendi feĩa
plenus illecebris voluptatum velut latronibus qui
corda furantur et aliis difficultatibus a quibus non
nisi fiat violẽtia velut violẽtissimis raptoribus ne
mo eripitur atq̃ euadit. Lucrum vero hui⁹ negoci=
ationis fructus est ꝓlis negociatio ipm opus gene
rationis de isto lucro dubium aut omnino incertum
est an ꝓuenturum sit ex opere vel opera generatio
nis. Quia ergo qd tutius magis eligendũ manife=
stum est q̃ magis eligenda est virginalis securitas
quam coniugalis discriminositas: et hoc eis potissi
mum quos infirmitas carnis ad id qd minus bonũ
est non impellit hoc autem est qd innuit Apostol⁹.
Pro virgini tate 1. ad cori. vii. Qui cũ vxore est solicitus est que sũt
mundi quomodo placeat vxori et diuisus est. Qui
aũt sine vxore solicitus que domini sunt. Et iterum
in eodem melius est nubere quã vri. Qui enĩ ardent
concupiscentiarum desideriis ne vrantur necesse ha
bent reperere refrigerium ac remedium nuptiarũ
Respondemus aũt ad aliud q̃ non licet cuiquã se=
seminare sic nisi in agro proprio. Non potest aũt fi
eri muliebris ager cuiusq̃ viri ꝓprius nisi p matri
monium. ¶ Amp. furtum est contrectation rei a=
liene inuito domino. Manifestum aũt est quia oĩs
mulier et omnis vir res dei est iure plenissimo ac si
gularissimo. Non licet ergo illis se inuicem contre=
ctare nisi quomodo vult et qñ dominus. Non autẽ
vt contrectant se vel vtentur se inuicẽ nisi matrimo
nialiter. Ois enĩ alia contrectatio deo displicit ꝓ
pter sui turpitudinem et nocumentum quod infert
humane nature. Omnis enĩ alius vsus eorum inui
cẽ oĩs alia cõmixtio maris et feĩe aut amatoria ẽ
aut meretricia aut eẽ ordinaria quã a sodomia nõ
multum distinguimus. Iam aũt declarauimus tur=
pitudines istar cõmixtionum et nocumenta que na=
ture humane irrogant ꝓpter quas causas eas deo
Vide displicere iam dubium non est. Declaratũ est simul
non aliam coniunctionem maris et femine deo pla
cere quam eam que sacramento matrimonii et excu
saturet q̃tum in eo est sanctificatur. ¶ Amplius

Intuere diligenter ipsam honestatẽ matrimonii de
coremq̃ eius et vtilitates. Et videbis hec omnia a
pertissime iudicare q̃ sola coniũctio maris et femi=
ne que scdm ipsum est deo placita est et accepta nõ
imposita precepto vel debito necessitatis. Sed ma
gis indulta defectu humane infirmitatis et colera
ra conseruatione fecunditatis.

¶ Tercia questio que non mediocriter mouit Tercia questio
et mouet adhuc sapientes sarracenorum et nonnul
los iudeorum hoc est cum toto tempore grauiditatis
propter inutilitatem seminationis abstinendum sit
viris ab vxoribus illo enĩ tempore inutiliter semi=
naretur proles. Similiter tẽpore emissiõis seu pur=
gationis ex parte eo qd periculose seminaretur. Si
militer tunc proles propter periculum lepre et alia
rum occasionum que seminatis eodẽ tempore pru
bus aut innascuntur aut post natiuitatem accidit.
¶ Manifestũ est admodicũ tẽpus ꝯcessũ eẽ vxorũ ꝓ
p̃triarũ vsũ. Toto ergo residuo tẽporis necesse ẽ ociosã
esse vi generatiuã in eis et in continentie patere pi
culis multitudiẽ vxorũ quẽadmodum et nisi multitu
do agrorum vt quemadmodum seminato vno agro
seminatur alius et non est occiosus agricola. Sic et
vna pregnata inpregnetur et alia nec sit ociosus vir
qui est in parte ista velut nature agricola Similit An plures vxores sint licite
et dum vnus ager ad suscipiendum semen prepara
tur et ad seminandum nondum aptus est seminetur
qui ad seminandum preparatus est. Preparat aũt
mulier ad suscipiendum semen et fouendum atq̃ ꝯ
cipiendum purgatione menstruali. In quo respon
demus eis q̃ frenanda est concupiscentia carnis et
moderanda ꝓpt pericula spiritualia que supra teti
gimus et propter spirituale bonũ continentie. Si=
militer qd expressimus. Moderanda est etiam pro=
pter prolem que propter hoc nascitur vberior: robu
stior et modis omnibus laudabilior. Ipsa ei frequẽ
tia huiõi seminationis semen humane generatiõis
diminuit tam substantia quã virtute. Non est ergo
ociosus agricolla quide ocio suo tot fructus spiritu
ales et ipsum corporalem laudabiliorem colligit et Nota
reportat fructũ. Nec negamus incontinentie sẽper
imminere ꝑicula maribus et feminis q̃diu feruet
concupiscentia Sed ea habere scimus matrimonii
fortissima presidia que matrimonio debitam reue=
rantiam seruauerunt et honorem. Nec dubitamus
vllatenus illis adeẽ et presto esse diuine gratie et vtu
tis auxilia: qui propter dei honorem et gloriam cõ=
tra carnis illecebras et desideria statuerint et studu
erint pugnare. De aũt cause multo forti⁹ cogerent
supplendum eẽ mulieribus virorum defectum cuz
ipse magis pateant in continentie periculis vt po=
te infirmiores hac parte et concupiscentie vehemẽ
tioris. Viro enĩ egritudine detento aut in negotia=
tione in remotis partib⁹ oc. upato: aut aliis de cau
sis ac tempus a cohabitatione corporis vxoris ꝓ= Inpuentio
hibito prouidendus erit vir alius vxori ne ager illo
tempore sit ociosus et ne ipsa vxor incontinẽtie pa=
teat periculis q̃ est manifestũ inconueniens.

¶ Quartam questionem nobis per multa exẽ
pla patriarcharum et regum sanctorum sicut Abra
he Iacob et Dauid qui omnes multitudinem vxorũ Quarta questio
leguntur habuisse et insuper etiam Iacob et Dauid
concubinas nec propter hoc nomen sãctitatis ami=
sisse. Multitudinem enĩ vxorũ approbare videtur
vetus lex expresse sicut in libello repudii. In quo re

spondendum est viros spiritu dei preditos nihil te-
merarius nihil absq; dei consilio et reuelatione in re-
bus tam discriminosis egisse et deus ex certa causa a-
liquid vltra cōmunem legem indulsisse. Sciebat ei
eos velle portare onera multitudinis matrimonio
rum vt large vtamur vocabulo matrimonij. Scie-
bat eos seruare fidem multis vxoribus magis quā
vnum ex hominibus nostri temporis vni soli vxori.
Sciebat et eos speciositate vxorum et multitudine
ea temperantia vti velle qua propagande proli nō
carnis voluptati inseruirent. Quemadmodum er-
Nota. go indulsit eis diuitias et gloriam quibus vtentur
cum modestia et humilitate. Sic multitudinē vxorum
ac speciositatem quibus vti nouerunt cum tempe-
rantia et castitate: absq; iniquitate tamen et iniuria
alterius potuit omnipotens deus statutor legis ma-
trimonialis cōtra legē illā dispēsare cū quibus voluit et illi de-
rogare qualiter voluit et preuilegiare in parte ista
et eximere ab huius seruitute quos voluit maxime
qui humilis et sanctus preuilegio libertatis istius
vti nollent. quā nos sciamus vinculo seruitutis. Re-
ctius aūt dicitur sanctos patres vxorum multitudinē
suscepisse quā duxisse: vt potius hoc eis factum siue
de eis diuino consilio vel mandato quam ipsos illō
fecisse. Cui enim videri potest viros sanctitate et gratia
eminentissimos timore dei plenissimos nuptiarum
Nota. multitudine non tam lasciuire voluisse quā eē seip-
sos libidini prostituisse. Verisimile ēt et modis omnibus
fide dignū eos veri ac viui dei cultū et religionē ampli-
are ac dilatare voluisse ac pro viribus studuisse. Qui cū
doctrina et exemplis pertinaci et rebellione idola-
trarū et peruersitate corruptionis facere impedirē-
tur et prohiberentur prudenti consilio genus suum
multiplicare elegerunt: vt saltem in suis vere religi-
onis inuenirent susceptionem facilem: quā alieni cō-
tumatia inuincibili respuebant. Non enim ignorabāt
spiritu dei docti homines filios ad imitationem pa-
trum naturaliter pronos esse ad eorundem doctri-
nam capiendam atq; tenendam faciliores difficilius
auertibiles ab eisdem. Nouerat quid virtutis habe-
at et efficacie generis seu cognationis amor quam
fortiter natura impresserit vniuersorum et singulo-
rum cordibus credendum esse patribus et parendū.
Quare manifestem est intelligentibus eo profundis-
simo sapientie consilio hos fuisse in parte ipsa quo
ipsius nature consilium contra tenebras errorum im
pietatis contra vesaniam idolatrie contraq; totius
humane corruptionis peruersitatem et nequitiam
aduocarent. Et vis generatiua corporis virtutē ge-
neratiuam spiritualem sicut reuera dignum et iustū
Nota. est adiuuaret gratieq; natura seruiret. ¶ Vinculisq;
necessitudinum hoc est cognationū et affinitatum et
retraherentur ab vtraq; morte sanctorum filij et re-
traherentur ad vitam secureq; et absq; periculo rege
nerarentur et nascerentur quos parentum et religio
nascentes acciperet: salutarisq; doctrine viuificorum
exemplorum presidijs ab vtraq; hoc est natiua et acq-
sitam corruptione seruaret. Tales ergo merito de-
cuit et etiam oportuit filios non solum generare sed
etiam generationi eorum multitudine vxorum mul-
tiplicare qui eos non morti gignerent nec mortis
pabulum efficerent. sed vite natos statim traderēt
viteq; erudiendo et instituēdo seruarent. Ceteri ho
minum quemadmodum quercus siluarum porcis i
fernalibus fructificabant et de ipsis ventribus ma-

trum ipsi fructus liberorum nullo pietatis presidio
excepti siue protecti infantes porcorum infernalium
quemadmodum poma putrida cadebant potuitq; ēt
eē in aliquo tempore maior erit multitudo mulierū
in populo dei quam virorum. Et ideo necesse fuit vnū
virum multas ducere ne cum ipse mulieres contine-
re vel non possent victe concupiscentia: vel non vel-
lent amore posteritatis an forsitan voluptatis ista
occasione viris se idolatris copularēt sicq; facte sub
potestate eorum adeo auerse ad idolatriam se trās- Nota.
ferrent: potuit et esse illa infirmitas virorum tunc
temporis cum nec erant eruditi nec in vera religio
ne firmati vt multitudinem vxorum emulantes ido
latris. ¶ Sicut et multitudine diuitiarum eos ex
hoc bonos et se miseros reputarent. ¶ Non enim mi-
nor fuit vxorum concupiscentia ab initio quā diui-
tiarum cupiditas nec minus habuit emulationis.
Maxime viris aut in luxuria aut inter luxuriosos e
mitteris. Adeo etiam exarsit semper in hominibus
illis hoc est transmarinis concupiscentie incendium
vt magna multitudo eorum nec etiam vxorum multi-
tudine voluerit esse contenta quantacunq; speciosita-
te pollerent quin etiam in mares et bruta animalia
ceca libidine insanirent. Quid ergo facerent tā fla-
gitiosi viri si qō singularia hoc est ad singularium vx-
orum matrimonia artarentur. Quē aūt pestis ista i
isto populo iudeorum inualuerit expresse apparet.
xix. Judicum. vbi vix filij beniamyn parcentes leui Nota
te vxorem eius nephariā abusione suffocauerūt. Ut
ergo et periculo idolatrie: et flagitiositati sodomiti
ce et emulationi insipientie occurreretur vt cultus
dei qui alienigenas non poterat in filijs saltem facto
rum propagaretur multitudo vxorum aut tollerata
est ne deteriora sicut vt diximus fierent: aut suscepta di-
uino consilio vt genus sanctorum multiplicaretur et
diuinus cultus religio dilataretur. Quantus enim honor
sancte posteritatis sanctis mulieribus antiquitus fu-
erit euidenter ostendit sara que virum sanctum et sā-
ctorum patrem abraham ingredi suasit vel potius
coegit ad ancillā suā agar. Sicut legitur Gene. xvi.
Eodem modo et filie Loth que patri suo dormiēti
cōmixte sunt vt vel sic generis sui semen quodam to-
tius humani generis qō subuersione sodomorum ti-
mebant quā in eis cum erat seruarent atq; saluarēt
Viris ergo perfectis alia fuit causa vt diximus mul-
titudinis vxorum alia lasciuientibus: alia deterio-
ra timentibus et hoc precipue mūdo ad huc iudei no- Nota.
ticia et cultura nouicio et rudi penitusq; lamentario.
Uerum perfectionis euangelio siue latius et copio
sius radiante omnia hec abrogata sunt et auctorita
te diuina interdicta Sic legitur Mat. xix. et luce. xvi
Ubi ipsa veritas ore suo sacratissimo vxorum mul-
titudinem imo etiam dualitatem prohibuit et sepa-
tionem et excepta sola causa fornicationis interdixit.

¶ De ritu diuortiorum veteris testamenti et
eius causis agitur in hac parte.

De diuortijs aūt et repudijs qd iniq; atq; i
misericorditer iudei et sarraceni et sentiāt
et agant facile est fieri manifestum. Lex ei Lex de di-
de rep. udijsque legitur Deuter. xxiiij. per uortijs per
missio fuit non preceptio obduritiam cordis iudeo missio nō p-
rum vt cūq; tollerata hoc est lege non vidicata nūc ceptio
ipsa veritas testata est eius dē. Mathei. xix. Ne enim
in vxores quotienscūq; eis displicerēt grassarentur

ad mortem sustinendum repudium id est vitione p̄-
tereundum et non tanq̄ adulterium vindicandum
duxit dominus. Jam autem declarauim⁹ matrimo
nium ius esse perpetuum et vinculum indissolubi-
le vbi ex eis causas quas supra nominauim⁹ vide-
licet si forsitan ea bona vel bonū istud potissimū p-
pter quod maxime institutū est id est matrimōium
spirituale impugnauerit. Causā vero fornicatio-
nis non solū prudenter sed etiam iuste ipsa dei sapi-
entia que xp̄s dn̄s est in. xix. Mathei adiecit duab⁹
de causis. Qui enim fidem non seruauit thori mari
talis vt ei seruet̄ indignū se merito reddit et ius tho
Nota. ri quod polluit iustissime amisit Deinde ne viri ipi
us hereditas que iure successionis ad cognatos ei⁹
atq̄ ꝓpinquos pertinet transeat ad adulteros hoc
est ad filios ex vxoris adulterio genitos. Tertia eti
am causa esse potuit: zelus virorum qui maxime ex
candescere consueuit vxores ꝓpter adulterium: vt
ergo et viris a morte spirituali q̄ incurrerent vxo-
res occidēdo et vxoribus a morte corporali per ti-
morē diuortij a morte spirituali q̄ fornicantes inci
derent. Sūt forsitā et alie et literales et spirituales
quas nos industria ptransimus Si ergo fornicata
fuerit vxor alicuius vel innupta maneat vel viro suo
recōsiliari ꝓcuret Sciendū tamē q̄ ex hac causa nō
consueuit diuortium celebrari ꝓpter fragilitatem
tempoꝝ nostrorum: videlicet ne cum mulieribus se
polluant et mulieres amplius fornicentur. Et quia
causa: que ad fortius astringenda matrimonia intro
ducta sunt in ea intollerabiliter dissoluent ad omnē
pene discordiā que inter viros et vxores suboriret̄ ꝛ
quotienscunq̄ vel viro vxor: vel vxori vir alius pl⁹
placeret non solū fornicaretur vxor: sed etiam viro-
rum fornicationem ꝓcuraret vxorum: et sic maior
pars matrimonioꝝ ꝓculdubio solueretur Salubri
us ergo ꝓcurat reconciliationem eccl'ia sustinet q̄
adultera ad tempus suspendatur a thoro materia-
li vt ista vitione et ipsa erubescēs hūilietur: atq̄ pe
niteat et ira mariti quiescat. Nisi forsitan simili cul
pa fornicationis se maritus inuoluat. Tūc enim ei
Jn adulte- non licet in vxore punire quod ipse noscitur cōmisis
res. se. Sed de hoc iam iura edita sūt et ecclesiastica sta-
tuta. Si quis autem querat cur viro solo fornicāte
discedere vxori ab ipso nō liceat Jn promptu respō
sio est quia nec illa pericula litteralia neq̄ spiritua-
lia sunt que hec cogant et muliebris leuitas sub po
testate viri potius cohercēda est ac frenanda q̄ pa-
ritatis in virū audatia indulgenda. Q; autē ex eis
causis quas ipsi sufficientes ad hoc reputāt diuor-
tia esse non debeāt manifestum facimus his rationi
bus. Prima enim eorum est odium vel ira ex quib⁹
timetur mors vxoris. Secūda feditas qualis est le
pra vel iugis menstruositas hoc est menstruorū flu
xus irrefragabilis. Tertia deformitas Quarta ste
rilitas Quāq̄ istarum dicunt sarraceni sufficere ad
matrimoniū dissoluēdum et ex vnaquaq̄ licere vi-
Nota has ro ad alia vota se transferre. Q; si verum est licebit
rōnes. idipsum ꝛ mulieribus ex necessitate: cum non min⁹
danda nulla obedientia inueniri poterat nisi ialiqua crea-
turarum aut in ipso creatore necessario per obediē
tiam alicuius ex creaturis aut per obedientiā ipi⁹
creatoris. Non autem per obediētiam alicuius ex
creaturis ꝙ inde est manifestū Q: vnaq̄q; creatura
ex toto posse suo et viribus per seipsam et ꝓ se ipa
obedire tenebat actori suo iure creatiōis et ꝯserua
tiōis sue. Ergo quātūcūq; obediret etiā si totū pos-
se in obediēdo creatori suo expēderet nō exolueret:
nisi ꝓpriū debitū. Debitū inq̄ quo tenebat rōe ꝓpe
creationis non solueret ergo debitum prime inobe-
diētie siue trāsgressiōis. Sed neq; prim⁹ transgres-
sor per obedientiam suam quātumcunq; poterat i-
obedientia sue debitum exoluere. Quamcunq; eni
obediētiam deo impenderet ad illam etiā sine obe-
dientie sue debita tenebatur ergo alio debito tene-
batur ad illam. Illud ergo debitum in eius exhibi-
tione nō aliud solueretur. Q: autem quelibet crea
tura ad omnimoda obedientiam teneatur: et per se
ipsum debito innata absq; vlla contracti debiti sup
Inobedien additione inde manifestum est: quia nulli ex creatu
tiā ade sola ris licet naturaliter diuinis legibus aut regulis in
obedientia aliquo contraire Ad hoc igitur tendit raciocinatio
dei emēda- nostra ꝙ per nullus creature obedientiam emēda-
ri potuit ri potuit illa prima peccantium hominum inobedi
entia: quia per obedientiam necessario emendanda
fuit per obedientiam creatoris et necessitate emē-
danda fuit. Necesse ergo fuit creatorem fieri obedi
entem non solū obedientia que illam in obedientiā
etiam tanq̄ satisfactio condigna equaret. Sed etiā
que illam tanq̄ morbum medicina saluaret: nisi eni
medicinā morbū interimat sanitas non poterit pue
nire Et ideo necesse fuit vt maior esset obediētia re
dēptoris q̄ precesserit inobedientia ꝓditoris. Q:
Nota. non solū debeat esse emenda illius et satisfactio. Sꝫ
etiam medicina. Hec aūt omnia que ad hoc ꝓmissis
rationibus construximus paucis ꝟbis compreheē
dit apl̄us. ij. ad philipp̄. Semetipsum exinaniuit
formam serui accipiens. Amp̄. esse sub lege et esse
liberum a lege sunt contraria: eum quoq; qui sub le
ge est fieri extra legem: hoc ē liberum se gerere a le-
ge ⁊ fieri sub lege subditūq; legi se gerere sūt cōtra
ria: q̄bus si vniuersali addiderimus erunt contra-
ria adequata ꝙ est vt ita dicam⁹ hinc ꝙ est omnino
subditum legi omnino se liberum gerere nō erit ali
ud contrarium adeq̄tum nisi oīno liberum lege om
nino se ei subdere: ergo aliud non potest esse satisfa-
ctio aut medicina illius. Q: ergo peccatū de quo i
tēdimus tale fuit ꝙ eo omnio subditus omino libe-
rū se gessit. Necesse fuit vt satisfactio eius et medi-
cia talis eēt qua oīno libera lege subditū oīno se ge
reret. Null⁹ aūt talis erat excepto creatore: creato
rē ḡ oportuit fieri oīno subditū. Oīs eni creatura sub
Creator fa legib⁹ ē creatoris. Fact⁹ ē igr̄ creator sub lege sicut
ctus est sub dr̄ apl̄s. iiij. Gal. At vbi venit plenitudo tp̄is misit
lege d. fi. suū factum ex muliere factum sub lege. ¶ Amp̄
nulla creatura potuit de ꝓprio soluere debitū pec-
cati illius quia si etiam cōcedam⁹ aliquā creaturā
habere propriū. tamen nō habet illud nisi cōmissū
vt potius alienū sit quicquid habet ⁊ totum habet
ab alio. et ideo totum ⁊ pro toto tenetur. Omne au
tem alienum debetur ei a quo habetur ergo omnis
creatura ⁊ se debet et omne quod habet. Sed nulli⁹
rei solutione potuit solui nisi debitum quo illa de-
betur. verbi gratia. Cuiuscūq; pecunie solutiōe nō
soluitur nisi debitum quo illa debetur. si tamen ipa
debetur. Si ergo seipsaꝫ siue aliud quodcūq; ex eis
que habebat quecūq; creatura solueret non solue-
bat nisi debitum quo seipsam debebat. Nulla ergo
creatura soluere potuit debitum prime transgres-
sionis siue seipsam solueret siue aliū ex eis que ha-
bebat et hoc est quia ex vnius rei solutione non po-
tuit solui nisi debitū quo illa debebatur vt diximus.
¶ Amp̄. necesse fuit deum misereri generi humano
salua iusticia et iuste agere cum eodē salua miseri-
cordia nihil eni obsistere potuit iusticie diuine que
minus meritā penā infligeret generi humano aut
iusticia dānatiōe relinqueret nisi misericordia. Si
militer et nichil obsistere potuit diuine misericor-
die quo minus aut miserie humani generis occur-
Nota. reret aut eam releuaret atq; leniret nisi iusticia. qa
ergo in hoc vno ⁊ ex toto salua erat vtraq; vt gene-
ri humano non habenti vnde satisfaceret. Non dico
pro illo peccato tantū. Sed etiam pro quocūq; sic
ostendimus daretur. Unde satisfaceret condigne ⁊
sufficienter. Per viā eni istā obtinebat ius suū iusti
cia plenissime que ꝓ quocūq; pctō vel ampli⁹ pete
tere poterat. Sil'r mīa absq; vlla diminutiōe suū ex
plebat officiū. Si ꝑ bñficiū suū gen⁹ hūanū libera-
ret a miseria. Hec ē eni intētio mie liberare ab infli
cta miseria. Et hoc erat intētio iusticie satisfactiōeꝫ
ꝯdignā expetere de culpa. Dādū ḡ fuit hūano gene

ri per dei misericordiã tantũ. Ac tale beneficiũ quo iusticie diuine satisfaceret de culpa condigne. Sic enim et obtinebat iusticia dei satisfactionem condignã.

Nota. Hoc autem beneficium vt ostendimus non potuit esse a pura creatura quia nulla pura creatura potuit exoluere debitũ nisi quo ipa debebatur id est vt diximus. Illud ergo beneficium necessario fuit ipse creator et in eo sicut dicit psal. Misericordia et veritas obuiauerũt sibi iusticia ꝛ pax osculate sũt. Illud beneficiũ via fuit in qua necessaria cõuenerunt: et quod eas velut ad pacis osculũ sociauit. Dum enĩ altera per viam exigentie condigne satisfactionis. Altera autem per viã omnimode remissionis incederet obuiam Altera alteri nũq̃ venisset: nisi altitudo diuini consilij ambos in vno illo benificio velut pacis osculo quod eas in se iungeret sociasset eas. Itaq̃ beneficium illud in seipso ita coniunxit. Dum vtreq̃ quod requirebat exhibuit. Et beneficiũ illud vt diximus non potuit esse pura creatura.

Nota. Sed ipse deus mediatorẽ se interposuit nõ solum inter se homines: sed inter suam misericordiam et veritatem. Per ipsum enim vtreq̃ satis factũ est et in eo vtraq̃ obtinuit quod volebat. ¶ Amplius: genus hũanũ de lacu miserie et de luto fecis transferendũ erat in regionẽ beatitudinis Sed nõ erat via q̃ illuc transferri possẽ nisi spes illuc daretur puenĩendi. Spes autem perueniend non nisi diuino adiutorio ꝛ gratia fuit ergo in eo erat et desideriũ inflamandũ huiusmodi et spes ita fulciẽda. Qꝛ ergo amor amore conuenientius accenditur sicut ignis igne. Decuit autem sapientissimũ vnũquodq̃ quod faciebat modo conuentiori facere. Decuit ergo illũ amorem nostrũ amore suo accendere. Nullo autem modo conuenientius ignis q̃ igne accenditur nec corporalis nec

Vide. spiritualis vt est amor. ¶ Amplius: non esset dign⁹ amari si ipse non amaret: et perditio quodãmodo est non amare amantem se. Sed amore preueniri liberalitatis est non enĩ patitur liberalitas subiectũ suũ prius amari ab aliquo: aliquo nũq̃ nato q̃ ipsa amet eũdem. Qꝛ ergo ad deũ nec modo erat via nisi per dilectionẽ ipsius. Ad dilectionem autem ipi⁹ non via vlla recta atq̃ conuenientior nisi correlatiua dilectio ei⁹ ad nos. Sed neq̃ illa via erat ad nostram dilectionem in ipsum nisi per sui ꝓbationem.

Dilectio. Dilectio enim nõ aliter dilectionem excitat q̃ p sui ostentiõe seu probatiõe: necesse ergo fuit vt dilectionem suam in nobis ostenderet: non decuit autem illum vti nisi infallibili: et vsq̃ quaq̃ indubitatione ꝓbatione oportuit ergo vt et signũ sue dilectionis ad nos esset infallibile: argumentũ irrefragibile. Non est autem reperire nisi vnũ tale signũ amoris et hoc est malorum amici pfecta cõiũctio per hanc ergo oportuit deus probare ad nos suam dilectiõem quia ergo non erat via nostre reductiõis ad deũ nisi per nostrum amorem in ipsum nec ad nostrũ amorem via recta nisi per probationem sui amoris ad nos. Nec erat irrefellibilis ꝓbatio dilectionis nisi perfecta malorum nostrorum cõiũctio.

Nota. Necesse ergo fuit deum genus humanum ad se reducere volẽtẽ dilectionẽ suã in gen⁹ hũanũ per facta malorum eius assumptione ostendere. Amplius: nihil adeo innatum est suadere alienũ amorem vt mori ꝓ alio: hec enĩ ẽ radix indubitata qua omnes homines naturaliter vocẽtur ad probationem dilectionis. Unde et vnusquisq̃ volẽs probare dilectionem alteri⁹ in se dicit pro me moreref ille si oporteret. Ista igit radice probationes si necesse vti sapiẽtissime disputantem deũ. Item minus diligere: et plus diligi maiorem dilectionem exigere. et minorem impendere iniquitatis est. Sicut in alijs donis et beneficijs se habet. Maiora enim ab amico requirere quem vis velit si possit impendere iniquitatis est verẽ amicicie lesio qua ergo diligi vult deus vsq̃ ad mortem a nobis debuit prior: et tantam dilectionem ostendere non solum ergo vsq̃ ad extremi mali qđ est mors comunionem diuina dilectio extenditur in amicos verum etiam vsq̃ ad inimicos. ¶ Amp. amicitia equiparantia est in predicamento relationis equiparat

Amicitia.

enim et adequat amicos. Eodem ergo iure eadem lege vti debet alter in alterum igitur quicquid debet alteri alter ratione amicitie debet et reliqui illi. Si igitur ratione amicitiẽ debet genus humanũ deo vt moriatur pro illo debet eodem iure hoc ipsũ de⁹ eidem. ¶ Amp. aut potuit diligere deus gen⁹ hũanũ vsq̃ ad mortem suscipiendum ꝓ eo aut non potuit.

Dilectio dei erga genus hũanũ

Si potuit ergo tantũ dilexit ab eterno quoniã dilectio nõ recipit in se aut magis aut minus ab eterno ergo dilexit deus genus humanũ vsq̃ ad suscipiẽdã mortẽ pro eo. Si autẽ nõ potuit est ergo min⁹ amicus generis hũani q̃ genus hũanũ ipsius: que liberalitas et esse iniquitas longe est ab eo. Si autẽ voluerit tergiuersari quis p hoc quod amare equiuoce dicif de deo et de nobis. De illo enim dicif ẽẽntialiter de nobis autem secundum accidens et participatione: nec sic effugiet q̃ enim non habet i effectu deus: erga amicos suos: necesse est vt habeat in effectu ꝛ qđ essẽtialiter amare dicif. Nõ ꝓhibet adeo vel minuit dilectiõis effectũ. Sed poti⁹ adauget in corporaliter. Sicut enim ex bonitate eius essentiali maior beneficiorũ profluit multitudo et copiosiorum in omnes creaturas eo ipse q̃ ẽ ẽẽntialis. Sic ex amore eius essentiali eo ipso q̃ essentialis ẽ maior necesse est q̃ redũdet multitudo donorũ in amicos. Essentialis enĩ copiositatẽ auget in fonte. Et ideo necesse est vt augeatur animal augeatur ꝛ fluxus. Quod enĩ essentialiter calidũ est maiores habet fluxus caloris in alia ergo qđ ẽẽntialiter amãs est copiosiores habet redundantias amoris id ẽ beneficia ꝛ dona in amicos. Si enĩ ẽẽntialiter amat ne-

Nota.

cessario ꝛ fontaliter. Et ꝓpter hoc et in se copiosissimus hmõi amor ꝛ in amicos redundantissimus. Sicut ergo in extremo ꝛ supremo est copiositas in se. Sic ꝛ influxit necesse est vt perueniat ad maximũ maximus aũt fluxus amoris est id est maximũ op⁹ eius maximũ vel beneficiũ susceptio mortis ꝓ amico Sicut legitur prĩne petri. ij. Maiorẽ hac dilectionem ꝛc. Sic ab essentialiter amante necesse est vt sit maximus fluxus amoris ꝛ operatio ꝛ hoc est mortis ꝓ amico susceptio. Ipse vero essentialitas amoris diuini per quam effugere se credebat aduersarius illũ maxime cõprehẽdit et qđ intendebamus efficatius concludit. Intendentibus aũt perscrutari vsq̃ statũ

Stat⁹ hũani generis.

hũani generis considerantib⁹. Triplex indigentia in eo inuenitur. Primo quia enĩ populus mult⁹ ẽ innumerabilis ꝛ peccatorũ pollutionibus a natiuitate sua obnoxius pontificali indiguit et sacerdotali qui sanctificare officio. propter delictorum multitudinem innumerabilem et magnitudine immensabilem. Secundo interpellatore indiguit et aduocato, qui causam eius tantam coram deo per inter

pellationem ageret: et ei apud eum veniam et gratiam impetraret. Tertio tot et tantis offensus est q per seipsum pacifacere deo nō poterat mediatore opus habuit qui partes ad pacē reduceret mediatione sua et interuentu. Si enim modica ecclesiam esse decebat absq; sacerdote qui et sufficeret ⁊ cōpeteret Sicut enim vniuscuiusq; particularis essētie indigentia ad sui sacerdotis officiū. Sic totius generis humani ad illius sūmi sacerdotis officium ex quo per locum a ꝓportione sequitur vt sicut quasi nihil est alicuius essentie particularis seu conuenit⁹ ad totā totius hūani gñis essentiā aut indigētie ad indigentiā illius. Sic ceterorū sacerdotū et sanctitas nihil si in cōparatione sanctitatis aut officij illius vt sit ille sanctus sanctorū absq; vlla ꝯparatione sanctissimus. Eodem modo et causa toti⁹ generis humani apud deū et coram deo agenda aduocatum requirebat sibi ꝓ magnitudine sua Sic et ꝯpositio et pacificatio tantarū et tot offensarū mediatorem cōpetentem. Dico ergo quod eius sanctitatē necesse fuit esse sūmam toti⁹ generis humani sacerdotum vt eius sanctitas et meritis totius generis humani sanctificatio deberetur Si enim non deberetur ei ex meritis ꝓculdubio nō sufficere humano generi impetrare satisfactionē: sufficiens enim sacerdos est qui est sufficiens ex meritis. Impossibile

Nota.

autē fuit vt pura creatura eam haberet meritorum sufficientia vt ei deberetur ex dei iusticia toti⁹ generis humani sanctificatio. Ex hoc est quia quecūq; esset sanctitas siue virtutū seu opū aliena erat ab illa et ei a quo accepta erat totaliter debeatur. Ratiōe vero alienorū nihil ei de iusticia debere poterat neq; enim laus alicui ꝓ factis alieni aut operibus deberi potest ergo multo forti⁹ neq; remuneratio: nō enim in vanum dictum est Laudate dominum in sanctis eius. ¶ Ampli⁹: quecunq; essent huiusmodi sacerdotis obsequia vel opa sācitatis possq; oīa illa nō essent nisi bona gratissima. Sicut dicit dauid in vltimo primi paralipo. Ecce in quit domine q̄ tua sunt tibi obtulim⁹ ⁊ q̄ de manu tua decepimus dedimus tibi. Et. isa. xxvi. opera nostra omnia paratus es in nobis domine. et ad phil'. ij. Deus qui operat in nobis velle ⁊ proficere pro bona volūtate. Quid aliud i seruiēdo vel in offerēdo deo faceret nisi que erant eidem facere redditio autem suoꝝ apud eum cuius sunt ne dicā tanti meriti. Sed nullius etiam meriti de iusticia esse debuit sicut supra nominaui⁹ ¶ Ampli⁹: omniū obsequioꝝ suoꝝ quantacūq; essēt debitor esset sacerdos hmōi ex cōmisso ergo impēdendo illa se tantū absolueret: nihil autē nouū apō deū alicui aliū impetraret. ¶ Amplius: curramus per singulas ꝟtutes certum est q obsequium quod deberet sacerdos hmōi deo toto posse et viribus ⁊ dilectione vtrāq; per se etiam et pro se legem exigebatur: ⁊ vtraq; ab eo requirebatur Et ad hunc modū se habet de alijs virtutibus. Cum ergo omnium virtutum officia obsequia per semetipsū sacerdos hui⁹ teneretur. ¶ Manifestum est q non sufficerēt eius opera q̄liacunq; essent nisi proprijs debitis ex soluendis remanerent ergo adhuc omnes alij obligati eodem modo. ¶ Mānifestū quia sacrificio quid alias debitū generis humani. Satisfactionem impetrante non poterat de iure et merito sicut per pecuniam alias debitam non pōt ſm debitū solui. Cū

Creatura.

ergo omnis pura creatura ⁊ se totam et sua omnia deberet tanq̄ aliena et sibi cōmissa nullo sui vel suorum oblatione aliq̄d impetrare debebat ex merito apud deum nisi forte aut de⁹ se obligasset ex pacto et se remuneraret debitoꝝ sibi solutiōe; aut dei munificentia sua remunerare vellet supra debitum huiusmodi. Hoc aūt misericordia iusticia: que non est nisi quedā solutio debitorum. Ex sacrificio ergo nō debito alias et sanctitate alias non debita. Sed ad huc specialiter assumptus et acceptus. Impetrare oportuit apud deum generi humano gratiam sanctificationis. Nulla creatura pura habere potuit alias non debita q̄ntum ad satisfactionem humani generis sanctitatem quoniam omnis pure creature sācitas per semetipsum debita erat deo omneq; pure creature sacrificiū. Necesse ergo fuit vt et ista sācitas et illud sacrificium a non pura creatura susciperet seu assumeretur. Necesse ergo fuit sūmum sacerdotum humani generis non puram creaturā esse. Et propter hoc creatorem qui suscepto sanctitate sāctificationē hūano generi impetraret. ¶ Am-

Nota.

pli⁹: si vna queq; creatura adeo onerata erat ꝓpiis debitis ⁊ toti⁹ etiā sue posteritatis obsequijs sufficebat alioꝝ portādis oneribus. Est si diligenter attēderimus nihil potest aliqua creatura portare p̄ter ipsa onera mandatoris q̄ deus illi imposuit. Nulla enī ē creatura q̄ nō legum⁹ ⁊ creatoris regulis subiecta sic: ⁊ adeo occupata vt nihil habeat spaciū ad aliud faciendū cū ipsam occiositatē puniat domin⁹ Nulli ergo pure creature totius humani generis onus nisi stulte et vtilit imponi potuit: quoniā si consideranim⁹ abissos peccatoꝝ totius hūani generis nō vnam abissum. Sed q homines terret necesse fuit abissos: vt sacrificium quo iste imēsurabiles abissi expiāde erāt nisi eēt deo placitū ⁊ acceptū. Et amp. quā tota illa peccatoꝝ imēsitas displicebat. Iterū sc̄titas cui toti⁹ hūani generis sc̄tificatio ex merito debebatur aut maior esse debuit aut saltē eq̄lis oīs peccatoꝝ eius immensitati et totius humani generis in vnum collecte sanctitati. De iure enī non dōbetur pro quantocunq; obsequio nisi equale vel min⁹. Maiorem ergo oportuit esse sanctitatem sacerdotis hmōi q̄ esset toti⁹ humani generis sāctitas ⁊ q̄ esset omniū peccatoꝝ eiusde immensitas. Ex q̄ apparet q oporteret sacrificium illō maius bonū esse q̄ esset malū totius generis humani perditio. Et insuper maius bonū esse vel equalem ei bono q̄ toti⁹ humani generis sanctificatio. Apparet ergo nō potuisse puram creaturā esse vl' ipm offerentem vel sacerdotem. ¶ Amp. summum sacrificium totius humani generis ergo si pur⁹ homo fuit optuit vt non solum sibi ad placēdum deo propa bona sufficerent

Nota.

Sed etiam vt de superabundātia sua toti humano generi remissionem omniū peccatoꝝ et gratiam sāctificatiōis ipetrare sufficeret. Apparet ergo q̄nta esse debeat i eu ꝓpria sufficiētia. De qua tam āpla supesset largitio q2 toti generi humano ad remissionem omnium peccatoꝝ et ad sāctificationem impetrandum sufficeret. Eodemmodo de aduocato i cā toti⁹ humani generis inquirendum erit. q2 enī per interpellationem agēda erit cā hmōi necesse fuit vt aduocatus quo iterpellante causa ista toti⁹ hūani generis agēda erat. tāta gratia apō deum tantaq; iustitia in se p̄ditus eēt. vt eius interpellationem et precib⁹ cause istius expeditio tantāq; iusticiam tanq; de⁹ acceptam vt merito illius sup tot ⁊ tant; of-

ipsis deo merito placare. Et insup sanctitatis gratiã toti generi humano. Deinde futurã gloriam debet tribuere. Et qꝛ continua erat offensarum incursio ꝑpetua peccatorum pollutio. necesse erat vt ꝑhẽnis esset aduocati hmõi aduocatio ⁊ sacerdotis sanctificatio. ꝑhennis enĩ cause ventilatio perpetuum requirit aduocati patrocinĩũ. ⁊ continua pollutio cõtinuũ sacerdot' scitat; officiũ ꝑpetuũ ergo necesse fuit aduocatũ istum ⁊ sacerdotem eo iam deo assistere. Si vnus ergo sacerdos tot' humani generis ⁊ aduocatus factus est sacerdos in eternum ⁊ aduocatus ꝑhennis. Et hoc est dicere sicut legit. vi. ad he. Sp viuẽs ad interpellãdum pro nobis. Sacerdotale ergo officium sacerdotum mortaliũ. et ꝓpter sanctitatis insufficientiã. ⁊ ꝓpter vite ipsius inconstantiam corruptionẽ ⁊ iterruptionẽ toti generi humano sufficere nõ poterat. Eodemmodo nec interpellatio ad tantũ patrocinium. Vt ergo colligam' hec omnia dicim' qa culparũ immensitas ⁊ innumerabilitas immẽsitatem exigit i aduocato iustitie et gratie. ⁊ immensitas pollutionũ immensitatẽ sanctitatis in põtifice ⁊ infinitas in vtroqꝫ malo. Infinitatem requirebat in vtroqꝫ bono sibi opposito. Similiter ꝑhẽnitas ⁊ ꝯtinuitas vtriusqꝫ mali ꝑhennitatem ⁊ ꝯtinuitatem exigebat remediãt; boni. Aduocatum igitur debuit habere genus humanũ apũ deum et ꝑhẽnis ⁊ ꝯtinui patrocinij põtificẽ sempiterni sacerdotij. ⁊ qui cẽt in vtroqꝫ officio infiniti inulti apud deũ erat enĩ malorũ ꝓ quibus remediãdis inspiciẽdus erat infinitas. Sufficere enĩ illũ oportuit non solum malis que vel fuerũt vel sũt vel erũt remediandis vel abolẽdis. Sed etiam omnib' que esse poterant. Illa autem sũt infinita tam multitudine ꝙ magnitudine. oportuit ergo vt eius gratia et sanctitas esset infinita delere no sufficerẽt. Oportuit etiã vt eius sanctitas. ⁊ gratia a proprijs oneribus ⁊ debitis esset omnimode delibera alias que ꝑ se nullius debiti oneribus aliorum ꝓ tãtis debitis soluẽdis negocijsqꝫ expediendis apud deũ esset posita et ad istud ministerium totaliter assumpta que omnia in creatura pura esse nõ potuisse intelligentibus ex dictis claruisse satis debet quia vero pacificatio generis humani ad deum ad quẽ per ipsum accedere non volebat mediatorẽ requirebat manifestum est. mediator vero communicare debuit cũ vtroqꝫ extremorum. Si vero medius interuenire debuit. Sed eni ab altera pte esse solummodo alteri merito suspectus esse potuisset. ⁊ causam sue part; agere visus esset vt esset omnino. ergo verus medi' et mediator insuspectus ⁊ vtreqꝫ parti idubitate fidei atqꝫ fiducie. Sicut dicit deus pat fiducialit agã cũ eo oportuit vt vtrãqꝫ naturaꝫ in se ꝯiũgere quod in oĩ reperitur. Et hec ꝗdem ratio moralis ẽ cuius rememorationẽ inferius faciem'. ¶ Amplu'. hereditas onerata nõ deuoluitur ad heredẽ nisi cũ onere suo. Cur ergo dictũ erat filio dabo te gentes hereditatem tuam Et ysa. xlix. Dedi te in fed' populi mei vt possideres hereditates dissipatas. Et ad hebre. i. quẽ constituit heredem vniuersorum ergo ad vnigenitum dei patris ad quẽ ꝑtinebat hereditas totius humani generis ⁊ ad eundẽ pertinebat onus erat debitum quo se ad totã posteritatẽ obligauerat adam. Et hoc erat debitum obediẽtie quo pro cõmisso malo ⁊ alias obedire tenebat ergo illud debitum incũbebat heredi generis hũani scꝫ filio dei. ¶ Amplius. ad ipsum vnigenitũ dei patris ꝑtinebat recuperare male distracta ⁊ alienata. De hereditate sua ⁊ redimere etiam obligata q̃ñ nõ ẽ qui redimat alius. Quia ergo merito volebat exheredari merito voluit ⁊ velle debuit redimere adã qui peccato peccati seipsum vendidit et omnẽ posteritatem suam ⁊ hoc vite eo cuius est arbor eius est ⁊ fructus. Cũ ergo tota posteritas ade fruct' eius esse velut arboris eo vendito tota posteritas eius vendita est. Et propter hoc ab ipso herede tota posteritas competenti peccato erat redimenda. Sed nulla creatura pura potuit esse precium totius humani generis. Preciũ enim oportet equare rem que eo emit si iustũ precium est. ergo necesse fuit vt seipsum daret. ¶ Amp. quia suspendiũ pena latronũ est fures autẽ ⁊ latrones fuerũt primi peccatores vt iam ostendimus. Reos ergo suspẽdio se fecerunt ꝙ pena ⁊ si iuste eis infligeret. tñ non absqꝫ preiudicio et detrimento dñi sui. Detrimentũ autẽ dñi est seruoꝝ dñi amissio. Amittebat autem hmõi seruos dei filius per suspendium eorũ et sine culpa sua. ergo ⁊ si suspẽdẽdi erãt suo merito ꝓprio. tñ nõ erat dei filius afficiendus dãno. Vt salua ergo esset et oĩno illesa iusticia necessario ꝑ aliũ vel ab alio ꝙ ab eo soluẽda fuit hmõi pena. Nos aũt intelligim' hoc suspẽdiũ infernale vel eẽnale. De tẽporali enĩ certũ ẽ qꝺ nõ esset pena cõdigna pctõ ⁊ nos illꝺ certum alibi faciem' in capitulo scꝫ de eẽnitate penaꝝ futurarũ. Et videtur iusta cõpensatio per adequationẽ contrariorum cõplexoꝝ vt mors eterna ei' qui temporalis erat morte temporali ei' ꝙ eternus erat redimeret. Summa ergo huius rõnis est quia non sine iniuria heredis filij dei de primis peccantibus iusticia fieret. necessario interuenit redemptio que illos a morte redimeret eterna. Sed mors eterna mortem eternam redemptionem habere nõ potuit quia mors illa eterna que esset alterius redemptio: si par esset. esset inutilis cũ par damnũ afferret domino si minor esset insufficiens. si maior esset dãnosior. non potuit ergo mors eterna redemptio esse mortis eterne prioꝝ parentũ peccantiũ. Necesse ergo est vt sit eterne persone mors tꝑalis vt eternitate dignitateqꝫ persone mors temporalis. quaꝫ mors eterna persone temporalis. Et si quis dixerit quia primi peccantes non potuerunt se vendere cũ non essent sui iuris nec mandatũ haberent ad hoc imo prohibitionem ne istud facerent acceperant ⁊ maxima ⁊ in preiudicium domini sui de se nichil facere poterant quod ratum esse deberet. Recte dicit ⁊ nos nichil aliud querimus nisi vt saluũ esset ius domini. Non autem poterat esse saluũ ius ei' nisi per redemptionẽ. quia nisi a morte eriperent eterna eternam possessionis iacturam ac seruitutis eoꝝ incurrebat dñs. Si autem fures non suspenderet iacturam ꝓprie iusticie incurreret ergo vt vtrũqꝫ seruaret scꝫ ⁊ ius suũ in seruis ⁊ iusticiã in se. Necesse fuit vt redemptionem pro eis daret. mors vero redemptionem non habet nisi mortem hec certum est quia nullum precium est comparabile vite. Sicut dicit veritas in euãgelio Matthei. xvi. ⁊ Marci. viij. quam dabit homo commutationẽ pro anima sua ⁊ hoc est qꝺ querimus qualiter necesse fuit vt furis tẽporalis eternũ suspendiũ innocentis

Nota.

Nota.

Nota.

Nota.

Proportiõ bona.

Congruũ.

Nota.

eterni redimeret tēporale suspēdium. ¶ Amp̄. iusti
tiam ⁊ misericordiam ⁊ omnes virtutes necesse est
esse in vltimo ⁊ supmo ⁊ vltimo vltra qđ non sit cogi
re misericordiā. Sed secundum magnitudinē ipsi⁹
sit et misericordia illius cū ipso est. Sicut legitur ec
Notā clesiastici. ij. q2 pportionalia sunt habitus ⁊ opera
eoꝝ vbi circunstantie opera nō impediūt. Necesse
est opera misericordie vt suo fōti respondeant per
uenire ad supremum ⁊ vltimū vltra q̄ nō sit cogita-
re opus misericordie. Similiter ⁊ ð iustitia necesse
est extremū aūt ⁊ supremum opus misericordie ē ex
tremam inimicorū miseriā in seipō suscipere. neq;
eñ habz misericordiā vltra inimicos neq; op⁹ vltra
extremā miseriā eoꝝ quo se possit extēdere. Si enī
simulter extremū iusticie ⁊ suppmū supplicij qđ alij
de iustitia infligēdum esse a seipso solo iustitie exi-
geret. ⁊ ista duo in isto fecit. qđ totiens replicatum
est euidēter apparere vt eñ fieret ð primo peccato
iustitia. a seipō exigit primorum peccatorum sup-
plicium ⁊ hoc vt iustitia fieret absq; omī iniuria alie
na. Eodemmodo apparet et de opere misericord.e
Dñs ⁊ subditus eadē fide sibi tenentur. ¶ Amplius. dominus ⁊ subditus eadē fide sibi tenē
tur quia ergo nullo fidelior domin⁹ excogitari pōt
q̄ deus necessario fidē quā requirit a subditis in ne
cessitate debet ⁊ ipse impēdere illud. Si ergo req-
rit ab illis vt in necessitate debet hoc ipm eis impē-
dere ergo si mortem eius temporalem tātum requi
rebat ereptio eorum a morte eterna in tāta necessi-
tate non potuit eis denegare mortem suā tēporalē
¶ Amp̄. si sine detrimento suo potuit eis p̄stare re
dēptionis illius beneficium fidem eis iure domina
tionis debita non seruabit. ⁊ insuper immisericor-
dem se eis exhibebit. Quis eñ dominus si sine de-
trimento possit subditoꝝ suorum liberationem nō
querat. Quis enim adeo imisericors est vt viscera
sua claudat misero si absq; detrimento suo quocun
q; possit eius miseriā releuare ergo q2 sine omni de
trimēto suo gener; humani miserie occurreret de⁹
si ita occurrisset vt fides predicat necesse est illū ita
occurrisse. Et illa enī nostre humanitat; susceptio-
ne nihil et de his que ad deitatem ptinebāt deperijt
nihil apte humanitatis ei accessit qđ detrimentum
dici possit vl' ðbebat nisi mors ipsa ⁊ vite quam hic
egit miseria. Sed cū ista miseria quā habebat ipe
in humanitate cōtinauit diuine visionis. gaudium
qđ animam suā nec in ipa morte deseruit. Ita eñi fi
des p̄dicat ⁊ ita eē necesse ē q2 ergo nulla cōpara-
tio in multitudine totius illius miserie paupertatis
Nota. et mortis ē illud gaudiū dñium. Ceteras; donorū
et crisinatum diuitias quib⁹ ipse preditus erat ite-
rius manifestum est q̄ non solum per illa compesce
batur detrimētum huius miserie. Sed etiā incom-
parabiliter magis felix atq; beat⁹ erat iterius quā
esse posset miser exterius. Et non interioris vite i
anima eius interrumpit beatitudinē. Sed exterio-
ris vite miseriam. dimittamus autem hoc et com-
paremus adinuicem preteritas in eo passiōes ⁊ po
steriores glorias sicut dicit Petrus in primo cano-
nice sue persone et videbimus quia non sunt condi-
gne ad illas. Ille enim perpetue sunt. Iste fuerunt
temporales. Si enim ad eternas miserias non ha-
bent comparationem eterna gaudia multominus
nec ad presentes. Deinde contumelie et illusiones
iudeorum quid habent comparationes ad venera-
tiones totius populi. ¶ Manifestum est ergo q̄ dei

filius plus bonorum absq; vllā cōparatiōe habuit
et habet in humanitate quam pass⁹ fuit malorum
Absq; ergo detrimēto suo omnino erit iste modus
redemptionis generis humani. Non enim patitur Vide.
detrimentum qui dat nummum ⁊ accipit cetū mar
cas. quia ergo miseria humana hoc requirebat vt
diximus. et nullum ei ex hoc detrimentum imminē
bat. Necesse fuit vt hoc modo redemptionem face-
ret. ¶ Amplius. primi homines hereditatē eterne
beatitudinis ex peccato illo pmo amiserunt ⁊ suis
posteris abstulerunt. Quia enim se deo abstulerāt
merito se illis abstulit de⁹. ⁊ quia se morti id ē dia-
bolo ad perpetuam seruitutē obligauerant cum ia
ctura ipsius ⁊ sue seruitutis perpetue. merito deus
quasi obligatam detinebat quantum ad eos celestē
hereditatem donec se ⁊ seruitia sua deo restituerūt
et de condigno placerent. Duo ergo necessaria fue
runt ad hoc vt celestis eis restitueret hereditas. Si
se deo restituere non potuerāt per se. quia peccādo
cōtinue infirmiores diabolos; subiectiores fiebāt.
Sed nec in eis aut in tota posteritate inquantum
erat posteritas fuerit poterat placator dei cū oēs
et nascerentur peccatores. et propria voluntate effi
cerentur magis preuaricatores. Ereptio autem ð
potestate diaboli non potuit fieri nisi per gratiam
sicut et adeptio potestatis eius in eos non est facta
nisi per culpam. Necesse ergo fuit vt per gratiam
iustificarētur quia re ⁊ subiecto nihil aliud est iusti
ficatio nisi quedam in ius dei et seruitutem ð ser-
uitute peccati translatio. Non poterat ergo redi-
re ad deū nisi p gratiā q̄ iustificaret. Sāctificati aūt
et iustificati adhuc obligati hereditatis rei erant
cum nichil adhuc soluissēt de suo in eo eñ q̄ erepti
sunt gratuito dei dono non ipse absoluerent. Sed Nota.
maiora mūera recipiendo se potius obligauerunt
Adhuc ergo q̄tum ad eos remansit obligata here
ditas remansit autē obligata pro ipsis ⁊ pro iactu-
ra sue seruitutis perpetua quam deo q̄tum in eis
erat fecerāt. quia quod ipse gratia sua eos recupe
rauerat non eis erat computatū ad absolutionem
suam. Sed deo ad habundantē misericordiam. Ad
huc ergo restat q̄tum ad eos saluandū debitū obli-
gate hereditatis aut precium ab alienate. Adhuc
restat offerendum obsequium placationis. Adhuc Vide.
de erat placator vt diximus qui aliūde q̄rend⁹ erat
q̄ ex genere humano. cum genus humanum nec p
iam acceptis beneficijs ad gratum solam sufficeret
actionem ⁊ ad obsequiorum iam debitor continuas
exhibitionem Oportuit ergo deum sibi prouidere
victimas holocausti. Sicut dicit Abrahā. xxij. Geñ.
⁊ nouam victimam alias non debitam nouumq; p̄
cium ad redemptionem celestis hereditat;. ⁊ quod
non alias deberet vt sepe iam diximus. Hec autem
omnia ita diximus ne cui videatur vt penitētes pri
mi ad dei gratiam redeuntes. non ideo credāt q̄ ex
necessitate et tanq̄ ex illo debito reddatur eis aut
alienata vel obligata hereditas quēadmodū si q̄s
tulit pro delicto suo amisit castrum ipsam quā gra
tia domini ad quam restituit tanta esse possit que
castrum restitui faciat. Sicut ergo inter gratiā re-
stitutam et castri restitutionem necesse est: aut gra-
tie magnitudinem aut noua obsequia superaddi.
sic et ex hac parte verum est. q̄ penitentibus celestē
hereditas redditur diuine gratie magnitudie. Nō
nunq̄ tamen longis ⁊ laboriosis obsequijs illa redī

dit post gratiam ante adeptā. Nos aūt hic non attē
dim⁹ nisi inquirere qd iuris sit de exigētia merito-
rum hūani generis vt ad deum redeatur ⁊ celestem
hereditatem merito peccatorum amissaȝ recipiat.
Nota. ¶ Amp. qualiter melius per iusticiam ⁊ misericor
diam suam prouidere potuit de⁹ generi humano ī
eis que pertinent ad sanctificationē et salutem nisi
dando eis sacerdotem cuius esset ꝑhēnis ⁊ assidua
interpellatio et necessaria ex meritis exauditio nō
potuit aūt esse necessaria pro toto generi humano
ex meritis exauditio: nisi merita interpellantis suf
ficerent. cum necesse haberent vt ad opus aliorum
vltra sufficiētiam propriam habūdaret. ¶ Amplius
fulcienda fuit humana diffidentia ne infirmitate ꝓ
pria in desperationem rueret ⁊ erigēda fuit spe for
tissima vt omnia dedi amore ⁊ bonitate presumeret
seqȝ obtenturā ꝯfideret que necessaria essēt ad obti
nendam eternam felicitatē. Tale quid ergo facien
dum et fuit postq̄ nulla et restaret dubitatio de fa-
ciēdis. Hoc aūt solum erat mortis pro nobis susce
ptio. hac em̄ exhibita ī ceteris beneficiis non pote-
rat genus humanū vlla diffidentia hesitare Sicut
Qui ꝓprio filio suo nō pepercit. dicit apostolus in .iiij. ad .Ro. Qui ꝓpꝰo filio suo
nō pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum
quō nō etiā nob cum illo omnia donauit. Ideo aūt
diximus quia erigi oportuit gen⁹ humanū spe for-
tissima in deum. ne ꝓ magnitudine negocij ⁊ multi
tudine infirmitat, sue ⁊ heresitās diffidētis ⁊ gratui
te et multitudine peccatoꝝ terreē deliqueret despe-
ratum. Cōtra terrores ergo molestiarū ⁊ difficulta
tū erigend⁹ fuit spe ⁊ cordis magnificētia . ⁊ ꝯtra il
lecebras retrahētiū ꝯcupiscētiarum trahēdus fuit
sursum in amore fortissimo alligat⁹ deo. ꝓpt quod
⁊ se illi deus ꝑmum amore nimio colligauit ⁊ hoc ē
quod legit Osee .xi. In funiculis adā trahā eos ī vi-
Nota culis charitatis. Certū est aūt q̄ nec fortius viculū
cogitare potuit ad trahēdū hominē ad ipm contra
minā diffidentie ⁊ hesitationis supportandū. Si ḡ
his duobus indigebat hūana miseria. q̄ inde appa
ret quia etiam his duobus in adhibentis vix sursū
trahitur amore et desiderio. propter retrahētes cō
cupiscētias vix que quo minus ruat in baratū dif-
fidentie. Dum difficultates ⁊ obstacula. dum infir-
mitatem suam per tantum fulcimentum sustinetur.
Homo deificandus. ¶ Amplius si omnium recte phantiū vna est idubi
tata sententia hominem esse deificandum ⁊ hanc eē
gloriam ad quam rectitudine vite venitur. Quid
mirum est deum factum esse hominem ꝑticipatiōe
humane nature. vt homo etiam fieret deus cōgruē
ti sibi participatione deitatis. Sicut enim longe ē
humana natura a sublimitate deitatis vt deitas ab
humilitate humanitatis nec difficilior putari de-
bet descentio illi⁹ ad illam. Si quis dixerit quia nō
potuit fieri tam longe ab inuicem distantia natura
Nota. rum tanta approximatio iam de diuine potentie li
mitibus et de ea mensuranda quam constat esse im
mensam ad disputandum nos protrahit ī quo non
est dubium quia tutius est ample magnificeqȝ senti
tire de diuina potentia. quam eam limitare nsi in-
tellectus angustiis. Ita enim anguste sentire de illa
nō facit quenq̄ nisi proprii intellect⁹ āgustia. Sua-
sum autem debet esse omnium intelligentium quia
diuina potentia mensuram et capacitatis prescri-
psit. et limites vt ī dei opib⁹ nō capiat nisi q̄ntū val

et capere. Sibi autem non hoc deus iposuit vt nō
operetur ipse nisi q̄ intellectus noster capiat. Sicut
dicit salomō ī. viij. Ecclastes. Intellexi qō opm dei
nullā posset homo inuenire rationem. Si nō dixerit Salomō
q̄ nō decuit maiestatis illius celsitudinē ad infima
nr̄a descēdere tāq̄ idigna suscipe ꝑfecto non videt
q̄ntū bonitatem blasphemat. Nihil enim adeo do-
cet diuinam bonitatē vt amor ⁊ misericordie. ama
re ⁊ misereri. Isti cū sint ꝑmi ⁊ maximi bonitat, flu
xus vbiqȝ amor em̄ nihil aliud est quam amantis et
amati vnio quedam potissimū autē in bonis. Mise
ricordia aūt vnio est miserētis et miserati. et hoc ī Mia
malis illius sicut sonat ipm nomē misericordia. Est
em̄ misericordia miseria cordis ī alieno malo. Sic
et beneuolentia siue amor est quedā alieni boni si-
bi vendicatio. Ipsa ergo dei bonitas istō coegit vt ⁊
se ⁊ sua omnia nobis p amorē largiretur. ⁊ vt mala
nostra sibi assumeret per misericordiā. Necessario
fecit hoc em̄ est ꝓpriū bonitatis vt ad sui fruitionē
alios associet se malis coꝝ portādis atqȝ dolēdis
omnino exponat. ¶ Manifestum ergo est ex his
ergo qui hāc societatem dei ⁊ hominum negant id
qō potissimū habet non solū diuinitas. Sed etiam Nota
quecūqȝ de illa negarēt verissima em̄ ratio bonita-
tis est q̄ ipsa est virtus associatiua aliorum ad per
cipiendum bona sua. Sui autem ad ꝑcipiēda alio
rum mala. qui ergo negāt rationem diuine bonita-
tis de deo. negant necessario ⁊ bonitatē de illo. Ag
gregantes ergo ex omnibus antedictis ⁊ colligen-
tes vnam rationem dicimus quia primum peccatū
quia in omnibus tantam medicinam et quia iniu-
ria tantam satisfactionem quia tantā superbiā tan
tā humiliationē. et quia tāta iobediētia tātā obedi
tionem requisiuit etiam tantā esse totius hūani ge
neris causā tantū paternū tantaqȝ multiplex pctoꝝ
vniuersitas tanti sacrificij expiationē. tanta esse to-
tius hūani generis iniquitas tantā in patrono suo
iusticiam. cui et eius merito deberet remissio. ⁊ in-
super omniū pro quibus staret glorificatio. tāta to
tius generis humani pollutio. tantā sacerdote suō
sanctitatem. Deinde tantū latrocinium tantū suspen
dium requirebat. ⁊ tantam requirebat societas cō-
munionē vt de bonis suis nullum incōicatū retine-
ret. et de malorū suorū nullum insusceptum relinq- Vide.
ret. Ipsa etiā diuine bonitatis immēsitas pro ipsa
fontis abyssali copiositate flux⁹ habere debuit vsqȝ
ad vltimum ⁊ supremū vt ea essent opera misericor
die ab ipa vltra que ⁊ supra q̄ quo se extenderet nō
haberet. Et hoc indubitāter fuit sui ipsius largitas
qua nichil habet intius in bonis vt cōferat. ⁊ mor
tis pro inimico susceptio qua nichil inimici maius
habent in malis quodqȝ fides et etiam amicitia qs
sibi exhibere iubet a suis primo ⁊ maxime eis exhi
benda fuerunt ab illo et quia ius hereditate possi-
dendi genus humanum requirebat et onus here
ipse portaret ⁊ debitum quo obligatum erat ipsē
exolueret tali oneri portando nulla creaturarū po-
tuit sufficere neqȝ precium totius humani generis
vlla creaturarum potuit sufficienter exoluere. Hec Propositū
est summa rationum quas iam premisimus. Nunc sequentium.
vero moraliter id est per ipsos hominum mores et
etiam ad morum informationem hanc fidem nostre
redemptionis inuenire tentabimus. ¶ Primū igi-
tur illud dicimus quia necessarium fuit cultū diui-
num ⁊ esse ⁊ institui. in quo et esset deo digna vene-

Uera religio. tatio ꝛ cultoꝝ sanctificatio. Uera eni religio est q̄ ꝛ deo digna veneratio impēditur ꝛ cultoribus con grua sāctificatio. Et propter hoc necesse fuit legē esse et sacerdotium ꝛ legislatorem et sacerdotē. Sacerdotiū eni vtriqꝫ deseruit scꝫ diuine venerationi et hūane sanctificatiōi. lex vo vtrūqꝫ docet ꝛ precipit.
¶ Manifestū est studiose intēdētibus ꝙ nulla pura creatura tāto sacrificio digna eē potuit Nulla creatura tot milia animarū expiare sufficit. Unaqueqꝫ eni satis occupata erat in ꝓprijs vt supra diximus. Curā igitur totius vniuersalis ecclesie toti⁹ hūane sanctificatiōis sacerdotium purā creaturā habere non decuit. Quis enim tantam curam non expauesceret? Sꝫ neqꝫ pura creatura qḋ offerret ꝓ tot milibus recōsiliandis sanctificandis glorificādis habere potuit qḋ offerret inq̄ ꝛ sua ip sa acceptibilitate spem daret salutis. Tantum igitur esse oportuit in seipo sacrificium qḋ ꝓ omnibus offerēdum erat vel spem obtinendi tria que diximus daret eis ꝓ quib⁹ offerretur. Et ꝓpter hoc necesse fuit vt esset omnino et alias indebitum ꝛ in seipso tantum ꝛ deo tam acceptum vt ex eius oblatione tria ista merito sperantur. qḋ si pura creatura esset non solum non eēt debitum: sed etiam in infinitum minus eo cui⁹ impetratio querebatur ꝑ illud. ꝛ propter hoc spem abrogaret omnibus ꝛ diffidentiam icuteret sui. quemadmodum si bos aut hircus ꝓ toto hūano genere offerretur ridēda esset spes hūani generis i hoc sacrificio. Manifestum igitur ꝙ deus solus potuit tantam ecclesiam regere. Et qꝛ non decuit vt in ea sacerdos instituerentur nisi homo. nō enim potuit habere qḋ offerret in seipo de⁹ nec offerre sufficiebat hō.

Pura creatura nō poterat redēptiōis misterium implere.

¶ Amp̄. duo necessaria erāt in mediatore scꝫ vt deo eēt minister fidelissimus ꝛ miserie generis humani ꝯpatiētissimus. Sꝫ nec deo fidelior ipso ei⁹ filio excogitari potuit. Nec hoībus ꝯpatiētior. Et hoc est qḋ dicit Job. xxxiij. Si fuerit ꝓ eo angel⁹ loquens vnus de similibus inueni i quo et ꝓpicier. Et apostolus ad hebre. iiij Nō habem⁹ pontificē q̄ nō possit ꝯpati infirmitatib⁹ nostris. ¶ Amp̄. si iter deum ꝛ hominē super pace reformāda oportuit inueniri mediatorem: oportuit vt equaliter pertinerent ad vtramqꝫ partem. hec autem erat equalitas filiatio scꝫ ad deum et ad hominem fraternitas ꝙ prim⁹ est gradus. ꝯsāguinitatis vtrumqꝫ propter officium mediationis vt esset partibus insuspectus. et propter hoc arbitrandi officium necesse fuit vt arbiter potestatem haberet in ambobus. Et hoc est de quo conquerebatur Job. ix. Non est qui vtrumqꝫ valeat arguere et ponere manum suam in ambobus. Istō autem esse nōn potuit nisi mediator et arbiter deus eēt ꝛ homo. Ideo autem potestatem habere nō potuit. Amplius. mulier fornicaria: et propter solam fornicationem omnino perdita ad castitatem nulla via melius reduci poterat q̄ per matrimonium Est enim matrimonium remedium fornicationis ꝛ sicut carnale matrimonium remedium contra fornicationem carnalem. Ita spirituale ꝯtra spiritualē. Nec dubitatur dei filius sponsus esse vniuscuiusqꝫ anime humane cui soli adherere debet et propt patrem et matrem et ad illum naturaliter est cōuersio eius. Sicut autem matrimonium carnale cōsūmatur in copula carnis ad carnem. Sic matrimonium naturale per copulam naturarum fuit consū-

Nota.

Matrimonium remedium fornicationis.

mandum vnionem dico nature ad naturam. Sicut illud vnionem carnis ad carnem. Alioquin relinqueretur naturale matrimoniū inconsummatū. Quantum ad corpus quantumcunqꝫ deus et anima spiritualiter considerarentur. Qꝫ autem anima humana deum sponsum habeat inde manifestum ē ꝙ vis anima rationalis ipsa sponsam habet naturalē veritatem et ad illam est naturaliter cōuersio ei⁹. Unde naturaliter eius amplexus et copula querit vt ē de generet sobolem cognitionum ꝛ scientiarum. qḋ est optimum visionum aut visionis vnius que sit lucidissima omnium. Eodemmodo se habet de bonitate seu suauitate ad vim concupiscibilem ꝛ gloria seu magnificentia ad vim irascibilem. Hec igitur veritas que sponsa est humani intellectus aut ē deus aut non si non est deus igitur manifestum est ꝙ deus non est vir eius. nec intellectui humano licꝫ soli diuine veritati adherere. et eam solam amplecti quia esset ei dimittere sponsum propriū ꝛ adherere adultero hoc autem manifestum falsum. Restat igitur vt deus sit sponsus naturalis anime humane secundum se totam et propter hoc totius humane nature totiusqꝫ humani generis secundum potissimā eius partem. et per consequens etiam secundū hoc quod est forma corporis et corpus aliquid ipsius ē Necesse igitur fuit matrimoniū hmōi naturali copula consūmari. Et hoc est matrimonium ḋ quo sonant omnia verba sicut Osee primo et. ij. Qꝛ vero inter virum et vxorem communia sunt omnia. Necesse fuit celestem sponsum comitare debitis totius humani generis. Quia ergo oneratum debite mortis eterne. et obligatum genus humanum in vxorē accepit onus ipsum ꝛ debitum mortis etne ꝓ parte eius persone soluendum incubuit ipsi vero humano generi quasi huiusmodi debiti supplementum. Et hoc est quod legitur. i. ad. Collocen. Adimplebo inquit apostolus ea que desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia, Et ad hanc rationem pertinet ꝙ et lis et bellum vxoris viro incūbere debet Virorum eni est lites ꝛ bella agere. Mulieres vero nec ad litigādum admittuntur: cū viros habeant ꝛ ad bella sūt inepte. Causa igitur humani generis et bellum agere ratione matrimonij deo incūbit. Et si genus humanum diceretur viduatuꝫ: quid de dei misericordia dignius cogitari potest ꝙ causas viduarum et pupillorum defendere: propter quod dauid patrem orphanorū illum vocat. Et ipsemet de se dicit isaie. xliij. Ego sum qui loquor iusticiam tanq̄ aduocatus subaudi et propugnator suum ad saluandum ecce bellandi officium. Siue ergo vxorem dicamus vniuersalem ecclesiam de iusticia pertinuit ad eum causa eius siue bella siue lites tangende essent. Siue viduam dicamus de misericordia ad ipsum pertinuit quia et in hominibus similis misericordia non nunq̄ inuenta. Dicitur sicut in milite qui vocatur ad hoc miles agneus qui pro nobili vidua et exheredata singulare certamen contra gigantem quēdam dicitur iniisse. Qꝫ quidem siue sit historia seu fabula mirabiliter congruit huic facto Quid enim dignius miles innocentia scilicet et puritate candidissimus cō gruentius q̄ dei filius miles ad dimicandum in humanitate pro nobis factus accipi potest que vidua nobilis et exheredata elegantius accipi potest

Nota.

Femine inhabiles.

Miles optimus christus.

q vniuersalis ecclesia velud a gygante diabolo furi-
de ex hereditate celesti eiecta. ¶ Amplius. deducatur
causa humani generis in iudicium coram deo patre
oim. an nō in expensis eius debet ei prouidere deus.

Christus aduocatus humani generis.

iudex propugnatorem. si opus fuerit aduocatū. Hoc
enim etiā legum humanarum statuit equitas vt in-
digentibus patrocinio expēsis suis prouideatur de
patrono. et reuera de expēsis humani generis datus
est aduocatus. et propugnator de ista etiam huma-
na natura datum est dño scutum carnis et anime ve-
lut framea. et hoc est quod ipse quondam clamabat
ad ipsum apprehende arma et scutum in quibus pro
me dimicces et decertes. de suo etiam ipsius humane
nature prouisum est eidem interpellationis sacrifi-
ciū quod offerret seipsum enim inquantū homo erat
obtulit de eadem etiam solatium si dicere phas est
sue patrocinationis eidem. et quotidie soluit in eis
quos quotidie dat ei deus pater ipsum enim regnū
ecclesie merces eius est. Sicut legitur ysa. liij. Pro
eo inquit deus q tradidit in mortem animam suam
dispertiam ei plurimas et iusticia sua iustificabit
multos. Hoc igitur modo et aduocatus in expensis
suis humano generi prouisus est et dei filius. et hoc
est beneficium iuris quod nulli reo negari potest.

Bella per matrimonia pacant.

¶ Amp. lites et bella magnatum per matrimonium
firmius pacificari consueuerūt. Nullumque fedus fir-
mius cogitari potest q matrimonium. Nulla etiam
via pacis ad pacificandum eque conueniens et effi-
cax. Ipsa enim facit vtriusque partis esse et vtramque
obtinere quod mutuē deducitur. Et hoc est quia cō-
munes sunt patrum heredes per matrimonium et
vnum sunt ipso quos vnit matrimonium vnde quod
habet vxor: habet et vir et econuerso. quod autem ha-
bet vir habet genus eius in eo. Sic est et in vxore q̄d
ipsa habet habet et genus eius. Recte igitur dicimus
quia partes discordantes per matrimonium inuicē
contractum obtinent integre quod inter eas mutuo
deducitur. Per ipsum ergo vterque partium ad vo-
tum satisfit ipsum igitur matrimonium via est con-
uenientissima ad pacificandum discordes. ¶ Amp.
firmissimum fedus ipsum eligere oportuit ne ruptu-
ra fieret firmi federis. ne dicam vnam renouationem
Sed infinitas forsan induceret per matrimoniū ergo
decuit sapientissimū deum pacē inter se et hominem

Magnatum mos.

reformare. ¶ Amp. magnates dū fedus adinuicē in-
ierunt consueuerunt et annorum suorum insignia cōmu-
nicare et vestiū formis et coloribus seinuicē cōforma-
re. Ipsum ergo fedus initū requirebat vt deus et ve-
stem sibi nostre mortalitatis assumeret et nos immor-
talitate sua et gloria vestiremur. ¶ Amp. et pax et ma-
trimoniū consueuit osculo cōformari. Si igitur pax
reformanda erat inter deum et hominem decēs erat
vt osculo partiū firmaretur. Necesse igitur erat vt os
suum deus pater homini porrigeret atque coniungeret
que porrectio nō fuit nisi filij eius incarnem missio.
Os enim dei patris filius ē: et si quis bñ cōsideret oris
ad humanā naturam cōiunctio non fuit nisi eiusdem
humane nature osculatio: quapropter filij incarna-
tio nihil fuit nisi humane nature osculatio: et hoc est
quod ipsa petebat in principio Cant. dicens. Oscule-
tur me osculo oris sui. Confirmationē igitur pacis et
matrimonij petebat sub nomine osculi. Egrum etiā
erat genus humanū quod ad medicum etiam acce-
dere non valebat. Decuit igitur vt ipse medicus visita-
ret. Sine medicina autem et cathaplasmate ad egrū
accederet si sine humanitate veniret: quia nec frigus
ab amore debito nec desidentia a debita spe alio me-
dicamēto adeo pueniēter sanari poterāt. ¶ Amp. in-

Nota.

clinare debuit se qui iacentē volebat erigere. Deū igitur
volentem genus humanū quod infirmitatem possum
iacebat erigere oportuit ab alto deitatis vsque ad infi-
mum humanitatis descendere. ¶ Amp. decebat mi-
sericordissimū deum hominē de lacu miserie et de lu-
to fecis extrahere. Decebat eum igitur dexteram ei
porrigere. Sicut dicit iob in. xiiij. Operi manuum

Nota.

tuarum porriges dexteram Superuacua autē esset
dextere porrectio nisi tanta fieret eius ad eū quo ex-
trahendus erat alligatio vt pōdere eius rumpi aut
solui non possit. Pondus autem generis humani
nō erat nisi pena et culpa adeo igitur tenere se opor-
tuit dexteram dei patris generi humano vt adherē-
tia eius ad id atque ligatio nec pena nec culpa rumpi
aut solui posset. Quare igitur ligationem gratie quā
prius solueràt culpa necesse fuit maiorē eē ligatio-
nem qua gratie ergo plus facere q faceret ligatio
gratie in ligando. Sed gratia facit eā que ligat vnū
gratie. Ligatio ergo ista de qua loquimur plus vnū
fecit q vnum gratie igitur fecit ligatio illa dexteram
dei patris et humanum genus vnum nature. ¶ Am-
plius non potuit dexterā dei patris hominem de la-
cu miserie extrahere nisi ipsum apprehēderet appre-
hensione fortiori quod esset apprehēsio gratie. Illa
enim iam rupta erat. cum esset homo nullius ponde-
ris tam pene q culpe. Oportuit igitur vt esset for-

Apprehensio.

tior apprehensio secūda vel vnio q esset vnio gratie
Necesse igitur erat vt esset vnio nature. De hac ap-
prehensione. Ad hebreos primo. Nusq angelos ap-
prehendit. Sed semen abrahe apprehendit. Ad hoc
facit et illud quod tam crebrum est in prophetis ap-
prehendit manum eorum vt educeret eos de terra
egypti. Et reuera fortis fuit ista apprehensio q̄ bra-
chio dei trahentis pre magnitudine ponderis gene-
ris humani quo trahebatur rupto firma permansit.
Ruptum fuit brachium illud in die sancto parasce-
ue. Et vt vulgo dicitur in duo frusta volauit. Alte-
rum scilicet anime alterum corporis que ab inuicem
in illa preciosa morte separata sunt vnione duarum
dicuntur licz simul ac si vnumquodq; eorum solū di-
centur apd nos vbo ecōtrario se habet qꝛ vno sermo
ne vnum solum dicim⁹ nec ē nobis possibile multa
multa singulariter ꝛ expsse atq; distincte vno sermo
ne dicere. ¶ Amp. illo eodem smone quo dicit crea
tor aliquid esse futurū cū ē futurꝝ diceret illud idem
non esse futurꝝ si nō esset futurū ꝛ eiusdem cogitatio
ne eodemmodo se habet apd nos aut econtrario se
habet qm non nisi cōtrariis smonibus cōtraria di-
cimus artes igit nre et artificia determinata sūt ad
certas maneries opeꝝ ꝛ vltimo nihil possunt: Sicut
ars edificādi ad edes. ꝛ in multum aliud genus ope Nota.
ris q̄d q̄ posse ars vbo diuina ecōtrario se hꝫ quoniā
non plus ordinata ē ad vnum genus operis q̄ ad
alia siue sint cōtraria siue omnino dissimilia ꝛ incō-
tingentia. Causa aūt in hoc ē quoniam artes nostre
et scientie que deorsum sunt in animab⁹ nostris a re
bus ipsis sunt tāq̄ vmbre quedam et apparitiones
resultantes in speculis intelligētiarum nostrarum
ab ipis ꝛ ppter hoc sequuntur eas interminanter ac
limitanter ab ipis. ars autem diuina non a rebus ē
sed res ab illa ꝛ ideo res sequuntur illam nō econuer
so nec ab ipa sunt p naturalem operationem immo
p electionem liberrimam. et voluntatem imperio-
sissimam. Si enim p naturalem operationē essēt ab
illa quemadmodū sigillationes et signaculis ꝛ im-
pressionib⁹ ordinata esset ex necessitate ad res sigil
latas ꝛ impressas per ipsam et nō posset ī alia ope
rum genera. quemadmodum sigillum et signaculū
non potest in alteriusmōi imagines q̄ sit ea q̄ ipsū
insculptum est vel impressum ꝛ hoc est quoniam nō
imprimit vt vult. imperat materie recipere similitu Nota.
dinem suam. Sed imprimit vt habet et qualē habet
imaginem. Q; si dixerit quis quoniam ars diuina
simili imprimit vel dat rebus formas quales habꝫ
et qualiter. dico quia hoc non ē veꝝ simpliciter immo
imprimit et dat et vult ꝛ q̄les vult. Secundum quid
tamen verum ē q̄ imprimit quales habet licet per si-
militudinē remotissimam ꝛ incomparabiliter supe
minentem distātiā et eadē enī forma seu sigillo im-
primit vni materie vnā formam et alteri contrariam
vel alterius generis et hoc ē ppter altissimam ampli
tudinem suā q̄ ei non solum possibile: ꝫ eque facile
est vnam formam aut quācunq; aliam dare cuicūq;
receptibili quemadmodum potētie q̄ est super vtrū
q; oppositorū. id est super facere ꝛ non facere liberū
est vtrumlibet hoc ē vtrumq; oppositorum cū sit vna
nec artatur ad alterum. ꝫ per electionem ad qd vo-
luerit se iclinat. Sic ē de arte diuina quantum ad li-
bertatem ꝛ amplitudinem suam. Diligenter aūt cō
Nota. sidera similitudinem quam posui tibi de vbo cum
enim verbū dei qd ē ꝛ ars ipsi⁹ vnum sit p omnē mo-
dū ꝛ impartibile sūtunitate impartibilitatis. Illo tamē
siue per illū ꝛ ipe de⁹ seipsum dixit ꝛ omnia dictiōe
spūali pfecta ex omnibus modis. Quāta aūt mul-
titudine smonum indigeam⁹ ppter multitudinem
rerū nobis dicibiliū manifestum ē tibi. Que autem
comparatio illi⁹ verbi primi ad smōes nostros. eadem
ē et artis illius ad artes nostras. Uides autē de no-
stris smonib⁹ qꝛ nullo eoꝝ pfecte dicitur apud nos
nisi vnum ꝛ hoc est ppter angustias cogitationū no
straꝝ q̄s smones nostri sequuntur ꝛ si aggrauerimus
multitudinē sub noīe vno dicem⁹ p illud multitudi-
nem illam sed aggregate solummodo ꝛ non distincte
et sigillatim ꝛ ex omnibus modis inuolumitate luci-
ditatis et expssionis oīa dixit ab eterno primus locu-
tor. Sicut et declaratum ē tibi in prima pte huiusmōi
magisterii ꝛ si alie fuissēt res future q̄ fuerit et alio
rū generū si possibile esset eodē vbo p oīa equalit atq;
similiter dicte fuissēt. Jam ergo declaratum est tibi
p hoc quoniam sicut eodē verbo p omnia equaliter
atq; similiter dicte fuissent. Jam ergo declaratum ē
per hoc quoniam sicut eodem verbo alia dicta fuis-
sēt si alia facere voluisset. Sic ꝛ eadē arte alia facta
fuissēt nec arte nec verbo vllo modo ꝑ ī aliquo immu
tato ꝛ hoc ē qd dclarādum erat tibi sup questiōe p-
missa. Si enī ars illa eēt sicut artes q̄ apud nos sunt Nota
aut cogitat⁹ creator seu cogitatio eēnt sicut nre re
uera nō posset ex illa arte vel cogitatione aliorū ge-
neꝝ opera fecisse nec posset facere in futurū. Et exē-
plum euidēs est in potētia libera sup vtrūq; opposi
torū vel sup multa genera opeꝝ de q̄ nulli dubium ē
qm eadem sit p omnē modū quodcūq; op⁹ et ea pcessi
ferit. Sic se habet d arte d vbo atq; cogitatiōe crea-
toris. exēplū aūt quārū michi videt satis conueniēs
ē in qūātumlibet magno exercitu clāgor buccine ex
q̄ clangore licet vno vel vnico tot tā multiplices ꝛ va
rie ordines pcedunt ex clāgore ipo in exercitu ipso
ad ipsum enī vnicum clāgorē buccine alij ad machi-
nas erigēdas. alij arma pceptiōis. alij ad arma im-
pugnatiōis currūt. alij ad suffodiendos muros alij
adimplēda fossata. alij ad alia pugnādi officia vel
artificia festinēt vl se pparant sic dato signo militib⁹
a duce simul diuersitas ī militibus ꝛ aliis bellatori
bus inuenit. Eodemmodo creatore semel tantū lo-
quēte ꝛ velut vnicum smonis sui ineffabilem sonum
spiritualem emittente vniuersitas operū naturaliū
in mūdo procedit. ac si vniuersitas creaturarū ver-
bum eius audiat. Si enī ex vna voluntate vel intē Nota
tione regis aut principis vnius qui intendit cape-
re vel expugnare castrum aliquod vel vrbem tanta
procedit multitudo operum instrumentorū in exer
citu vel obsidione illius vel ex eo verbo quo preci-
pit exercitui suo vt expugnent castrum illud. Quid
mirū si ex omnipotentis creatoris verbo. licet vno
per omnem modum procedit innumerabilis varie
tas operum in mundo

¶ Utrum omnia per verbū simul creata sunt.

Si quis autem querat quomodo nō eū
ipsa prolatione hmōi verbi oīa simul ꝛ
facta sunt cum ex verbo et per verbum
tanq̄ causa efficiente ꝛ sufficiēte omnia
facta sunt. Respondeo quia non oīa si-
mul effici poterunt. licet simul dici poterint. imo re
uera dicta fuerint. Simul tamen oīa fieri nō pote-
runt tu enī et pater tuus atq; mater simul fieri non
potuistis. Similr neq; pullus ꝛ ouū ex quo generād⁹
erat ipse. Eodem modo neq; semen ꝛ id quod gene
randum erat ex semine et in exemplis etiā q̄ premis-
si manifestum est. Et si enim vno verbo imperet ex
pugnatio vrbis ꝛ ppter hoc omnia qui ad eiusdeꝫ Nota
expugnationem faciunt nō tamen omnia illa simul
fieri possūt. Scire etiā debes qꝛ creator bndict⁹ nō
aliter dixit res fieri q̄ facte sint imo dixit vnūqdq;
fieri suo tpe ordine et loco sicut ꝛ tu nō cogitas oīa
scribi simul q̄ scribis. sed vnūqdq; suo ordie scribis
ꝛ etiā cogitas in vniuersali scribere librū nō cogi-
tas ipm scribere totū simul sed particulatim ꝛ ordi

nale ꝛ de modo quoq ꝑ artificiũ sic se hꝫ. Quãto fortiꝰ
igit̃ creator sapientissimꝰ vt dixit oīpotentissimo vbo
nec cogitauit ineffabili cogitatu sua omnia fieri si-
mul. Sed magis ordine quo ꝯgruebat eis eē ꝛ fieri
Similiter ꝛ tempore.

¶ Utrum creator meliores creare potuerit
res ꝙ creauerit.

Uereret aũt aliquis vtrum meliores
potuit res facere vel creare ꝙ fecerit
vel creauerit: ꝙ si potuit ꝗ igit̃ causa
restrīxit largitatem bonitatis eius et
arctauit ad hãc mēsuram bonitatis ī
qua res create sũt. Si vero nō potuit
Nota
hoc ē longe maiꝰ incōueniēs. hoc eñ ē ponere fini-
tã tam eiꝰ bonitatē ꝙ potentiam donũ eñ maximũ
ex largitate alicuiꝰ ꝓcedere potest si finitũ est. finitã
eē videt̃ indicare largitatē. Similiter ꝛ opus se ha-
bet ad potētiã. hoc igr̄ est dicere qꝛ totã se effuderit
diuina largitas in dãdo ꝗ dedit rebus creatis cũ ni
hil maiꝰ aut meliꝰ eis dare potuit. Debes igr̄ hoc
scire quia ꝗsdam res ꝗntũ erat ꝺ amplitudine ac co
piositate potētie sue maiores ꝛ meliores ꝙ creauit
creare potuit sed ille non erãt receptibiles maioris
bonitatis aut meliores creabiles. Sicut forte luna
non potuit creare luminosa quēadmodũ neq terra
Non eñ terra eēt si luminosa eēt: neq luna. luna eēt
si luminosa creata eēt. neq asinus asinꝰ esset: si deꝰ
ipsum animal rationale effecisset. neq pulex pulex
esset si magnitudinem ceti vel elephãtis creator ei-
dem dedisset. ¶ Ampliꝰ: ipe res mutcem tales innu-
tationes sustinere nō possũt. Si eñ fecisset hominē
ad magnitudinem solis tota terra non suffecisset il-
li ad habitationē neq omnes fruges ꝛ fructꝰ illius
ad alimenta neq omnes lane ꝛ ligna ad vestimenta
Nota
eiusdē. ꝛ ita hmōi facile ē tibi videre in aliis anima
libus qꝛ nullo modo seinuicē pati possēt. Si enī fe-
cisset hoĩes ad istar elephãtoꝝ ꝛ cete talia eos ani-
malia sustinerēt. Similiter ꝛ si muscas in magnitu-
dine aquilarũ tota habitatio aer; ꝗ volucribꝰ depu
tata ē muscis solis occupata eēt ꝛ repleta. Manife
stum igr̄ ē tibi ex his ꝗ creator sapientissimꝰ et opti
mus sic tempauit. oē id est mũdũ seu vniuersũ et sic
moderatus ē singulis generibus et speciebus quã-
titates ꝛ ꝗlitates earum vt seinuicem nō solum pa
terent ꝰsed etiã adiuuarēt ꝛ salua eē possent atq sal
uari insimul. id ē in ipso oī siue mũdo. Q; si dixerit
ꝗs ꝗa non decuit infinitã potentiã creator; infinitã
ꝙ bonitatē ipsiꝰ immensasq diuitias bonitat; eius-
demtã modica creasse omnia ꝗ creauit neq celos
neq mũdũ ipm. ꝗn potiꝰ decēs fuit incomparabilit̃
maiorē mũdũ. celosq similit̃ creasse et ꝓ magnitudi
ne illa homines ꝛ cetera animalia ī mũdo magnos
creasse. hic ergo reminisci debes quia corpora ꝛ ani
Nota
malia nec creari poterũt infinita neq eē alibi enim
didicisti omne corpꝰ ꝛ corporeũ ex necessitate esse fi
nitum. Qꝛ igitur ex necessitate finita creari et eē ea
oportuit ista questio eadem esset si longe maiora ꝙ
sint creasset omnia creator quantumcũq enim ma-
iora ea creasset finita cum essēt ꝛ ꝓpter hoc sēp que
ri posset cur nō maiora ea creasset. Nō fuit igr̄ ista
mensura magnitudinis ꝛ aliorum in rebꝰ creatis ex
defectu vel potētie vel bonitatis ꝗ esset apud creato
rem. Sꝫ res ipe sicut paucis exēplis ostēdi tibi hãc
mēsuram potius reqrebant quã ꝙ veracissime dici
possēt qꝛ ꝑ electionem et ꝓuidentiam sapientissimi
datoris in his mensuris ꝛ dispositionibus create sũt
res. celum vero tantum creatũ est et celi aliũ quan-
tum decuit ꝛ reqsiuit vtilitas creatiōis ipsiꝰ que re
uera multiplex ē vt etiã sapiētissimꝰ inexplicabilis
De sole vero illud ad ꝓsens dico quia forte celo suo
nec debuit nec potuit eē neq sol maior neq aliꝰ quē
admodum vides ī corpore vnius animalis quia nō Nota.
pōt absq ꝑturbatiōe nostre ipsius vel forte subuer
sione cor maius esse aut aliud. duo enim corda forte
eē non possũt in corpore vniꝰ animalis. Q; si forte
duo possunt eē. Sicut quidam opināt̃ ꝺ leporibus
cuiusdã regiōes isti neq viginti neq cētũ corda pos
sunt eē in aliquo animali. Eodemmodo se hꝫ ꝺ epa
te ꝛ splene ꝛ multis aliis membris. Hec aũt non ꝓ-
pter hoc dico vt ꝗsi certũ teneas animal probatũ ꝙ
sol sit in celo suo vel in mũdo suplunari vel etiam in
toto mundo. sicut cor ipsius. Sꝫ causa exēpli ꝺ mē-
bris animaliũ locutꝰ sũ: hec forsitam aũt in sequēti
declarabit̃ tibi sup hec veritas si deꝰ voluerit. Simi
liter aũt loquor tibi hic ꝛ ꝺ stellis fixis ꝛ celo earum
forsitã eñ si corpꝰ humanũ ex necessitate nature sue
nō vno solo eē ꝯtētum eē potuit aut vno solo mem-
bro alio. Sic celum stellarũ nō vna sola stella nec ī-
telligas me hic ꝺterminare tibi ꝙ stelle sint in eo si- Celũ stella-
cut ossa in corpre suo. habet eñ hoc questionem ad rum.
modum difficilē. Sꝫ eiꝰ determinatio nō hic tibi ex-
pectanda ē vel querēda. forsitã aũt alicui videri pos
sit eadē questio hec eē. ac si ꝗs quereret ꝺ cauda pa
uonis ꝓpter ꝗd tanto decore ac varietate colorum
ornata sit ꝛ de toto corpe eiꝰ cur tanta venustate plu
marũ atq speciositate vestitũ sit. Cignꝰ autē solo co
lore albo ꝯtētus fuerit ꝛ coruus solo nigro. Ubi enī
dēs ē etiam pauca intelligētibꝰ qꝛ ista coloꝝ varie-
tas ac speciositas naturalis ē pauoni cuidam ꝙ di- Nota.
cimus propter albos. Cigno quoq ꝛ coruo vnitas
coloris est eis de natura sua. Quid ergo mirũ si ce-
lo qđ opinione philosophorum est omniũ corporum
naturalium nobilissimũ est varietas stellarũ ꝛ mul
titudo de ipa natura sua ad decorē ꝛ ornatum que-
stionis. Porro hic ita dicta sint vt excitetur intelle-
ctus tuus ad cogitandũ aliquid de corporibus cele
stibꝰ ꝛ de celis ipsis. Debes etiam scire cũ ꝓceden-
tibus ꝙ sicut non fuit dictio creatoris vel vbũ quo
dixit semetipm ꝛ oīa vt essent vel fierent simul oīa.
Sic nec fuit voluntas ipsius aut velle vt essent vel
fierēt simul oīa ꝛ licet mirabile videatur potest vel-
le aliquid quod non vult. Uerum si vellet illud nul-
lo modoꝝ esset immutata volũtas ipsius ꝛ esset ve-
rum ꝙ illud voluerat ab eterno ꝛ eodem velle quo Nota
vult aliquid. potest velle eiꝰ cōtrarium vel nō velle
id ipm absq vllo modoꝝ mutatiōis ꝙ fiat apud ipꝫ
vel voluntatē suã. De his aũt expediui me in parte
huius magisterii ꝗ precedit hanc ꝛ declaraui tibi ra
tiones eius ꝙ est scire et eius ꝙ ē velle apud creato
rem et licet vnum sint subiecto ꝛ essentia quia tamē
differũt ratione seu relatiōe seu respectu nō de quo
cũq predicatur alterũ ꝛ alterũ. Sicut vides qꝛ sci-
re ꝛ sciri rem vnã solũmodo dicunt hoc est scientiã.
sed diuerso respectu ꝛ ꝓpt̃ hoc nō de quocũq dr̄ sci-
ri dr̄ ꝛ scire. ꝑ modũ eum habent amari et amare et
vniuersaliter oīa ꝗ apud nos dicunt apprehensiōes
aut animarũ passiones aut actiones forinsecas ꝗ
sũt ex his. Sicut sũt dicere ꝛ dici ꝛ significare ꝛ signi
ficari de ipso nec creare ibidē patefactũ est tibi ī ca
pitulo de ꝓdicamentis ꝛ ꝓdicationibus ꝗ fiunt in re

bus diuinalib⁹ qꝛ creare nõ dicit aliquid ĩ creatore sꝫ de ipo neqꝫ illuminare dicit aliquid in sole. sed ab ipo ⁊ ꝓpter hoc creare nõ ē aliquid in ipo creatore vel apd ipm: sꝫ magis ab ipo. Creatio eñ non ē nisi nouitas existēdi vel eēndi ex volũtate creatoris absqꝫ medio. illd qppe solũ ⁊ ꝓprie creatur qđ ē ab isto creatore absqꝫ medio generãte scꝫ aut efficiẽte aut etiã instrumento.

Creatio qđ

¶ Error aristotelis et aliorum philosophorũ q̄ sequũt eũ de generatiõe itelligẽtiaꝝ et corpũ celestiũ atqꝫ elemẽtorũ.

Quoniam igit iam patefactũ est tibi ſmone vniuersali q̃liter exiuerunt a creatore pmo creata ipsi⁹. Si multa fuerũt vel pmũ creatũ si vnũ solũ fuit ⁊ ostẽsũ ē tibi qm̃ p verbuꝫ suũ quod ē dicere quia dicẽdo dictione sua vnica spirituali ⁊ ex omnib⁹ modis suis pfectissima et dedi tibi exempla ⁊ similitudines ad hec. Quia vo posuerunt philosophi maxie peripatetici. i. sequaces aristotelis ⁊ q̄ famosiores fuerũt de gẽte arabũ in disciplinis aristotelis pmũ creatũ ex necessitate fuisse vnicum ⁊ dixerũt illud eē intelligentiã pmam nobilissimã et ex ea eē p modũ quẽ dicam pmũ celũ ⁊ motũ eiusdẽ ꝯueniẽs ē vt d his faciã hic aliquam ꝯsiderationẽ. Radix igit opiniõis eorũ hec fuit. Visum qppe ē eis ex vno secũdum q vnus non posse eē vllo modoꝝ nisi vnũ. Multitudo enim ĩ causato vel ĩ causatis vt ipi estimauerũt non haberet causam si ē vno p modum quo ē vnum eēnt multa ⁊ hoc ē quoniam vnitas nõ põt eē causa multitudinis ꝓpter cõtrarietatem q̄ ē iter eas. ex neutro eñ ꝯtrarioꝝ per se potest eē reliquũ. vñ igit erit multitudo in causato vel causatis cũ causa sit vnum et causans p modũ quo ē vnum tm̃ p illum eñ modum nec causa multi nec causa multoꝝ aut multitudinis eē posse videat deatur eis quare cum creator sit vnus ⁊ vnum p omnem modum ⁊ non causauerit pmũ causatum suum nisi p se. nõ causauit illud nisi p modũ quo est vnum Quare ex eo vno non nisi vnũ ⁊ ex eo vnico non nisi vnicum. Deinde ꝓcesserũt vlterius ⁊ putauerunt se declarare modũ causatiõis istius ⁊ dixerũt qꝛ creator tm̃ suũ primum nõ causauit p medium forisecũ ⁊ hoc declaratum ē tibi p me in pcedẽtibus. alioqui eñ non eēt pmum creatum cũ medium creatiõis illius necesse sit pl⁹ eē creatũ. null⁹ aũt mod⁹ videbat eis ꝯueniẽs causationi huic nisi intelligẽdo ⁊ volendo. Cum eñ nõ vteret creator vt ita dicat nisi seipso ĩ causando illud nec aliud adhiberet extra se adhuc nõ ē visũ eis q alio modo se adhiberet creator ĩ causando illud q̃ intelligẽdo se cũ enim extra se nihil ageret qꝛ nec motũ instrumẽti totum ĩ se agebat quo causaret illđ. Intra se autẽ qđ agere poterat nisi intelligere seipsum causauit illud. Q; si dixerit qđ ꝯueniẽtius ē vt intelligẽdo illđ causauerit illud q̃ itelligẽdo seipm. Rñdebant qꝛ non intelligebat illđ vel aliud extra se nisi intelligẽdo se tãq̃ exemplar et speculum lucidissimũ ⁊ expssissimũ vniuersorum et singulorum ⁊ ꝓpter hoc in pmis et maxime se intelligit et intelligebat eternalit et ꝓpter hoc ⁊ p hec oia alia. Magis igit ꝯueniens fuit vt itelligẽdo seipm crearet tibi. q̃ intelligendo ipsum. Exiuit ergo prima intelligentia a creatore p itellectum ipsius quo scꝫ intellexit seipm et qm̃ creator non potuit intelligere in se nisi se et hoc vni hoc ē absqꝫ vllo modorum diuersitatis nõ exiuit ab eo sic nisi vnum creatorum oim̃ pmum ac nobilissimũ. hoc autem est vt ipsi estimauerũt intelligẽtia pma.

In ꝑipateticos.

Nota.

Nota.

Nota.

De⁹ exemplar vniuersorum.

¶ Quomodo a pma intelligẽtia secũdũ philosophos multa exiuerũt.

Quoniam autẽ intelligentia pma in seipsa ⁊ in suo intelligere ⁊ ĩ suis intellectis habuit multitudinẽ ⁊ diuersitatẽ multiplicẽ ⁊ opari non potuit nisi spiritualit ⁊ intelligibilit ⁊ hoc ē ad similitudinẽ creatoris ⁊ hoc quãtum ei assimilari possibile fuit necessario q̃tuor ex ea p intelligere ⁊ suum intellectum exiuerũt. Intelligẽtes eñ principiũ creatorẽ in magnificẽtia sua et gloria velut tãto lumine irradiata atqꝫ repleta emisit tãq̃ splẽdorẽ quendã d seipa. Secũdam intelligẽtiam. Intelligẽs aũt potentialitatem suã eiecit tanq̃ vmbrã a se materiã primi celi. Intelligens autem semetipsam in pfectiõe sua emisit de se splendorem secundum ⁊ exiuit ab ea tãq̃ radi⁹ minor; ac secũdi luminis forma pmi celi ⁊ sic completũ ē pmum celũ p eius intellectũ ⁊ p intelligere ipsi⁹ ⁊ noluerunt quidem formã istam celi intelligere formam corporalẽ eiusdẽ. Quarto vero intelligẽs. hec intelligẽtia suũ eē spirituale. quo ē intelligẽtia emicuit de se tertiũ radium id ē animã pmi celi. q̄ est virtus mouẽs ipm celum localiter tm̃ ⁊ hanc intellexerũt eē ꝓprie formam ⁊ pfectionem celi. Posuerunt quippe celum animal eē cõpositũ ex ipo corpe moto tãq̃ materia ⁊ aiaꝫ hmõi sic mouẽte tãq̃ forma ⁊ p viã istã dixerũt intelligẽtias inferiores materias celoꝝ inferiorum ⁊ formas eoꝝ compabiles ⁊ animas exisse ab intelligentijs iferiorib⁹ donec vẽtũ ē ad decimã itelligẽtiã quã posuerũt solẽ eē intelligibilẽ animaꝝ nostrarũ ⁊ ab ea incipere causationẽ rerũ multaꝝ ⁊ multiplicabiliũ ⁊ ex ea etiã esse animas nr̃as ⁊ nichil nobilius posse esse ab eis q̃ sint anime hũane tãq̃ vsqꝫ attenuato lumine ⁊ debilitata virtute per elongationem a primo ⁊ vniuersali fonte.

Nota.

Nota.

¶ Destructio premissi erroris aristotelis ⁊ aliorũ.

His igitur ita positis fm̃ opinionẽ ipsoꝝ opinionem incipiã disputare an ita se habeat veritas. Multi ei vidẽtur qui sic ponunt detrahere glorie ⁊ magnificẽtie creatoris ⁊ vltra q̃ deceat v̾tutis ⁊ potentie attribuere substantijs antedictis. In pmis igit errare vidẽtur circa intelligẽtiã decimã quã vocãt intelligẽtiã agẽtẽ aut eñ possibile est ei vti suo intellectu ⁊ suo intelligere quẽadmodũ supiores vtũtur aut nõ est ei possibile. Q; si dixerint quia nõ est ei possibile non est igit possibile intelligere se quare nec intelligere aliud. Si eñ proprie essentie sue veritatẽ quã psentissimã habet nõ põt per ipam eiusdẽ presentiã intelligere q̃to minus ea q̄ extra ipam sũt. frustra igit et vane nomẽ ei intelligere tribuerũt. Q; si põt p modũ illum vti suo intellectu ⁊ suo intelligere debet igit ex illa esse p modũ illũ alia intelligẽtia ⁊ aliud celũ. et per viã istam nõ erit finis celoꝝ ⁊ intelligentiarum.

Error ꝑipateticorum.

¶ Amp̃. decima ista intelligentia intelligẽdo se solummodo vcꝫ intelligẽdo potẽtialitatẽ suã materias generabiliũ ⁊ corruptibiliũ causat. intelligẽdo vo actualitatẽ suã hoc est perfectionem potentialitati sue cõtrariã formas corpales eorũdẽ. Intelligendo vero se in spiritualitate sua q̄ est intelligẽtia talis causat animas hũanas vel intelligẽdo aliud quodcũqꝫ. Intelligẽdo aũt se sic nõ est nisi vnũ neqꝫ opa-

Nota.

tur nisi inq̄ntum vnū quare nō erit ex ea nisi vnū per
modum istū. oēs igit̄ anime humane nō erunt nisi
anima vna sm̄ essentiā ⁊ veritatē. Tu aūt debes sci-
re q2 in hūc etiam errorē deducti sunt vt oēs aīas
humanas exutas a corpib9 vna eē opinarētur et dū
sunt in corpib9 nō differre vllo modorū nisi differen
tijs corpo⁊ suo⁊ ẏitate aūt et essentia vnā eē oēs
Quem errorē hic dīstruēdum nō suscepi dīstruet aūt
irrefragabilit̄ tibi in tractatu d̄ substātijs spoliatis
spiritualib9. ¶ Amp̄. Intellect9 siue itelligere quo
creator intelligit se i se ⁊ p se solū non magis respi-
cit vnum creatū q̄ aliud et generalit̄ q̄cq̄d ē creator Nota
in se hoc ē sine opatiōe vlla ⁊ respectu ad aliō vl' alia
equalit̄ ē omnib9. Verbi gratia. qd̄ ē vel q̄ ē sapiēs
in seip̄o hoc nō magis ē ad vnū q̄ ad aliud. Nō eñ
ē magis sapiēs vnius q̄ alterius nec magis videns
aut cognoscēs vnū q̄ aliud. qm̄ vidēs ⁊ cognoscens
hoc est in se et a se. Q2 ergo ē intelligēs se p hoc non
magis ptinet ad vnum q̄ ad aliud. quare non per hoc
magis ē ex eo vnū q̄ aliud quēadmodum ex socrate
p hoc q̄ ē socrates eq̄liter ē ad omnia artificia. Si-
milit̄ ex hoc q̄ quis ē architectus vel edificator non
magis exibit ex eo dom9 hec q̄ alia nec ex eo q̄ ar-
tifex magis ex eo exibit vnum artificium q̄ aliud. ex
eo tamē q̄ edificator magis exibit ex eo edes vl' edi
ficium q̄ aliud artificium. Quare manifestum ē q2
ex creatore inq̄ntum ē intelligens se non magis exi-
bit p̄ma intelligentia q̄ aliud. In hac enim ꝯsidera
tione nec ꝓpinquitatem neq3 ordinē neq3 cōparatio-
nem vllam habet ad creatorē potius q̄ aliqua ex re
bus alijs q̄re nō ē dignior vt potius exeat ab illo vel
vt prior q̄ aliud ex causatis. ¶ Ampli9 Creator per
semetip̄m intelligēs omnia eq̄liter itelligit illa. Si
eñ magis intelligeret vnū q̄ aliud hoc eēt ei vl' ap-
Nota te rerum vel a se. ⁊ a se quidem eē non potest cu3 oia
q̄ habet a se eq̄liter habeat ⁊ p modum vnum absq3
vllo modo⁊ diuersitat3 quemadmodum q̄niam a se
sapiēs ē et bonus equalit̄ sapiens est vt bonus qua-
re quoniam a seip̄o solo habet q̄ scit omnia equali
ter ex necessitate scit omnia. a reb9 autem nō potest
eē ista ineq̄litas p quam sciat magis vnum q̄ aliud
cum impossibile manifestum sit res q̄cq̄ posse adde
re vel minuere scie ipsius. Equaliter igitur p omnē
modum intelligendo seip̄m intellexit omnia quare
nec p hoc q̄ intellexit se nec p hoc q̄ intelligat oīa di
gnior fuit p̄ma intelligentia vt magis exiret ab illo
vel prior q̄ aliquid aliorum. Relinquitur ergo crea-
tori omnipotēti libertas sua ⁊ electio qua ab eo exi
uit primum vel vnum vel multa q̄ voluit et prout vo-
luit. ¶ Amp̄. si non esset opatus in creatione per ele
Natura ordine opat. ctionem suam et libertatem supeminentissimam s3
per ordinem quem isti hic opinantur eēt operat9 ꝓ-
culdubio p modum nature. hic autē modus ꝓut di-
dicisti modus est seruientis ⁊ non libertate vltima ⁊
modum operandi ⁊ operatioē suā eligēt3. ¶ Ampli
si in prima intelligentia destitisset vel cessasset a suo
illo intellectu et intelligere nihil aliorum eēt creatū
hoc est nec celi. nec ea q̄ celorum sunt. Que igit̄ fuit
sapientia creatoris in parte ista vt in potestate vni9
substantie poneret totum esse et totum non esse vni
uersi. Amplius. Aut potuit cessare ab huiusmōi in
tellectu et intelligere prima intelligentia aut nō po
tuit. Si potuit per voluntatem igitur et electionem
inclinauit se ad ista intellecta et ad huiusmodi itel-
lectum ⁊ intelligere quare et ad totum q̄ ex illis ef-
fectiue subsecutum est per libertatem igitur suam ⁊
electionem causauit omnia causata sua. Quāto fo2
tius ergo creatori conueniens ē sic causare. ¶ Amp̄
ordīe nature prior erat ei potētialitas sua q̄ actua-
litas sua ip̄a aūt intellexit res ordinare i ordīe quo
erant prius ergo intellexit potencialitatē suam q̄ p
actum seu perfectionem illi cōtrariam. Idem aūt Nota.
est ordo causarū ⁊ effectuum q̄re fuit prius materia
celi secundum hoc q̄ forma eiusdem et hoc est falsū
quoniam nec prius tempore tūc enim esset materia
actu spoliata a forma sua nec prius ordīe nature cū
actus a causa sit ꝓpter quam est potētialitas ⁊ ma
teria ꝓpter formā sic nō econuerso corpus eñ ꝓpt̄
animā est nō anima propter corp9. Si vero non po
tuit cessare ab intellectu illo⁊ hm̄ōi intelligere. Si
ei necessitas intelligēdi illa ⁊ eo modo ⁊ ordine aut
ista necessitas fuit ei violentie vigētis desuper ip̄sū
fortioris aut fuit ei de perfectiōe bonitat3 sue quo
modo creator dicitur ex necessitate benefacere ⁊ nō
posse aliter vel malefacere. Q3 si fuit ei necessitas
illa violētie tunc nihil ei attribuendum est de eē cau
sato⁊ aliorum. Magis eñ passa est violētia ab ip̄o
cogente hoc ē inferente illam quoniā egerit aliquid
gladius enim q̄ violent̄ vibratur i aliquem proprie Nota.
nihil addit sed magis alienam patitur actionē. Si
vero ex pfectione sue bonitatis fuit ei sic intellige-
re vt dixi ꝑfecto intellexit ita q2 noluit causare cau
sata p̄dicta q̄ sciebat eē debere per suum intellectū
vel suum intelligere ⁊ ita redditur iā ad libertatem
quā dixi tibi ⁊ electionem. ¶ Ampli9 sm̄ hoc magis
videtur voluntas eiusdem causa fuisse q̄ intellect9
vel intelligere ipsius. Cū enim vellet eē causata sua
et sciret ea non aliter posse nisi p suum intellectum
et suū intelligere voluit ꝓpter hoc vt illa essent sic Voluntas creatoris.
intelligere quare volūtas fuit ibi quasi primū mo-
uens ⁊ primū agens. Qualiter igitur ponunt mun
dum ⁊ solū intellectū seu intelligere prime intelligē
tie causam esse quattuor illo⁊ q̄ dixi ⁊ de voluntate
eiusdē oīno tacent. ¶ Ampli9. verū isto⁊ duorum cō
cedat vel eam noluisse esse causata eius quia sic in-
tellexit vt dictū est vel eā sic intellexisse q2 noluit illa
eē. Si eñ q2 noluit illa eē iō sic intellexit tūc indubi-
tāter prīa potissima causa eēndi seq̄ntia fuit volun-
tas ipsius. Si vero q2 intellexit illa p suū intellige-
re debere eē iō nō noluit sic intelligere ꝓpt̄ hoc sc3 vt il
la eēnt q̄si suū intelligere suaserit ei vt vellet illa eē
eo q̄ p ip̄sū cognoscebat bonū esse q̄ illa eē deberēt
⁊ hoc lōge aliter inuenitur alibi licet eñ visus ostē
dat animali in quo est periculū vie aut securitatem
aut aliā cōmoditatem non ꝓpter hoc tamē motus Nota
dicitur visualis aut ex visu esse. imo magis volun-
tarius ex voluntate. Q2 igitur intellect9 erat apud
eū sicut visus interior aut sp̄ūalis nō ei attribuendū
est aliqd̄ ex causatis q̄ p voluntatē ab eodem tāta sūt.
Ut quid ergo nudo intellectui ⁊ soli eiusdē illa attri
buūt mentionem de voluntate ipsius nullam peni-
tus facientes. ¶ Amp̄. in celo stellato quod s3 quos-
dam primum est ⁊ secundum istos ad minus secun- Celum stellatum.
dum inuenitur tanta multitudo et stellarū et natu-
ralium ipsarum et virtutum et figurarum earūdē.
cui nec comparabilis est diuersitas aut multitudo
cuiuscūq3 celorum inferio⁊. Cū igit̄ intelligētie quā
to superiores sunt tāto motiores sint ⁊ a multitudi
ne elōgatiores necesse ē secundum positionē eorum
causata earum esse motiora ⁊ a multitudine remo-

tiora q̄re p̄mam celerit remotius aū multitudie q̄
alij inferiores. Nos autem ɔtrarium manifestū vi-
demus. ¶ Amp̄. si intellectus vel intelligere creato-
ris quo intellexit seipsum ⁊ sic intelligēdo causauit
primam intelligentiā non exiuisset in ipsam intelli-
gentiam. Hoc est si eo vel per ip̄m non intellexisset
Architecti imaginatio p̄mam intelligentiam nō causasset eam per illud et
ad hunc modum se habet de omni artifice p̄ artē si-
ue p̄ intellectum causantem. Si eñ architect⁹ nō in
telligeret aut imaginaret domū quā edificat vl̄ edi
ficare disponit nullomō p̄ intellectum vel imagina-
tionem edificaret illam hoc eñ est quemadmodum
si scrip tor intueat aliud q̄ ipsam scripturā quā scri
bit aut pictor aliud q̄ picturā q̄ figurat. neq̄ enim
scriptor vel pictor seip̄m tm̄ aspiciendo scribet vl̄ pi
get aliquid foris artificiose siue decent. Similit ne-
q̄ cogitando seip̄m solum aut imaginādo. Eodem
modo se habet si aliud aliq̄d q̄ se vel picturā vel scri
pturā solummodo cogitet aut imaginet. Qualiter
eñ aliq̄s artifex aliud solummodoq̄ artificium suū
cogitans aut imaginās nullo aūt modo ip̄m artifi-
Nota. cium opabit illud. Hoc eñ non posset eē nisi a casu
quoniam vt aliquis cogitās edificare solūmodo il-
la hora scribat vel pigat nō esse possibile nisi a casu
omne aūt qd̄ ē ex casu nō est per artem vel intellectū
siue imaginationem. Aggregata igr̄ ex omnib⁹ his
ratiocinatione manifestum ē quoniam creator per
intellectum in semetip̄m solummodo refluxū ⁊ ires
nullomodo exeūtem vl̄ extēsum nihil creauit vl̄ alit
causauit hoc ē p̄ intellectū vl̄ intelligere quo se solū
intellexit. nihil omnino creauit vl̄ alit causauit q̄re
neq̄ primam intelligentiā aut aliq̄d alior̄. Necesse
igitur fuit intellectum creatoris exiuisse ⁊ extēsum
fuisse extra ip̄m hoc ē intellexisse eū omne id quod
creauit q̄re intellexit ex necessitate p̄mam intelligen
tiam si eam creauit p̄ suum intellectum ⁊ suū intelli
Nota. gere. Aut igr̄ itellexit illā solam cū ipsam causabat
aut illam pot⁹ q̄ aliq̄d alior̄ quod si illam solā ap-
paret tibi imbecillitas hm̄oi hominū ⁊ impossibili
tas s̄monis istius. Primum qm̄ limites ponunt in-
tellectui creatoris arctātes ip̄m ad vnum solū itel-
ligendum saltē vnica hora. Deide insinuat in s̄mōe
isto suo creatoris itellectu nimis adeo occupatum
Nota. fuisse illa hora aut alia tūc intelligere ꝓhiberet ꝓ-
culdubio nō itelligētes amplitudinē ac libertatem
intellect⁹ ac sapientie ipsi⁹ eē ivltimitate amplitu-
dinis ac libertat̄. Sicut ⁊ omnia alia que sūt ei per
se ac secūdum se omnia enim hm̄oi sunt p̄ma ⁊ maxi
ma ⁊ sunt eis in p̄mis ⁊ maxime hm̄oi autē amplitu
dinem ac libertatē nō ē possibile restringi aut ꝓhi-
beri vllo modor̄ alioquin nō essēt in vltimitate p̄fe-
ctiōis cōsumate cū non essēt in vltimitate elonga
tiōis a ɔtrarijs suis. Non eñ ē in vltimitate ista ali
quid ad qd̄ vl potentia vel actu accessus possit esse
contrario suo. Addam autem istis declarationē de-
monstratiuam et dicam quoniam apud creatorem
Nota. qui est primus verus nominatione rectissima non
habet locum potentialitatis vllo modorum hoc est
dicere quoniam quicquid eius est totum est act⁹ si-
ne actu ⁊ in vltimitate actualitatis. Si autē aliqua
hora intellexisset intelligentiam primam solam tūc
actu illam solam intelligeret aut potentia igitur in
telligeret aliquid aliud aut non Sic se habet igitur
apud ipsum locum potentialitatis quantum ē apō
ipsum quare non est perfectus ex omnibus modis

suis cum perfectibilis sit per acquisitionem itelle-
ctus eius vel eorum que tunc intelligebat nisi potē-
tia reducibilis de huiusmodi potentia ad actum il-
lius. Si vero non intelligebat potentia aliud neq̄
actu illa hora intellect⁹ igr̄ eius est omnium angu
stissimus atq̄ miserrimus. cum omnis alius intelle
ctus ad nihil vnum arctatus sit ⁊ plurima saltē po-
tentia intelligat. Erit etiam creator benedict⁹ igno
rans omnium aliorum nihil eñ scit nisi q̄ intelligit
nihil autem itelligit vel itelligere potest secundum Nota
errorem istum nisi solam intelligentiam primā. Tu
autem vides p̄ temetip̄m q̄ icouuenientia sequātur
errorem istum. In primis enim sequitur ip̄m crea-
torem eē insipientissimum deinde ip̄m ignorare cul
tores suos omnia q̄ in mundo fiunt et alia innume-
rabilia in quibus non est necesse vt occupem vel me
vel te. Amplius, quecunq̄ sunt creatori ex semetip̄o
sunt ei ⁊ equalia et equaliter quare intelligere hoc
et intelligere illud quibuscūq̄ duobus demonstrat̄
sunt ei equalia et equaliter cum intelligere vel hoc
vel illud non sit ei nisi a se. Non magis igitur intel-
lexit primam intelligētiam q̄ aliquid aliorum qua
cunq̄ hora vel momēto. Eodemmodo et eadem ra
tione neq̄ melius intellexit eā quoniam nec a se ip̄o
magis aut melius intellexit eam aliqua hora vl̄ mo
mento q̄ aliquid aliorum ⁊ hoc est quoniam nec a se
ipso potuit ei eē ꝓpter illud qd̄ iā dixi nec apte itel-
ligentie cum apte rerum sīt nostri nil habeat creato
ris itellect⁹ aut ei⁹ itelligere. Cr̄ igr̄ suū itellectū ⁊
suum intelligere precise ⁊ causauit ⁊ causat omnia
causata sua ad omnia autē equaliter se habeāt per
omnem mundum suus intellectus ⁊ suum intellige Nota.
re equaliter igr̄ simpliciter ac precise causat ⁊ cau
sauit omnia. Non igitur solā primam intelligentiā
causauit vt ipsi ponunt ⁊ hoc vtiq̄ verissimum est.
Verum scito. quia iste intellectus est intellectus ab
ipso genitus. Sicut alias tibi declaratum est et hu
iusmodi generatione reuelatione atq̄ noticia sola
gens christianorum gloriatur et vocat hunc intel-
lectum gentium secundum leges suas et alias scri-
Sapientia genita. pturas suas. Sapientiam genitam ⁊ artem ac ver-
bum dei ⁊ hec est altissima profunditas ad quā nec
gens hebreorū attigit nisi forte in paucis sanctis ac
sapientibus suis videlicet prophetis eorum et si q̄
alij hoc a prophetis acceperunt. Gens vero ara-
bum s̄m cōmunitatem suam istum nōdū nouit imo
iuxta errorem quo seducta est hoc esse possibile cō
Auēcebrō. tradicit. Auencebron autē theologus nomine ⁊ sti-
lo vt videtur arabis istud euidenter apprehendit.
cum ⁊ de hoc in libro quem vocat fontem sapientie
mentionem expressam faciat et librum singularem
de verbo dei agente omnia scribat. Ego autem pro
pter hoc puto ip̄m fuisse x̄pianum cum totum re-
gnum arabū x̄piane religioni subditum fuisse ante
tempus nō multū ⁊ narrationibus historiarum ma-
nifestum sit. Nōnulli vero ex antiquis philosophis
sicut plato ⁊ Mercurius hec vidisse videntur pre-
sertim aūt mercurius qui de verbo perfecto librum
integrum scripsit quē et logisteleos ꝓpter hoc no-
minauit. Debes aūt scire q̄ intellectus et intellige-
re. sicut docui te in tractatu de predicationibus que
fiunt in rebus diuinalibus secundum duos modos
et intentiones accipiuntur. et vnus quidem modus
est quo intelligere nil addit supra esse nisi secūdum
respectum aut relationem aliquam. Sed ipsum in

telligere creatoris est esse eius et eiusdem intellect⁹
non est nisi ipsius essentia. Ita vt cū agit̃ de i intelle-
ctu ipsius hoc est cuȝ sit sermo de intellectu ips⁹ aut
de suo intelligere fiat sermo de ipsius essentia vl' de
suo esse. Secunda intentione ⁊ modo eius intellect⁹
est eius sermo spiritualis siue intelligibilis ⁊ eius i
telligere eius loqui spiritualiter siue intelligibiliter
quemadmodum autem sermo audibilis sermo ge-
nitus est aut prolatus. Sic sermo spiritualis aut in
telligibilis intellectus est genitus siue spiritualiter
prolatus. ⁊ ad distinctiones istas coegerunt sanctos
viros et sapientes qui profundauerunt in rebus di
uinalibus erronei ⁊ ꝯtradictores veritatis sicut ⁊ ad
alias multas. Necesse eñ erat vt docerentur homi-
nes sermonibus quibus doceri poterunt de rebus a
vulgari intelligentia tam remotis. Tu ergo intelli
ge magnificentiaȝ verbi dei prout fuerit eius digna
tio. Verbum eñ dei: sicut alias te docui nec minus ẽ

Verbuȝ dei

vllo modorum inq̃tum est verbum dei nec aliud q̃
ipse cuius verbum est quapropter ex necessitate de⁹
est. deus inq̃ vnus cum ipso a quo est ⁊ ex hoc sequi
tur ex necessitate vt sit sermo vnius in vltimitate vi
te et viuacitatis ⁊ sit influens ac redundans in vlti-
mitate influentie ac redundantie ⁊ vt sit ars efficax
⁊ operatrix omnium operum creatoris et vt non sit
ad modum artium nostrarum atq̃ sermonum spiri-
tualiuȝ nostrorum ſeȝ velut lucerna solūmodo ostẽdẽs
quid ⁊ qualiter agendum sit imo necesse est vt sit vir
tus potentissima omnia efficiens ⁊ non sit solūmo-
do velut sigillum aut signaculum immo sigillatrix
⁊ sigillans impressione sue similitudinis atq̃ deco-
rans oĩa ⁊ hoc sua electione liberrima ⁊ sua volunta
te imperiosissima. Quare non solum est ars omniū no
tifica sed etiam virtus omnifica alteriusmodi enim
sermo nõ potuit esse sermo primus hoc est primi lo
cutoris. Necesse eñ est sermonem primum equaleȝ
esse per omnia suo locutori seu generatori. Sicut de
claratum est tibi p meipsum in tractatu primo. Est
igitur istud verbum dei siue sermo velut splendor a

Verbuȝ dei

genitore suo procedens omnia ꝓ captu seu recepti
bilitate eorum illuminans ⁊ pulchritudinis sue simi
tudinibus omnia ꝓut decet decorans: quemadmo-
dum ⁊ splendor visibilis: ⁊ est quemadmodum faci-
es vltime pulchritudinis eiusdem genitoris sui. In
vniuersum velut in speculum innumerabilium sup-

Pulchritu do creatura rum vnde

ficierum speciositatis sue similitudines diffundens
ita vt pulchritudines creaturarū nõ sint nisi resulta
tiones quedam ipsi⁹. ꝓpter quod faciem dei ipsum
crebro ꝓphete sancti. imo ipsemet in eis et per eos
loquens se nominat. Attende aũt diligenter q̃d dico
tibi de speculis vt cõsideres diligent̃ diuersitatẽ ac
varietateȝ ipsorum. ꝓpter quam alia plus alia mi
nus similitudinibus hmõi pulchritudinis ⁊ faciei re
cipiunt. Et hec ipsa varietas atq̃ diuersitas pulchri

Nota

tudo est maxima vniuersi quecunq̃ eñ ex speciebus
deẽẽt minor esset ex illo defectu pulchritudo toti⁹.
Saluti etiam et ꝯuersationi vniuersi non parum ad
dit ista varietas sicut preostendi tibi. Iaȝ igitur de-
claratum est tibi per hec quia omnium equaliter cã
est creator ⁊ intellectus ab ipso genitus. Equaliter
inq̃ q̃tum ad se res vero quedam alijs indigẽt me

diis quemadmodum homo anima et corpore. Simi
ter et quod fabricatur indiget materia fabricabili i
strumentis fabrilibus igneq̃ ⁊ fabro omnium autẽ
illorum causator est ⁊ sine illis medijs posset ipse fa
cere id q̃d fabricatur: hominem tamẽ facere nõ pos
set sine anima ⁊ corpore q: nec homo esset si illa nõ
haberet: nec homo est aliud q̃ illa duo simul sũpta
vel alterum eorum in altero quadam cõparatione

Homo q̃d

vel mõ. Iã igr̃ intelligis ex his que dixi creatoreȝ
omnia q̃tum ad ipsum equaliter causare. quedam
autem per media que tamen media ⁊ ipse causat cũ
vult per media ⁊ cum vult sine medijs quemadmo-
dum primum hominem sine patre ⁊ matre eorumq̃
cõmixtione causauit. Ceteros aũt per medios parẽ
tes vel ambos vel alterum eoruȝ: nec ꝓpter hoc mi
nus equaliter causat. Si per vnum mediuȝ aut plu
ra media causat eos. quemadmodum si quis p vnũ
operarium aut per multos domum edificet non ma
gis causat eam si per vnuȝ aut si per multos aut ecõ
uerso. Eodem modo si per nullum aut per aliquod
medium non magis aut minus cum per nullum me
diuȝ q̃ cum per aliquod. Quare simpliciter verum
est q̃d creator equaliter causat omnia quẽadmoduȝ
est de se ⁊ etiam simpliciter: q: mediũȝ vel media ni-
hil addunt, vel minuunt causationi. Iam eñ decla-

De⁹ cã p̃ma

raui tibi in primo tractatu q̃m creator solus prope
ac vere nomine cause dign⁹ est: alia vero que velut
media causationi eiusdem deseruiunt non sunt nisi
nuntij ⁊ deferentes vltima recepta tanq̃ missa a cre
atore. Hmõi aũt exemplum manifestum tibi est i ae
re qui est medium illuminationum que fiunt in ter-
ra et aqua ⁊ in oculis animalium alijsq̃ illuminabi
libus a sole de quo manifestum est q: sicut deferens
nuntius illuminationum hmõi est. ⁊ nemo dicit ip-
sum esse causam earum ꝓprie ac vere licet multum
prestet adminiculum ad hec vt perficiantur iste illu
minationes solem aut ꝯmuniter nominant causam
veram ac ꝓpriam earundeȝ. Eodem modo se ha-
bet de igne et calefactionibus mediatis. Similit̃ de
facie quacunq̃ ⁊ resultationibus eiusdem in specu
lis. Verum si diligenter ꝯsidereẽ q̃ ⁊ ipse sol ⁊ ignis
et quicquid est eis in parte ista simile nihil habent

Sol ⁊ ignis

q̃ non a creatore receperint ⁊ q̃ vasa sunt influentie
seu redundantie primi fontis et hoc tñ q̃ hoc pacto
atq̃ conditione vt primum impleta q̃ super abũdat
in alia receptabilia refluant ac redundant quemad
modum aluei fluuiorum alie q̃ profunditates cuȝ i
plete fuerint inũdationibus fontiũ aut alijs in alta
loca receptabilia q̃ superest transmittunt. Sic om-
nia ista que cause nominantur inundatione p̃mi vni
uersalisq̃ fontis impleta q̃ superest ad alia vel de-
ferunt: vel transmittunt. Et hoc est q̃d dicit auicẽ-
bron in libro suo fonte sapientie hoc est inquit iudi-
cium largitatis datoris bonitatis ⁊ obedientie vni
uersorum ad ipsum q̃ vna queq̃ res cõpellitur da-
re seipsam ⁊ intellexit in hoc dare similitudinem sui
⁊ manifestum est hoc in fluentijs naturalibus adeo
enim inclusit creator auaritiam a creaturis q̃tum
est de lege nature vt nulla earum possit sibi vel ap-
propiare vl' retinẽ aliquã ex bonitatib⁹ suis naturalibus
vt nõ eã ꝓut possibile ei ẽ alijs ꝯmunicet ⁊ elargiat̃.

An putas solem vel minimum radiorum suorum posse
retinere sibi ⁊ si retineret illū quid putas creatorē
facturū. Merito eiz illū ⁊ alios oēs eidē auferret.
Cōclusio su Aggrega igitur exempla ista omnia ⁊ similitudine s
predictorū ⁊ apparebit tibi euidenter qꝛ creator causa est sipli-
citer et equaliter omnium. Sicut est sciens ⁊ intelli
gens equaliter omnia. ¶ Amp̄. Si verum eēt ꝙ po
nunt ⁊ sicut ponunt creare id est de nihilo facere nō
esset opus proprium ac singulare creatoris: immo
ꝯmune omnium intelligentiarum quare ipse nō eēt
ꝓprie ac singulariter creator. De nihilo eīm faceret
vnaqueqꝫ earum intelligentiam immediate sequen
tentem ipsam ⁊ animam celi sui ⁊ in super ipsum ce
lum suum cum ⁊ materiam eius et formaꝫ de nih'lo
faceret. ¶ Amplius. Cū maior sit potentialis intel
Nota ligātie noue ꝙ potētialitas p̄me q̄ apparet ex ꝯ̄riis.
qm̄ actualitas ⁊ perfectio p̄me maior est lōgeꝙ actu
alitas et perfectio noue quod apparet ex propinq-
tate ad perfectissimum: id est creatorem ⁊ ex nobili
tate ipsius qua lōge nobilior est ꝙ noua. Quia igr̄
s̄m eos per potentialitatem suā intelligendo scꝫ eā
causat vna quequ earum materiaꝫ sui celi maior dꝫ
ex necessitate esse materia celi lune ꝙ materia celi
Nota primi. Quapropter ⁊ ipsum celū lune maius debꝫ
esse ex necessitate ꝙ celum primum. Quantitas eīm
ex materia est. ¶ Amp̄. Scd̄m hunc errorem nō erūt
nisi decem substantie spirituales abstracte naturali
ter: ⁊ ideo maior erit credulitas de angelis et de om
nibus multiis celestibus: que tamen est omni lege ⁊
tam omni opinione pene omnium hominum firma-
ta. Stabilietur aūt tibi stabiliōe demōstratiua mul-
tiplici loco suo. ¶ Amplius. Minorem honoreꝫ po
nunt creatori ꝙ cuiuis ex regibus vel principib⁹ cū
iuxta eū non ponant multitudinē assistentium ⁊ mi-
nistrantium eidē ꝓprie ei non assistunt e i vel sunt co
ram eo nisi qui eum: ut ita loquamur facie ad faciē
intuentur ⁊ hoc s̄m ipsos nō est possibile nisi decem
intelligentiis vel aliquibus earum quare solitariuꝫ
valde ⁊ absqꝫ honore regio illum ponunt. Denari⁹
eīm non est multitudo magnificētia regia sola digna
neqꝫ sola apparere debet in regali palatio. ¶ Amp̄.
Videmus solem et magnitudine ⁊ splendore ceteris
omnibus planetis atqꝫ stellis maioreꝫ propter qd̄
et celum eius ceterorum planetarum celis videtur
esse nobilius cum sit luce seu splendore ornati⁹ ⁊ ei⁹
splendore tota sublun aris regio illustretur sol vsqꝫ
sufficit diem efficere noctemqꝫ fugare. Cū igitur idē
Cause ⁊ cā- est ordo causarum qui est ⁊ causatorum et proportiona
ta ꝓportio lia sunt semp̄ cause et causata necesse est intelligenti
nalia am celi solaris nobiliorem esse nō solum intelligen
tiis inferioribus sed etiam intelligētiis superiorib⁹
id est sup eriorum celorum qui sunt celi planetarum ali
orum. Vides igitur manifeste quia non ē idē ordo i
nobilitate celorum qui est ⁊ intelligentiarum. Eodē
modo et contra hanc ordinationē facit stella Iouis
que tanto maior est stella. Saturni Similiter ⁊ stel
la Mercurii que omnium planetarum minima cum ei
ius celuꝫ nō sit omnium celorum planetarum infimum
imo scd̄m omnes aut tertium aut quartū. Ampli⁹.
si intelligo vel seu el alia ita causauerunt celos suos
Planete intelligētie nouem causauerunt ex necessitate om-
nes perfectiones eorum. Quare et planetas ipsos qui
quedam ꝑfectiōes eorū sunt vel saltem partes per-
fectionum. Multo enim decori ⁊ ornatui celorū su

orum sunt planete naturaliter. Quare aut perfecti-
ones eorum sunt aut partes perfectionum ipsorumꝫ ⁊ ꝓ
pter hoc causata ipsarum intelligentiaruꝫ. Idē igr̄
debet esse ordo eorum in nobilitate ⁊ aliis perfectio
nibus qui est ⁊ ipsarum intelligentiarū. Quare Sa
turnus s̄m hoc erit maximus luminosissim⁹ a c potē
tissimus planetarum ⁊ ita vnusquisqꝫ aliorum habe-
bit perfectiones istas iuxta ordinem suū ⁊ iuxtā quāti
tatem elongationis sue vel a saturno vel celo eius
⁊ iuxta ꝯparationes intelligentiarum eos causantē
um. Tibi aūt manifestum est et omnibus videntib⁹
parūqꝫ circa hec exercitat' sēsu ip̄o ꝯ̄riū. ¶ Amp̄. si i
telligētie cāuerūt ip̄os planetas cāuerūt eos vtiqꝫ ꝑ
viā causationis per quam ⁊ celos suos quare itelli
gēdo possibilitates suas causauerunt materias eo Nota
rum. ⁊ intelligendo perfectiones suas seu actualita
tes causauerunt formas eorū. Dico igit̄ qꝛ ex neces
sitate s̄m hoc planete non solum equales facti sunt
celis suis: imo idem cum cāuse per oīa eedem. Ver
bi gr̄a. Intellectus quo intelligentia celi saturni in-
tellexit potentialitatem suam causando materiā ce-
li sui ⁊ materiam stelle. Saturni aūt est vnus ⁊ idem
numero non repetitus aut non. Si est vnus ⁊ idē nu
mero ergo ⁊ causatum vnum et idem non solum eq̄-
le. quare materia stelle Saturni: ⁊ materia celi sui e
rit vna et eadeꝫ numero. Per eandem viam est ostē
dere ꝙ ⁊ forma eorum eadem numero. Quare celū
ipsum saturni cum ipsa stella eiusdem erit idem nu-
mero non solum equale alterum alteri. Si vero nō
est vnus ⁊ idem numero sed fuit repetitus tamen ex
necessitate equal' fuit intellectu quo intellexit p̄mo
potētialitatē suā cum causaret materiaꝫ celi sui itel
lectui quo intellexit vel eadem hora vel alia potētia
litatem eandem cū causaret materiam stelle illius.
Neqꝫ eīm lassitudo neqꝫ obscuratio aliqua aut causa
minorationis facta est circa eum cum hm̄ōi mutati
ones ad intelligentias non attingant. Quia igit̄ ex
eq̄libus causis equaliter per omnem modum se ha
bentibus equalia esse causata necesse est. ¶ Manife Nota
stum est ex necessitate equales eē materias illas per
omnem modum ⁊ eadem via est ostendere equalita
teꝫ formarum: Necesse igitur erit celum saturni eq̄-
le esse stelle sue siue planete ⁊ ad hunc modum de
aliis celis scilꝫ et planetis se habere necesse est circa
quod non oportet vel me vel alium disputare.
¶ Amplius. Erit illa innumerabilis multitudo in-
tellectorum ꝙ intellexit intelligentia celi stellati dū Nota
causaret ei⁹ formam. Manifestum eīm est quia in se
ipsa non inuenit tantam multitudinem extra se igit̄
intellexit multitudinem quam intelligēdo causauit
tam multiformē varietatem in forma celi illius hoc
aūt non potuit esse nisi vel ipsa multitudo que inue
nitur adhuc in forma celi vel alia post ipsaꝫ: alia ve
ro que eēt post illam non potuit causa eē illius cum
causa non possit eē posterior causato. Si vero ip̄a mt̄
tudo sic intellecta causa fuit multitudinis post mo-
dum actu existentis in forma celi: hoc est si intelligē-
do eam causauit eaꝫ qualiter hoc denegabitur crea
tori veꝫ vt intelligendo per modum istuꝫ multitudi-
nem vniuersitatis seu quamcunqꝫ ei placuerit non
causet eam. Quin etiam tanto amplius ac si fortꝰ
istud congruit creatori ꝙ̄to suus intellectus et suus
intelligere super omnem comparationem immo co
gitatum supereminet intellectibus omnium aliorum.

¶ Manifestuz igr̄ tibi eē debet ex his q̄ ista que po suerunt de generationibus intelligentiarū atq̄ celorum magis dicta sunt subtiliter ꝛ ingeniose q̄ vere.

¶ Cause que videntur in errorez premissum aristotelem ꝛ alios induxisse.

Ause autē erroris istius vidētur potissimum fuisse tres harum prima fuit ignorantia eorum qua non intellexerunt verbum creatoris neq̄ virtutem ipsius verbi. Est eñi non soluz enunciatiuum vt ita loquamur sed ēt

Verbū dei Uide. imparatiuum imperiositate forti in vltimitate fortitudinis: ꝓpter q̄d eius imperio obediunt non soluz ea que sunt: sz etiam ea que non sunt ꝛ non solum in faciendo ꝛ non faciendo que mandauerit aut ꝓhibuerit: sed ētiā essēndo ꝛ nō essendo ꝛ fiēdo ꝛ non fiendo. ꝓpter q̄d quidem ex ꝓphetis hebreorum dicit q̄ vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt hmōi aūt exemplū est q: si fuerit dignatio creatoris vt dicat mortuo per verbum illud suum vel precipiat surge eadē facilitate per omnia obediet ei mortuus ꝛ surget siue resurget. q̄ obediret ei viuens ꝛ sanus iacens aut sedens si eum surgere iuberet. Cū eñi de se solo ꝛ p se solum potestatem imperiosissimā habeat ꝛ in mortem ꝛ in vitaz ex necessitate pari facilitate eidē obediunt. Attende etiam quia nos ipsi nō solū verbis nostris anunciamus affirmantes ꝛ negantes sz ēt imperamus q̄cquid fieri volumus. Sic et creator illo vnico verbo suo non solū dixit omnia fieri q̄ fieri voluit sed etiam fieri mandauit siue precepit ꝛ hec fuit vna ex ignorantijs eorum: qm̄ si forte aliquid vl̄ nouerunt vel cogitauerunt ignorauerūt q̄ eēt imperatiuum iperiositate quā dixi: ꝛ hec est virt⁹ eius omnipotentissima. Secunda causa fuit ignorantia libertatis ipsi⁹ creatoris qua operatur absq̄ eo q̄ nihil ꝓhiberi possit nullo modorum ab eo q̄d vult aut cogi ad id q̄d nō vult: ipsi aūt opinari nisi sunt. Sicut predixi tibi q̄ operaretur per modū nature ꝛ iuxta ordinem ipsius cum ipse operet̄ per electionē ꝛ volūtatem liberrimam. Qui ergo dicunt q̄ ex vno sm̄ q̄d ē vnum et per id q̄d est vnuz omni modo non pertinet ad creatorem in causationibus ꝛ creationibus istis Non eñi operatur hec creator hec causata vel causat per id q̄d vnum aut inq̄tum vnum sed per volūtatem suam et ꝓut vult. Sicut figulus non per vnitatem suam format vasa fictilia. Sed per voluntatē suam. ꝛ ꝓpter hoc facit ea ꝓut vult ꝛ q̄lia vult. Sic ꝛ per verbum suū q̄d non est verbum solūmō enunciatiuum. Sz imperans imperio fortissimo ꝛ eius iperium atq̄ voluntas nō est aliud ab ipso ꝛ de isto verbo similitudines ꝛ exēpla dedi tibi alique hic. verbū ei istud nō est tm̄ imago sed expressio creatoris: imo est etiam expressio voluntatis creatoris lucidissima ac ꝑspicua quibus datum est ipsū audire ꝛ intueri.

Nota Tercia causa fuit opinio eorum erronea qua putauerūt elongationem posse aliquid apud creatorem ꝛ estimauerunt creatorem longe esse a q̄busdā ꝛ prope quibusdam ꝛ ꝓpter hoc ipsuz non operari per se aut min⁹ operari. Nō intellexerūt igr̄ supeminētiā creatoris ꝛ amplitudinem ac fortitudinē virtutis ei⁹ q̄ attingit a sūmo vniuersi vsq̄ deorsum ꝛ a p̄mo creatore vsq̄ ad nouissimū: oīa ꝯtinens tenens ꝛ retinens ꝓut vult ꝛ q̄diu vult. Alioquin reciderēt in non esse. Unde educti sunt ab ipso et per ipsum. Est igitur infra omnia et sub omnibus vt fundamentuz ꝛ fulcimentum sustinens eaꝛ ꝛ supportans ꝛ est supra omnia non solum vt rex ꝛ imperator omniū dominantissimus vno ꝛ vt fons influentissim⁹ a quo incessāter descendunt riui seu fluenta bonitatum ipsius ꝛ super creaturas eius. Item hoc est sup oīa secula ꝛ seculorum singula ꝛ intra omnia ꝛ in omnibus: oīa nutriens propagans: moderans: ꝛ regens ꝛ ꝓpt̄ hoc operatur oīa in omnibus iuxta q̄d exponam. Quēadmodum eñi predixi tibi: quecūq̄ bona: q̄cunq̄ salubria: quecunq̄ quolibet modo salubria a rebus exeunt de presentia ipsius: hoc habent quemadmodum q̄ ab anima exit vita ꝛ hoc est qm̄ in ipsa anima presentialiter est fons vite. Sic se habet et in vno quoq̄ aliorum sicut q̄ a sole exit lux de presentia vniuersalis ac redundantissimi fontis ꝛ ad hunc modum se habet de omnibus alijs operationibus naturalibus seu potius effluentijs ꝓpter q̄d sancti ꝛ sapientes in lege hebreoꝝ ꝛ in lege xp̄ianorum creatorez operari omnia in omnibus dixerunt. Intendentes ꝛ intelligentes omnia que sunt nature vel gratie.

¶ De origine celoruȝ.

Quod aūt verbum creatoris nō tm̄ sit ars ꝛ sapiētia ex q̄ eternalit̄ ꝛ apud ipȝ genita atq̄ verbum quo non soluz dixit oīa vel fieri vel fienda eē. Sed etiam impauit siue mandauit ꝓpt̄ q̄d et illud dixi iperium ipsius ostendi tibi per similitudinem verborū nostrorū que non solum dictiones nostre sunt. id ē affirmationes ꝛ negationes. Sed etiā iperia. id est precepta ꝛ ꝓhibitiones ꝛ hoc euidenter attestat̄ sāctus ꝛ sapiens in s̄mone suo dicens. Dixit deus fiat lux ꝛ ꝯsequēter multa similia. Sicut illud fiat firmamentum que oīa sonāt imperium. Uerbum ei fiat imperium est seu mandatum vt cūq̄ insinuans intelligentibus creatoris verbum eē etiam mandatū eiusdez siue imperium quo precepit luci vt fieret ꝛ subiunxit ꝛ facta est lux quasi diceret̄ obediuit lux q̄ non erat omnipotenti mandato creatoris ꝛ de non esse. tanq̄ vocata eodem vero venit ad adeē quemadmoduz si vocetur mortuus ad vitaz. Eodez ergo verbo ꝛ illo vnico quo dixit omnia vel facienda vl̄ fienda esse mandauit vel p̄cepit vt fierēt in nob āt nō est possibile ita esse ꝓpt̄ iperfectionem verborū nostrorum alio eñi verbo ꝛ alia locutione enūciamus id ē vel firmam⁹ vel negam⁹ aliq̄d alio p̄cipim⁹ seu mandam⁹. Cum aūt attenderis diuisitatē multiplicē q̄ ē in celis a p̄te motuū suoꝝ poloꝝ plagarū ꝛ ꝯsimo⁹ eoꝝ ē declināo ꝛ obliqu⁹ a motu p̄mi celi q̄ sol⁹ ē rect⁹ iter eos ꝛ poli eoꝝ diuisi a pol̄ ei⁹. poli ei eius poli mundi sūt ꝓpt̄ q̄d ip̄m philosophi applanon vocauerunt id est sine errore qm̄ motus eius est vn⁹ sēp equalis non diuers⁹ neq̄ obliquat⁹ sup polos equatoris diei siue eq̄noctialis circuli. Cū in q̄ hic oīa ꝯsideraueris erūt tibi hic oīa iudiciū p q̄d appebit tibi nō esse de intelligētijs ꝛ aiab⁹ celoꝝ atq̄ celis ꝑ ssis: sicut pūt ꝛ hoc est qm̄ ꝛ intelligētie ꝛ aie celorū atq̄ ipsi celi similes essent ex necessitate p oīa exceptis ꝯpationib⁹ q̄ sunt sm̄ p̄us ꝛ posteri⁹ ꝛ magis ꝛ minus in v̄tute atq̄ nobilitate ꝛ ceteris huiusmodi alias autem vnde esset ista tanta diuersitas. ¶ Similes eñi cause per modum quo similes sunt impossibile est dissimiles habere effectus. ¶ Iam igitur declaratum est tibi quia vniuersitas exiuet a creatore vt verbum et imperium suum seu mandatum

hoc est prout dixit dictione sua eternali et verbo et p
ut mandauit eodem verbo suo omnipotentissimo at
qꝫ imperiosissimo.

¶ De generatione celorum et elementorum vtrum simul et subito an per generationem in esse exiuerūt.

Alia vero restant adhuc alie questio-
nes determinande quarum prima ē: vtrū
omnia simul ab ipso exiuerint. omnia
inqꝫ que non per generationem et cor-
ruptionem fiunt. Que ei generantur
per corruptionem aliorum ex necessi-
tate posteriora sunt illis ex quibus per ipsorum cor-
ruptionem generantur cum impossibile sit aliquid
Nota generatū corrūpi nisi postq̄ gn̄atū ē de his igr̄ mani
festum est tibi quo ordine a creatore exiuerint vel ex
eant. De substantijs aūt nobilib⁹ abstractis atqꝫ spo
liatis a materia non est conueniens vt consideratio
nem hic faciam. qm̄ nondum stabilitus est earum ex
itus a creatore nec declaratum earum esse quorum
vtriusqꝫ fieri necesse est antequam conuenienter inquiri pos
Nota sit qualiter exiuerunt a creatore. De celis igit̄ et ter-
ra ceterisqꝫ elementis de stellis et luminaribus et for
te de animalibus atqꝫ vegetabilib⁹ si forte fuerūt ali
qua hmōi. Prima quidem dico propter eos qui mūdi anti
quitatem vel eternitatem posuerunt hmōi ei homi
nes ponē necesse habent absqꝫ principio semper fu-
isse generationem animalium et vegetabilium et ge
neraliter generationem et corruptionē eternas. Pri
mum igitur inuestigandum est de celis atqꝫ elemen-
tis: vtrum simul exiuerint et vtrum subito an per ge
nerationem continuam. Et inter hec. Si quid horū
primum exiuit vel si qua exiuerint prima. Ubi etiā
conabor stabilire q dixit sanctus et sapiens hebreoꝝ
propheta in sermone suo primo cui etiam gens xpi
anorum consentit: dixit ei In principio creauit deus
celum et terras. Ubi premittā hanc radicem: ordo na
ture ordo est creationis cuius hec est intentio vt que
priora sunt natura intelligantur esse priora creatio
ne: siue pri⁹ creata. Qm̄ igr̄ extrema in omni ꝯtrarie
tate priora sunt alijs: celum aūt vltimum et terra ex
trema. Sicut loco suo declarabo ex necessitate p̄mo
creata sunt. Idem aūt est dicere primo creata et inp̄n
cipio creata. Manifestum igitur est q in principio
Nota. creauit deus celum et terram hoc ei est ante corpora
alia. Apparet igitur tibi iam ex his quia quedam
narrationes ꝓphetie etiam ꝯclusiones philosophi-
ce sunt hoc est in phīa declarate ac demōstrate sicut
est hec: dixit et facta sunt mandauit et creata sunt.
Similiter et hec dixit deus fiat lux: et facta est lux et si-
miles et narrationes que ibi sequuntur. hec aūt nar-
ratio qua dicitur. In principio creauit deus celū et
terram ex multis conclusionibus aggregata est qua
Nota rum prima est deum esse et hmōi declaratio pertinet
ad primam prime phie partem. Alia conclusio ē ce
lum et terram creata esse et de potentialitate essen-
di educta esse in actum essendi et generaliter oē ma-
teriatum atqꝫ formatum et hanc declarat sciētia na
turaliter. Tertia est hec scꝫ celum et terras inter cor-
poralia primo creata eē et hmōi demonstratio fun-
data est super radicem quā premisi tibi que est hec:
q idem est ordo creationis seu generationis quorū
cunqꝫ que est et eē siue essentia ipsorum et declaratio
radicis istius est per hanc aliam radicem quia fini-
um et viarum ducentium ad illos idem est ordo in
prioritate et posterioritate. Esse aūt vel essentia sic
se habet ad creationem seu generationem sicut finis
ad viam suam. Declaratur etiā idem ordo id est pri
mitas creationis celi et terre p hoc quia idē ē ordo a
ctuum et potentiarum siue actualitatum et potentia
litatum. Qui autem est ordo potentialitatum idem
est ordo exituum de illis et qui exituum idem ē et ac-
tuum siue effectuum. Quia igitur creatio et genera
tio exitus sunt de potentia in actū et potentialitate
in effectum essendi. Manifestum est q quorum act⁹
primi sunt actualitates eoꝝ exitus de potentialitate
primi sunt. Cum igitur celum et terra ex necessitate
prima sint vtpote extrema inter corporalia erūt ex ne
cessitate eoꝝ exitus de potentialitate essendi in actū
vel effectum primi. Exitus vero isti nō sunt nisi gene Nota
rationes aut creationes eorū. Quare manifeste de-
claratum ē tibi per hec vt ꝯsequentur ipsa esse prima
creata et hoc ē dicere. In principio. Quarta vero cō
clusio est celum et terram a nullo alio creata eē q̄ ab
ipso deo seu creatore. Et super hec iam posui tibi i
eis q̄ precesserunt ꝓbationes et per quas destruitur ser
mo eorum qui posuerunt celos creatos esse ab intel-
ligentijs. Quia vero eē non potest dari nisi a creato-
Manifestum est nec intelligentiam nec aliam vl-
lam substantiam dedisse esse celis vel alijs quibus-
cunqꝫ persistentibus.

¶ Qz solus creator dat esse rebus creatis ex q̄ confirmatur quarta conclusio.

Licet aūt hoc declaratū sit tibi in prima p-
te hu⁹ magisterij faciā tn̄ tibi hic rememo-
rationem declarationis isti⁹. Dico igitur si
non eēt lux nisi lux solaris: nō eēt lucē vl̄ re
lucere in alio nisi ad illa vl̄ per illam. Sic cū non sit
eē essētiale aut p̄mitiuū: nisi creator nō erit receptū
vel datum nisi ab illo et p illū et attende diligēt ꝯpa-
tionem istā qm̄ eē est primum et maximū .i. amplissi-
mū oim̄ eoꝝ que ꝓcedunt a creatore et q recipit vnū
quodqꝫ ab ipso. Impossibile ei est manifestū aliqd re-
cipi vl̄ fluere super rē quācunqꝫ an̄ eē. Nō ei recepti- Nota
bile est alicuius influentie nisi q iam recepit et hꝫ esse. Est igit̄ eē sicut lumē sparsum a luce creatoris sup
amplitudinem et latitudinē vniūsi et sicut influentia
in plures ꝓfunditatē et receptibilitatē siue capaci-
tatē eiusdē. Sic igr̄ imaginare creatorē vniūso sicut
lumē radiantissimū: et sicut sibi imaginare eē vniūsi si
cut circūfulgētiā ipsi⁹ et radiositatē et luminositatem
quandā ipsi⁹ expassā in omnib⁹ et p oia. Sicut igr̄ ea Nota
q lucerēt si sola lux sol' eēt: suū lucē nō deberēt nisi il
li. Sic q̄cunqꝫ sūt nō debēt suū eē nisi creatori et hoc i
cōparabiliter ampli⁹ q̄ lucētia debē posseē: suū lucere
luci solari. Cā aūt vna ē in hoc qm̄ lux solaris elon-
gationē hꝫ ex necessitate et ꝓp inq̄tate ad illuminabi
lia sua et corporalē seu localē. Creator vero vnicuiqꝫ
creatoris ꝓxim⁹ est ac presentissim⁹. imo ēt intim⁹ et
hoc appere tibi pōt p abstractionē siue spoliationē
ꝯditionū oim atqꝫ formaꝝ accidentaliū et substantia
liū. Cum eñ ab vno q̄qꝫ creatoris oia hec abstraxeris
vltimum oim inuenieē eē vel entitas et ꝓpē hoc da-
tor ipsi⁹ verbi grā. Cū socratē spoliaueris a forma sua
singulari q̄ est socrates et a specifica q̄ est hō et a gn̄a
libus q̄bus ē aial: corp⁹: sba. adhuc remanebit ens.
q̄ ꝓpē remanebit ei eē suū et entitas q̄si intimū indumē
tū ipsi⁹ et velut in cerula q̄ p̄mo induit ipm̄ creator et
cū ipsꝫ eē et entitatē ei detraxeris erūt ei detracte om
nes cause essēdi et adminicula excepto solo creatore.

¶ Quare manifestum est ꝙ omnium adminiculorũ adiumentorum essendi. Primum est creator ⁊ intimus. Hec aũt omnia idcirco scripsi tibi hic vt erigã te quo quomodo ad imaginandum sublimitatez creatoris cuius completa cognitio beatitudo est ⁊ gloria virtutis intellectiue nostre. Jam igitur adhuc deduci te per vias probationum ⁊ declarationũ vt certum sit tibi inter corpora ⁊ corporalia primo creata esse celum et terram. Et quia narratio prophetica q̄ dixit sanctus ⁊ sapiens in sermone suo. In principio creauit deus celum ⁊ terram cõclusio est aggregata ex tribus conclusionibus vel quatuor in scientijs diuinalibus ⁊ naturalibus declaratis ac demonstratis ⁊ feci tibi rememorationem quorundam ex declarationibus huiusmodi quale opus fuit ⁊ decuit hic fieri.

Vide.

Restant adhuc questiones de celo in principio creato quid vel quod illud sit. vz an totum qđ est a luna supra inter intimam celi lunaris superficiem ⁊ extremam siue extimaram superficiem celi ꝙ greci applanon nominãt. an sit aliud celum supereminens huic toti de quo soli sapientes xp̄ianorum loquuntur ⁊ greco nomine vocat illum empyreum hoc est valde igneum non a vehementia ardoris vt ipsimet dicunt. Sed a supereminentea splendoris. Stabilire aũt esse istius celi non est locus hic. quin potius in sequentibus vbi numerabo tibi p̄tes et declarabo vniuersi corporei seu corporalis. Hoc igitur supposito interim valz ꝙ sit celum preter celos nominatos a phis longe supereminens illis: non tam altitudine locali q̄ etiam nobilitate. Relinquitur perscrutandũ vtrum subito an per partes celum illud ⁊ terra creata sint. ⁊ vtruz aliqua alia sint simul creata cum eis: hoc est eodem die vel hora vel puncto temporis ⁊ que ⁊ quot sint illa q̄ simul cum ipsis creata sint. Dico igitur si non essent inter celum et terram creata aliqua corpora vel aliquod vnum cum solum corpus locum implere possibile sit ex necessitate inter celum ⁊ terram esset vacuum. Jam aũt didicisti alibi ⁊ etiam in precedentib⁹ ⁊ etiam declaratum est tibi per me vacuũ esse nõ posse ⁊ facile est tibi ex illis que premisi tibi in hoc tractatu circa vacuum ostendere: quia si vacuuz esset inter predictum celum ⁊ terram illa hora ex necessitate celum terre contiguum eẽt ex omni parte cum vacuum distantiã facere non possit sicut iam dedici sti. Sequeretur etiam ex hoc ꝙ intima superficie celi q̄ est concauitas eius esset equalis extime seu extreme superficiei terre que est per modum eundem cõuexitas ipsius. ¶ Amplius. Elongatio quo modo ẽ inter celum ⁊ terram esset facta: aut per motum localem celi aut per inspissationem aut densationez ei⁹. Vtrumq; aũt est impossibile manifeste. Sic enĩ fuisset celum sic motum localiter in omnem partez motu sursum vez vt superius emispehriuz motuz fuisset in suum sursum et inferius similiter in suum sursum qđ est inferius ad nostrũ situm facta eẽt ex necessitate scissura inter duo illa emispehria ⁊ abruptũ eẽt alterum ab altero. Eodem autem modo necesse esset ⁊ de alijs partibus quare totum celum scissum esset ĩ duas partes ⁊ totaliter laceratum. Et si superius emispehrium motum fuisset in sursum et per hãc viam elongatuz a terra inferius aũt emispehriuz quasi tractum ab ipso ex necessitate appropiquasset terre ⁊ fuisset motum motu in deorsum videlicet ad terram: ⁊ ita due partes celi fuissent mote cõtrarijs motibus: hoc aũt impossibile est: cum natura vna sit duorum emispehriorum: motus enĩ contrarij manifeste sunt motus a terra ⁊ motus ad terram. Necesse igitur erit tm̄ hanc positionem per inspissitatez corporeitatis celi factam fuisse istam elongationez. Quare substantia celi erit rarefactibilis ⁊ densabilis. Nõ est autem opus vt contra quãlibet opinionem disputetur presertim cum adeo manifeste falsitatis sint vel inconuenientia que ex ea sequuntur: quilibet ẽt paruus intellectus facile videat. ¶ Inutiliter quippe data fuisset celo ab initio subtilitas ⁊ raritas substantie siue corporeitatis sue: si tam cito oportebat ipsum mutari in contrariam dispositionẽ. Sequitur etiam ex hoc ipsum creatorem ignorasse mensuram operis sui vel de industria errasse. Si enĩ presciuit magnitudinem in qua debeat esse ⁊ remanere celuz: cur ab initio illam eidem non dedit. Nullus enĩ artificum apud nos adeo imperitus est adeo ne parum sollicitus operis sui vt scienter in eo faciat aliquid ꝙ statim oporteat eum destruere vel corruere. Si vero non presciuit mensurã operis sui necessario fuit vel erroneus vel ignorans in eodez: hoc aũt est tantus defectus: nec in mediocriter peritis apđ nos artificib⁹ inuenitur. Sermo igitur iste manifeste erroneus est. Patefactum igr̄ est tibi qua de causa inter celum primo creatum et terram necessario fuit creatum cum illis vel vnuz vel plura. Qui aũt dicunt vltra celum qđ nominant applanon nihil esse corporeum vel corporale et ponunt illud celum primuz q̄ et nouem celos hoc est totum qđ est inter celuz lunare ⁊ applanon vocant qñq; celum et Aristotel'. interdum dicit totum illud esse vnum continuum. Isti ergo ponunt inter illud celum ⁊ terram quattuor elementa modo esse ⁊ quidam ex eis materiam quatuor elementorum creatam fuisse ab initio velut massam quandam confusam. Reuolutionem aũt celi calefactam ⁊ exiccatam ⁊ subtiliatem superiorem partem ipsius ⁊ sit generatum ignem elementum et esse contiguum celo lunari. ¶ Secundam vero eiusdem materie partem dicunt eodem motu celi subtiliatam quidem et calefactam eodem motu celesti non autem exiccatam ⁊ ideo remansisse humidam ⁊ sic ex illa generatum esse aerẽ. Tertia vero ꝓpter maiorem elongationem a motu minus quidez subtiliatam ⁊ omnino non calefactam ⁊ ꝓpter hoc generatam esse ex ea aquam elementum. Terraz ea grossitie substãtie in qua est in q̄ insinuat narratio illa prophetica quam premisi tibi vel resedisse vel in fundo mundi istius sublunaris tanq̄ fecem omnium elementorum ⁊ sic generatum esse per separationez partium subtiliorum atq; nobiliorũ a cõmuni missa. Isti igitur si volunt intelligere sermonem ꝓpheticum antedictum necesse habẽt ponere ꝙ in principio creauit deus celum et terram id est massam illã materiam quattuor elementorum et omnium aliorũ generabilium in mundo isto nature presertim cũ ipsi ponant generationes omnes que hic fiũt fieri per motum celorum quemadmodum formatione in vasorum fictilium per reuolutionem rote figuli. Cum igitur deum ponant omnium formabilium istorum factorẽ ⁊ velut figulũ. Rotã vero celi ponãt eẽ instrumẽtũ p qđ oĩa ista format aut generat necẽ hñt itelligere vt dixi qđ dr̄. In p̄ncipio creauit deus celuz ⁊

Nota

terram tanq̄ vniuerse tam figulus rotam et limum.
¶ Manifestum eñ est de singulo q2 in primis hab3
prouidere sibi de rota ⁊ limo anteq̄ procedere pos
sit ad formationem cuiuscunq3 vasorum que per ro
tam de limo formaturus est. Est igitur rota celi sub
pedibus creatoris. hoc est sub beneplacito ei⁹ vt vol
uat eam prout requirit formatio vasorum: quēadmo-
dum rota figuli sub pedibus eiusdem. Et mate-
ria illa atq3 ipsa elementa ex illa generata in volun-
tate eius: quemadmodum lutum obedientissimum
in manibus figuli: ⁊ huic sermoni concordare viden
tur aliqui sermones prophetarum. Uerum difficile
est eis sermones prophetarū qui sequunt̄ isti intelle-
ctui suo conuenienter aptare pro eo q2 omnia elemē
Nota ta sub celo esse ponunt et per celum vt predixi gene
rata fuisse ⁊ ita nihil aque esse vltra lunā quā nec vl
tra aera. Sermo vero propheticus videtur ponere
totum celum antedictum: id est nouē celos creatos
fuisse in medio aquarum ⁊ medietatem aquarū su-
per celos esse ac remansisse. Celum vero quasi nata
re sub aquis illis exsuper aquas inferiores. Causa
Nota aūt que eos ad hoc induxit vna videtur esse contrari
etas quam opinati sunt esse inter celum istud ⁊ ter-
ram. Terra aūt omnium corporum imobilissima ē
sm̄ totum. partes eñ eius multe sm̄ totum mouen
tur. Sicut vna gleba vel vnus mons quemadmodū
apparet in terre motu. Celum vero mobilissimum
omnium corporum que mota sunt nobis. Quare si
cut illa infima ita illud supremū. Alia aūt causa q2
quies et motus contraria sunt: locus vero medius
in sphera mūdi: qui et infimus est loc⁹ ē quietis pro
prius et propter hanc causam datus est terre natu-
raliter. Sicut et q̄es data est ei solū sc̄d3 totū. Qua-
re mot⁹ loc⁹ ṗp⁹ erit extrem⁹ siue supmus. hoc igr̄
celum qḋ est mobilissimum omnium supremum na
turaliter obtinet locum. Modis eñ omnib⁹ eis vi
sum est: vt sicut infima mundi pars: id est terra sm̄
totum perpetuo tota quiescit ita vltima pars mun-
di siue vltima tota perpetuo moueatur. In sequen-
tibus aūt satisfaciam tibi de hoc: ⁊ declarabo celum
aliud esse quod est omnium celorum vltimum ac su-
premum: cui nec est motus nec inquietudo aliqua. i
mo est perpetua stabilitate quietum atq3 firmatū.
Qz si qui sic ponunt ponant celos: non aliade causa
moueri nisi propter generationem seu formationē
Nota. generabilium sicut dicunt de rota figuli non erit i natu
re motus hm̄oi sed obedientie dei altissimi cessatu-
rus ex necessitate cum cessabunt generatio ⁊ corru-
ptio quas eē cessaturas suo loco patefaciam tibi p
vias probationum si deus voluerit ⁊ etiā ipsos mo
tus celorum cessaturos.

¶ Stabilitio decimi celi qḋ empyreum vocat̄
Nota ⁊ stabilitatis atq3 quietis ipsius.



T quoniam prophete tāto credidit
primum gens hebreorum inducta si
gnis ⁊ mirabilibus in quibus miss⁹
est vt ei crederetur ab ipsis et per q̄
etiam humiliato rege egyptiorum.
⁊ flagellata egypto flagellis. quib⁹
nec dii egyptiorum resistere poterunt populum he
breorū a seruitute egypti a liberaret: gens etiā xp̄ia-
norum nō eñ minus eidem prophete credit: qui ēt
magnificentius atq3 sublimius de eo sentit ⁊ sermo
nes eius. Sicut et vere sunt sermones reputat dei.
⁊ nephas esse contradicere eis ꝓsequar tibi narrati
ones eiusdem ꝓphete ⁊ declarabo veritatē in quā
lex vtraq3 consentit. Dico igr̄ q2 celum vltimum vt
ṗdixi est vltra nouem notos ac nominatos celos su-
pereminens eis distantia multa ⁊ est illud celū ha-
bitatio substantiarum que vocantur angeli sancti ⁊
terra eius non est contrarium sm̄ totum sed sc̄d3 me
dium sui qḋ nominant infernum. Quēadmodum eē
infernus locus est pure ⁊ maxime ⁊ solius miserie.
Sic celum illud locus est pure ac maxime soliusq3
felicitatis. ¶ Manifestum est aūt tibi per se quia in
digentia est pars miserie q̄re manifestū est in loco il
lo nihil eē indigentie sicut nihil miserie. Motus āt
omnis propter indigentiam est ⁊ si fuerit local' erit
ꝓpter indigentiam loci aut situs qui per motum q̄ Nota
ritur. Quare apud celum illud omnino impossibi-
le eē motum. Qz si dixerit quis q2 habitatores ce-
li illius seorsum sunt ab omni indigentia non aūt ip
sum celum ⁊ ꝓpter hoc mouetur quia ipsū indiget
renouatione situū in partibus suis non in se totum:
vel q2 mot⁹ ipse perfectio eius est. Dico q2 sermo
ipse erroneus est primum q2 motu istorū acquirūt̄
noui situs partibus celi continue sic auferentur ⁊ cō
tinue per eundem motum eisdem: pars eñ que mo-
tu venit ad hunc situm v3 vt supereminerer vertici-
bus nostris: eodē motu rapitur ⁊ depellitur ab eo
dem situ ⁊ ad hunc modum se h3 de singulis partib⁹
celi per motum illum circularem totum auferē ei-
dem per ipsum. Quicquid igitur confert eis in pte
ista aufert eisdem. Idem est igitur ac si nihil p se hu
iusmodi motum eis acquireretur. Quare omnino ē
eis superfluus ⁊ inutilis hm̄oi motus. ¶ Amp. Si
virtus illa siue anima siue sit alia propter hoc que-
rit vel amat motum eidem vt partes eius situs illos
acquirent ergo propter contrarium d3 ⁊ querere et
efficere motui contrarium. Quia igr̄ per hm̄oi am
mittunt sic acquisitos situs: debet virtus illa ꝓhibē
motum auferentem eosdem situs quare non magis
mouebit virt⁹ illa celū q̄ quietabit. ¶ Amplı⁹. Aut Nota
appetit celum situs illos propter se aut ꝓpter aliḋ.
Si propter seipsos quiescet igitur illis acquisitis q2
completū erit desiderium eius in parte ista. Quare
sicut semper mouetur ita semper quiescet ex necessi
tate. Cum semper obtineat situs quos per motū ac
quirit: hoc aūt est dicere q2 in omni hora ⁊ omni pū
cto obtinet situs in partibus suis ad quos per mo- Nota
tum venit. Qz si dixerit q2 propter aliud querit sit⁹
hm̄oi partibus suis celum q̄ propter ipsos. Dico
q2 aut acquisitis illis acquirit illud aut non. Si sic
cessat igitur motus acquisitis sitibus illis: omnis
enim motus cessat acquisito fine qui per ipsum intē
debatur. Si autem non acquirit illud vel obtinet ac
quisitis sitibus hm̄oi. Frustra igitur intendit situs
illos propter illud. Insuper ⁊ erronea est eius intē
tio que intēdit per situs huiusmodi acquirere: quod
non obtinet eis obtentis. Si vero dixerit q2 motus
est perfectio quam intendit ipsum celum. Sequitur
hunc sermonem q2 omnium perfectibilium ipsū vi
lius sit ⁊ hoc multis viis. Primum q2 perfectibili
lius inferioribus id ē que sunt in mundo nature mo
tus via est ad perfectionem. ¶ Nulli autem est per-
fectio vilior q̄ via sine fine inquantum via est. Qua
re perfectio celi secundum hoc erit vilior omni per-
fectione cuiuscunq3 alterius perfectibilis.

¶Secundo quia cum interrogati fuerint propter
quid moueatur celum nõ habe: t quid respondeant
aut enim mouetur propter motum et ita mouetur
vt moueatur ꝛ ita erit motuscausa suipsius:quod
est manifestum impossibile aut respondebunt quia
mouetur propter aliud:ꝛ tunc non est motus perfe
ctio illa quã querit:sed illud aliud qḋ per motum q̃
rit ꝛ propter qḋ mouetur. Non potest igitur respon
dere ad hanc questionem ꝓpẽ quid mouetur celũ.
¶Amplius. Aut mouetur propter aliquid aut nõ
q̄ si mouetur ꝓpter aliquid ergo propter motũ vel
Uide. propter aliud. Jam aũt destruxi tibi ꝛ ostendi:q꜡ nec
ꝓpter aliud. Relinquitur igitur ipsum moueri pro
pter nihil.i.nullo fine.quare nullo fructu vel vtilita
te:frustra igitur ꝛ vane mouetur.¶Amplius. Si mo
tus est totus finis quem intendit:aut intendit hmõi
finem per viam aliquaʒ aut non. Si intendit eũ per
viã aliquam:via aũt per quam venitur ad quẽcũqꝫ
finem non est nisi motus:aut mutatio aliqua:quare
per motum intẽdit motum:ꝛ p motum non potest ĩ
tendere eundẽ motum:tunc enĩ idem eẽt finis sibiip
si ꝛ via ad seipsum. Quare prius ꝛ posterius maius=
qꝫ ꝛ minus seipso. Cum omnis finis ꝛ maior ꝛ meli=
or ꝛ prior sit via sua:hoc est que ducit ad illũ. Si ve
ro intendit motũ istum per alium erit eadẽ questio
de illo alio:ꝛ ibit res in infinitũ. ¶Amp̃. Si motus
iste est finis vel perfectio quã intendit celum vltimũ
ergo eo acquisito debet quiescere. Quia igitur sem
per habet hũc finẽ:sẽper dꝫ quiescẽ ¶Amp̃. Motus
est dispositio non permanens in partibus suis:imo
est iugiter fluens ꝛ nihil eius totũ simul est nec pos
sibile est aliquid illius stare vel retineri. Quare si mo
tus est perfectio celi illius vel finis perfectionẽ in
tendit ꝛ querit quam retinere non potꝫ que ex neces
sitate tota illabitur:ita vt nihil eius retineri possibi
bile sit. Quis aũt error intolerabilior inueniri põt:
q̃ perfectionem querere que semper sit in defectu
et finem in quo quiescere impossibile est. ¶Amplius.
autem celum istud intendit omnẽs reuolutiones su=
asque future sunt ei:aut intendit vnam earũ aut q̃s=
dam. Si omnes impossibile igitur est desideriũ eius
adimpleri:cum impossibile sit omnes reuolutiones
consũmari sm enĩ positionem eoꝝ nec numerus est
nec finis reuolutionũ celestiũ:quare nec cõsũmatio.
¶Amplius. sm hoc finis desiderij istiusquo moue=
tur celum infinitus est ꝛ infinibilis.ꝛ ꝓpter hoc de=
siderium eius ẽ inadimplebile. Quem admodũ si
aliquis intenderet cogitare pecuniam infinitã. stul=
to desiderio duceretur et erronea intentione: si pe=
cuniam infinitam ipsũ habere impossibile eẽt. Si ve
ro intendit vel vnam aliquam vel aliquas determi=
nate illis igiẽ expletis quiescet. ¶Amp̃. totus mo=
tus preteritus iam disperijt ꝛ abscessit in nihilũ er
go quasi medietatem sue perfectionis amisit. Qua
re remanet imperfectum celũ istud q̃tum ad hoc q̄
e mõ omnino nõ est perfectio altior esse non potest.
Nota Si igitur est perfectum celum hmõi perfectione vꝫ
que est motus solo motu futuro perfectum est. Si
ille ẽt similiter omnino non est q̃re nõ est perfectum
celum hmõi perfectione nisi per id qḋ non est. ¶Am
plius. Nihil est motu deficientius cum eius esse nõ
sit nisi deficere. Quare nihil est perfectioni ineptius.
¶Qualiter igitur perficit celum qḋ manifestum est
inter corpora esse perfectissimum sm eos. ¶Amp̃.
Anima illa que mouet celum sm istos intendit ei ac
quirere in partibus suis quosdaʒ potest alios vt q̃d
ergo non retinet illos cum acquisierit illos.
¶Amplius. Non minus intẽdit hmõi anima trans
ferre partes celi a sitibus quos ei acquirit:q̃ addu
cere illas ad ipsos. Non minus igitur intendit au=
ferre illi situs illos q̃ cõferre. Quare non minus ĩ=
tendit perficere celum q̃tum ad hoc q̃ perfectiões
eidem auferre. ¶Amplius. Sicut ideʒ motus rectus
est accessus ad vnum locum ꝛ recessus ab alio. ¶Si
motus iste circularis partium celi simul est acquisi
tio nouorum situum ꝛ amissio quorũdam aliarũ eq
ualentiũ vel eorum quos obtinent nunc partes il
le. Quare non plus est perfectio q̃ defectio.
¶Amplius. Que vtilitas est partibus celi in acq=
sitione nouorum situum:quos obtinebunt post pre=
sens nunc. Cum ei non meliores sint q̃ hi quos nũc
obtinent nullo modoꝝ est eis vtilis acquisitio eorũ.
Quare inutilis est vel celo vel partibus eius mot9
huius. ¶Amplius. Aut meliores sunt quidam de
hmõi sitibus partibus celi q̃m alij aliquo modo aut
non. Si meliores:deberẽt igiẽ partes celi diutius in
illis esse q̃ in alijs. hoc aũt non est verum cum mo=
tus celi continuus sit ꝛ equalis. Quod si nullo modo
meliores sunt quidem eorum aliquibus ex alijs. In
nulli igitur prodest eis mutare eos qḋ aũt nullo mo
dorum prodest omnino vel nociũ est vl' vanũ. Qua
re mutatio situum siue motus est omnino vel nocia
celo vel partibus suis vl' inutilis ꝛ frustra. ¶Amp̃.
Si omnis situs sunt eque boni celo ꝛ partibus eius
ergo cum deserit quosdam ꝛ acquirit alios eque bo
nos emittit vt sunt illi quos acquirit: proinde igiẽ
est ac si non acquireret:quare frustra laborat in acq
rendo. ¶Amplius. Si perficitur in acquirendo ne=
cesse est vt deperficiatur amittendo eq̃ bonos. Si ei
acquisitio nouorum est perfectio eiusdem necesse ẽ
vt ammissio eorum sit amissio perfectionis.

¶Quod celum extremum siue supremum necesse
est esse quietissimum.

Hec igitur omnia aggregaui hic vt pate
facerem tibi q꜡ motus non potest eẽ per=
fectio. Et q̃m quies atqꝫ stabilitas digni
or ẽ esse perfectio eiusdem vel comes p=
fectionis quin perfectio hec finis est in quo quiescit
vnumquodqꝫ. Motus enĩ frustra eẽ vbi nec indigẽ=
tia nec imperfectio est. Manifestum etiã est q꜡ natu
ra non mouet nisi ad id in quo quietibile intẽdit sub
iectum qḋ mouet ꝛ ꝓpter hoc diffinitur ab Aristo
tele principium motus ꝛ quietis per se mobilis ꝛ ce
tera. q꜡ etiam si vera eẽt positio eorum motus celi
non esset per se celi:sed partium eiusdem: ꝛ hoc est
quoniam cuius est finis eiusdem est et motus:qua=
re igiẽ finis ꝛ perfectio hmõi motus videlꝫ renoua=
tio situum est partium ipsius celi per se erit ꝛ motus
celi earum p se cum renouatio situum sit finis ꝛ per
fectio. E contrario aũt didicisti ꝛ dici ꝯsueuit a phi
losophis. Celum igitur extremum seu supremum
necesse est esse quietissimum propter vltimitatem e
longationis sue ab imperfectione et indigẽtia.
¶Amplius. Qualiter creator prouidisset terre de
loco quietis perpetueqꝫ stabilitatis. ꝛ non potius
celo maxime vltimo sed reliquisset eum in inquietu
dine et in instabilitate. Presertim cum post ra=

tionem vniuersalem futuram quam omnis lex pro-
mittit ibi collocādi fuit omnes quibus bonitas cre
atoris pparauit felicitatē eternā ⁊ quelegit ad illā.
Non enī possit ibi esse eis felicitas nisi eorum habi
tatio tam inquieta vertigine cōtinue volueret. Mo
dusquippe vltimi celi eēt omni tempestate rapidi-
or quia ⁊ de quolibet aliorum celorum hoc manifestū
est. De ratione vo mortuorū licet omnis lex eam sup
ponat certitudinem tibi faciam loco suo: vz in capi
tulo de renouatione vniuersi.

¶ De ordine siue positione empyrei celi ad alia
corpora.

His igitur ita determinatis ⁊ posit, vez q ce
Nota lum primum creatum quietissimum sit in
extremo et supremo vniuersi corporei seu
corporalis terra vero et opposito: dico q
cōsequens est vt celum qd est in vltimitate mobilita
tis sit in equali distantia ab illis duobus: hoc est dice-
re in medio eorum. Sicut narrat sermo ppheticus fi
at firmamentum in medio aquarum aquarum quippe
totam massam seu molem que inter terram ⁊ celū
Nota illud quietissimum creata est ⁊ hebrei sm sapientes
⁊ xpiani in rebus diuinalibus pphetantes nomina
tam dixerunt. Quidam aūt etiam terram ⁊ abyssū
ipsā vocatam arbitrati sunt terram ⁊ aquam quia po
tentialiter vtrūque eorum erat. Utrumque ei ex ea erat
generandum et generatum est omnipotenti virtute
creatoris abyssum aūt quidam eam dixerunt pp
profunditatem ⁊ ɔfusionem. Narratio aūt pphetica
ca totum insinuat fuisse aquam a terra vsque ad celū
empyreum ⁊ totum vocat abyssū que est propria no-
minatio aquarum multarum ⁊ in medio hoc aque quā
pre multitudine sua vocauit abyssum. Hic factū fu
isse celum qd ⁊ vocat firmamentum. De igne vero ⁊
aere ac generationibus eorum nullam videt penit⁹
facē mētionē lz quidam ex phis hebreorum sōniauerit q
spiritum domini pphetam aera intellexisse eo quod
apud eos hoc est in littera hebraica legis pro spiri-
tu habetur vētus tanq̄ ventum opinaretur eē aera
motum. Sz ⁊ quidam estimauerunt ⁊ error eorū de
struit in scientia Metheororum per tenebras vero vbi
dicitur ⁊ tenebre erant super faciem abyssi voluit in
telligere ignem elementum eo q tenebros⁹ sit ignis
hmōi. Si enī luminosus esset: videretur vl de nocte
Nota. vel de die cum totaliter circundet aera ⁊ natet super
ipsum et ita totum celum videretur nobis ardere q
sum⁹ in terra: hmōi aūt error est ex ipso sermone p
phetico manifest⁹ est qm̄ sm hoc dixisset pphta q
tenebre erant super spiritum domini id est ignis su-
per aera. ¶ Amp. firmamentum non eēt factū in me
dio aquarum. Si enī eēt factum in medio earū. Si
cut ⁊ ipse textus pphetie dicit pars aquarū eēt sub
eo et pars supra aer vero ⁊ ignis ex necessitate sunt
Nota super omnes aquas: et erant sm ipsū tunc ergo ne
que aer neque ignis eēnt sub firmamento neque iste aer es
set veri nominis sed potius aqua calefacta. ¶ Am-
plius. in ordinatissime locasset de⁹ celum in medio
aquarum cū naturali nobilitate super eē debeat oi
bus elementis ⁊ hoc requirit etiam mot⁹ eiusdē cir
cularis qui recto motu ex necessitate pōr est atque per
fectior. Motus aūt elementorum omnium rectus ē p
pter hanc difficultatem dixit nomine aquarum prophe
tam vsum fuisse equiuoce ⁊ nomine aquarum intel
lectam fuisse totam materiam illam qua facta est ge-
neratio celorum et elementorum. Et in hac equiuocati
one multi etiam sapientum christianorum eidē cōcor
dant dicentes. Cum enī dictum ab eodem pphta.
Congregentur aque que super celos sunt in locum
vnū intellexisse eū notas nobis aquas q̄s maria ɔti
nēt. Cum vero dixit. fiat firmamentum in medio aq̄-
rum ⁊ diuidat aquas ab aquis intellexisse eū predi-
ctam materiam ⁊ ex media parte eius factos fuisse
nouem celos tanq̄ si diceretur. fiat firmamentum in
medio aquarum id est firmitas q est dicere firmetur
earum firmitate scz ac stabilitate celestis forme vt
non subiaceat mutabilitati ⁊ corruptioni cum ipsa a
qua ⁊ inferiora corpora subiacent et intellexerūt ali
qui firmationem istam congelationem ⁊ obduratio
nē instar christalli. alij vero coagulationē simplicit Nota
eam nominauerunt. Sicut quidē ex phis hebreorū
dixit coagulata eē gutta media hoc ē mediū aquarum
siue media pars. Qualiter aūt hoc factū sit in seq̄n
tibus determinare tētabo. Iterum aūt reuertar ad sta
biliēdum probationibus ⁊ declarationib⁹ alijs pri
mum celū qd empyreū vocant qui d illo loquūtur.
Dico igitur q omnis locus qui in mundo est siue oi
um debet terre tanq̄ ei proprius ⁊ naturalis ⁊ ppt
hoc quiescit in eo q̄ete pperua quare supmus locus
in mundo debetur alicui corpori tanq̄ eius proprius
natural ⁊ propter hoc quiescit in eo quieta perpe-
tua est igitur vltra nouem celos mobiles: celum ali
ud quietissimum. Qz si dixerit quisque totum celum
nouum quiescit sm situm ⁊ hoc sm se totum: sed par
tes eius mouentur pp acquisitionem ⁊ renouati
onem situum quos partes inquirunt naturaliter hu
iusmōi sermonis error facile destruitur scz per hoc
qd natura partium eadē ē que et totius quolibet ei
celorum excepto forsitan stellato simpliciter ē hoc est o
mnino hoc est vnius nature in omnibus partib⁹ su
is. Manifestum igr ē qm̄ naturaliter ptes celorum nec
nouos situs nec noua loca inquirunt. Sicut neque ipi
celi. ¶ Amplius. Isti situs non sunt nisi supereminē
tie directe oppositionis super inferiora corpora. Nota
Quare pars cuiuscunque ex celis q̄ non excedit lati-
tudinem terre non habet istos situs ad terram. Cete-
re enī partes oēs declināt siue exeūt a directa super
positione ipsius. Eodēmodo se hz ⁊ d alijs element
id est de igne aere ⁊ aqua. Si hoc igitur querit ad p
fectionem sui naturaliter partes aūt septentriona-
les ⁊ australes eedē naturaliter sunt omnes cū suis
celis. In quirēt igitur naturaliter similes superpo Nota
sitiones orbi terre ⁊ ita mutabunt loca sua vt appro
pinquent ad media celorum suorum ⁊ ita partes pri
mi celi scz noui australes ⁊ septentrionales scz ap-
propinquabunt ad partem equinoctialis circuli si-
ue equatoris diei. Quare dissipabuntur omnes celi
per eandem viam per quā ⁊ nouū. ¶ Amp. Manife
stum est habitationem beatificandorum hominum
seorsum a turbine ⁊ tempestate tante rapiditat. Ne
cesse enī ē illam esse pacatissimam. Si igitur celo in
aliquo collocandi sunt hoies beatificandi seu glorifi
candi in celo quietissimo ac placatissimo collocabū
tur. ¶ Manifestū igitur est tibi si tamē nosci ad hoc
gloriam stati illius q nulla habitatio digna est eis
aut conueniens illi felicitati nisi celestis. ¶ Corpo-
ra enim illorum sicut doceberis in sequētibus in cō-
parabiliter maioris erunt glorie q̄ aliquod ex no-
uem celis noians ⁊ q̄ aliq̄ ex stellis vel luminarib⁹.

Nisi collocarentur in celo tam rapide volubilitate aut reuoluerentur cū eo ⁊ tunc inquietissima esset vi-
ta eorum aut turbulētissima: sed et reuolutiōis ipso-
rum impossibile esset fructum aliquem aut vtilita-
tem inuenire: aut starent celo illo reuoluto et tunc ex
necessitate tot scissure fierēt in corpore celi illi⁹ quot
essent ibi corpora glorificandorum hominum: ibi au
tē ponūt omne celū insecabile et impassibile. ¶ Am-
plius cum terra imobilis sit et extrema pars mūdi
id est celum mobile ipsiq; ponant mundū animal eē
quemadmodū et plato ponit ipsum esse animal cu-
ius pes id est infimū immobilissimū est caput autē
Nota mobilissimū: hoc autem videtur peruersitas. ¶ Am
plius: in vno quoq; genere perfectum est melius et
prius imperfecto: et non indigens indigente: inquā-
tum talia sunt. Corpus igitur quod non indiget mo
tu neq; vt perfectione: neq; vt via ad perfectionem
melius est atq; prius indigente alterutro dictorum
modorum. Que autem meliora ac perfectiora sunt
prioraq; aliis magis sunt et digniora sunt vtsint q̄ il
la. Quare si sunt corpora imperfecta indigentia et
posteriora erit ex necessitate multofortius celum q̄-
le prediri tibi videlicet perfectum et non indigens
motu. ¶ Amp. si deus creasset hm̄oi celum quale di-
ximus non est dubium quin multum addidisset per-
fectioni vniuersi corporei seu corporalis et tunc eēt
completum in genere suo et nullum ei genus operū
deesset. Quare manifestū est si deest ei istud incōple
tum ipsum esse in genere suo. Omniū enim corporū
nobilissimū ac perfectissimu eidem deesset. Quem-
admoduū etiam mundus elemētaris incompletus
et imperfectus esset si ei vel ignis vel aliud ex ele-
mentis quatuor deesset. Quia igitur compleuit de⁹
et perfectum fecit omne suū vniuersum corporeum
necessario dedit ei hanc partem nobilissimā et que ē
tanq̄ caput ipsius ⁊ ꝓpter hoc quasi sine capite ipsū
fecisset nisi caput istud id est membrum eiusdē nobi-
Nota lissimū in supremo ⁊ quasi in eiusdē vertice collocas
set. Q; si dixerit quisquia ociosum esset illud celum
iam dedi tibi super vnam vtilitatem ipsi⁹ videlicet
habitationem iocundissimā hominum quibus dan
da est eterna illa felicitas. Aliam vero complemen
tum siue perfectionem vniuersi corporei. Terciam
adducunt aliqui ex theologicis sanctisq; doctoribus
valentem habitationi angelorum: dicentes celum il
lud q̄cito creatum est sanctis angelis esse repletum.
Et hanc reuera questionē defficile determinabilem
Si enim celum illud locus corporalis est repleri nō
potest nisi corporeis substantiis. Spirituales enim
substantie sicut et magnitudinē corporalē nō habēt
sic nec locum replere possūt. ¶ Amp. quid ad hm̄oi
substantias de habitatione corporali. Sicut enim ni
chil ad corpora de habitatione spirituali sic nihil ad
spiritus vel spirituales substantias de habitatione
corporali. Propter huiusmodi ratiocinationes irri
dent imperiti sermones sanctos autenticos et diui-
nis reuelationibus editos et scriptos. Ego vero in
tractatu de huiusmodi substātiis: videlicet abstract;
inuisibilibus patefaciā tibi veritatem si deus volue
rit. Quarta vero vtilitas celi empyrei est manifesta
tio glorie ac magnificentie creatoris: quemadmodū
enim in palatio regali ex assistētibus ipsi regi ex mul
titudine ac varietate ministrorum ex ornatu et ap-
paratu ipsorū: nec non ex ipsis obsequiis eorundem
ex ipsa etiam mirificentia ⁊ decore palacii apparet
magnificentia ⁊ gloria regis. Sic i isto celo tanq̄ re
gi seculorum preclaro nobilissimoq; palatio dei glo
ria incogitabiliter cōspicitur: vbi milia milium mi-
nistrāt ei: ⁊ decies centena milium assistūt eidē. Vbi
innumerabiles milium celestium chori laudes eius
ineffabilis concētus suauitate resonant incessanter.
Vbi tantus est decor tanta claritas ⁊ pulchritudo: tā
speciosus ornatus omnium et singulorū vt terreni
regni gloria quantūlibet inclíti atq; magnifici mo-
dicissima ac seruilis administratio ad illius compa
rationem certissime apparet.

¶ Nota solutionem questionis superi⁹ dicte.

Quod autem querunt quid ad sanctos angelos de habitatiōe loci corpora- Nota
lis ptineat quāq̄ in seipsis aliquid sē
tire possint: vicz quantū pertineat ad
aīas humanas. Que indubitanter in
corpore sunt quantum inq̄ pertine-
at ad ipsas de habitatiōe sua in corporibus q̄ vtiq;
habitacula earum sunt. Quantū diligant speciosi-
tatem eorum sanitatem: ⁊ alias bonas dispositiōes
ipsius: ⁊ qđ est ab eis remotius quantū diligant do-
morum etiam corporaliū pulchritudinem: ⁊ qđ vl-
tra est atriorum ⁊ ortorum amenitatem: ⁊ qđ mag;
adhuc longe ciuitatū etiam suarum magnificentiā
⁊ amplitudinē. ⁊ qđ est post omnia hoc totius regio
est: vt regni in quibus corpora earum sūt similes di
spositiones: licet nichil salubritatis afferant cor
poribus earum. Si hec omnia attenderent ex hac
cōparatione ad angelos sāctos aliquid qđ nobilita Nota
te atq; speciositate celi empyrei pertinere: nec irride
rent: nec forsitan mirarentur. Cum autem diligenti-
us vniuersum corporeum cogitaueris ⁊ homini cō
paraueris inuenies ipsum ostēsum in consideratio
ne illius: videlicet quia quemadmodū homo qđ spi
ritualius est in ipso hoc habet intimū hoc est intus
Quod autem est corporeum hoc hʒ extra. Videbis
mundum siue omne ecōtrario se habētē hʒ enim cor
pulētiorē sui partē ac viliorē intimam ⁊ hec est ter-
ra. Subtiliorem ⁊ a corporali grossicie remotiorē
hʒ extimā siue forisecam: ac si diceretur: quia mund⁹
habet corpus suum intra ⁊ cor extra circundans ip
sum corpus: ⁊ circūuoluens ex omni parte homo ve
ro corpus hʒ extra ⁊ cor intra minus suo corpore pe
ne incōparabiliter: corpus autē maius ipso corde
ecōtrario aūt se hʒ omē siue mūdus: cor enim habet
maximā partē in totalitate sua id aūt didicisti: quia
cor vas est ⁊ receptaculū propriumq; vite ad vitaliū
q; etiā sedes est seu solium ipsius anime totū residu-
um regētis ⁊ ministrantis. Sic celū vltra ea q̄ maxi
ma vitalia sunt mūdo seu vniuerso cōtinere necesse
est ⁊ eē creatori sedē ac soliū vniuersū regētis ⁊ ami
nistrantis. ⁊ hic est sermo q̄ sepe apđ ꝓphetas legit
ex psona eiusdē. Celū sedes mea: ⁊ in celo sedes ei⁹
⁊ quicūq; de gloria ei⁹ ad dignū locuti sūt celū sedem
ei⁹ eē dixerūt sicut narrat Aristotelis in libro celi et Nota
mūdi. Sedem; aūt indubitanter necesse est eē quie-
tam ac stabilissimā. Est igitur celū empyreū velut
amictus splendoris totius mundi: ⁊ velut tectū pul
chritudinis p̄clari palacii dei ac dominatoris omni-
um seculorum ⁊ velut operimētum speciosissimum
templi ipsius qđ vtiq; totus mundus est: ⁊; est habi-
taculum glorie ipsius penetrale ac intimū iuxta qđ

predixi tibi: quia qd̄ extimum est in mūdo hoc est intimum ac nobilissimum in eodem: alia comparatione: velut sacrarium est in eodē tēplo qd̄ est mundus. Sacrariū inq̄ continens ⁊ recipiens quecūq; in toto vniuerso sancta vel sacra sunt: ⁊ dignitate taz nobilis habitaculi digna. ⁊ ipsum est celum qd̄ celat et cōtinet oīa tā visibilia q̄ inuisibilia: ⁊ ꝑpter hoc potissimū celi nomine dignissimū. Qui sensisse videt̄ qui dicit: quia celum est continentie visibilium et inuisibilium istud celum domus dei vberrima: a cui⁹ vbertate inebriantur omnes qui in ea sunt: ⁊ de cuius plenitudine instar tenuissime atq; rarissime irrorationis in istam regionē inferiorem aspergitur. Ipsū est ciuitas quā fluminis impetus letificat quā torrēs voluptatis spūalis ineffabilis replet. iuxta sermones prophetarū: a quorū fide ⁊ veritate suadeo tibi quātū possum in nullo recedere. Quā autē est primarum ac nobilissimarum substantiarum idem autem est ordo substantiarum qui et locorum seu habitationum eorū consequens est: vt quemadmodum ille prime sunt inter substantias: sic habitatio earum prima inter habitationes ordie nature: quare sicut ille primo creāde fuerunt inter substantias: sic ⁊ habitatio earum inter habitatiōes. Quare celum illud creandū fuit inter celos et locus ille p̄mo creandus inter loca.

Nota

¶ Amp̄. Si mundus est velut domus regia habens omnes sibi cōgruentes officinas. In domo autē regia principalis portio aula est seu palatiū ⁊ ꝑpter hoc primo edificanda: deinde alie officine tanq̄ appendentes ei: ⁊ non existētes nisi propter illam. Manifestum autem est: quia celū illud omniū partiū mūdi: amplius est atq; capacius. et ꝑpter hoc aule vel palatij nomine inter partes mūdi solum dignū: primo igitur edificandū fuit ab ipso rege cuius aula vel palaciū est. Deinde alie partes mundi tanq̄ domus istius regie varie officine. Eo autē ordine quo palatia regibus alijs edificantur. Primo igit̄ creatū fuit quātum fuit de ordine nature. Sz vt iam dixi solum creari non potuit: qz intra ipsum fuisset vacuū si solum creatum esset: quare creata fuit cū eo terra tanq̄ ei contraria: vt in sequētibus dicam. Qualiter autem creatum fuerit illud celum vno verbo expediot: quia non per corruptionem alterius: alioquin iret res in infinitum: iuxta errorem Aristoteris qui per hoc probare intendit generationē ⁊ corruptionē eternas esse. hoc est non habuisse initium. Quare creatum simul fuit in sua materia ⁊ forma: id est materia eius ⁊ forma simul create sunt altera in altera vel sub altera. Post ipsum vero et sub ipso situ et loco creata est materia aliorum generandorū: hoc est celorum ⁊ duorum elementorum que sunt ignis et aer. Vegetabilium omnium ⁊ animalium ⁊ aliorum generabilium: hec ergo materia fuit aqua: iuxta nominationem propheticam: ⁊ reuera aqua omī est elementorū generationi aptissima: ita q̄ ex ea sola vīr fieri generationes vegetabilium. sola enim corrumpitur ⁊ consumitur in generatiōe vegetabiliuz quodcunq; ⁊ quātecunq; fruges ex agro aliquo generentur: terra agri in nullo minuitur quantitate. Ad hūc modum inuenies: ⁊ de machinis vegetabilib⁹ se habere: quantecūq; eni silue ex mōtibus oriantur montes in nullo per hm̄ōi generationē minuūt̄: qd̄ euidētissimuz est in in silius cesis: ⁊ etiam exstirpatis. Redeuntibus enim illis per generationē vel excrescentibus: non inuenies diminutam quantitatē terre. Inuenies autem ipsā manifeste crescere: quēadmoduz si vas certe quātitatis terra repleueris: et in eo aliud plātaueris vel seminaueris aquā irrigāuerim siue pluuialis siue alia: manifeste videbis semper corrumpi atq; cōsumi. terram autē crescere vltra quantitatem quā habeat quādo primū ex ea vas repletū est. Quare generationes vegetabiliū ⁊ animalium que ex terra fiunt aque: marie debent̄. Ex aere vero vel igne si que fiunt generationes pauce atq; rarissime fiunt. Apparet igit̄ tibi ex his aquā esse omnium elementorum generationibus aptissimum propter hanc causam generationes celorum animaliumq; ac vegetabilium expositurus propheta aquam vocauit communem illam materiam: ex qua hec omnia generāda erant. vel quia reuera aqua erat. De qua verissime est q̄ partes eius non essent eiusdem puritatis oēs. Cum eni profūditas earū esset a terra vsq; ad celū empyreū: non est mirum nisi partes ille q̄ viciniores erant loco puritatis: ⁊ remotiores erant a loco feculentie: ⁊ aliene admixtiōis puriores erant eisq; contrario se habebant. Sicut et in omni profūditate aquarum contingit: ⁊ in aere ipso q̄ indubitāt purior atq; subtilior est cum partibus suis a terra ⁊ aquis remotioribus. Debuit etiam idem ordo partiū esse materie illius in sublimitate atq; puritate q̄ erat in altitudine ⁊ depressione: ⁊ propter hoc feces ⁊ sedimen seu residentiam aliorum elementorum terram quidam philosophi vocauerut.

Nota

¶ Amplius. qz celum vltimum purissimum est: ⁊ ab omni feculētia remotissimum: terra vero econtrario feculentissima et a prima sinceritat remotissima: cum omnia corpora in mundo ordinatissime posita sint consequens est vt que est comparatio mediorum corporū in elōgatione et propinquitatem ad illa extrema eadem sit eorum adinuicem in feculantia ⁊ puritate ingrossicie ⁊ subtilitate: ⁊ eadē ratio est i vno illo medio ꝑpt partes suas ⁊ in pluribus. Intelligo autem hic sic: qz eadem debet esse comparatio partium materie illius siue fuerit aqua siue aque similis que ⁊ corporū eodem ordine in loco partium illarum positorum. Siquis autem dixerit: quia celi non potuerunt fieri de aqua tanquam materia aque non fuerit potēs sine aqua recipere formam celestem. Sermo ei⁹ erroneus est. materia namq; corporalis prima postq̄ nudata fuerit a forma sua corporali potentialitas est indeterminate et infinite: ⁊ communes ad omnes formas corporales: nec magis appetens vnam q̄ aliam: qd̄ autem in generationibus que fiunt i mundo nature magis recipit quandoq; vnam q̄ aliam ex virtute agentis est ⁊ victoria qua expellit formā sibi contrariam a materia ⁊ superinducit suam tanq̄ potens fructus super huiusmodi materiam. Ubi vero non est agens nisi creator multo incomparabilius sic inducet materie denudate formam quaz noluerit ⁊ elegerit. Nichil enim est potentialitas materie vt obsistat beneplacito creatoris: ⁊ idem sentiendum est in omni alia natura. Nichil enim adeo naturale est vnicuiq; nature: vt est obedire volūtati creatoris cum nichil habeat vna queq; natura nisi qd̄ de voluntate ipsius illi datum est ab eo. Non enim circa se: sed sibi et ad se fecit omnia creator: et propter hoc nichil contra se: hoc est vnde rebellet vel rebellare velit aut possit naturaliter dedit alicui cor-

Nota

¶ De materia empyrei celi.

dicta sunt abreuiabo sermonē et subscindam narra
tionem compendio vt scias in paucis qualiter ⁊ que
ponenda sunt de his secundum opiniones hmōi ho
minū. Dico igitur quia nullomodo infamādi sūt de
malitia vel infortunio planete vl' alie stelle. Sʒ q̄ po
nūt saturno vl' vī vl' potentiā adiuuandi dirigēdi vī
Vide intellectiuā hūanā nullomō dn̄t eis attribuere cor
ruptiōes aut puersitates ipī⁹ neq; inclinationē siue
intensionē eiusdē ad fraudes dolos astucias simula
tiōes atq; mēdatia. Sʒ hec oīa fieri in vi itellectiua
p ieptitudinē siue ihabilitatē susceptibil' ⁊ hec ine
ptitudo ē ei a pte mrie hoc ē corpis. Cui⁹ exēplū ē i
vitio claudicatiōis. Cū eñi natura intēdit virtutem
gressibilē debite bonitat̄ p̄stare aīali vl' adiuuare eā

in animali per instrumēta gradiēdi inhabilitas seu
ineptitudo materie que fecit vt alterum crus alte Nota
ro sit breuius in huiusmodi animali cogit gressum
nō esse rectum et esse claudicationē. Sic est videre ⁊
in opatiōe ignis q̄ q̄ ē calefactio in vno ē adustio
in altero et vides difficultatem et tarditatem cale
factionis in ferro: facilitatem autem et celeritatem
cōbustionis in paleis et stuppa et quia longe citius
q̄ calefieret modicum ferrum magna quātitas stup
pe cōbureretur. Sic est tibi manifestū in compatio
ne lucis: que quidē visum in quibusdā adiuuat. In
autē impedit maxime si vehemēs fuit. In quibusdā
etiā penitus tollit quemadmodū in vespertilionib⁹
et noctuis ⁊ aliis hmōi animalib⁹ quoꝝ visus viget
in tenebris et cōfortatur etiā ex densitate tenebraꝝ.
Iuxta has vias et ista exempla ponendū esset astro
nomis si veritas subesset opinioni eoꝝ. Verbi gra
tia. Cū saturn⁹ scdʒ eos aspiciat i vtutē intellectiuā
anime hūane a parte corpis q̄ō multū et lōge plusq̄ Saturnus.
adhuc innotuerit potest in animam humanam im
peditur tñ operationum huiusmodi saturni in vir
tutem intellectiuam ⁊ impeditur iam vel inuertitur
seu torquetur in aliud vel etiam in cōtrariū in quod
cadit de virtute saturni super virtutē intellectiuam
et hoc est quia cum secundum eos saturnus intēdat
dirige re et illuminare virtutem intellectiuam hūa
nam ad ea cognoscēda que recta et vtilia et interdū
vsq; ad splendorem prophetie. Impeditur hec in
tentio ei⁹ ⁊ operatio a parte corporis quod anime
illi comūctum est et cū ex huiusmodi illuminatione
debet eē studios⁹ circa sciētias sacras ⁊ diuiales effi Nota
citur curios⁹ circa alias. Similiter cum deberet per
hoc esse solicitus rerū bonarū ⁊ vtilium ⁊ ad sancti
ficationē animarū pertinentiū prouidendarū ⁊ agē
darū efficitur melācolicus ⁊ cogitator vanarū ⁊ in
terdū impossibiliū rerum vel excogitator rerū no
xiarū quales sūt fraudes ⁊ doli circūuentiōes alio
rum simulationum ⁊ deceptiones. ⁊ hmōi exēplum
similiter est videre i visu corporali exteriori. In quo
accidit q̄ cū intorquetur vel premitur aliquomodo
pupilla oculi vnū videtur duo ⁊ interdū vnū videt
multa sicut in his que euacuati sunt p vigilias ⁊ ie
iunia vna fenestra vitrea videtur eis multa et vna
lucerna multe. Similiter ⁊ quibusdā quotiens litte
ras aspiciunt videtur sibi videre tria puncta vel q̄t
tuor lucidissima vel etiā plura. De aliis deliramen
tis melancolicoꝝ scʒ que tam multa ⁊ tam stupēda Deliramenta melācholicorum.
sunt vt vix credibilia videantur innumera suppetūt
exempla que scribi non oportet. sed ad hec ista tibi
agregaui ⁊ posui vt ex eis intelligas q̄ ea que sunt
de erroribus ⁊ peruersitatibus atq; fallaciis visus
non sunt ex ipsa virtute visibili per se neq; a vtute
altiori impendēte rectitudinē ⁊ bonitatē ipsius. Sʒ
a parte instrumenti est siue materie. Sicut vides in
obliquatiōe visus quā habent homines qui vulgo
strabones vocātur. Non enim hmōi obliquatio ex
virtute visibili directē et per se nec a virtute subli
miori multofortius cum virtutes quāto sublimio
res sunt tanto purioris bonitatis et maioris recti
tudinis eas esse necesse sit et hoc est propter appro
pinquationem earum maiorem ad potissimū atq;
rectissimum quod est creator benedictus. Iuxta hūc Nota
modum esset eis dicendum sm opinionem suam de
erroribus et peruersitatibus virtutis intellectiue
humane atq; de alteratiōibus ⁊ deliramētis eiusdē

⁊ vt curram per singula iuxta hūc modū esset eis dicendum ⁊ de ioue: quia cum ipse intendat super animas humanas vt ipsi ponunt fidem siue fidelitatem clementiā iustitiam benignitatem modestiam mansuetudinem a parte materie: id est corporum impeditur hec eius operatio quemadmodū: cum quis intēdit calefactionem cere: ⁊ remollitionē eius atq₃ aptationem ad scripturas ⁊ sigillationes debilitas materie ipsius cere dissoluit eam per calorem in liquefactionē. Sicq₃ fit vt cū debeat dictā remollitionē atq₃ aptationē recipere recipit dissolutionem et liquefactionem. Sic secundum eos dici oportet vt cū aīa humana debeat recipere a ioue secundū intentionē virtutis illius clementiā et benignitatem que sūt sicut animi apta mollicies ⁊ aplicabilitas ad oīe bonū et iustum recipit ex eadem virtute p occasionem dissolutā remissionem ⁊ flexibilitatem debilissimā. Sicut potest fieri secundū eandem opinionem p cōtrariā materie dispositionē vt recipiat anima hūana pro iusticiā et equitate rigorem crudeliā ⁊ clementiam inexecrabilitatem seueritatē pertinacissimā imo seuiciam que omnia cum victa sint pestilentissima iusticiā reputari se faciūt ab imperitis ⁊ parum videntibus. Sicut et de marte ponere cogitur expositionibus suis quod intendit virtutem magnificencie prestare animabus humanis. Iramq₃ ⁊ indignationē iustissimas ⁊ horrē dicere in res viles ⁊ ignominiosas atq₃ res odibiles quales sunt vicia ⁊ peccata per dispositionem autem materie q̄ predixi tibi cōtraria recipiāt anime humane ex virtute martis ctā q̄ excessus aut diminutiones quemadmodū cum debeat aliquod ex corporib⁹ recipere calorē ab igne siue calefactionē recipit ex debilitate mīe arsionem. Similiter et cum debeat recipere coctionem recipit vstionem. Cuius exemplum euidens est in carnibus macilentis hoc est pinguedine carentibus que se assari non paciuntur quin etiam adurutur. Sic de venere eas ponere oportuit iuxta opionem suam quia cum ipsa intendat vim generatiuam vel prestare vel adiuuare atq₃ dirigere materie corporalis dispositio eam vi extendit in plus et in excessum intollerabilem extendit quippe eandem in luxuriam interdum insatiabilem et publice prostitutam. Sic et de mercurio cum ipse secundum eos intendat adiuuare atq₃ dirigere virtutem interpretatiuam in anima hūana et prestare eloquentiam contraria dipositio materie corporalis facit nec non eloquentia sed loq̄citas et histriōica garrulitas. Statirica mordacitas alia huiusmodi que humanam loquelam viciant et maculant recipiantur. Sic de sole eis existimandum fuit vt cū ipse intendat p̄stare p̄cellētiā et p̄cellētiā virtutem regiam id est aliorum regitiuam q̄ maxime decorat et exornat humilitas recipitur per ineptitudinem materie corporalis superbia ⁊ dominandi libido arrogantia relatio et violenta oppressio aliorum. Eodemmodo et de luna sentiendum esset eis iuxta opionem suam quia bona tantum et bene intendit animabus humanis et per hanc viam. Sicut in euidenti est stāt bonitas absq₃ villa infamatione malicie in septem planetis. Scito autem q̄ ego non loquor hic nisi de virtutibus naturalibus aut viciis q̄ per corruptionem nature videntur animabus hūanis innata: qualis est irascibilitas in multis leuitas atq₃ lubricitas et alia huiusmodi que medici nō culpe sed naturalibus complexionibus attribuere consueuerūt. Debes etiam scire quia pauca valde rememorari tibi de virtutib⁹ et effectibus quas posuerūt planetis de quibus libri eorum refertissimi sunt faciam etiam tibi de his rememorationem breuem quidem enim ad similitudinem quorundam partiū hūani corporis planetas in mundo posuerūt. Verbi gratia. lunam tāq̄ cerebrum. Solem velut cor. Mercurium vero sicut ligam propter virtutem interpretatiuam et eloquentie labia eidem deputantes. Venerem vero tanq̄ membra genitalia ꝑpter virtutē generationis que ex illa est secundum eos et in illis sedē h̄re vr̄. Martē vero fel propter excessum caloris colerici. Iouem v°o sicut epar ꝑpter temperatiua ꝑ eiusdem ⁊ multiplex adiumentum vite. Saturnū vero vt splen quia splen receptaculum melancolie posuerunt et has naturas ipsis planetis imposuerunt dicentes. Saturnū t treum virtute et efficacia ⁊ harmoniam eius esse ad melācoliam que terre inter humores maxime concordat cum frigida et sicca sit ad similitudinē terre. Iouem vero posuerūt aereum eadem ratiōe et harmoniam habere ad sanguinē ꝑpter caliditate ⁊ humiditatem in quibus sanguis concordat aeri. Martem vero simili ratione colore erugino sc̄ deputauerunt propter excessū caloris. Venerē vero ad fleumā dulcem q̄ habet admixtionē sāguis. Mercuriū vero ad coleram adustū. Solem vero ad colerā rubeam naturalē. Lunā vero ad fleuam naturalem. Habēt autē ista omnia questiones defficiles et vix explicabiles secundū eos. Cum eni saturn⁹ sit omniū planetarū supremus ⁊ a terra elongātissim⁹ quare ei naturā terre que omniū infima ac innobilissimā est elementoꝝ attribuūt. Eandem questionē habet ordinatio in naturis signorum duodecim secundum ipsos. Cum enim arietem posuerunt igneū Qua de causa signum thauri quod vtiq₃ terreū existimauerunt statim post signum arietis et proximo ante signum geminorum posuerunt: hoc enim est ac si terram mediam ⁊ vtrumq₃ ꝯtingentem inter ignē ⁊ aera posuissem hic autem non habent qua fugiāt nisi duas vias quarum altera est: sicut tenebre ⁊ huiusmodi tenebras multi reputant effugium atq₃ refugium imperitie sue. Quotiens enim interrogantē causam quam ignorant recurrunt ad occultas virtutes dicentes: causam esse occultam ⁊ virtutem abscōditam ex qua res huiusmodi est. Alia via est vt sciās quia cum in corpore animalis sint ossa ⁊ humores ⁊ ossa quidem terrea sint hoc est terrestris nature suscipiunt tamen vitam que nobilis valde operatio ē omnium animarum. Sanguis vero cum sit nature sublimioris ⁊ aereus complexione hoc est calide et humide nature operatione tamen vite ⁊ motus non recepit. Similiter neq₃ colera cum sit natura ignea ⁊ complexionis calide ⁊ sicce iuxta modum istum cū cor in animali quocunq₃ sit natura terrestrissimum ē tamen nobilissimarum operationum organum ⁊ velut fons atq₃ sedes vite ⁊ motus ⁊ sensus in eo perficiuntur etiam sublimiores operationes videlicet intellectus ⁊ diiudicatio ⁊ voluntatis operatio que ē velle ⁊ hoc quidem quatenus in corpore pfici pōt eis cōpetere ꝑpter qd̄ et Aristoteli visū est cor hūanum sedem eē aīe hūane cū platoni visū hoc eēt de capite.

Nota.

Sol.

Luna cerebrum

Sol cor.

Saturnus ad melāncholiā

Venus.

Nota.

Iudicium aũt opinionis sue posuit aristoteles:hoc
q̃ compressio corde.i.venis que prime egrediuntur
a corde compressis inq̃ circa cor cessat omnis mot⁹
ꝛ sensus in toto corpore humano quemadmodum ac
cidere nouisti in morbo qui vocatur ephialtes: vul-
go autem apensordus propter ponderosam oppres
sionem quam efficit supine iacentibus et dormienti
bus. Attestatur autẽ aristoteli in parte ista tam he
breorum q̃ christianorum opinio ꝛ doctrina. Utraq̧
quippe dicit mala viciorũ ꝛ peccatoꝝ atq̧ bona vir
tutũ de corde ꝓcedere. Uides igr̃ quia terreitas aut
complexio terrea non prohibet naturaliter aut im-
Nota pedit receptionem operationum nobilium. Dicitur
autem ꝛ aristotelem dixisse omnes ingeniosos melã-
colicos esse.ingeniositas autem est vna ex nobilissi-
mis anime humane ꝟtutibus. Quare terrestris na
tura vel complexio nullatenus impedit receptionẽ
operationum nobilium. Cum igitur saturnum non
posuerunt terreum sua ipsa natura ꝛ complexione:
sed virtute ꝛ efficatia sup terrea seu terrestria addã
ꝛ pro ipsis exemplum aliud. ¶ Manifestũ enim ẽ cõ
siderationem in hoc facere volentibus atq̧ valenti-
bus:q: homo terrestrioris est substãtie q̃ pisces aut
aues nec mirum cũ ipse ex terra factus sit illa vero
ex aquis. Isto vero nobiliorũ ꝟtutum ꝛ operatio
cum sit susceptibilis ꝛ effectiu⁹ q̃ alia animalia non
indiges edoceri eodemmodo est eis respondendum
neq̧ eis idemptitas ordinis neq̧ diuersitas neq̧ vi-
cinitas aut ꝓximitas similia officiunt i partib⁹ cor-
poris animalis. Sicut vides in cranco ꝛ cerebro hu
manis quia craneum cum sit terrestrissimum locum
tenet in corpore supremum humano. Cerebrum ꝟo
cum plurimum habeat de natura aque locum tenet
secundum:fel vero ꝛ splen eregione sibi opposita sũt
sub duobus lateribus:debent autem esse sm̃ hunc or
dinem:qui eis obijcitur fel supremũ in corpore hũa-
no cũ habeat naturam primi elementi hoc est ignis
et splen deberet habere locum infimũ propter natu-
ram terre non autẽ sic est. Quoniam igitur inuente
sũt in celo stellarũ fixarum varie virtutes ꝛ multipli
cis nature stellarũ nihil prohibet diuersarum virtu
tũ stellas sibi inuicẽ esse proximas:cum tamen illa
proximitas que ad sensũ videtur pregrandis elonga
tio sit. Sicut igitur diuersa membra ꝛ diuersaꝝ con-
plexionũ diuersarumq̧ naturarum atq̧ virtutũ cõ-
iunxit creator in corpore humano congruẽtia decen-
tissima et admirabili iuxta profunditatẽ sapientie
sue ꝛ bonitatis. Quemadmodũ opifex aliquis vel
Nota opifex volẽs ornare ac decorare tabulã aliq̃ vl̃ vas
aliud gemmarũ ꝛ aliorũ lapidũ preciosorũ varieta
te:nõ omnes smaragdos simul põit et in ordine vno
neq̧ omnes saphiros similiter neq̧ carbunculos et
ita de alijs. Sed smaragdũ iuxta carbunculum dein
de saphirũ:quarto ametistũ vel alio ordine prout ei
decẽtius aut pulchrius esse videbitur coniũgẽs colo
res valde diuersos. Sic fabricator omniũ deus stel-
las multipliciũ virtutum:variarumq̧ pulchritudi-
nũ in celis ordinauit pro beneplacito suo decẽtia mi
rabili ac decore. Quapropter cõiunxit terreas igne-
is ꝛ aereas terreis ꝛ adhuc modu ꝫe alijs prout vi
dit congruere pulchritudini ipsius celi ꝛ forsitan na
turis ipsarum stellarum atq̧ colorum. Medulla eñ
decenter locatur in osse licet contrarie nautre sit ipsi
ossi. Sic et caro decentissime coniungitur neruis et
ossib⁹ lic ꝯmultũ diuersarũ naturaꝝ sint atq̧ ꝟtutũ.

Ut autẽ confirmationem tibi faciam de radicib⁹ su-
dictorũ astronomicorum:dicam breui sermone:quia
quod maxime probabile videtur de virtutibus ꝛ ef-
fectibus stellarũ et luminariũ habetur ex operatio-
nibus virtutũ rerum aliarum tam animaliũ q̃ par
tium ipsarum amplius herbarum medicinarum la
pidum ꝛ iste virtutes sunt sicut aspectus ꝛ habitudĩ
nes ipsarum ad alias res. Quoꝝ primum exemplũ
pono tibi. Basilisci serpentis cuius aspectus et ha-
bituto ad naturam humanam est sicut odium aut ira
vehemẽtissima et ira est per quã interficit homines
cum ipsũ viderit cõmouetur enim aspectu humano
in tantã iram et talem impressionem mortis q̃ facit Nota
in homine et cũ de naturis occultis alioꝝ animalium
similia et forte maiora aduertis non miraberis hec
Sic vides de medicinis reubarbari aspect⁹ est in co
leram et est sicut odiũ nature aspectus huiusmodi
et cõtrarietas quedam imperiosa vt diffuget ipsam
colerã et exire compellat a corpore humão quasi fu
gientẽ a facie ipsi⁹. Sic mirabolanoꝝ genera in hu-
mores suoꝝ colorum vt medici testantur Sic tiriaca
in venenũ quod est ex cibo habet aspectum siue ha-
bitudinẽ odij imperiosissimi ꝓpter quod fugit a fa
cie ipsius ꝛ presẽtia huiusmodi veneni:ferrũ autem
ad lapidem magnetẽ duos habet aspectus at terciũ
quasi mediũ et cõpositũ: et primus aspectus eius ẽ
quasi habitudo amãtis in amatum ꝓpter quod tra
hitur ab ipo ꝛ sequitur ipsum sed limitata longitu-
dine quocunq̧ translatus fuerit. Contrarius autem
aspectus et habitudo est ei ad aliud genus magnetꝭ
a quo fugit tãq̃ ab hoste. Tercius aspectus est ei ad
tercium genus magnetis qui trahit ipsuꝫ altera sui
parte altera vero diffugiat et repellit et iste aspect⁹
est quasi cõpositus ex duobus primis. Sic omnium
lapidũ preciosorum ꝛ politorũ est quidam aspectus
amoris ad paleas modicas atq̧ leuissimas. Sic ꝯcõ-
siderande sunt tibi virtutes omnium lapidum ꝛ gẽ- Nota
marum: quemadmodum dicitur de saphiro q̃ aspi
cit in antracem morbum et in ardores febriles ꝛ hu-
iusmõi aspectus est sicut odij ꝓpter quod ꝛ istum sa
nare et illos refrigerare creditur a multis. Mirabi
lior autem aspectus inegritudines oculorum est il-
lius saphiri qui in oculos morbidos proprio motu
insilit et intrans eos atq̧ circundans suauissima de-
tersiõe mundificat illos ꝛ humorem noxium inde se-
cum extrahit. Extenderunt autem istos aspectus la-
pidum atq̧ virtutes inopinabiliter facientes eos ꝛ
ponentes spirituales. Imposuerunt quippe smara-
gdo aspectum in diuitias :aspectum dico attractum
dicentes quod eos attrahat possessori suo. Sic ꝛ la-
pidi topazio aspectum in ardores spirituales et re-
frigerat tantum ipsorum ardores autem isti sũt. Cu Nota
piditas auaritia: luxuria. et omnes excessus mali
amoris. Simile aspectum posuerunt ametisto circa
ebrietatem. Omnium autem huiusmodi aspectuũ
mirabiliora et virtutis incredibilis posuerunt lapi-
di eliotropie:est autem lapidis huiusmodi viridis:
ad modum iaspidis vel saphiri stellis rubeis stella-
tus et est prim⁹ eius aspectus satis mirabilis in so
lem cuius radios in sãguinem conuertere dicitur fa
cit enim eos apparere sanguineos propter quod et
nomem habet eliotropia ab elios quod est sol et tro
pos quod est conuersio. Secundus aspect⁹ est ei om-
nibus mirabilior et est in oculos seu visum hominũ
quoꝝ aciẽ ita ꝯstringit vt dicũt vt videri nõ permittat

portantem illum. Uerumtamen hoc facere non vi-
detur sine adiutorio virtutis herbe eiusdem nomi-
nis que vocatur eliotropia hoc est sollequium. Cui-
dam vero lapidi iaspidis et inuenitur in nidis aqui
larum imposuerunt aspectum ad serpentes et vir-
tutem fugandi eos propter quod et aquila: tanq̄ ad
custodiam ouorum suorum ponere illum dicitur in ni-
do suo. Iuxta huiusmodi operationes aspect⁹ et habi
tudines est inuenire multas alias que possunt adiu
Nota. uare estimationem tuam ad opinandum de sententi
is dictorum astronomicorum. Sicut est illud de pelle vi
tuli marini que dicitur auertere et repellere fulgur
et tempestatem et de quibusdam alijs rebus. Eodē
modo et de aspectu formicarum ad cor vppupe a cu
ius presentia fugiunt vt dicunt. Similiter et fel cor-
uium quod deterrere dicitur homies a loco in quo
abscōditum fuerit cum quibusdam alijs rebus. Sic
et apium ramū a quo fugiunt oues sicut a mortife-
ro. et q̄ vr signū mirabilib⁹ huiusmodi morum, nam pirit i
epatibus ouium in quibus vt dicunt figura apū ra
mi descripta naturalis apparet. Et similis aspect⁹
videtur esse inter oliuam et meretricē q̄ si meretrix
plantauerit perpetuo manere in fructuosā vel are-
scere dicunt propter quod in aliquibu sregionibus
procurant agricole vt a virginib⁹ et incorruptis mu
lieribus plantetur oliue. Sunt et alia particularia
sicut est illud quod quidam homines vehement hor
rent aspectum catti ita vt illum videre sine horrore
Vide. grauissimo non possint. Eodemmodo se habent q̄
demalij ad canem q̄ si consideraueris empyrica me
dicorum inuenies admiranda que opinionem exce-
dant Aggregata igitur ratiocinatione tanq̄ per ali
quam coniecturam dicere potuissent: si aduertissēt
quod si in corporibus terrestibus sint tot et tante vir-
tutes occulte licet manifestarum operationum non
est mirū si in corporibus celestib⁹ vel ipsis celis sint
multe virtutes mirabiles et occulte. Dicam igitur
quid est et quomodo est et si quid veritatis in earum
opinionibus est. ¶ Manifestum est quia aspect⁹ lu-
ne est in frigidum et humidum et et ipsam frigiditatē
et humiditatem et propter hoc virtus eius est super
illam in augmentum et diminutionem. In intensionē
et remissionem et hoc euidētissimū est in maximo hūi
Nota. do et frigido qd̄ est mare. Cui⁹ augmētū et diminu
tio sequit̄ augmētū et diminutionē apparitiōe luminis
in luna eodēmō manifestū ē se hr̄e i cerebro et medul
lis aialiū et hoc nouerūt experientia certissimas carni-
fices et cirurgici. Sic se habere et in medullis arbo
rum hoc est internis humoribus. ¶ Manifestum ē
celoribus lignorū. Ea vero que accidunt ex augmē
tis et ebullitionibus huiusmodi non possunt predi
ci nisi tanq̄ per coniecturam. Uerbi gratia. Destru-
ctio domorum et villularum que sunt prope mare
allisiones et fractiones nauium. Submersiōes ho-
minum aut aliorum animalium. Multis enim modis
declinantur ista ne accidant propter inūdationem ma
Nota. ris quia per aggeres et obices resistit̄ mari et prohibe
tur inūdatio eius: homines et alia animalia inter-
dum fugiūt et non cōprehendit eos mare. Sic et na
uibus multis modis consulitur sic norunt nauigi et
experti homines maris. Sic non est necesse q̄ in omni
periculo etiam in corporibus fleumaticorum fiant
aut distillationes reumatum et inundationes alie
aquosorum humorū et hoc ē propter multa particularia
quibus huiusmodi superfluitatibus resistit̄. Qualis sūt ab

stinentia fortis et longa maxime a potu et exercita-
tio fortis et multe consumptionis aut euacuatio p
fluxum aliquem: talia etiam sunt medicamenta id
est medicinarum remedia que medicinalis scientie
periti norūt. Iuxta hunc modū sentiendum est de in
undationibus igneis que fiunt a tribus montibus vi
delicet vulchano ethna atq̄ chimera. Quoniā au-
tem huiusmodi inundationes non sunt equales ne-
q̄ vnius modi. Manifestum est non esse illas ex so-
la virtute lune quemadmodum quoniam non oēs
estates huiusmodi neq̄ omnes hyemes et ita de ali Nota
is varietatibus temporum manifestum est eas non
esse ex sola virtute solis. Si enim hoc esset cum vir-
tus vna solis omnimodo nō mutata in omni anno
similiter se habeant. Similiter et mot⁹ eius vnifor
mis in omnibus annis eodē essent vicissitudines et
per omnia similes in omnibus annis. Quare conse
quens est ex necessitate vt alij planete vel stelle fixe
participent cum sole in operationibus huiusmodi
vicissitudinum manifestum est etiam tibi ex his q̄
que accidūt ex inundationibus marinis de predictis
aduentibus casu sicut quantum ad intentionem ma
ris et lune. Nec subsūt iudicio humano ac prouiden
tie vt pote casualia et particularia. Quare per lu-
nam nec per mare: nec per aliā dispositionem lune
predici possunt et coniecturari aut presciri per sciē
ciam astronomorū. Spiritu vero prophetie et reue
latione diuina indubitanter prescibilia sunt. Sicut
omnia alia que reuelare voluerit diuine voluntatis
dignatio. Utrum autem dissimiles virtutes eis q̄s
nominaui tibi sint stellis et luminaribus vel etiam
celis: similes inq̄ virtutibus rerum quas nomina-
ui tibi et an verum sit quod dixit ptholomeus in libro
centum verborum. quia imagines terrestres obedi
unt celestibus nec solum illis sed esse earum imagi
nibus quasi non solum leonis terreni leōi celesti qui
est vnū de duodeci signis celestib⁹: sed ēt et imagine
leonis illius. hoc est que fusa vel sculpta: vel alias
figurata fuerit sub ascensiōe ipsi⁹ terrem leonis obe
diant prout magistri huiusmodi imaginum tradide
runt et in libris suis scripserunt questio est. Et primū
quidem id probabilitatis habere videtur opinio hu-
iusmodi hominum: quod omnium philosophorum
opiniones in hoc concordes fuerunt: et etiam q̄ lon-
ge prestantiores virtutes sunt stellis et luminaribus
atq̄ esset q̄ sint virtutes que lapidibus preciosis et
et rebus alijs imponuntur presertim secundum illos
qui omnem virtutem lapidum ponunt eis esse per
id quod habet vnusquisq̄ lapidum in se de quinta es
sentia. Tu autem iam audiuisti a me super his mul
ta in alio tractatu et radix quam posui tibi ad destru
ctionem opinionum istarum. Prima fuit hec scili- Nota
cet q̄ nulla virtus dat maius aut nobili⁹ se et in hoc
etiam omnes philosophi concordant: quia omne da
tum magis et maius est apud datorem. Alius sum
etiam in eodem tractatu hac alia radice: videlicet
quod virtutes spirituales et dona spiritualia vt sunt
artes et scientie et alie perfectiones animarum huma-
narum non sunt a corporibus per se inquantum corpo-
ra sunt: quare si stelle et luminaria et celi pura corpo
ra sunt. id est non animata seu non viuentia impossi-
bile est ex ipsis esse virtutes prenominatas quas eis
imponunt. Si vero animata sunt et animalia: vt pla
toni visum est et aristoteli atq̄ sequacibus eorum: nec
solum animalia: sed etiam rōnalia: sed etiam intelli

gẽtia sicut idem opinati sunt et scripserunt tunc ne
cesse est vt perfectiones impressiones spirituales
sint ab eis per virtutes et operationes animarũ ipso
rũ et quoniam anime ipsorũ non possunt esse nisi bo
ne ꝓpter puritatem et nobilitatem materiarum ip
sarum cum anime rationales omnes in se naturalit
bone sint. Celestis autem materia vt pote purissima
atq; mundissima et immunis ab omni rebellione et
cõtrarietate nihilq; indigẽtie omnino afferens ani-
bus suis necesse est vt permaneant cum corporibus
Nota. hmôi in puritate bonitatis sue naturalis. hoc autẽ
dico quia corpora animalium terrestiũ ꝙ hominum
ꝙ aliorum multas indigentias rebelliones et cõtra
rietates afferunt animabus illorum. Sicut indigentiã
esce seu nutrimenti indigentiam habitaculi indigẽ-
tiam etiã societates in quibusdam et ꝓpter indigen
tiam esce rapacitatem naturalem Non enim lupus
aut leo intendit per se nocere ouib⁹ aut onagris quos
deuorauit sed potius sibi ꝓdesse. Q; si ira mouent
leones et lupi in animalia que rapiũt ira illa nõ est
per se in nocumentũ ipsorũ: sed in vtilitatem leonum
atq; luporum. Interdum enim conseruare vitam suam
per huiusmodi escam seu nutrimentum: et forte nõ
plus intẽdit gallina vel gallus nocere cum deuorat
aut diripit bufonem aut ranam aliquã: ꝙ cum cõe-
dit triticum aut auenam: ipsi etiam homines dum
commedunt cibos suos non cibis ipsis nocere. sed
magis vite sue cõsulere de nutrimẽto aut volupta-
tate intendũt. Rebellionẽ etiam affert materia cor-
porũ animalium animalibus ipsis. Unde et pugnãt
adinuicem pro esca similiter pro nido vel cauea et
Nota. pro vxore siue etiam circa vxorem sicut tempore meo
accidit de ciconia que ꝓpt hoc ꝙ alij masculo ꝙ ꝓ-
prio comparari se cõmiscuerat deprehensa in hoc a
proprio masculo a magna multitudine ciconiarum
propter hoc congregata tanꝙ adulterij rea et eo cõ
cunata rostris et vnguibus discerpsa atq; dilãiata ẽ.
Similiter pugne accidunt in hominibus propter si
miles indigentias vel propter desideria sua mala q̃
impleri cõtendunt litibus et bellis fraudibus et do
lis. Et hec omnia a parte materie inebriantis sub-
uertentis atq; corrumpentis animas humanas ad
ueniunt eis. Quia igitur nihil omnino infectionis
aut corruptionis nihil omnino indigentie ingeritur
animabus celestibus a parte celestis materie neces
se est eas in sua naturali innocentia bonitate et sapi
entia modis omnibus permanere et nullaten⁹ vel-
le hominib⁹ nocere hoc est nec per se scilicet directa
intentione per occasionẽ cum prohibita sit iã ab eis
propter puritatẽ et bonitatem celestis materie oĩs
occasio nolendi nocere. Quare mala que in mundo
inferiori vel sũt vel oriuntur non proueniunt ab eis
vel per se vel occasionem voluntariã. Quare nullo
modo eis iputanda tãꝙ volũtaria. Si vero ꝓueniũt
ab eis sed inuitis multo minus eis imputanda sũt.
Q; si dixerit quia proueniunt ab eis sed eis nesciẽti
Nota. bus: quẽadmodũ dãnum ꝓuenit ab igne dño dom⁹
quam cõburit sed nescientie igne aut a lupo ei cuius
ouem comedit lupo neq; intendente neq; sciente dã
num huiusmodi. Iam incidit in maius inconueniẽs
quia huiusmodi anime vel animalia cum ponãt ea
rationalia possunt scire ea que faciunt in rebus mũ
di inferioris vel non possunt. Quia si non possunt
multo minus igitur ipsi astronomi cum maxime no-

et sint huiusmodi animalibus motas propriã. Si-
militer coniunctiones oppositiones aspectibus et
alia per que ipsi se et scire et prescire existimant hu
iusmodi effectus eorum. ¶ Amp. quomodo possent
ignorare operationes suas quas tot milib⁹ annorum
operari non cessauerũt. ¶ Amp. quo iure requiritur
ab animabus humanis vel ab hominibus conside-
ratio et preuisio finiũ operũ suorũ. Si illa animalia
inculpabiliter ignorant fines et euentus operatio-
num suarũ cum tanto nobiliores tantoq; sapientia
sublimiores eas esse oporteat ꝙ animas humanas
tanto remotiores sint ab ipedimẽtis sapientie oĩq;
infectione peruersitatis ꝓpter puritatem et nobili
tatem materie celestis. Quare consequens est ex ne Nota
cessitate vt intentio vel volũtas nocendi innocenti-
bus nullomodorum cadat in eas. Cum in animas
humanas sapientes huiusmodi volũtas vel inten-
tio cadere non possit. Nocent autẽ stelle et lumina-
ria siue celi etiam nascentib⁹ in natiuitate sua et eti
am in generatione siue conceptione eorundem cum
certum sit eos nichil tunc mali agere vel antea etiã
egisse. nocent etiam viris in mulieribus secundum
eos innocentissimis atq; sanctissimis. Plerũq; enĩ
gladio et igne naufragijs et alijs multis modis pere
unt huiusmodi homines. quare manifestum est pre
ter intentionem et voluntatẽ stellarum luminarum
et celorum talia mortalibus prouenire a casu igitur
proueniunt quantum ad ipsa. Q; si dixerit quis ꝙ
voluntate et iussu creatoris talia faciunt cum volũ
tatem creatoris necesse sit semper esse bonam imo
etiam optimam. ¶ Manifestũ est stellas et lumina- Nota.
ria atq; celos vel ministros vel executores vl' instru
menta esse optime voluntatis creatoris et bonorum
mandatorum vel iussuum ipsius. Ministeria igi-
tur et operationes ipsorũ bona esse necesse est. Eos
igitur infaustos infortunatos esse vel malos nõ tam
falso ꝙ etiam male eos esse senserunt. Q; si dixerit
quis. quia licet voluntate creatoris et mandato ali
quis depauperetur vel occidatur cum male acci-
dit ei et magnum malum irrogatur ei et magnum in
fortunium est depauperatio et mors hic iam incidit
in alium errorem. Cum manifestum sit depaupera-
tionem et mortem bona tantum esse et etiam magna
bona. bene vtentibus eis et a purissimo fonte boni
tatis nichil posse ꝓcedere nisi bonũ quod qui igno-
rat proculdubio deum non nouit et puritatem bo-
nitatis ipsius nec dum sciuit. In tractatu vero se-
quenti istũ qui erit de cura et admininistratione crea
toris quibus gubernat vniuersum faciam et scire Nota.
quod omnia huiusmodi que ipsi vocant mala infor
tunia bona tantum sunt et declarabo tibi bonitates
eorum et vtilitates magnas atq; multiplices. Talia
enim posuerunt erronei quidam qui deum non cu-
rare ista inferiora opinati sunt. Similiter non alia
esse bona vel mala ꝙ presentia et temporalia som-
niauerunt ignorantes indubitanter immortalitatẽ
animarum humanarum bonaq; vite alterius futu-
re scilicet et gloriam seculi altioris. Similiter et ma
la eiusdem que talibus et alijs creatorem non verẽ
tibus et venerantibus iustissime creatoris iudicio
reddenda tũc sũt. Mirabilis autẽ et prorsus intolle
rabilis error est sentire de lapidibus qui nec seipos
iuuare possũt. posse dare tã nobilia dona vt sũt inui
nicibilitas ꝯtiositas apd hoies gratia siue castitas

⁊ alia hmōi que non possunt esse dona vllo modo nisi dei altissimi. Et destructio hmōi erroris est ex radice quam primam imposui: vcꝫ qḋ nichil potest dare maius aut nobilius seipso. Addam autem tibi ⁊ aliam declarationem erroris istius. Similiter et erroris alterius quo putauerunt imagines stellarū ⁊ luminum. id est factas sub ascensionibus eorum ⁊ aspectibꝰ aliis qḋ quibusdā q hmōi hoīes obseruare cōsueuerūt circa stellas ꝙ talia ⁊ maiora etiā prestāt. Eodēmodo ⁊ specula quedam vel suspensa vel sepulta: hec enīꝫ opinio plus derogat honori ⁊ glorie creatoris ꝙ error quo attribuitur stellis ⁊ luminaribus ista virtus via vero destructionis istius erroris est multiplex ꝑter alias quasi alibi per me audiuisti. In pmis ei ē error iste circa dei altissimi prudentiam ⁊ gubernationem. Si enim hic potest prestare lapis aliquis vt qui eum haberet vel deferret vinci non posset in quocunqꝫ certamine posset prestare: vtquantumcūqꝫ hmōi homo iniustum certamē haberet semper victoriā obtineret. Quare siue circa deum disputaret hec circa veritatem et gloriam siue etiam pugnare circa ipsum: scꝫ propter exterminandam honorificentiam cultus eius: semper obtineret victoriam: quare virtutem hmōi dedisset in propriam iniuriam ⁊ contumeliam ⁊ vellet vici iniquissime cultores ⁊ amicos suos aduersaretur que ⁊ faueret inimicis suis ⁊ hoc circa iustitiam et veritatem. Qꝫ si temperauerit istam sententiam dicens quia hmōi inuincibilitas non est generalis neqꝫ ad omne certamen extenditur: sed ad iusta tantum dico quia non est minor iste error priore. Necesse eni est vt ista virtus vel scientiā vel gratiā iuste iudicandi prestat iudicibꝰ sub quibꝰ hmōi homo decertat vel aduersariorum virtutem diminuat ⁊ certandi peritiam vel ipsius certantis robur ⁊ scientiam augeat. Cum contingere possit vt multitudo fortium ad bella doctissimorum circa hmōi hominem vel solum vel paucissimos bellatores habentem pugnet ⁊ tunc est et mirabilius lapidem aliquem prestare victoriam possessori suo ꝙ virtutem aut sapiētiam multiplicare in millia vel illam minuere in tantundem. tu autē vides ꝙ intollerabilis sit error hmōi. Secunda via est quia iste virtutes essent in turbatione iniquissima rerum humanarum ⁊ in subuersiōem peruersissimā eorundem. Manifestum enim est quia dignitates ⁊ honores ⁊ potentie iste seculares aut hereditarie largitione maiorum proueniunt: aut etiā electione multitudinis. Qꝫ si imago aliqua vel sculpta vel fusa: vel descripta lineationibus prestare posset dignitatem vel honorem que aliqua predictarum causarum alicui de iure competit: posset igitur aut auferre hereditarium honorem suum ⁊ ad hunc moduꝫ baliās que quisqꝫ iustissime possidet ⁊ preferre seu perficere rebus humanis nequissimos ac peruersissimos per hmōi autem homies peruerti necesse est ac turbari res humanas ac subuerti iura omnia ⁊ innocētes dari in direptionem ⁊ gladium: ⁊ consequēter di iustitiam ⁊ pietatem pariter vel īpediri vel auerti a rebus humanis: hoc autem est supra omnem potentiam ⁊ virtutem vt enim tantata mala sustineat omnipotētissima ⁊ incogitabilis creatoris benignitas sola potest eiusdem iustitia: ⁊ tunc solum si malorū hoc est viciorum ⁊ peccatorum immensitate ad tantam ream eam prouocauerit aduersus homines.

Quare sequetur et his ꝙ huiusmodi imagines eā ardere eam possunt facere in tantam ream. Nichil autem insanius dici potest qḋ huiusmodi imagines posse ad iram prouocare deum altissimum aut etiā posse placare. ¶ Amplius Ut aliquis non obtineat dignitatē ꝑ electionem aut erit per impedimentum electionis vel nō erit omnino vel erit discors vel erit de alio vel erit per mortem illius vel per iniquitateꝫ iudicis vel per aliquem alium defectum aut impedimentum. Qualiter autem huiusmodi imagines procurare possūt ⁊ mouere corda hominum vel ad concordiam vel ad discordiam vel procurare mortes hominum vel efficere vel iudices flectere ad iniquitatem. Secundum enim hoc nichil esset in potestate hominum positum vel voluntate. Cuꝫ tota potestas hominum omnesqꝫ voluntates a deo subdite essent huius imaginibus vt circa eas omnino nichil possent. Accidit ⁊ alius error maioris insanie vt etiam ipa creatoris volūtas eousqꝫ videat eis subdita vt aliud vel non posset vel non velit facere ꝙ qḋ requiruntur imagines huiusmodi secundum intentionem huiusmodi erronearum et ꝙ etiam consentiat optima creatoris voluntas omnibus iniquitatibus ⁊ iniuriis quas per imagines huiusmodi faciendas esse ⁊ fieri docuerunt. ¶ Amplius. Cū imagines huiusmodi corpora tantum sint: qualiter motus spirituales aut alias dispositiones operabimur animabus humanis maxime cum abscondite fuerint ac sepulte ⁊ omnimodo ignorate ⁊ in apprehense qḋ dico ꝑpter imaginem mulieris speciose: que cuꝫ apprehēsa fuerit mouere vtiqꝫ potest per apprehensionem apprehendētē ad amorem ⁊ concupiscētiā mulieris cuius ipsa est imago. Omnino autem latens ⁊ non apprehensa nō potest hoc quare nec huiusmodi imagines abscondite ⁊ sepulte. ¶ Amplius. Quomodo imago mortua ⁊ oīmō ī apprehēsa omniqꝫmodo immobilis moueret viuētes aut qualiter prestat scientiā quā nec habuit nec actu nec potentia eā hēre certissimum est. Qꝫ si dixerit quia imago regis omnino mortua vt pote vel cerea vel plūbea vel aurea mouet imagines viuentes ⁊ homines ⁊ inclinat voluntates eorum ad faciendam voluntatem regiā ⁊ hoc facit virtute imaginis viue que rex est. Sic imagines huiusmodi quia imagines sunt imaginum celestium vtiqꝫ viue sunt vt ipsi ponunt virtute illorum scilicet celestium faciunt omnia hec: ⁊ hoc estꝙ dicit ptholomeus in libro centum verborum quem vocāt centilogium: quia imagines terrestres subdite sunt celestibus virtutibus ⁊ eis obediunt. In quo facillimum est respondere: quoniam imagines regalium sigillorum nisi apprehēsi sint neminem mouent nisi motu apphēsiōis neqꝫ ad volūtatē regiā faciēdā nisi ipa voluntas regia vel scriptura cui apphensa sit imago regia l mō aliq alio inotescat. Si vero dixerit quis: qꝛ sēsu nature apphēdūtur hmōi imagies qui sensus est oī apphēsiōe humana sublimior atqꝫ nobilior ⁊ prophetie vicinissimus vehementerqꝫ similis quo omnimodo ignorāte anima humana sentiuntur quedam nociua atqꝫ terrifica. Unde terror et horror inuadit plurimū homines nichil d rebus huiusmodi scientes: vel etiam cogitantes: ⁊ de hmōi latrone latēte ī domo aliqua qui cū omnino ibi eē nesciatur nec etiam cogitetur horrorem tamen ⁊ terrorē cordisqꝫ tadetudinē iauit eiusdē domꝰ habitatori

bus: fortassis tamen non omnibus quia iste splēdor
nature rarus est in hominibus hoc est in paucis. De
hmōi est ꝛ meretrix que quantumcūqꝫ abscondita sit
in domo amplissima interdum tamen ab aliquo
omnino ibi esse alias ignorante. ꝛ nichil alias de ea
cogitante ibi esse sentitur. Sed ꝛ mulier quedā tem-
pore meo virum quem vehementer adamabat in do
mo amplissima abscōditum ibi esse spiritu hmōi sē-
tiebat ꝛ venientem ad locum in quo ipsa cōmoraba
tur longe a duobus miliariis presentiebat. Similit̄
narratur de quodam quem seruientis sui fornicatio
latere non poterat. Quicquid enim de escis vel mē
se inferret vel aliter cōtrectaret adeo domino suo ip
Nota so tactu abhominabilem faciebat qđ nichil inde su
mere poterat. De meretrice ᵭo ꝙ odibilis ꝛ abomi
nabilis nature sit ꝛ predicto sēsu ei⁹ abhominatio sen
sibilis iudicium magnū et mirabile est ꝙ supra dixi
tibi ꝙ oliua ac eadem plantata vel infructuosa per
petuo manet vel omnino arescit. Similiter ꝛ de la-
trone qđ nature humane odibilis sit ꝛ indicat splen
dor mirabilis sensus nature qui in quibusdam cani-
Nota bus reperitur. Qui latrones omnino incognitos ꝛ
sibi ꝛ hominibus sensu huius sentiunt: ꝛ sua sagaci-
tate inuestigant inueniunt comprehendūt: ꝛ inuen-
tos faucibus ꝛ dentibus irruentes. Narrantur ꝛ le
guntur in libris historiographorꝫ multa alia hmōi.
Uerum non cogunt omnia hec vt vera esse credant̄
que stellis luminaribus ꝛ celis magistri iudiciorum
astronomie imposuerunt etiaꝫ si omnia hec ita se ha
bere quis posuerit neqꝫ enim reputādum est. Si la-
tro vel meretretrix atrocissimi inimici nature huma
ne ipsi propter vehementiam nociuitatis sue sensuꝫ
suiingerent. Cum omnis natura sollicitudinem
mirabilem conseruandi custodiendi defendense seu
proprium subiectum habeat. Similiter et si ca-
nibus: qꝛ vtiqꝫ ad custodiam hominum creati sūt: qꝛ
hmōi virtus: vicꝫ custodie hominum in quibusdam
fortior est nō est mirū si hmōi virtus pro vehemētia
sue fortitudinis habent aliquid plus splēdoris mi-
noribus virtutibus similitudine animalium: et hoc
est quanto plus habet hmōi luminis tanto erit ho-
minibus vtilior propter qđ vtrumqꝫ canibus datur
ꝛ multe similitudines harum rerum presto sunt con
siderare eas volentibus atqꝫ valentibus. Quemad
modum enim frustra nascerentur aranee: si nere id ē
filare ꝛ fila in reticula connectere nec possēt: nec sci-
rent ꝛ periret omnis vtilitas proueniens ex ipsis ꝑ
uidit eis per naturam creator benedict⁹ atqꝫ subli-
mis de vtroqꝫ. Sic ꝛ canibus ꝛ de fortitudine ꝛ de hu
iusmodi splēdore vt esset ex hoc maioris custodie ho
minibus vtilitas. Similiter autem accidit in homi-
nibus qui nec dona nature nec alia equaliter habēt
alii enim prediti sunt maiori fortitudine corporis:
alii maiori animi audatia alii maiori splendore sa-
pientie: alii maiori pulchritudine ꝛ perfectione vir
tutum aliarum ꝛ quo preeminētiores sūt in his plu
res aut maiores vtilitates afferunt hominibus. Sic
de canibus: alii enim sagacitate venatica prosūt ho
minibus: alii diligentia custodie: alii vero fortitu-
dine qua lupis ꝛ interdum leonibus resistunt necnō
raptoribus ꝛ furibus interdum armatis. Isti vero
canes qui tanto splendore sensus naturalis pollent
nobiliori ac mirabiliori custodia ꝙ ceteri prosunt ho
minibus. Sit autem plurimuꝫ vt officia ꝛ potestates
vtiles hominibus adinueniuntur reuelationib⁹ ꝛ aliis

illuminationibus interdum etiam somniis. Sicut i
quibusdam regibus factum fuisse antiquitatum hi-
storie declarant. Sicut agnus sentit inimicitias lu-
pi contra se id est nociuitatē. vnde horret ꝛ fugit ipsū na
turaliter. Quidem tamen attribuunt istud virtuti
estimatiue lupus vero sentit vtilitatem nutritiuam
suam in agno: ꝛ propter hoc intentio eius est ad de-
uorationem agni ꝛ similium animalium. Aggrega
ta igitur ratiocinatione. respondeo: quia hmōi que
sensu naturali sentiuntur ipsa sunt que sui sensuꝫ aut
nociuitatem aut vtilitatem suam ingerunt ea sic sē
tientibus. Uerum vt alia sentiāt vel aliorum vtili-
tates aut nocumenta sentiāt: sic non efficiunt imagi-
nes vero nec sui sensu nec alicuius qđ earum sic ige-
runt vel hominibus vel animalib⁹: propter hoc ma Nota
nifestum ea dissimilitudinem apertam esse inter pre
dicta quibus vici volunt ꝛ exempla que posui tibi.
Qđ si quis dixerit ꝙ ad imaginē colūne lapidee con
gregantur columne. Dico ꝙ non est hoc ex virtu-
te imaginis illius: quemadmodum ad agitationem
vnius plume vel penne congregātur interdum aui-
cule ꝛ ad aues vel domesticatas vel excecatas ab au
cupibus cōgregantur alie aues non aliqua virtu
te vel occulta manifesta ipsarum: sed amore quodā
quem naturalis similitudo parit. Maioris autē in
credulitatis sunt ea que de ligaturis et aliis presti-
giis in libris suis de rebus hmōi scripserunt. Ibi ei
apparet omnimoda subuersio nature exempli gra-
tia in ligatione ignis vt accendi non possit in aliqua
domo vel in alio locco qđ enim cōbustibile vel arsi-
bile appositū igni fortissimo ardere nō possit icredi
bilis subuersio vtriusqꝫ nature est ꝙ absqꝫ flatu taꝫ
in aere mundo ꝛ puro: ꝛ aliis etiam remotis ꝑ que
ignis extingui consueuit statim extingatur et reac-
cendi non possit. Uerum hic duarum naturarū subū
siones: vcꝫ nature ignis ꝛ nature ipsius combustibi
lis. Quid autem de ligatione latronū vt in aliqua re
gione furari non possint: ligatio vero molendini
vt nullo impetu aque nulla vi ventoruꝫ molere pos Nota
sit vel rote eius voluit ligatio fontis ꝛ putei vt inde
aqua hauriri nullo modorum possit qui in vasa aqua
ria confringentur quantumcunqꝫ fortia sint: ligatio
vero mercatorum in aliquo loco qđ nec vendere nec
emere possint. Similiter ligatio nauium vt nulla vi
ventorum a portu egredi possint. Similiter ligatio
fulgurum ꝛ tempestatum vt i aliquibus locis nocere
non possint. Que quidem non essent possibiles fieri Nota
vt ipsi scripserunt non opera hominum: sed dei om-
nipotentis mirabilia atqꝫ miracula reputanda es-
sent. Omnis enim gens tam hebreorum ꝙ christia-
norum ꝙ sarracenorum huiusmodi opera miracula
vocant ꝛ soli omnipotenti virtuti creatoris possibi
lia esse credit. Ut enim aliquid combustibile in me-
dio ignis non comburatur vt aqua procliuum inue
niens non fluat facere creatori possibile est cuius be
neplacito naturarum vna queqꝫ in vltimitate subie
ctionis ꝛ obedientie subdita est. Judicium autēꝫ qđ
ista omnia erronea sunt: manifestum est illud: quia
cum ista scientia non veri nominis apud caldeos a
rabes et egyptios maxime viguerat absqꝫ viribus
et armis totum mundum subuertisse ꝛ inimicos su-
os exterminasse per huiusmodi ligationes atqꝫ pre
stigia potuissent. Manifestum autem est eos hoc
noluisse cum igne et gladio omniqꝫ genere bellan-
di circa illos pugnasse certissimum sit. Quare ma

nifestum esse eos non potuisse facere p artem hmõi
ea que libri mentiuntur. ¶ Amplius. Secudnum
hec omnia regna terrarum omnis dominatio τ ois
principatus terreni in potestate essent vnius modi
ci hominis vez magi seu malefici: cum per hmõi ar-
tem posset hec omnia auferre τ oferre quibus pla-
ceret eis: quod est apertioris stultitie τ clemẽtie τ aia
bus tam hominum q̃ aliorum animalium domina-
tione imperiosissima imperaret atq̃ dominaretur. (In magos)
De eo em nectanabo mago imponitur q͛ hostes suos
exiũt naues ipsorũ pichitari faciebat i mari τ i alijs
aquis manifeste impossibile est. Dicitur nanq̃ d eo
q͛ imagines nauiũ hostium suorum faciebat cereas
τ eo modo τ artificio vel cum ipse imagines merge
bat submergerentur τ naues hostium. Quis autez
credat eam esse habitudinem vel ligaturam iter hu
iusmodi imagines et naues vt qualia fiebant imagi
nibus nauiuz talia necesse esset pati et naues ipsas.
Palam quippe est inter amicos adeo fortem eẽ li
gaturam amoris interdum: vt qd patitur alter cor
pati velit τ reliquus. Sicut mater insequitur filium
aquis mersum τ pre doloris magnitudine vel amo
ris vinculo tracta post filium q͛ vinculum nec mor-
tis metu disrumpit. Sed vt eo ipso q͛ filius mergi
tur mergatur τ mater nec illa vnitas amoris q̃ illa
τ filius vnum sunt efficere potest. Quanto min⁹ igr
in tã diuersis vt sunt imago hmõi τ imaginatuz nul
la ligatura inter ea erit que cogatur vt quod patit
imago patiatur et imaginatũ aut econuerso. ¶ Am
plius. Longe conuenientius ẽ vt imago sequitur ima
ginatum q̃ econuerso et vt signum trahatur a re q̃
res a signo τ hoc ipsi expresse negant et euidẽtissime
verum est q: non pp̃ter hoc si mergebãtur naues ne
cesse erat mergi nauium imagines quomodo igitur si
ebat econuerso. ¶ Amp̃. Quid fiet si duo hmõi ma-
gi circa se inuicem operentur vel vterq̃ per se. Ver
bi gratia. imaginem pro obtinendo principatu i ea
dem ciuitate vel regione. Non em dubium est quin
possibile sit ambos ambire simul vnum eundem pn
cipatum. Cum igitur vterq̃ operetur studiosissime at
q̃ certissime: q͛ ars hmõi p̃cepit q͛ vterq̃ obtinebit
totum principatum: q͛ non est possibile vel neuter a
liquid de eo. τ ita mentietur ars ista: vel vterq̃ obti
nebit partem τ iterum mentietur ars licet non in to
to. Eodem modo se habet et de imagine quaz dicũt
p obtinenda victoria facienda esse: quare prius sci
endum est hmõi artificibus ne forte aliquis eis con
tra operetur. Scito tamẽ q: hmõi homines in libris
suis dixerunt non omnes artifices. id est artificiũ pe
ritos idoneos esse velit dari⁹ loquar natos esse ob (Ptolome⁹)
tinere fructum hmõi τ hoc putauerunt forsitan imi
tasse ptholomeum in prescripto bello vbi dixit scien
tia stellarum ex te τ ipsis. Putant em q: licet aliqs
faustus sit vel fortunatus ab obtinendam scientiam
aliquam qd non pp̃ter hoc τ ad eius sciẽtie fructũ
opinantur tamen interdũ faustum posse esse aliquẽ
ex cõstellatione sue natiuitatis ad vtrunq̃. Merito
ergo querendum est ab hmõi hominibus quid senti
ant de dei altissimi iudicijs τ bonitate i parte ista.
Puto em eos credere q͛ per iram dei interdum au
feruntur regna dominationis τ principatus τ subij
ciuntur nationes nationibus τ reges regibus. Sili
ter τ dantur omnia hec per beneplacitum creatoris
Similiter et credendum est eos sentire q͛ ira dei vl'
precibus vel alijs modis placari potest vt τ bona iã

data hominibus non auferat τ mala eisdez merita
non inferat τ hec quidẽ experientiam per historias
antiquitatis τ prophetarum cominationes τ pre-
dicationes a sensu accipi potest. Que omnia si ne-
gare voluerit neget necesse est deum altissimuz res
humanas curare: τ exposuisse eas magorum τ ma-
leficiorum beneplacitis τ q̃ est intollerabilioris stul
titie commisisse eis imaginibus hmõi vel ereis vel la- (In imagi-
pideis que nec sibiipsis puidere: nec seipsas curas- nea magos)
se possunt. Uerum de ista cura dei altissimi τ proui-
dentia eius atq̃ administratione qua vniuersuz to-
taliter regit τ administrat tractatum habebis in se-
quentibus singularez in quo declarabitur tibi q: to
tuz administrat deus altissimus a primo vsq̃ ad no
uissimum et destrueretur error hmõi destructione ir
refragabili: ita vt nec vllius dubitationes nec igno
rantie circa hec vllum vbi vestigium relinquatur. Ma
nifestum est igitur q: cum circa voluntatem creato-
ris talia bona non puenıant hominibus: aut etiam
auferẽtur nihil aũt possint hmõi imagines ↄtra vo
luntatem creatoris. Manifestum inq̃ est q͛ tota p (Bona adeo
speritas hominum. tota felicitas atq̃ trãquillitas τ mala seui
eorum τ omnino omnia bona eorum oiaq̃ mala to- fortuna)
taliter pendent ex solo beneplacito volũtatis dei al
tissimi vt imagines iste nihil omnino possint in bo-
nis vel malis hominuz. Pulchre aũt quidem vt ip
semet narrauit mihi irrisit magum quendam. Qui
cum promitteret ei dignitatem magnaz bonitate il
la. Si vel modicam morulam ibi faceret respondit
eidem. Si deus inquit non vult q͛ ego istam dignita
tem obtineam poteris ne pcurare q͛ illam obtineã?
Qui respondit q: nullo modo posset hoc procurare
deo illud nolẽte. τ ille τ si deus voluerit me obtinere (Responsio
dignitatem istaz poteris ne hoc impedire? nec ego. ad quendaz
Respõdit ille nec ego nec alius. Tũc ille mago. igr magum)
totum est in dei voluntate quare totum dixit ipse cõ
mitto ei. ¶ Amp̃. Nulli debitare permittitur quin
et precibus ira dei altissimi placare possit τ quin im
petrari possit a bonitate eius liberatio a quocunq̃
malorum alioquin longe minor esset bonitas quan-
tumcunq̃ parua bonitate cuiuscũq̃ hominis. Si eñ
a quocunq̃ homine impetrari potest τ vt parcat ei
cui iratus est τ vt benefaciat ei. siue liberando eum
a malo aliquo vel aliud beneficiũ p̃stando τ hoc fa-
ciẽte scitilia bonitat' que in eo ẽ q̃to forti⁹ a fontali
abyssaliq̃ bõitati creatoris τ liberatio a malis q̃buſ
libet: τ largitio q̃rũlibet bonorũ poterit ĩpetrari. q̃re
solo v̈bo orationis exufflabit huiusmodi imaginũ
virtus τ insup omnia nichil potuerunt circa dei altis
simi veros ac deuotos cultores nisi vero ad vtilita
tes eorum multiplices de quibus audies in preno-
minato tractatu. Cum certuz sit hmõi homines diui
ne custodie τ ptectioni non solum verbis orationũ
τ obsecrationibus sed etiaz placatissimis obsequijs
comendatos esse eidem. ¶ Amp̃. Celestes imagines
p̃stant sic factis imaginibus s̃m hunc errorem p̃no-
minatas virtutes. aut hoc est quia imagines earuz
sunt: aut quia sic sub eis facte q͛ est dicere q: imagi-
nes sunt tam virtuosarum imaginum: aut q: sub po
tentia et ducatu earum facte sez q: tam virtuosarũ
imaginum imagines sunt tunc imago regis alicu-
christianam non ciues sed exules reputandi sūt qua
necesse est hanc ciuitatem que deo altissimo rectore
⁊ rege regitur ⁊ magistratu ab eo instituto locuꝫ ha-
bere vniuersalem communem ⁊ appropriatum exer
cende diuine iustitie. eius inq̄ iusticie que procedit

ex vniuersali eiusdem iudicio: ꝙ tibi stabiliemus in se
quentibus videlicet in capitulo de renouatione vni-
uersi ⁊ hic est locus quem infernum intelligunt tres
leges communes. ¶ Amplius. Cum locum propri-
um ⁊ determinatum habeant remunerationes eius
⁊ premia perennes ⁊ perennia necesse est vt locum
proprium vindicte eiusdem perpetue etiam stabilia
mus. ¶ Amplius. Cum inueniatur pura felicitas
animarum humanarum et inueniatur eisdem pura
miseria necesse ē vt ⁊ huiusmodi miserie sit loc⁹ pro
prius. Ista autem habitatio in qua sumus non ē cō
gruens pure miserie vllo modorum: cum ⁊ lucē ha-
beat ⁊ multa alia quibus inhabitantes delectantur
⁊ licet per modica felicitatis aspersione demulcent
vtcunq̄ atq̄ deliniunt: pura autem miseria nec vera
nec pura est nisi sit vniuersalis: quare necesse ē locū
eius proprium non solum nihil habere ꝙ delectare
posset aut aliquatenus delinire seu demulcere inha
bitātes immo quicquid habet locus huiusmodi tor
queat illos ⁊ aliquid miserie ingerat illis.
¶ Ampli⁹. Sicut locus pure ac vere vniuersalis fe-
licitatis nihil habet quod non addat felicitati aut
glorie inhabitantium ipsum. Sic necesse est vt pro-
prius locus pure ac vere vniuersalis q̄ miserie: nihil
habeat quod non addat miserie. et ignominie deten
torum in eadem.
¶ Amplius. Sicut possessores prenominate felicita
tis non solum longe sunt ab hominibus malis: sed
etiaꝫ cumulati sunt plenitudine bonorum: que deside
rari permittit ⁊ de quibus gaudere possessores suos
patitur huiusmodi felicitas. Sic necesse est prefate Infernū el
miserere addictos non solum longe esse ab homini-
bus bonis que miseriam huiusmodi vel temperare
vel lenire vel minuere possint: sed etiam affligi om-
nibus malis vt nihil in inferno vacet ⁊ tormento eo-
rum qui creatori placere ⁊ seruire recusauerūt. Cu-
iusmodi autem corpa habeat intern⁹ veꝫ cuiusmodi
ignem: hoc enim manifeste senserunt quicunq̄ de eo
recte senserunt ⁊ tres leges in hoc manifeste conue-
niūt. Cuiusmodi vero sit ignis ille: ⁊ qualiter crucia
turus animas nō solum corpora: ⁊ ipsa corpora abs
q̄ consumptione ⁊ an alia corpora sint ibi ⁊ que sint
illa alterius est inuestigationis. Et ꝓpter hoc crea-
tor benedictus dedit exemplum huiusmodi mirabi-
lium: creans hic scilicet habitatione ignem: q̄ absq̄
lesione corporum cruciat intollerabiliter animas ap
propinquantium atq̄ tangentium ⁊ dicitur ignis il-
le esse in regno sicilie vel prope illud vt totaliter ad-
miratio ⁊ dubietas huiusmodi hominum: qui admi
rantur ⁊ credere nolunt: ꝙ ignis qui vtiq̄ corpus est
agere possit in spirituales substantias quorum ad-
miratio non tam ridenda est q̄ insania reputanda. ⁊
hoc est quoniam hoc in semetipsis ⁊ iugiter sentiunt
⁊ in alijs vident. Sentiūt enim animas suas pati ab Ignis quo
igne: sed per corpora sua vt dicunt ⁊ affligi eas non modo agit
dolore compassionis: sed ipō cruciatu verissime pas in animas.
sionis ⁊ multum distat alter ab altero nec possunt vl
lo modo negare quin caro patiatur lesioneꝫ ab igne
scilicet vstionem aut consumptionem et hoc palam
⁊ manifeste confitetur omnis anima videlicet se do-
lere se affligi: seu cruciari ab igne nec vllo modo di-
cit anima seipsam intelligens aut cognoscens se cō-
sumi ac igne et dissolui essentialiter: licet dicat se
ardere propter vehementem sensum caloris. Si er-
go per corpus in quo est: ita cruciatur anima hūana

ab igne isto qui est apud nos quanto fortius ab illo
infernali qui incomparabiliter maioris est fortitu-
dinis. Quod si dixerit quia hoc est ẽ corp⁹. s; non imme-
diate patitur ab igne. Respondeo quia hoc non ẽ ni-
si per corpus iam inflammatum ab igne vel per spi-
ritus qui indubitanter corpora sũt inflammata. Ad
hoc igitur deducit eos ista concinatio: vt a suo cor-
pore sed inflãmato vł a mediis spiritibus inflamat;
patiat anima existẽs in corpore quare imediate pa
titur ab ipso igne videlicet qui in corpore eius inflã-
mato est & in spiritibus. Inter spiritus enim illos si-
ue ignem q̃ in eis est aut ardorem & animam ipsam
nihil est medium. Non mirentur igitur de cetero ne-

Nota

q; ambigant anime humane se posse pati ab igne il-
lo qui lõge fortioris ẽ virtutis igne qui apud nos ẽ
visibiliter & ab isto visibili se tam dure & dirẽ sentiãt
cruciari. Audies autem per me alia super questio-
ne ista si de statu animarum post corpora et de statu
corporum renouatorum per rationem quales in in-
ferno futuri sũt post vniuersale dei iudicium tracta-
re et scribere mihi deus donauerit. Recurrãt igitur
anime humane super ista questione veritatem igno-
rantes ad sensum proprium. Sensu enĩ indigẽt pro-
culdubio qui super hac re dubitant & etiã pena non
minus indigent quare sensu simul & pena tollet hu-
iusmõi dubitatio ab eis.

¶ Stabilitio amenissimi loci qui vocatur pa-
radisus terrestris.

Post hec incipiam loqui de paradiso terre-
stri quez plantasse deũ ab initio vł ad oriẽ-
tem legis hebreorũ lator idemq; prophe-
ta aperte dixit. Sunt etiaz de eo narratio-
nes historiagraphorum s; & testimonia experimenta-
torum qui cum se vidisse testati sunt & posteri credi-
derunt. Attestantur autem & eius esse vel essentiam

Quattuor fluis padisi

quattuor nobilissima flumina. vez geon. qui nunc ni-
lus dicitur. Secundum physum quem nunc gangen
homines appellent. Tigris & eufrates qui antiqua
nomina soli retinuerunt. Attestantur autem ipi esse
paradisi per hoc & idicant ipsum esse per hoc q̃ ort⁹
eorum nec ex maribus nec ex fontibus totius nostre
habitationis inuenitur esse. & laboratum est ab anti-

Ortus nili ignotus.

quis & regibus egypti: & etiam orientalibus inuesti-
gatione nili qui nec dum inuentus est: vel ab eis vel
ab aliis s; hoc solum inuentum est q̃ ab extremis fi-
nibus orientis fluunt ad quos non patet access⁹ ho-
minibus. quare manifestum ẽ ortum eorum non in-
notuisse hominibus adhuc nisi per primos paren-
tes totius humani generis adam videlicet & euam
vxorem eius quos ibi fuisse tres leges euidenter te-
stantur aut per spiritum prophetie a quo & p quem
pphete hebreorum & legislatori fuisse creditur reue-
latũ. Siquis autem velit credere historiographis
& marie his q̃ de mũdi mirabilib⁹ & velut historiã na-
ture scripserunt non mirabitur in extremis ptibus
orientis regionem esse: tante amenitatis atq; vernã-
tie. vt ortus voluptatis & paradisus terrestris a tan-
to pphetã: & legislatore merito sit vocata cũ regionẽ
sodomoz ante subuersionem illã famosã ciuitatum
que in ea erat padisũ vocare ppter amenitatẽ eius-
dẽ atq; felicitatẽ non dubitauerint. S; et si q̃s atten-
dat ea q̃ narrãtur ab historiographis & historie natu-
re descriptorib⁹ de amenitate & fertilitate quarũdã
regionũ & locoz que i maiori idia sũt nobilitatẽ etiã
arboz & fructuũ herbaz etiã & arbustoz non reputa-

bit incredibile quicquid vł a propheta vł ab aliis sa-
pientib⁹ dictũ ẽ. Si enim vt aliqui scripserũt tãta tem-
peries tantaq; clementia aeris est in ptibus illis in-
die & tanta terre vt ita dicam nobilitas quomodo nõ
verisile ẽ etiam nobiliorẽ eẽ regionem: a qua tã no-
bilia flumina tam salubres aque tam copiose mana-
re noscũt. Scientie quoq; naturalis astroz professo-
res non tam pbabile q̃ etiã certum hoc facile affir-
marẽt cum isti solã dicant partem eẽ vegetabiliũ il-
li vero Iouem temperatissimum partibus illis pficiẽt
Quoniam aũt huiusmodi questione quẽadmodum
si quereret an india sit vel egyptus cum paradisum
omnis recte intelligẽs eẽ nõ minoris ãplitudis aut
latitudis q̃ tota maior idia vł egypt⁹ vtpote totius
hũani gñis habitatiõi pmit⁹ deputatã & pmis homi-
nib⁹ ade scz & eue illuc introiuissz ad habitãdũ & com-
morãdũ assignatã: quare sicut absq; vlla dubitatiõe
creditur maior idia vł egypt⁹ esse per assertionẽ nar-
rantiũ qui i eis fuerũt vel eas viderunt vł habitato-
rores eaz vel qui ab huiusmõi narratorib⁹ audierũt
sic & de paradiso credẽdũ ẽ ipm eẽ. ¶ Amp. Ista que-
stio pculdubio & sensu idiget & pena. ad sui determi- Puniẽdi q̃ negant paradisum.
nationem certissimam. Non enim scibile ẽ facile ni-
si sensu paradisum esse. pena vero indiget quoniam
incredibile esse sermoni bus tanti prophete immo spi-
ritui dei eiusq; oraculis scel⁹ manifestissimum est et
peccatum in creatorẽ grauissimũ: ideoq; omi pena
ignis & gladii plectẽdu & ex terminãdũ. ¶ Amp. nõ ẽ
dubium quin famosũ sit padisũ eẽ: famosum inq̃ fa-
mositate q̃ iam ex milibus annorum & amplius ille- Fama falsa
sa omnino iam durauit. fama autem que vel falsa ẽ fax paz sta-
vel aliquid habet falsitatis ab opinione hominum bilis.
non solum obliuione sed etiã pcraria opiniõe & cer-
titudie cadere consueuit.

¶ Destructio erroris quorũdã ponentium para-
disi regionẽ esse a tota terra distãtẽ & vsq; ad lunarẽ
circularẽ eleuatum.

Opiniones vero hominum breuis intel-
lectus & pauce exercitationis in reb⁹ na-
turalibus & doctrinalibus circa hec er-
rores multos induxerũt & q̃stiones plu-
rimas reliquerunt. Quidam namq; di-
xerunt paradisum: regionem etiam a tota terra que Opinio q̃rũdã de padiso.
in medio celi est. Sicut alibi didicisti lõge tractu ter-
re maris aerisq; distantem & vsq; ad lunarem circulũ
eleuatum. Hoc autem nec natura patitur nec ratio.
primum quia tantam molem aer sustinere non poss;
quare ab initio sue creationis tam ingenti pondero-
sitate corruisset: & totam terram acmaria cõcussisset.
¶ Amplius. Ista regio esset in igne elemento totali-
ter. Iam enim patefactum est tibi in his que preces- Ignis elemẽtũ vbi.
serunt quia ignis elementum est inter aera & celũ lu-
ne. Impossibile igitur esset ibi viuere vegetabilia q̃-
cunq;. ¶ Amplius. Terra illa ex necessitate iduceret
eclipsim tam lune q̃ solis maxime in partibus oriẽ-
talibus quemadmoduz in extremis finibus armenie
maioris & indie maioris. Nihil autem adhuc audi-
tum est de huiusmodi eclipsibus. Quod si quis dixerit
quia terra illa regio paradisi cõtinua non est terre no-
stre habitationis: sed mare est inter medium vel aer:
qualiter ergo illa quattuor flumina tam magna veni-
unt ad terram nostre habitationis: per mare enim
tante latitudinis & profunditatis non est possibilis
trãsitus fluminibus. Si vero aer tantũ est intermedi-
us. Necesse igitur est terram nostre habitationis

aut sub ipsa regione paradisi positam esse in parte
vel in toto aut pene contiguam eidem esse et tunc de
terra nostre habitationis videretur regio illa q non
dum est auditum. Si vero solus aer est medius iter
paradisum illum et terram nostre habitationis non
possunt igitur cadere flumina illa super terrã nostre
habitationis nisi valde modicus aer esset medi⁹. me-
Nota dius dico qui faciat distãtiam latitudinis nõ altitu-
dinis. Si vero cõtigua vł cõtinua est regio paradisi
nostre habitationi nõ erit igit forma terre cũ omni-
bus partibus suis terrestrib⁹ et marinis sphica immo
forma eius esset oblonga. Jam autem declaratũ est
tibi alibi q figura terre huiusmodi ẽ et adhuc etiam
Umbra tre. apparet tibi p aspectũ in omni eclipsi lune. id ei qđ
obscuratur de luna i omni articulari eius eclipsi ar
cuale est hoc est arcu terminatum ex quo manifeste
apparet vmbram terre piramidem esse rotũdã. Im
possibile autem est corpus nõ sphericum iacere hu
iusmodi vmbram. quare manifestum ẽ per hoc pa-
radisum terrestrem partem esse magnam totius cor
poris terre et eẽ in extremis finibus orientis est veri
simile q ipse sit extremitas terre apte oriẽtis.

¶ Propter quam causam creatus est paradi
sus terrestris.

Habet autem questiones multas propt qđ
creatus est. Si enim esset habitatio hoim
ppter aliud enim creatus eẽ non videtur
cum pσciret creator q homines non erant
ibi moraturi per diem integrum. Nõ videtur igitur
creasse illũ ppter tam breuem morulam habitatio-
nis cui ergo vsui creauit ipsum. De aliis quidẽ ani-
Alia qstio. malibus manifestum est quia cum eiiciuntur de ha-
bitationibus suis siue per venationẽ siue per aliam
viam quã creator substituit alia nec inuenitur locus
congruens habitationi animalium quem ipse nõ re
pleat animalibus illi ↄgruentibus non reliquit igit
paradisum nobilissimam regionẽ vacuam. ¶ Amp.
post electionem et casum angelorum de celo empy-
reo curauit secundum doctrinã xpianam restaurare
ruinam illam et replere loca celi empyrei q̃ vacua re
manserant animabus sanctis quomodo ergo non si
militer fecit in paradiso terrestri quomodo creden-
dumẽ eum voluisse tam nobilem habitationem tam
pclara opera sua lignorum et fructuum ociosa esse.
Tu ergo debes aduertere quia quemadmodum pla
Plato. to et platonici putauerunt infernum eẽ regionẽ istã
generationis et corruptionis et poete in hoc assense-
runt ppter causas quas audies in sequẽtibus. Sic
Cãpi elysii. eclysios campos et tempe sommauerũt paradisum
quendam esse terrestrem. Ego autem dico hic quia
locus paradisi non est habitatio congruens homini
bus pro statu in quo modo sunt: et hoc est quoniam
delitie corporales valde noxie sũt animabus huma-
nis. Inebriant enim illas et alienant a veritate et re-
ctitudine. et inducunt eas in obliuionem creatoris et
illaqueant eas atq captiuant et inducunt eas in ser-
uitutem omnimode corruptionis. Cõtraria vero de
liciarum corporalium purificant atq clarificãt et ab
Misera hi-stringunt ab eis crassitudinem atq rubiginem vitio
tatio nobis rum et malorum passionum quapropter vtilis ẽ mul
necessaria. tipliciter animabus humanis habitatio refersa mi-
seriis nec oportet vt queratur a me ppter quid ergo
creator sapientissimus posuit adam et vxorem ei⁹ in
paradiso deliciarũ si delicie adeo obnoxie sũt aiab⁹
humanis. Jam enim innui tibi quia delicie corpora

les non poterant predicta documenta vel alia infer-
re mentibus eorum ppter puritatem et bonitatem
atq fortitudinem nature ipsorum quemadmodũ vi-
des quia vinum licet fortissimum quosdam ex homi-
nibus inebriare non potest propter bonitatem com-
plexionis ipsorum bonamq dispositionem capitis
eorundem quosdam autem licet debilissimum et ad
modicum sumptum statim iebriat ppter mollitiem
complexionis ipsorum et debilitatem capitum eorũ
dem. Sic factum est in toto genere humano post q
natura humana in adam et eius vxore corrupta est et
infirmata omnes corporales delicie facte sunt eis i
vinum vehementis inebriationis et i augmentũ cor-
ruptionis et egritudinis in primis parẽtibus adam Obiectio.
scilicet et vxore eius. De hoc vero qđ dicit quia debuit
creator benedictus alios homines in paradiso sub
stituere scilicet icorruptos quibus habitatio illa de
liciarum congrueret. Respondeo quia meliores sui
corruptiores q adam et vxorem eius naturaliter fie-
ri non poterant quare veri simile est q idem de illis
accideret q de adam et eius vxore iam acciderat et p
hanc viam iret res in infinitum. Si vero dixerit quis
posset eos deus custodire bonos et imaculatos. Ve
rum vtiq dicit sed predegit diuina sapientia et boni
tate: potius ex malis hominum bona elicere q ma
la illa esse omnino nõ finem ex causis quas audies i
tractatu singulari de puidentia et cura ipsi⁹ quibus
vniuersum administrat et regit. De hoc autem quod
querit vt quid deus preclaram illam habitationem
nobilissima ligna et fruct⁹ pstãtissimos ociosa eẽ per-
petuo sinit. Jam in parte respondi tibi super hoc q
in hominibus in statu in quomodo sunt et fuerunt a
tempore corruptionis scilicet priorum parẽtum no-
xia valde ac pernitiosa est paradisi habitatio: multi
autem sunt vsus et vtilitates regionis illius lignorũ Que sit vti
q et fructuum eiusdem. Et prima et precipua vtili- litas padisi
tas illorum est: quia vt possunt potentiam sapientiam terrestris.
et bonitatem creatoris insinuant innuunt et loquũtur
non quidem vocibus audibilibus: sed ipsa veritate
bonitatis pulchritudinis et mirificentie sue que cau-
sa est et finis communis creationis omnium. Secun-
da est complementum atq perfectio vniuersi. si eis
deesset multum detractum esset non solum perfectio
ni ipsius: sed etiam decori. Sũt et alie vtilitates sicut
eruditio hominũ et correctio: dum eni audiunt amisis-
se habitationem tam nobilem et hoc irrecuperabili-
ter et erudiri ex hoc debent et puocari ad obedientiã
creatoris et deterreri a similibus culpis illi propter
quam patria illa hereditas ablata est et miserie pre-
sentis exilium irrogatum. Quod si dixerit quia inutili Obiectio
ter creat ibi creator fructus tam nobiles cum nõ sit alia.
qui comedat de eis. Respondeo ei quia nec de omni
bus arboribus que in habitatione nostra sunt fiunt
edificia vel vtensilia nec de omnibus lapidibus qui
sunt in lapidicinis ↄstruunt parietes aut turres aut
ppugnacula. Sed et quanta multitudo est piscũ ma
rinorum et fluuialium de quibus nemo vescitur: quot
etiam fere quas nemo venatur quot insuper et quan
te copie auri et argenti aliorũq metallorum sunt in
metalli fodinis que inde non extrahuntur. Nec tamẽ
ppter hoc inutiliter omnia hec creauit altissim⁹: has
eni copias et similes creauit iuxta diuinas bonitatis
sue et immensitatem largitatis non iuxta mensuram
auaritie et cupiditatis hominum: aut etiã necessitatis.
Cuius exemplum vnũ est i rege pdiuite aut pclaro.

qui non largitur munera sua secundum merita vel necessitates recipientium: sed iuxta munificentiam principalem tanquam non attendens solummodo quanta et qualia meruerunt vel quantum aut qualibus indigeant recipientes. Sed magis quanta et qualia deceat largiri magnificentiam ipsius. Aliud exemplum est de patrefamilias dapsili hoc autem est largo in dapidibus qui non attendit quanta vel qualia comesturi sint inuitati sed quanta et qualia opponere splendida mensa deceat largitatem ipsius. Tercium exemplum est in fonte copioso et abundanter inundante cuius aque non fluunt iuxta mensuram sitis et possibilitatem habendi vel hauriendi bibentium inde vel haurientium. Quartum exemplum est in sole qui non lucet pro capacitate oculorum videntium neque etiam illis solis qui eum videre vel intueri possunt: sed irradiat super omne illuminabile pro copiositate luminositatis sue. Quintum exemplum est in igne qui non calefacit prouidentia calefieri volentium: immo iuxta fortitudinem et virtutem caloris sui. propter quod incendit et ignit etiam calefactibilia quibus obuiauerit.

Manuductiones.

¶ De ligno vite quod est creatum in medio paradisi scilicet propter quid lignum vite dicatur.

Lignum vite cur ita.

De ligno vero vite questionem habet propter quid lignum vite dictum sit et dixerunt sapientes hebreorum atque christianorum. quia virtus ligni illius vel talis erat. Hoc est vite conseruatiua vt quamdiu homines illo ligno vescerentur a morte corporis immunes penitus seruarent. Et si dixerit quis quia hanc virtutem habent omnes sani cibi. Respondeo quia reuera ita est sed ad modicum tamen tempus breue. non autem imperpetuum. lignum vero vite virtutem habebat huiusmodi vt etiam imperpetuum vitam conseruaret ex illo vescentium. Si esset diuine voluntatis beneplacitum vt tamdiu essent homines in paradiso terrestri. et ipse exigentibus culpis eorum penam mortis inferre eisdem. vel transferre in paradisum celestem ac spiritualem per mortem corporum non prouidisset quamquam per aliam viam hanc translationem pro beneplacito suo facere posset quod dico propter hoc quia questionem habet tanta mutatio a statu habitationis paradisi terrestris ad gloriam paradisi celestis sine morte corporis fieri potuisset. hoc tamen indubitanter verum est quod si per mortem translationem huiusmodi creator omnipotens statuisset mors illa penalis omnino non esset. et hoc est quoniam causa mortis. id est peccatum non precessisset: hoc autem vnum est eorum que perscrutatus inuestigando reseruo tractatui de renouatione vniuersi. Caue autem tibi fabulis et deliramentis hebreorum quibus nec alienationes febricitantium errore et incredulitate comparabiles sunt. Vna est autem ex deliramentis eorum quod arbor siue lignum vite in altitudine habeat inter quingentorum annorum. quapropter grossicies eius hoc est trunci vel stipitis eius. maior erat grossicie totius terre. Aliud deliramentum est quod dicunt arborem vite ambulasse. Sunt et alia multa non minus erronea et incredibilia et risu digna vel potius irrisione que ipsi intolerabili cecitate non solum opinantur esse vera sed etiam paruulis et insipientibus dogmatizant. Si quis autem querat qualiter lignum vite per fructum suum virtutem habebat conseruandi vitam corporalem in corporibus tunc incorruptis et necessitate moriendi nullatenus abdictis vel etiam addictis propter pec

Lignum vite vitam in perpetuum seruabat

Deliramenta hebreorum.

catum ipsorum attendat quod mirra et aloe et balsamum atque sal et multa alia etiam corpora hominum corrupta et quod plus est mortua multo tempore seruant a corruptione putrefactionis multe etiam medicine vitam prolongant vel conseruando naturalem humiditatem et vitalem calorem vel purgando seu reprimendo ea per que corpora humana morti maxime appropinquant. Quedam vero per renouationem quandam sunt enim quedam habentia renouatiuam virtutem sicut carnes serpentum que vocantur thir experimento istud cognoscere potes atque narrationibus multis que inter homines audiuntur et ego de plurimis notissimis et famosis et maxime qui scilicet renouationes istas in seipsis habuerant audiui talia. non est igitur mirabile si arbor vite vel fructus virtutem eius habebat conseruatiuam vite humane.

Questio.

¶ Stabilitio loci qui purgatorium appellatur in quo anime humane purgationem in vita ista inceptam et non completam perficiunt.

Purgatorium.

De loco vero purgationis animarum quem purgatorium vocant an sit pro prius et deputatus purgationi animarum humanarum seorsum a paradiso terrestri et inferni atque habitatione nostra questionem habet. Verum quoniam manifestum est in quibusdam animabus multa restare purganda post mortem corporum suorum. antequam purgationem hic compleuerint que penitentia est secundum doctrinam christianam vel subito et improuisa morte rapiuntur siue per gladium. siue per suffocationem siue passionis alicuius vehementiam que citissime interficit necesse est restare vt compleant id quod restat et deest de purgatione sua quare et locus vt hec fiant necessarius est et hoc est quem purgatorium dicunt. Et si quis dixerit quia non restas agendum post hanc vitam de purgatione animarum sed statim vbi a corporibus exeunt vel ad celos euolant si absque culpa mortali sunt vel si culpam mortalem habent ad inferos rapiuntur. Dico quia non dubium est intelligentibus peccata quedam leuia esse pro quibus infernalia supplicia non debentur. Cum huiusmodi autem peccatis impossibile est euolare in celum quare necesse est purgationem istam fieri et ita in aliqua loco hic autem est locus quem querimus. Et si dixerit quod huiusmodi peccata deponuntur cum ipso corpore et sola depositione corporis dimittunt animam humanam mundam et liberam merito queretur ab eis propter quid non et maiores culpe mortales eximuntur ipsa depositione corporis. ¶ Amplius. Manifestum est quedam vitia inherere tenacius animabus humanis et quasdam passiones difficile mobiles et per contrarias consuetudines paulatim minui vel remitti donec radicitus extirpentur. Sic se habet ex necessitate et de maculis que relinquuntur in animabus. De huiusmodi igitur maculis quod momentanea et subita depositione corporum abstergi. ¶ Amplius. Quedam culpe mortales facilius deseruntur quibusdam leuibus: facilius enim penitet quis ab homicidio: vel latrocinio quam a risu nimio vel delectatione cibi et potus et hoc est quoniam peccata illa grauissima horrore suo deterrent et diffugant a seipsis. Illa vero suauitate sua animas nostra aliciunt et detinent; quare si ista leuiora tam facile relinquuntur vt sol a morte corporis deleantur. quanto fortius illa que constant esse minoris adherentie ac tenacitatis.

Nota.

Nota.

Pccã actua lia volunta ria.

¶ Amplius. Nõ est dubiũ quin peccata omnia que vocãt actualia voluntate seu volũtarie cõtrahentur quare cõtraria volũtate necessario deferunt. In eis autem que dixi vel qui subito moriuntur locum non habet voluntas contraria quia nec etiam cogitatus de correctione vel emendatione. Secum igitur deferunt anime humane huiusmodi peccata cum igitur nec cum eis trãsferentur ad celum nec pro eis detrudãtur in ifernum necesse est eas expiari anteq̃ in celestem gloriam transferẽtur. Est igit̃ locus vbi purgatio ista siue expiatio fit animarũ. ¶ Amp̃. Cũ manifestum sit non oĩa peccata equalia eẽ nec dubium sit peccata expiari posse vl' per penam vel per penitentiam inequalium autẽ peccatoꝝ expiationes eq̃les esse non possũt quẽadmodum nec ecõuerso scilicet inequaliũ eq̃les. equales inq̃ vl' tempore vel grauitate vl' asperitate. quare si que anime equalia habent peccata ꝛ simul inceperit expiatiõis peccatoꝝ suoꝝ facere vl' impossibile erit alterã prius exire de corpore suo q̃ alterã vl' alteri⁹ expiatio cõplebitur post exitum a corpore. ¶ Manifestũ aũt ẽ quia non est impossibile alterã pꝰs exire de corpore suo q̃ reliquã. Sic nõ ẽ ipossibile vtrãq; exire añ cõpletã expiationẽ. Ergo si añ cõpletã expiationẽ alterutra exiuerit. vl' vtraq; cõplẽda igit̃ erit expiatio hmõi i futuro. ꝛ ppter hoc i aliquo loco ꝛ hic est locus qui queritur hic. Si vero dixerit quia postq̃ inceperit purgationem necesse ẽ eam morari i corpore suo donec eã cõsũmauerit ergo medio tempore nõ posset occidi homo ille vl' aliter mori qđ est manifeste friuolum. Attestatur autẽ ei q̃ dico latinoꝝ ritus antiquissim⁹ qui expiatões huiusmodi seu purgatiões facere consueuerunt anni sui mense secũdo. Añ ꝛ nomen illi mensi inde imposuerũt februariũ illum vl' februarium nominãtes. Similiter ꝛ si quis sacra plutonis antique scrutari voluerit inueniet ibi pluria que adhuc faciũt quãq̃ huiusmodi cult⁹ ꝛ sacra nõ solum vanissima sint. sed etiã deo altissimo odibilia ꝛ irã ei⁹ cõtra mortales prouocantia. sicut per me alibi didicisti. ¶ Amp̃. Inter culpas grauissimas que mortales vocãtur ẽ hec necessitate via ꝛ medium ppter quas p̃mum felicitatis eterne redditur alioquin esset reuersio siue cõuersio ab illis ad virtutes huiusmodi hoc autem ẽ impossibile manifeste videlicet non esse reuersionem a malicijs ad bonitates. ipsa eñ anime humane mutat i litras non patitur aliquẽ hic immutabiliter eẽ bonũ vl' malum. Similiter neq; dei altissimi misericordia aut iusticia. ¶ Amplius huic errori sẽsus ipse experientia frequentissima contradicit cum manifeste q̃tidie videas ꝛ bonos malos fieri ꝛ malos bonos vel eruditione vel flagellatione ꝛ diuini numinis adiutorio. Malos autem nõ dico fieri quosq̃ nisi propria adinuentione vicia eñ ꝛ peccata adinuentiões eorum sunt. in quibus sunt non adite vel indite vl' inuisse. Si autem medium ẽ ꝛ via atq; reuersio a malicijs ad bonitates ꝛ a vicijs ad virtutes. ¶ Manifestum est quia illud medium ꝛ via non est nisi purgatio et expiatio qua de causa necesse est per expiationem minui vicia atq; malicias animarum humanarum minui inq̃ quantum ad opera ꝛ quãtum ad cogitationes ꝛ passiones. atq; debilitari habitus malos per contrariam consuetudinem. ita vt iam nõ ex ipsis procedant actus mali siue interiores siue exteriores donec radicitus extirpẽtur ꝛ sic facilis igressus virtutibus in animas humanas quarum aduentu anime ipse confortentur decorentur ꝛ velut renouato ex intimis iuuenescant. ꝛ hoc idem interdũ fit hic possibile tamen est ipsi creatori animarum subito animas quas voluerit expurgare. ꝛ qualiter hoc fiat iam dixi tibi in tractatu singulari de hoc: qui est de iustificatione malorum ꝛ penitentia hic autem intentio mea est de expiatione animarum. q̃ est ꝛ de diuina iniuria satisfactio ꝛ expiatio hoc est ꝛ animaꝝ humanarum emendatio ꝛ diuine ire placatio oĩa autem ista cõuenientissime fiunt p afflictionẽ que vocatur purgatoria propter hoc. Nemo enim ẽ cui nõ manifestum sit ꝛ terrena mala desideria exigui per afflictiones. ꝛ hoc ipsum attestatur natura que docet non solum homines filios suos ꝛ aliter subditos per flagella ꝛ afflictiones corrigere ꝛ auertere a vicijs ꝛ peccatis. sed etiam multa animalia. ¶ Amplius. Si creauit creator altissimus ignem quo purgatur metalla cum incomparabiliter maior sit ei cura de purgatione animarum humanarum quomodo nõ creauit ꝛ ignem quo anime purgarent humãe. Quod si dixerit quis q2 sufficit afflictio plenitudinis et dolor internus spiritualis quem habet vere penitẽs pro eo qđ peccauit. Uerum vtiq; dicit quia sufficit quando q; ꝛ hoc est vehemens ꝛ fortis adeo fuerit habens q; perfectiones quas alibi tibi scripsi. Uerũ si paucis fuerit ꝛ pauce afflictionis non sufficiet ad istam expiationem quare necesse ẽ vt adiuuetur hic donec suppleatur quicquid deest huiusmodi expiationi q; si hic. id est in vita ista factum non fuerit necesse est vt post hanc vitam apponatur supplementũ. ¶ Amplius. Quoniam iam stabilita est alibi tibi penitẽtia que est indubitanter purgatio animarum humanarum ꝛ placatio dei altissimi. ¶ Manifestum est tibi per hoc quia animabus post corpa est expiatio ꝛ purgatio de necessitate cum possibile sit ꝛ manifeste contingat multas penitentias in vita ista non cõpleri quapropter necesse est vt post hanc vitam compleantur que enim ex clementissimi creatoris adiutorio purgari ceperũt hic ipossibile ẽ remãere. ipurgatas autem eñ ẽ in potestate earum positum postq̃ corporibus exute sunt vt compleant purgationẽ hic inceptam: aut non est. Si sic ergo cum tanto libentius quanto propinquiores se vident glorificationi sue hoc merito faciant tantoq; liberius et expeditius quanto ab ipso corpore ꝛ impedimentis que ex parte corporis: ꝛ a vita mundi istius liberate sunt necesse est eas perficere in vita illa ceptam in presenti expurgationem: quare necesse est esse locum huiusmodi purgationibus deputatum. Si vero non est in potestate eorum cum manifestum sit eas purgationem suam desiderare ꝛ modis omnibus velle nihil verisimilius aut credibilius est q̃ clementiam creatoris satisfacere tam pijs desiderijs earum ꝛ supplere eis omnipotenti virtute sua q; ipse sine eiusdem adiutorio: nec etiam incipere potuerunt. ¶ Quod si dixerit quia culpa earum fuit vel q; nimis tarde expurgationem huiusmodi inceperunt: vel q; desidiose nimis ꝛ negligenter in parte ista egerunt: alioquin eam potuerunt perfecisse. Dico quia homo iste omnino ignorat et virtutem vere penitentie et ipsius penitentie veritatem: non enim est vere penitens: nisi qui omnino auersus est corde et voluntate a malicia sua hoc est a vicijs et peccatis ꝛ ad deum conuersus et eidem adherens toto corde talis igitur iam deseruit maliciã penitus ꝛ apprehendit bonitatem: factusq;

Nota (margin, left column)

Nota (margin, left column)

Expiatio. (margin, left column)

Nota (margin, right column)

Nota (margin, right column)

Nota (margin, right column)

est bonus totaliter interi⁹: quare vel nihil restat i eo expurgandū interius nisi forte leues alique culpe vl forsan aliquid eis patiendum restat per quod satis faciat dei honori atq; iusticie ꝛ huiusmodi passiões nominaui tibi penas purgatorias ꝛ penitētiales tu etiam nosti consuetudinem que apud homines ē qui volunt sibi satisfieri pro irrogatis iniurijs per penā aliq̄ vel condignam: vel minorem: et hoc est cum clementes sunt homines et iusti amant autem penam huiusmodi non liuore vindicte: sed amore iusticie qḋ est cum viderint eam emendatoriam et correctoriā patientium ꝛ multo amplius amarēt eas si viderēt animas exinde purgari ꝛ decorari quia igitur tales intelliguntur pene purgatorie que ceptam in hac vita purgationem penitentialem perficiant et suppleant: leuesq; ac velut desuper aspersas maculas leuium peccatorum abstergēdo animas purificent ꝛ decorent necessarie sunt multis animabus et per eas diuine sat: fit iusticie pariter et clementie vt supra tetigi tibi necesse est animabus humanis post corpora et tempus ꝛ locū hr̄e hmōi expurgationis. ¶ Q; si dixerit quis quia clementissimus ac benignissim⁹ creator non amat vel querit tormenta: et cruciatus animarum cū ipse sit essentialiter atq; fontaliter misericors iam ī alio tractatu satisfeci tibi super hoc ꝛ iterū dico quia creator sublimis ꝛ benedictus sicut essentialiter ac fontaliter est misericors sic est essētialiter ac fontaliter iustus et propter hoc sicut nō querit penas animarū aut cruciatus per se. Sed q: multipliciter vtiles animabus et salutares. Sic nō querit eas quia tormenta sunt animarum humanarum hoc enim intentio credulitatis est diabolice: sed potius quia iuste et honori suo conuenientissime inq̄tū enim iuste ꝛ bone sunt. Sicut iusticia inquantum iusticia bonitas. Sunt etiam decore quoniam decent ꝛ iusticiam eiusdem et merita patientium vel patientes propter merita mala quanta sit pulchritudo iusticie inde manifestum est tibi quia tam vehementer diligitur ad eam intueri preualent et videre q̄ vtilis: autem et q̄ salutaris sit hominibus in parte ista dei iusticia quia metu future purgationis etiam alias non deterriti penitentialem purgationem et facilius et citius in presenti vita incipiunt atq; deligētius et strenuius prosequuntur ac satagunt consūmare anteq̄ vita ista defungantur.

Nota.

Aduerte.

¶ Alia stabilitio loci in quo purgantur anime defunctorum que purgabiles sunt.

Quod autem fidem indubitatam facit de purgatorio ꝛ purgatione huiusmodi visiones sunt et apparitiones animarum seu hominum qui in huiusmodi purgationibus existentes post mortem corporum suorum apparuerunt tam multis et tam sepe ꝛ amicis suis vt adiuuarentur eas et eis suffragia ꝓcurarent. Similiter et premonentes eos sibi a futuris supplicijs precauerent. Apparuerunt similiter et viris sanctis multi petentes ab eis suffragia sua vel vt ab amicis eorum ea ipsis fieri ꝓcurarent faciunt et ad hoc testimonia rediuiuorū hoc enim est q̄ de morte corporis resurrexerunt qui statim animas et prophetarum et aliorum in predictis purgationibus existentium narrauerunt et testificati sunt prout inuenire poteris et gestis scriptis et narratōib⁹ christianorum de huiusmodi apparationibus petitionibus et querelis premonitionibus et reuelationibus

Nota

que non solum auditu iocunde sunt. Sed etiam vtiles ad modumq; salutares multumq; proficiētes ad correctiones hominum a suis vicijs et peccatis vehementer ꝓuocantes ad amorem sanctitatis et desiderium eterne felicitatis. ¶ Amplius Non est lex de tribus magnis legibus que in purgationem animarum post mortem corporum non consenciat et etiam gentes que legem non habent: neq; creatoris benedicti noticiam vel fidem et semper intenderunt et adhuc intendunt suffragari animabus defunctorum et adiuuare eas vt liberentur ꝛ transferantur ad celos vel in deos etiam tanq̄ deificata gens vero xp̄ianorum ꝛ orationibus et elemosinis et sacrificijs omni genere priorū operum credit adiuuari animas defunctorum vsq; ad diem vniuersalis iudicij non quidem omnes vsq; ad perfectam liberatiōem et expurgationem: non enim credit sic esse purgabiles eas q̄ iā in inferno detinent. Similiter neq; aīas paruulorū qui preter baptismalem sanctificationem a suis corporibus exiuerunt. eas vero solas ad perfectum purgabiles que penitentes vt supra dixi in alterum seculum migrauerunt hisq; solis prodesse posse ad liberationem omnimodam predicta suffragia ex hac vita in alteram que cum iustificatiōe seu iustitia penitentiali ex hoc seculo transiuerunt in alterum. Restat igitur vt qui expurgatiōes siue expiatiōes istas negant animarum post corpora vel concedant oīes animas vere his penitentes solam penitudinem ꝛ iustificationem interiorem absq; alijs operibus ꝛ satisfactione sufficere vel non. Q; si sufficere credunt necesse habent confiteri superuacua esse opera huiusmodi videlicet que penitētes ꝓ peccatis suis in omni lege agere consueuerunt. Similiter orationes obsecrationes que ꝛ sacrificia facere vbiq; noscuntur. ¶ Amplius manifestum est nō omnes penitudines īteriores equales esse nec oīa vitia vel peccata. Aut si igitur determinatū est quanta huiusmodi penitudo siue afflictio ꝛ dolor penitudinis sufficiat ad plenam expiationem animarum perfectāq; reconciliationem ad creatorē aut non est determinatum. Q; si dixerit determinatum esse quantitatē necesse habꝫ hoc intelligere altero duorum modorum quorū primus est vt intelligat vnam aliquam quātitatem doloris penitentialis que sufficiat ꝓ omnibus eque: videlicet ꝓ magnis vt ꝓ paruis peccatis: ita vt nō sit necesse penitentibus aliquid amplius agere pro eo vt reconcilientur creatori. Sequitur ergo vt si forte maioris quantitatis fuerit dolor q̄ sint illa determinata partem habeat superfluam: et etiam q̄ in iust⁹ sit iustificator animarum deus altissimus qui maiorem infert penam doloris penitenti q̄ exigant culpe illius. ¶ Q; si dixerit quis additur dolori vltra debitum et exigentiam culparum additur in perfectum virtutum et in medicinam. Uerum vtiq; dicit sed de dei iusticia non se expedit vel absoluit. Neq; eni h̄ sana iusticia hoc patitur vt pro inequalibus delictis equalis iusticia fiat et q̄ pro vno et pro multis vl' equalibus vel maioribus pena et eadem infligatur quātomagis ergo iusticia diuina hec non patietur. Alit vero modus est vt intelligat determinatam esse penam penitentialem in quantitate: ita scilicet vnicuiq; peccatorum debeatur propria non vna scilicet in omnibus: sed maioribus maior ꝛ minoribus minor. Intelligo autē hoc de pena penitudinis interioris. Dico igitur si penam huiusmodi infert deus in vi-

Nota

Vide.

Nota

dictam et ex iusticia sola possibile esset forte qd dicit
sed huiusmodi penitudo si vera est atq perfecta in
dubitanter perfecte iustificat animam siue hominez
et deo reconciliat eundem: vere enim penitens inte-
rius vere reuertens est ad viam rectitudinis: quare
vere est auertens se a malis in quibus est ⁊ que fecit
propositoq ⁊ voluntate in bonitate est et bonis que
deseruit. Quanta autem penitudo hec penitentem
facere faciat ipsum iustificat deoq ipsum conciliat
et coniungit. Non est autem dubium quin clementis
simo creatori longe plus placeat penitudo interior
Nota. ꝙ penitentia exterior: et hoc est quia longe melior vt
pote vicijs ⁊ peccatis essencialiter ꝯtra ipsiq aie hūa
ne vicinio: vt eius mūdatio ac decoratio ipsiusq crea
toris immediata operatio ipsaruz animarum refor
matio spiritualis possibile autem est eaz tantam eē
hoc est tante afflictionis et doloris: vt aliam penam
ab ipso penitente diuina iusticia nō requirat plerū-
q autem diuie iusticie per huiusmodi penitudinem
non satisfit totaliter ideo necesse est vt suppleatur
vel iteratur penitudinibus vel exterioribus exercita
tionibus. ¶ Amplius. Qui peccauit et intus et ex-
terius et corde scilicet et opere nonne dignum et iu-
stum est vt satisfiat itus ⁊ exterius aut saltem cousq
intus sicut tetigi tibi vt sufficiat penitudo interior vt
exterior satisfactio merito non queratur. Q; si dixe-
rit quia non oportet hoc ita esse quoniā exterior sa-
tisfactio posset esse tāta secundum hoc ꝙ interior nō
esset necessaria. Respondeo non esse verum: quia ex
Nota. terior exercitatio nec nomine satisfactionis digna est
vt vnꝙ deo accepta nisi de radice interioris ꝓcesse-
rit. Modis igitur omnib⁹ necesse est locum esse pur-
gationibus futuris deputatum ꝓpter iniurias ani-
marum quarum hic purgatio iuxta quod tibi dictū
est non expletur. Q; si dixerit quia non decet creato-
ris clementiam ita exactricem esse penarum marie
penitentium animarum. Jam respondi tibi in hoc q̄
liter decet ⁊ qualiter est decorum et feci rememora-
tionem bonitatis iusticie et pulchritudinis eiusdez.
Et nunc addo tibi quia creator non intendit aliquid
propter aliquid aliud a se sed operatur qd decet ipm
quia decet ipsum et nihil magis decet ipsum ꝙ cle-
mentia et iusticia et tam clementie opera ꝙ iusticie
etiam per se debita sunt: per se bona: per se decora ⁊
propter hoc propter semetipsum operatur illa crea
tor optimus licet mire vtilitates et immense proue-
niant ex eis hominibus.

¶ Alia declaratio purgatorij

Nota. Debes autez scire ꝙ qui negauerūt eē pur-
gatorium et purgationes istas animaruz
ignorauerunt penitentiā et eius esse: est eñ
pnia siue penitudo interior iudicium spi-
rituale in quo iuditio anima peccatrix accusat se: te-
stificatur contra se: iudicat contra se videlicet se esse
dignam tormentis atq supplicijs infernalibus pro
eis que male gessit. postremo exequitur iudicium ꝓ-
prium contra se videlicet torquendo se non solū spi-
ritualiter modis qui tibi alias declarati sūt per me
sed etiam corporalibus afflictionibus qualia sūt. Je
iunia: labores flagella et alia huiusmodi que sacre
exercitationes nominantur ⁊ cum videt quia omnia
ista non sufficiunt ad plene satisfaciendū iusticie crea
toris instat orationibus et obsecrationib⁹ apud cle-
mentissimum creatorē implorans eius misericordiā
vt ignoscat ei merita supplicia. Et iā declaraui quia
nulla pars afflictio: nullum tormentum quod hic pe
tentes infligant: quo non maiora incomparabiliter
debeantur peccatis grauibus qb⁹ aie humane sepa-
rantur a deo. Sed neq honores quantumcunq sint
equari possunt vel comparari contumelijs et iniuri
is que peccatis huiusmodi deo altissimo irrogantur
declaratum enim est tibi peccata huiusmodi omnia
et infinita esse: et infinitas pro eis penas de rectitudi
ne diuine iusticie irrogari. Sicut igitur seruum fugi
tiuum non sola reuersio sua ad dominum suum. imo
iustissime exiguntur ab eo opera quibus tempore fu
ge defraudauit dominum suum Sicut etiam vir bel
lator recedens a rege suo Jmminente eidem prelio
non sola reuersione iustificatur apud regem imo ex
igitur ab eo satisfactio ⁊ de fide violata ⁊ de damnis ff xi.
si qua regi pro eius recessione prouenerunt. Sicut
et peccatoribus non sufficit sola reuersio ad regem
et dominum omnium seculorum. Nisi ⁊ damna sub-
tracte seruitutis subtractiq seruitij restituāt: cōtume
liā ⁊ iniuriā fuge sue ⁊ delictiōis iuxta legē ipi⁹ emē
det nisi forte tāta sit hūilitas ⁊ deuotio afflictioq in-
terior vt regi ⁊ dño his placeat eē cōtentū. Purga
tio igit penitētialis exterior seqt hmōi iudiciū si datū
fuerit spacium hanc complendi nisi vt sepe dixi inte
rior sufficiat ł pena iudicialis. quam etiam peniten
tialem vocaui sequitur animas exeuntes a corpori-
bus suis. ¶ Utrū autem locus aliquis per se his pu
rificationibus deputatus sit solus ⁊ ꝓprius nulla lex
vel alia scriptura determinat: apparet autem ex vi-
sionibus ⁊ reuelationibus animarum huiusmodi q
in multis locis mundi huius terreni purgatiōes iste
⁊ supplementa penitentiarum fiūt. Apparere etiam
potest ex ratione. Cum eñ purgatiōes huiusmodi
supplementa sint penitentialium satisfactionum nō
oportet vt alius locus sit eius ꝙ penitētijs: idem eñ
locus debetur semp toti ⁊ partibus. Ubi eñ est loc⁹
hominis ibi ⁊ pedum ⁊ manuum: purgationes aūt
iste partes sunt penitentiaruz. Audiuisti autē apud
Poetas infernum esse vel secūdum partem vel secū
dum totum deputatum suis purgationibus ⁊ plato
nem deum vocari tartarorum ⁊ pesse supplicijs ani-
marum: quapropter statuerūt ei sacra ⁊ sacrificia q-
bus placaretur ad parcendum animabus apud eos-
dem etiam legisti mundum istum terrenum infernuz
esse ex causis ⁊ similitudinibus quas potes reminis-
ci in quibus secuti esse videntur esse platonis meta-
phoras qui ⁊ ponunt animas violenta morte de cor
poribus exeuntes circa corporum suorum tumulos
ꝑmorari: nec autem inde recedere ꝙ consūmatum es
set tempus quo durature erant in corporib⁹ suis ni-
si eas inde mors violenta expulisset ⁊ ex huiusmodi Nota.
commotatione vmbras vocari sicut in precedente
audiuisti.

¶ Stabilitio ignis purgatorij ⁊ ignis infernalis.

His igitur tradictis secundum quod mihi
fuit possibile transibo ad alia ⁊ incipiam
loqui de igne quem vocat gens christiano
rum purgatorium: ⁊ de illo quem vocant
infernalem vt remoueam a te dubitationem ad mi-
rationem de his rebus quas imperiti posse esse nō cre
dunt sed more suo quecunq non vident alios videre
non extimant: ⁊ etiā quicquid non cognoscunt cogno
sci posse despant: ⁊ nihil esse penitus opinantur. Di
co igitur in primis quia huiusmodi homines nō cre
derēt ignem esse qz aquam combureret: nisi hoc eos

est posterius ꝛ in ordine successionis erunt similiter
ꝛ in eternitate erit igitur ĩ ea prius ꝛ posterius ꝛ an
te ꝛ post ꝛ successio. Iam autem ꝓhibita sunt nomi-
na huiusmodi ab eternitate. Si vero non fuerit ibi
sm̃ suam veritatem quam dixi cum alium modum es-
sendi non habeant ꝙ successiuum ꝛ ordinatum vt di
xi vel nullomodo igitur erunt ibi: aut figmentaliter
ꝛ falso erunt ibi. Dico igitur in hoc quia me ꝛ te iam
expediui super hoc: nihil enim temporalium prout Nota
iam tibi patefactum est in eternitate vere ac proprie
esse potest. Sed sermo huiusmodi hominum habet ĩ
tentionem huiusmodi: quia omnia que habet eterni
tas sunt apud eam semper presentia cum nihil apud
eam influat aut pretereat incipiat aut desinat. Cum
ergo generaliter intelligunt de rebus omnibus: hoc
est tẽporalibus ꝛ spiritualibus quia omnia hec sunt
in eternitate presentia intelligunt indubitanter ꝙ crea
tori eterno qui est lucidissimus aut infallibilis con-
spector omnium seculorum habet omnia sibi presen
tia hoc est videt ꝛ intuetur: quoniam non magis vi- Nota diligen
det presentia ꝙ preterita vel futura vel quolibet mo- ter.
do aliter absentia. Sicut enim nihil addit cognitioni
luminosissime ipsius rerum presentia vel existentia
illa nihil detrahit eidem eorum preteritio vel futuritio,

Causa autem in hoc est quoniam creator non videt per aliud q̄ per seipsum. ipse enim est sibiipsi lux per quam videt et ipsemet est sibiipsi similitudo vel exemplum vel speculum in quo videt quid videt. Se enim ipsum intuens videt omnia de hoc tamen faciā considerationem que tibi sufficere debeat in tractatu q̄ sequitur istum.



Exemplum vo imaginabile comparationis eternitatis et temporis qd̄ promisi tibi est ut imagineris totam imēsā eternitatē et intra eā rotam tēporis ita q̄ tangat eam in uno puncto tantum. hoc enim alibi didicisti q̄ siue circulus circulum: siue sphera spheram contingit: et hoc sit intra siue extra in uno tantum pūcto cōtigere necesse est. Quia igitur eternitas tota stat vt audisti: et tota simul est imaginare quia quatenus rota temporis rotam eternitatis tangit quatenus et tantum est: quare quia punctatim tantum tota suā revolutione ipsam tangit punctum et est ipsum tempus et propter hoc nihil totum de tempore sil est. Simile est si imagineris totam eternitatem luminosissimam et luminositatem eius eē ipm esse ipsius vel entitatem et ex ea influere lumen eius super temp⁹ quatenus ipsum tempus receptibile est ipsius: et q̄niam non est receptibile ipsius esse secundum totalitatem aliquam hoc est neq̄ secundum suam totalitatē neq̄ secundum totalitatem alicuius ex partibus suis nūc fluit lumen essēdi ab eternitate super ipsum nisi pūctatim. quemadmodum neq̄ tangibilis est rota huiusmodi nisi punctatim propter fluxum enim suum irretinibilem non est illuminabile nisi punctatī. Adiuuaberis etiam in hoc si imaginatus fueris aquā exeuntem de vase aliquo guttatim vel aliter exire nequeuntem. adeo enim est fortis potentialitas adeo q̄ angusta ut de ea exire nisi pūctatim temp⁹ nō possit in actum sicut angusta foraminis ex ātedicto vase non permittit exire ex eodem aquam nisi guttatī omnium quippe rerum creatoris debilioris eē ē tēhoc autem apparet ex hoc quia actualitas eius est in ultimitate paruitatis. potentialitas vero ecōtrario. est enim tempus secundum minimū sui hoc ē secundum punctum tantum est: et non ē secundū plurimum sui: et istud esse intelligo hic ultimum actualitatis illud vero non esse hoc est q̄ competit tempori: intelligo hic plurimum potentialitatis. Admiratiōe autem dignum videtur q̄ inter forte esse eternitatis et debilissimum esse temporis medium non est vt videtur. Illud enim si esset medium aut esset fluens totaliter vt tempus aut esset totaliter permanens vt eternitas et utro istorum modorum esset medium et hoc non esset unum. immo esset aggregatio eternitatis et temporis. Si vere permanens. permanens eēt pars eius et vere fluens esset pars altera. Et si quis dixerit quia orizon eternitatis et temporis quem ponūt philosophi est medium communicat enim vt videtur vtreq̄. et iste orizon non est nisi perpetuitas et perpetuitas communicare videtur cum tempore inceptionem et cum eternitate indesinibilitatem. et propter ista duo dixit philosophus ipsum esse orizontē eternitatis et temporis et post eternitatem supra tēpus post eternitatem inq̄ propter inceptionē. Supra tempus vero propter indesinibilitatem eē et isti videbant sentire tp̄s esse finitū. i. finibile duratione

Eternitas.

Tempus.

Orizō eternitatis, et tpis.

ētū ad hoc q̄ dixi supra tp̄s orizōta vo noiauit ipsā ppetuitatē orizon et circul⁹ ē diuides duo emisphe ria vez id qd̄ appet de celo sup terrā q̄ est indubitātater medietas ipsius et id qd̄ apparet q̄ sez terra phibet videri qd̄ ex necessitate reliqua medietas. Vñ videtur itelligi q̄ i ipso initio perpetuitatis esset divisio tanq̄ p media ipsi⁹ eternitatis sicut supra dixi tibi. Sed huiusmodi eternitas nō potest intelligi nisi tempus eternum orizon autem intelligitur orientis zona et vulgariter de huiusmodi circulus finitor visus nostri. Unde solem et lunam et stellas tunc videre incipimus cum oriuntur motu suo revolutionis super orizontem nostrum. Tunc vero ea videre desinimus cum descendunt subter ipsum. Potest autem et merito queri. quid intelligit philosophus quia oē esse: aut est ante eternitatem et supra ipsam aut est in eternitate et cum ipsa aut ē post eternitatem et supra tempus vt anima que ē in orizonta eternitatis. Nihil autem potest intelligi ante eternitatem esse aut vltra ipsam nisi ipse creator benedictus et hec anterioritas vel prioritas non potest esse nisi causalitatis qua generaliter causa omnis efficiens intelligitur prior esse omni causato suo. Impossibile enim ē vt eternitate et tempore precesserit eternitatem tempore quidem ipsum precessisse eternitatem ē impossibile quoniam tunc necesse esset tempus illud precessisse eternitatem quare eternitas esset finita et terminata ad tempus illud. Similiter impossibile ē q̄ creator eternitate precessit eternitatem: tunc enim oporteret q̄ vel eadem eternitate precesserit eam vel alia. Si eadem esset igitur eternitas eadem prior seipsa Si vero alia esset igitur eternitas altera post alterā et hoc non posset esse nisi vno duorum modorum videlicet vt aut sine medio esset post illam aut non: et tunc esset terminata ad illam et inciperet ab illa quēadmodum dies ad suum crepusculum vel noctē precedentem immediate ipsum. Si vero medium eēt inter duas eternitates esset posterior eternitas terminata ad illud et inciperet ab illo: et ita esset finita ab illa parte eternitas. Manifestum igitur est q̄ ante eternitatem nihil est du ratione: quia nec tēpore nec eternitate vt iam patefeci tibi. Eodem modo se habet a parte altera. Et igitur creator benedictus dicitur esse ante eternitatem ordinis dicitur non p ordinem durationis aut successionis.

Nota.

Nota.

Cito etiam q̄ eternitas ista non est secundum Aristotelem neq̄ secūdū intentionem cuius phisicus est iste sermo nisi tempus eternū hec est duratio ex vtraq̄ parte infinita. Verū an hmōi duratio possibilis sit i aliquibus rerum creatarum faciam te scire in sequentibus et declarabo: quia nec tempus nec aliud continuum vllo modorum potest esse infinitum. In hac ergo continuitate et cum ea posuit Aristot. esse intelligentias decem vel plures si plures essent q̄ decem: hoc enim non determinauit in methaphisica sua. Sed posuit tot esse intelligentias mouētes corpora celestia quot erant motus celestes: sed neq̄ numerum motuum celestium declarauit tractatu q̄ adhuc ad me peruenerit. Inductus autem fuit ad exponendum intelligentias in eternitate specialiter. credulitas autem qua credebat credidit eas nihil habere in potentia et pp̄ hoc nihil eis addere posse nihil nominato posse

Aristoteles.

Intelligentie mouētes corpa celestia.

acquiri ab eis. Sed totum abesse actu quicquid habere naturaliter poterant ꝛ propter hoc nihil eorū que habent eis posse fluere nihil eorum que non habent ad eas posse influere. ꝛ hec est quedam indubitanter propinquitas, ꝛ vicinitas ad eternitatē.



Mirabile autem ē ꝛ questiōem habēs non leuem ꝙ habet sermo propheticus ipsius prophete hebreorum ꝛ legislatoris ipsorum. Dominus īquit regnabit ineternum ꝛ vltra. Et alius eiusdem gentis propheta dominꝰ regnabit ineternum ꝛ in seculum seculi. Aut igiẗ aliqd est vltra eternitatem ꝛ post ipsam aliquid inq̄ qḋ est vel tempus vel eternitas vł perpetuitas aut nō. Si

An sit aliqd vltra eternitatem.

sic tu scis ꝙ hoc iam prohibitum est per ea que precesserunt: ex eo enim sequeretur eternitatem eē finitē dam ad illud si immediate esset vltra eternitatē. Si vero medium intercederet inter illud ꝛ eternitatem finiretur ex necessitate eternitas in illo medio et ad illud. Si vero nihil est post eternitatem tale quomodo igitur regnabit in eo deus nec in hoc enim videlicet ꝙ aliquid fit nec in eternitate nec in perpetuitate: nec in tempore. nec nūc temporis. propter hoc visum est aliquibus ꝙ hec sit intentio sermonis illius. Dominus regnabit ineternum ꝛ vltra. hoc est quantumlibet et et vltra diuisiue scilicet ac si diceretur per mille annos ꝛ vltra ꝛ per centum millia annorum ꝛ vltra ꝛ ita in infinitum. Sꝫ qualiter exponēt illḋ aliud. Regnabit ineternum ꝛ in seculum seculi. Videẗ ergo seculum seculi intelligere seculum qḋ est futurū post presens seculum. id est post seculum qḋ modo ē

Nota.

ꝛ secundum hoc ineternum esset intentio designans presens seculum tantum. Uerum posset aliquis intelligere seculum seculi expositio eius est ꝙ dixerat ineternum: ac si diceret. Dominus regnabit ineternum hoc est in seculum seculi. Jam enim declaratum ē tibi quia eternitas sicut precedit seculum presēs ꝛ tēpus. Ita ꝛ sequitur illa intra enim ipsam sunt sicut ī precedentibus audiuisti. Si quis autem dixerit dictum esse per figuram quam greci vocant hipbolem tu ne mireris quia in libris prophetarum qui indubitanter sunt diuina eloquia ꝛ oracula inuenitur iste modus locutionis si ciuitates dicūtur ibi ad celum vsq̄ murate. per huiusmodi igiẗ tropum locutionis qui vocatur excessiuus noluit designare infinitatem creatoris. Debes autē reminisci quia aliꝰ propheta eiusdē gētis dixit de creatore. Qui fecit terrā in sempiterno tempore. Qualiter ergo intellexit tēpus sempiternum. Similiter ꝛ sicut in scripturis xp̄ianorum sepissime legitur vita etna ꝛ felicitas eterna danda dei electis ꝛ amicis post hanc vitam. Est igi

Nota.

tur ibi abusio propria acceptio nominatiōis eterne felicitas enim que danda est post hanc vitam necessario incipiet tunc quare non propter hoc eterna dici potest. Eternam igitur dicunt pro perpetua. Sic et sempiternum vocant tempus propẗ multam durationem ipsius. Si enim vt quidam putauerunt tēpus totum hoc est in totalitate sua acceptum videlicꝫ ꝙ cepit a creatione mundi ꝛ terminabiẗ die vniuersalis iudicij. Septem milium annorum est tantū multa indubitanter est duratio ipsius ꝛ ꝓpẗ hoc vocauit ipsum propheta sempiternum.

¶ His autem ita determinatis prosequar tibi iuxta ꝓmissum quia seculum accipiẗ scḋm duas intentiones videlꝫ ꝛ ꝓ rebus ipsis quēadmodū mūdꝰ vocatur seculum. Unde ꝛ paradisus celestis vocaẗ seculum alterius. Seculum etiam p̄sens dicitur statꝰ ille ī stabilitatꝭ ꝛ mutabilitatis in qua sumꝰ ꝛ iste sūt intentiones huiusmodi seculum ꝛ sunt valde vsitate. Tertia vero intentio est eiusdem qua accipiẗ pro tempore vł alia duratione siue sit perpetuitas siue eternitas. Quantum autem tempus intelligatur seculum. Alij dixerunt centum annorum tempus seculum esse: forsitam autem huiusmodi tempus verius diciẗ generatio. Sicut ostendam tibi in sequentibus

Seculū q̄d.

vsitatius autem diciẗ seculum spaciū qḋ est inẗ quascunq̄ duas magnas mutationes ex his mutationibus q̄sepe fiunt in mūdo isto terreno. Magnas aūt mutationes istas intelligo mutationes regnorum mutationes sectarum. mutationes legum. renouationes enim siue vniuersaliter siue particulariẗ fiant dummodo sint magne. quemadmodum renouatio magna facta ē generis humani per diluuium qḋ sub deucalione dicitur inundasse maxima vero per diluuium quod sub noe dicitur fuisse. Sed si peste vł fame aut tempestate aut terre motibus fierent magne destructiones hominum ꝛ animalium. Dico ꝙ essēt vel initia vel termini seculorum ꝛ dicuntur huiusmodi tempora secula ꝛ ipsum tempus. Seculum a sequendo hoc est succedendo propter fluxum successionis continue vt quibusdam visum est. Magis tamē

Seculū vł.

videri potest ꝙ dicatur seculum a sectando propter sectiones eius continuas ꝛ diuisiones infinitas quibus non solummodo diuiditur sed etiam sectatur ꝛ abrumpitur ab ipso esse preteritiōe continua ꝛ huic intentioni attestatur scriptura nominis illius.

Si enim ab eo ꝙ est sequor sequeris nominatum esset. Scribendū videretur per litteram q. Scribitur autem per litteram c. Debes etiam scire quia secula alij minora: alij maiora posuere. alij enim centum annorum spacium vt predixi tibi. Alij vero mille annorum spacium: ꝛ isti sunt qui diuiserunt totum tempꝰ durationis mundi inferioris in septem ciliadas hoc est millenarios. Unde ꝛ scripserunt magnas quasdā

Mutatiōes magne.

mutationes que facte sunt: ꝛ etiam que future sūt vt dicunt. Fuerunt ꝛ alij qui considerantes totum tempus ab initio mundi inuenerunt mutatiōes magnas factas in eo a sexcentis in sexcentos annos fere ꝛ intelligo mutationes magnas exortus regnorum magnorum ꝛ destructionem ipsorum aut in toto: aut in magna parte. Similiter ꝛ legum magnarum atq̄ sectarum constitutiones ꝛ destructiones. sicut manifestum est tibi de regno hebreorum ꝛ lege: quando exterminata sunt ꝛ principe: ꝛ exercitu romanorum. Deinde sexcentesimo fere anno exorta est lex machometi ꝛ regnum eius ꝛ destructa lex christianorum ꝛ regnum in arabia: perside indya: siria ethiopia ꝛ egypto ꝛ hyspaniarum que sunt vltra mare parte maxima. Similiter aquitania ꝛ galliarum parte. Post-

Nota

modum autem inualescente regno Francie destructum est regnum sarracenorum ꝛ secta eorum exterminata vsq̄ ad fines yspalis que vulgo cibilia vocatur: ꝛ percussum grauiter est regnum illud ꝛ secta etiam in capite suo scilꝫ in vrbe Maroquensi ꝛ finibus eius per idē vero tp̄s quo secta sarracenorū orta est: Imperium romanum pene destructum est partim ꝑ gentes secte sarracenorum partim per barbaras nationes multas. Simiľ mutatio facta est in regno ser

imperio grecorum qd̄ constantinopolitanum voca-
tur. Et iste omnes mutationes vltimo sexcētenario
in cuius fine sumus facte sunt. In precedenti vō cū
in cuius fine sum⁹ sexcētenario ꝛ fere q̄dragīta ānis
añ exorta ē lex xp̄ianorū ꝛ regnū ipoꝝ. Utrū aūt ista
se habeat veritas ꝑ omnes sexcentenarios ānorum
qui fluxerunt ab initio mundi scire poteris cronicis
Quid aūt futuꝝ sit post hoc de mutatiōib⁹ magnis
astronomi p̄diuinare conantur ex ꝯiunctione plane
tarum que futura ē in libra. Causa autem in hoc est
quia omnes huiusmodi mutationes attribuūt con-
Corui etas iunctionibus istis ꝛ motib⁹ stellarum fixaꝝ. ¶ Ma-
nifestum etiā ē tibi ex his q̄ precesserūt quia qui di-
xerunt coruū per tria vł nouem secula viuere intelle
xerunt secula centenarios annoꝝ quia per trecente-
narios annos vel nouem opinati sunt viuere coruū
Generatio autem non immerito credi potest spaciū
cētum annorum ꝛ tunc intelligēda ē dici a genere et
reuera tamdiu se eē de eodem genere homines dicūt
q̄diu patrem generis agnoscūt ꝛ tamdiu etiam gra
dus parentele ꝛ cognationum ꝯputant ꝛ hoc est spa
cium vite hominis nisi ipsum aut malitia comple-
xiōis. aut alia incōmoditas abbreuiet extēditur aūt
plurimū in plures q̄ centum annos sepius nec cōtra
hitur in paucos. Sciendū etiā est tibi. quia genera-
Generatio. tio dicitur interdū totū tempus quo generāt homi-
nes quemadmodum ꝛ generatio dicitur tempus re
nouationis ipsorum hoc ē resurrectiōis ꝛ iste intētio
nes inueniuntur in lege xp̄ianorum que grece euan-
gelium vocātur. Nec dubitandum ē tibi quin gene-
ratio etiam vnum genus aut vna progenies nomi-
netur. ꝓgenies autem generatio ē ex vno primo ac
p̄ncipali capite famoso: scilicet ac nominato plebe
ibi quippe homines ꝛ ignoti non dāt nomen generi
bus: nec eis ascribūtur genera vł generatiōes. Sed
illis qui patres simulac principes generum suorum
habētur. Etas autem proprie ꝛ prima sui cognitio
ne dicitur tempus vite vniuscuiusqꝫ animalis. Dici
tur etiam ꝛ stat⁹ vniuscuiusqꝫ partis secundū quam
est mutatio in ipso animali. Sicut in homine nomi-
nantur etates sex. Infantia puericia adolescētia: iu-
Senectus ꝛ senium. uentus senectus et senium ꝛ figurate translata sunt
ista vocabula ad status populorum. Sicut ꝛ quidā
ex historiographis infātiam populi romani etiam
etates assignauit ꝛ adaptauit eidem transferrē enī
ꝛ ad totius huius mundi terreni status hoc ē totius
humani generis: Unde ꝛ crebro dicunt homines mū
dum senuisse alij eundem senescere. Euum vero idē
est secundum quendam. Unde et apud historiogra-
phos inuenies q̄ isti homines non fuerunt eui no-
stri hoc est temporis nostri. Dicunt aūt quidem ita-
licoꝝ eum interdū eternitatē accipit ꝛ ab eo. id est ab
eternitate tempus fluere.

¶ Scito post hec quia in sermonibus autenti-
cis inuenitur scriptum dies antiquos ꝛ annos eter
Nota. nos. Et numerus annorum creatoris inestimabilis
ꝛ anni eius non deficientes. Quibus omnibus ser-
monibus nihil aliud cōuenienter intelligi potest q̄
ipsius eternitas nomina omnium dierum et annorū
fluentis ꝛ omnino instabilis durationis nomina sūt
propria intentione sua. necesse igitur ē vt huiusmo-
di nominibus non aliud intelligi q̄ eternitatē crea-
toris qualem eam eē superius audiuisti. Iuxta has
intentiones intelligenda sunt tibi secula seculorum
infinita immortalia. Unum enim seculum vt supra

dixi tibi eternitas est qui nec recipit diuisionem i se
neqꝫ aggregationem alterius ꝛ ideo non proprie si
gnificatur per secula. quia in ea non est seculum ꝛ se
culum. Sed nec ipsa ꝑpetuitas que inciperet a die
iudicij recipit aggregationem nisi quis dicāt quia
perpetuitas glorie que promittitur electis atqꝫ dile
ctis dei ꝛ perpetuitas miserie atqꝫ suppliciorū qui-
bus affligendi sunt mali ꝛ iudicio creatoris damnā *Nota:*
di due ꝑpetuitates sunt: hoc aūt non vł ꝯueniēt di
ctum. Sicut enim i vno ꝛ eodem tempore quibusdā
hominum bene est ꝛ quibusdam male. Sic ꝛ in eadē
perpetuitate bene enim glorificatis ꝛ male damna
tis ꝛ perpetuitas secundum quosdam non ē nisi tē-
pus interminatum a parte finis hoc est non haber e
finem. Utrum autem veri nominis tempus vel alia
magnitudo continua possit eē infinita declarabitur
tibi in sequentibus. Q; ergo habet sermo sanct⁹ de
dei dilectis ꝛ electis quibusdam q̄ fulgebunt tanq̄
stelle in perpetuas eternitates. Manifestum est ti-
bi quia improprie dicitur hoc neqꝫ enī eternitas ꝑ e
petua neqꝫ perpetuitas eterna vere dici potest rat o
nes enim eorum sunt sicut apparet tibi ex his que p̄
cesserunt. Sed neqꝫ eternitas recipit vt dixi aggre-
gationem siue pluralitatem.

SCiendum etiam ē tibi circa hec quia sic r *Nota:*
no sanctus habet cuiusdam ex prophe-
tis hebreorum quia tempus inimicorū
dei erit in secula. Erit igitur vt videtur
ineternū ꝛ sine fine. Uerū quoniā nudā
promissio siue predictio nec comminatio est contra
creatoris inimicos qua deterreri debeant a malis
suis. nec promissio est boni quo debeant illi prouo-
cari ad ea que recta sunt ad ea duo maxime est inten
tio prophetarum in huiusmodi sermonibus non vi
detur vllo modorum quod tempus accipiatur ibi.
Secundum intentionem qua tempus dicitur mensu
ra motus. Quapropter visum est quibusdam q̄ tem
pus tibi accipiatur temporalitas: id est instabilitas
qualem passuri sunt irreuocabiles a malis suis ho-
mines. In inferno quippe si erit tibi vicissitudo tor- *Nota:*
mentorum vt vnum post alterum infligatur erit ꝛ ibi i
dem veri nominis tempus. Si enim non fuerit ibi
vicissitudo huiusmodi: sed omnia tormēta simul cru
ciabunt illos ꝛ hoc absqꝫ fluxu vllo ꝛ transitu ipsoꝝ:
Forte multis non videri possit esse apud infernum
veri nominis tempus. Si enim totum quod merue-
runt tormentorum simul habebunt nihil in posteruꝫ
vel vltra timentes vel expectantes: sed totum presen
tialiter patientes status iste indubitāter non est sta
tus temporalitatis quin potius nullum similis sta-
tui eternitatis. Sicut ꝛ felicitas sanctorum ꝛ hoc est
omnibus opinionibus magis ꝯgruens doctrine chri
stianorum: sicut enim felicitas que electis dei ꝓmit-
titur non per partes eis reddenda est neqꝫ pars post
partem. Sed tota simul alioquin nunq̄ esset comple
ta illa felicitas neqꝫ integra: ꝛ propter hoc neqꝫ esset
etiam veri nominis felicitas neqꝫ integra: sed necesse *Nota*
est ꝛ in contraria miseria se habere ꝛ tota simul mi-
seria malos obtineat. Signanter ergo dictum vide-
tur erit tempus eorum in secula ac si dictum esset: q̄
tempus huiusmodi. id est status eis competens erit
in secula: hoc est ineternum per modum ꝛ similitudi
nem quo exposui: videlicet in quo simul totum malū
sit quod passuri sunt ꝑticulatim siue ꝑ partes.

¶ His igitur ita determinatis aggrediar ꝓmissū

investigationem declarationem de novitate et antiquitate universi universaliter ⁊ de temporalitate. atq͂ eternitate ip̄ius. Et ē intentio mea in sermōibus istis an sit ipsum universum novum. an antiquum qd̄ ē dicere an temporale. vel eternum: an cepit esse ⁊ ad desiturum sit. Universaliter autem dixi pro eo quia non est intentio mea investigare de partib' singulis universi hoc ē universitatis creaturarū. Non enim intendo de singulis creaturis perscrutari videlicet de socrate: de platone an eē ceperint quoniam huiusmodi nullam habēt dubitationem vel questionem. Sȝ de partib' magnis eiusdē de specib' atq͂ generibus. rerum creatarum

¶ Ponam igr̄ in primis opinionem Aristotelis ⁊ rationes que ipsum in opinionem suā de hoc induxerunt. ⁊ alias etiam contra eundē ad hoc ip̄m movere potuerunt. Quicquid igr̄ dicatur ⁊ quicunq͂ conventur excusare Aristotel'. hec idubitāter fuit eius sententia. ꝙ mundus ē eternus ⁊ ꝙ nō cepit eē ⁊ de motu similiter sensit ⁊ Avicenna post eum ⁊ adduxerunt rationes ⁊ ꝓbationes ad hoc. Similiter ⁊ alij expositores eiusdem. Aristotel'. ad ipsum senserunt atq͂ fecerūt. Prima igr̄ ratio eoꝝ est quia creator vel precessit mundum vel non precessit. Si non p̄cessit. Non fuit ergo creator quin et mundus esset mūdus igr̄ non incepit eē ⁊ hoc ē ꝙ intendūt vl' creator non fuit ante inceptionem mundi ⁊ propter hoc tunc primum fuit quādo mundus incepit esse. Incepit igr̄ eē cum mundo. hoc autem impossibile manifestum est ꝙ nec ip̄i huiusmodi sententie professores recipiunt. Si vero precessit mundum creator et non p̄cessit ipsum. vt ait Avicenna tempore nō precessit igitur ipsum nisi quedam causa precedit effectum. Iam autem audivisti: quia ē etiam alius modus precessionis ⁊ dixi tibi in precedentibus q: eternitas precedit tempus ⁊ hoc in infinitum cum īfinita sit. quare cum creator eternus sit ⁊ in tota vt ita dicatur eternitate semper fuerit in īfinitum creator p̄cessit mundum ⁊ vt dictum est tibi tota eternitate creator precessit mundum. Adiuvandus igitur ē in hac ratiocinatione Avicenna. Ita enim procedit ac si non esset alius processionis modus q̄ duo illi quos nominavit potuisset igitur dixisse pro sententia sua. Si creator precessit mundum fuit igr̄ creator vl' quando nec dum mundus erat vl' fuit creator sine mundo imaginare igr̄ ꝙ aliqua creatura esset in eternitate cum creatore ⁊ cogitaret apd̄ se de mūdo an eēt futur' aut nō. vl' si potuit dici in eternitate mundus est futurus quia revera non poterat dici in eternitate mundus est. alioquin mundus esset ī eternitate ⁊ eēt eternus: alterum igitur istorum poterat vere dici mundus erit. mundus nō erit. Nō poterat q͂ vere dici mundus non erit vel non est futur': futurus enim ab eterno poterat vere dici mundus erit: vel mundus ē futurus igitur vel nullo intermedio erat futurus mund' vl' aliquo intermedio. Si nullo intermedio erat igitur futur' subito post q̄re iam erat instans inceptionis ipsius ⁊ propter hoc cum ipso creatore extitit. Simul ei sunt inter quoꝝ existentiam nihil est medium. Qz si dixerit quis q̄a tota eternitate p̄cessit creator mundum. ergo in finito vl' ī infinito precessit mundum post huiusmodi igitur dictum in infinitum sub secutum ē esse mundi non enim vere diceretur in īfinitum post hanc dictionem erit mundus in infinitum longe ab ista dictiōe mea esset creatio mundi. quare nunq̄ perveniretur ad eam. Infinitū enim ī transibile ē vt alibi didicisti per Aristotelem. Qz si dixerit ita ac si loqueretur creator in semetip̄o in eternitate sua ⁊ ante ip̄ius ⁊ loqueretur de creatione mundi ⁊ diceret creo mūdum aut creavi aut creabo. Si diceret creo mundū vel creavi cum impossibile sit manifeste ipsum dicere vel dixisse falsum ante tempus igitur fuisset verum ipsum creare vel creasse mundum quare ante tempus fuisset mundus secundum hoc ⁊ ideo eternus. Qȝ si diceret creator ante tempus creabo mūdum aliquantum igr̄ post dictionē huiusmodi creaturus erat mundus quantum igitur ē quoniam necesse ē vt sit vel tota eternitas vel pars eternitatis aut tempus. Si tota eternitas cum impossibile sit eam finiri impossibile erit venire ad creationem mūdi vt dixi cum impossibile sit illam finiri. Si vero pars eternitatis ē id hoc iam prohibui in precedentibus videlicet eternitatē habere partem. Qȝ si etiā concedatur hoc scȝ prē habere eternitatē et ps illa p̄cessit creationē mundi ⁊ intercessit inter p̄dictā dictionē creatoris duobus modis destruit̄ hoc: p̄mū q: nihil dixit apud se creator ꝙ nō dixit ab eterno q̄re ī possibile est partem eternitatis solam interdictā dictionem ⁊ creationē mundi intervenisse. Scdō modo q: illa ps eternitatis ex necessitate tota transiverat qn̄ mūdus creatus est aut nō tota aut nihil de ea. Si tota erat igr̄ finita ⁊ insup finiēs ad modū tpis nec inveniet̄ differentia inter illā ⁊ tp̄s. Non habebit igitur s̄m hoc tp̄s necessariū ⁊ hoc est ꝙ ipsi intēdunt. Si vero nō tota trāsiverat neq͂ aliqd̄ de ea qn̄ mūd' creatus est duo inconvenientia sequuntur. Primum quia secundum hoc creatio mundi fuit in ea: ⁊ cū ea. quare creatus fuit mundus in parte eternitatis ⁊ ꝓpter hoc in eternitate secundum hoc etiam pars illa non erat media inter mundi creationem ⁊ creatoris dictionem. Quia igr̄ ista inconvenientia sunt ⁊ impossibilia necesse est id ex quo sequitur inconveniēs esse ⁊ impossibile. Illud autem est ex quo sequuntur omnia hec inceptio mundi ⁊ novitas creationis ipsius: quare impossibile est vtrunq͂ istorum.

¶ Secunda ratio Avicenne sup hoc est intellectus inquit purus ⁊ verus testatur quia si fuerit eēntia vna ex omnibus modis: sicut fuit primus quando ex ea non erat aliquid hoc est quando non operabatur vel efficiebat aliquid ⁊ inde operabatur vl' efficit aliquid: tunc ex necessitate operabatur ⁊ efficiebat illud prius alioquin inquit quomodo operaret̄ nunc potius q̄ prius quare si prius non operabatur neq͂ modo ⁊ vt adiuvem ipsum: sicut audivi prius. Dico quia dicere potuissȝ ex eodem errore quo dixit hoc: quia hoc generale est ⁊ in causis naturalibus: ⁊ in causis voluntarijs sive operationibus ⁊ ponā exēpla de ambabus. Si enī ignis calefacit aliquid modo ꝙ prius non calefaciebat: necesse est ex aliq̄ modorum suorum non se habeat sicut prius: quod est dicere: ꝙ necesse est in ipso igne factam esse mutationē aliquam aut in dispositionibus seu comparatōib'. Verbi gratia in ip̄o igne non erat tante quantitatꝭ prius vt posset calefacere illud postea nec crevit eo usq͂ vt posset calefacere ipsum. In dispositionibus vero ⁊ comparationib' si forte prius erat īterpositū ꝓhibēs calefactionē vel mīn' lōge erat ab ip̄o calefactibili: aut ip̄s calefactibile hēbat ī se aliqd̄ qd̄ ꝓhiberet vl' ipediret ⁊ calefactionē vel cōgelatā duritiā

Aristoteles

Avicenna.

Nota.

Nota.

Nota

vel ferrum vel aspersionem aque super seipm̄ vel si nimis cito sublatum ē calefactibile anteq̄ comple- ri posset comparatio ignis in ip̄o. Sūt forsitam talia impedimēta alie comparationes et dispositiones. In his omnibus appet. q2 cum ignis opatur opationē suam aut in se passus est mutationem aliquā ex dis- positionib9 et comparationibus suis ad calefacti- bile ē hm eē ₇ nō eē. Colligit igr̄ Auicenna q2 ignis non opabitur opationem suam modo si prius eā nō operabatur nisi ex aliquo suo2 modo2ū aliter se ha- berent mō q̄ pus. Eodemmodo se hr̄e videt ₇ volū- tariis tam opatoribus q̄ operationibus. Si eni ar- tifex qui edificat domum ex omnib9 modis suis ē sic erat pus q̄ nō edificabat. Si prius nō edificabat ne- q3 modo aut si modo ₇ pus necesse enim ē vt vel i se ipsam nouam dispositionem receperit qualis ē po- testas opandi vl' edificandi voluntas scientia ₇ ars aut q2 exterius ex aliquo modo2um se habeat aliter q̄ prius: qđ ē dicere q2 noui sumptus accreuerunt ei quos non habebat pus: aut opariȷ. aut materia siue qua edificari non poterat dom9. aut q2 impedimen- tum aliđ sublatum ē: aut nouum adiuto2ium abla- tum. ₇ hoc manifestum ē i omni artifice ₇ opante vo- luntarie. Si enim nec potestate: nec sciētia nec volū- tate se hz aliter q̄ pri9 vllo modo2um. Similit' ₇ ad- iumenta ac impedimenta edificatiōis ex omnibus modis sunt ei vt pus. Si opatur modo necesse ē vt ₇ operetur pus aut si non pus operabatur. Que enim inquit ratio eē potest vel causa vt potius modo ope- tur q̄ pus. Quia igitur creato2 benedictus ex omni- bus modis suis erat anteq̄ crearet mundum vl' mū- dus eēt ab eo quemadmodum ₇ in ip̄o puncto tem- po2is quo creauit ipsum cum pus illum non creasset nec tunc creauit ipsum ₇ prius ex necessitate. Et au- tem ex omnib9 modis suis ab eterno fuerit creato2 sicut ₇ cum creauit mūdum. ¶ Manifestum ē cū ipse sit in vltimitate immutabilitatis per omnia ₇ exte- rius nec adiumentum nec impedimētum habuit vl- lo modo2um cum nihil eēt ante vniuersi creationem qđ ipsum vel adiuuare vel impedire posset ₇ genera- liter cum nihil omnino eēt p̄ter ipsum: ipsum enim vniuersum siue mund9 impossibile ē vt intelligatur vl' adiuuans vel impediens creationem propriā: qua- re necesse ē creato2em q̄ cito fuit q2 est dicere ab eter- no mundum ipsum creasse cum nihil nouum emerse- rit in ip̄a creatione mundi qđ ipsam creationem ad- iuuerit nihil defuerit tunc qđ eius creationem ante vel prohibuisset vl' impediuisset: ₇ vt clario2 atq3 va- lidio2 sit ista ratiocinatio addo q2 nulla omnino no- uitas facta est in posse vl' scire vl' velle creato2is nec circa ea vel aliquod illo2um. nec circa aliquid aliud ip̄a creatio de qua nemo intendit q2 eius nouitas vl' eius existentia fecerit debere creari mundum poti- us tunc quando creat9 est q̄ non vel q2 adhuc adiuue- rit vt mundus eēt tunc enim ex necessitate causa eēt sui pius. Omne enim qđ facit rem debere eē vel qđ adiuuat eam ad eē ē causa ē esse ipsi9 ₇ causa etiā crea- tionis vel factionis ip̄ius. nihil autem aliud ē ince- ptio q̄ nouitas ₇ similiter nihil aliud ē crea tio a p- te creati q̄ nouitas essendi ipsius vel noua existen- tia eiusdem. ¶ Amplius. vt causa ₇ effectus ꝯiuncta sunt inseparabiliter ita vt posita ea necesse sit poni ₇ effectum non facit nisi sufficientia cause qua suffi- ciens est per se solam vllo modo2um scilicet aliūde causare vel efficere esse suum. ¶ Manifestum enim

Nota (margin, beside "tariis tam opatoribus")

Nota. (margin, beside "qđ ipsum vel adiuuare")

est huiusmodi causam esse creato2em ad vniuersum nullo eorum modo2um aliunde adiutus p semetipsū solum creauit vniuersum. Intellige autem genera- liter adiutum: ita vt adiumentum itelligas iductio- nem ₇ suasionem ₇ consilium de quibus omnib9 pa- lam ē nihil aliunde habuisse neq3 eni alieno consilio aut inductiōe aut suasione mundum creauit seu cau- sauit. ¶ Manifestum igr̄ est quia omnimoda suffi- ciētia causalitatis creato2 ē per semetipsum solum causa sufficientissima vniuersi. quare cōiunctissima cum ipso quare ex necessitate exposito ponitur vni- uersum: huiusmodi autem ꝯiunctio prohibet separa- tionem inter causam ₇ causatum. Non fuit igr̄ crea- to2 nec incēnitate nec in tpe separat9 ab vniuerso q2 est dicere sine vniuerso.

Se solo de9 oia creauit. (margin)

¶ Ponam tibi ₇ tertiam rationē Auicēne qua dicit sic. Quoniam creato2 ante mūdum aut potuit creare co2pus aliqđ qđ haberet motū durantē vsq3 ad creationem mūdi vel non potuit. friuolū autem est vt dicit apđ creato2ē dicere creato2ē nō potuisse creare hmōi co2p9. Si vo potuit creare co2p9 cū ex possibili nō sit possibile vt accidat ipossibile: posito igr̄ ipsū hmōi co2p9 creasse nō accidet impossibile. Esto igit' q2 creauit hmōi co2p9 qm̄ mot9 illius dura- tur9 est vsq3 ad creationē mūdi. Ois aūt mot9 in tpe ex necessitate est cū ip̄o erit igit' tp̄s mensura motus illius durans vsq3 ad mundi creationem. Mūdi igr̄ creatio non fuit in initio tempo2is cum eam preces- serit tp̄s illđ. Eodemmodo est procedere si possibi- le fuit multa tempo2a motuum inequalium creasse creato2ē ante creationem mundi. tunc enim ex neces- cessitate sequetur motum tunc fuisse atq3 prius ₇ po- sterius propter inequalitatem motuum que eni ine- qualiter mouentur necesse est vt alterum eo2um ma- maius spacium in equali tempo2e pertranseat q̄ al- terum et q2 minus spacium citius pertranseat q̄ al- terum. Et generaliter in quacunq3 quantitate vel cu- iuscunq3 quantitatis spacio quod ab ambobus trā- seundum est prius necesse est vt transeat illud qđ est velocio2is motus q̄ id qđ est tardio2is. Sequit' igit' vt sit in huiusmodi motibus prius ₇ posterius secū- dum tempus: quapropter ₇ tempus: ₇ propter hoc possibile fuit fuisse tempus ante creationem mun- di. Non igitur necesse tempus incepisse a creatione mundi vel mundum incepisse in initio tempo2is.

An de9 po- tuisset aliqđ creare ante creationem vniūsi. (margin)

Espondebo igitur in primis his ra- tionibus ₇ probationibus Auicen- ne ₇ dicam: quia super eo q2 dicit de precessione creato2is iam responsū est in eo q2 dixi tibi: q2 creato2 preces- sit mundum eternitate sua: qualem etiam descripsi tibi: ₇ fuit ante mundum anterio2ita- te non tempo2is: id est non preteriti vel fluente. Sed anterio2itate eternitatis stante semper in presentia- litate sua. Et debes hic scire quia ante tempo2is: et ante eternitatis non dicuntur vniuoce neq3 vna intē- tione. Sicut neq3 duratio tempo2is ₇ duratio eterni- tatis: ₇ propter hoc comparationes secundum pri- us ₇ posterius non habent locum inter eternitatem ₇ tempus nec inter veri nominis eternum ₇ tempo- rale. Uniuocū eni est oē ꝯparabile sic ait Aristotel. quēadmodū igit' non est recipienda cōparatio inter temp9 ₇ numerū vel locū: vt dicas quia tempus ē ma- ius loco ₇ numero: aut ecōuerso. Sic nec iter eternita- tem ₇ tp̄s vel iter creato2em ₇ mūdū aut aliud tpale.

Soluit rō- nes auicēne (margin)

Attende etiam quia ante et post. Similiter prius et posterius fuit et erit intentiones sunt temporis et propter hoc fluxus atque successiones et preteritiones. Et scito quod similes locutiones sunt cum dicitur aliquid fuit ante mundum et cum dicitur aliquid esse extra mundum vel ultra mundum. quemadmodum enim mundus nec habet extra nec habet ultra cum sit omnia continens et ambiens Sic tempus quod cepit a creatione mundi non habet ante vel prius cum sit omnia tempora continens intra se tanquam partes suas. Scito etiam quia grammatice doctores nugatoriam et non satis grammaticam dixissent locutiones istas. Si quis enim quereret: si esset in summo celorum ab aliquo posset ne extendere manum suam ultra plane. Respondere ei quod non loqueretur et quia vox eius esset sine intellectu. Sicut si interrogaret: vidisti ne hominem qui est asinus. quemadmodum enim hic implicatur impossibile videlicet hominem esse asinum. Sic et ille implicat locum esse qui non sit mundus aut intra mundum. Iste autem locutiones quod aliquid fuit ante mundum aut nihil in intentione quam dixi non contradicunt sibiinuicem quemadmodum nec iste aut vidisti hominem qui est asinus aut non vidisti et quod plus est non dicunt aliquid non solum non sibiinuicem contradicunt: qui enim querit utrum ante initium temporis fuisset aliquid cum ante sit intentio temporis secundum est ac si quereret. utrum in tempore quod precessit initium temporis fuerit aliquid. Similiter et qui querit utrum extra mundum sit aliquid vel ultra idem est: ac si quereret. Utrum aliquid sit in loco qui est extra mundum. Nemo autem intelligens iudicat istas locutiones veras locutiones esse aut responsione dignas.

Bona questio

¶ Ad aliam vero rationem cui ipse valde innititur et quam dicit esse veri ac puri intellectus testimonij plane. Respondendum est quod non est verum huiusmodi testimonium et propter hoc non est veri ac puri intellectus assertio. Declaratio autem huiusmodi est quoniam aut impossibile est creatori creare substantiam aliquam cuius creatio non indigeat adiuuari aliquo eorum que sunt aut non est possibile: hoc autem non est possibile creatori. inconueniens est etiam apud ipsum auicennam. quare necesse habet hoc confiteri. Nihilominus tamen declarabo hoc esse verum et dicam quia potentia creatoris non est super quodam possibile tantum sed est super possibile absolute. et propter hoc super omne possibile vel creabile in se. Causa autem in hoc est quoniam potentia creatoris non esset in ultimitate amplitudinis cum esset restricta ad quedam possibilia: longe enim amplius est possibile in se simpliciter quam quoddam possibile.

Soluitur alia ratio.

Potentia creatoris excedit omne possibile.

¶ Amplius. Influxum et receptibile relatiue adinuicem dicuntur: quare non est alterum altero amplius Sicut igitur receptibile in ultimitate amplitudinis est ad omnes influentias: quod est dicere quia non est aliud super quod cadere possit aliqua influentia. Sicut influxiuum primum et maximum in ultimitate amplitudinis est ad influentias ut nec actu nec potentia nec etiam intelligentia sit influentia que non sit ab eo vel que esse non possit ab eo. Neque enim amplior debet esse alueus receptabilitatis ad recipiendum quam fons relatiue dictus ad ipsum quantum ad influendum. ¶ Amplius. Ponam ipsi auicenne exemplum in propria intelligentia quam dicit esse nobilissimum omnium creatorum et nec esse in corpore nec pendere ex corpore nec etiam ex aliquo eorum que sunt nisi ex solo creatore. Constat autem quia impossibile est intellectui nostro imaginari aliam similem intelligentiam et considerationem facere de eis prout se habent in seipsis: quemadmodum de duobus indiuiduis speciei humane ut de Aristotele et Platone de quibus nemo intelligens dubitat quin cum in seipsis considerati fuerint eque generabiles sint et fuerint antequam generarentur. Sic dico et de sole quantum aliud possibile est tibi cum ipso imaginari: quos dum in seipsis consideraueris inuenies eos indubitanter eque possibiles esse et eque generabiles atque creabiles quantum in ipsis est. Sic dico de intelligentia prima et de alia intelligentia ei simili que tamen est. Cum enim in seipsis considerate fuerint abstracte scilicet ab ipso esse et spoliatas ab eodem inuenies eas eque propinquas ad esse: quare eque possibiles esse et propter hoc eque creabiles quantum in ipsis est. Nihil autem creabile est nisi a creatore benedicto quare inuenies creatorem eque potentem creare alterum vel alteram. ¶ Amplius Potentia creatoris non magis aspicit in alteram vel eius possibilitatem quam in reliquam vel eiusdem possibilitatem nec causa est apud alteram earum: quare potentia creatoris magis aspiciat in eam quam in alteram quantum in ista est: hoc autem est quoniam in ista consideratione videlicet quia considerantur in ista abstractione et spoliatione nec maior nec melior ullo modorum nec ipsi esse propinquior est altera quam altera. quare manifestum est quia non magis est creatori alteram creare quam reliquam. Esto igitur quod creauit reliquam quam posito possibili impossibile est accidere impossibile ex ista positione non accidet impossibile. Dico igitur quia creator qui modo creat intelligentiam ipsam ex omnibus modis suis. Sic erat prius quando non creabat eam. Ita erat sicut est modo cum creat illam apud se enim immutabilis est in ultimitate immutabilitatis. Nulle autem dispositiones vel comparationes sunt que adueniunt creatorem ut creat eam vel ipsam ut creetur nunc. Iam enim posui tibi ipsam nullomodo pendere ex aliquo eorum que sunt quare nullo eorum que sunt adiuta est ut creetur preterquam solo creatore: quod etiam apparere tibi potest ex creatione alterius intelligentie que adducta est ad esse a solo creatore per ipsum solum. ¶ Manifestum igitur est tibi ex hoc exemplo sicut creat hanc intelligentiam ex omnibus suis modis est sicut erat prius quando non creabat eam: quare contrarium huius est falsum: et propter hoc non est veri ac puri intellectus testimonium et hec est radix ex qua intendebat elicere probationem validissimam super eternitatem vel antiquitatem mundi.

Nihil creatur nisi a creatore.

Onstruam autem tibi et aliter hanc rationem cui ita innititur Auicenna et dicam quia aut aliquid est nouum aut non aut omnia sunt eterna. Nouum sicut predixi tibi intelligo quod cepit quare si nihil est nouum eorum que sunt erunt omnia eterna hoc est sine initio existendi: hoc autem adeo manifestum est inconueniens et impossibile: ut circa illud non ratione disceptandum sit: sed magis igne et gladio persequendum: et cum his qui hoc dicerent exterminandum. Restat igitur ut confiteatur: quia reuera aliquid cepit. Causa ergo clarioris intelligentie inuenietur a. Causa igitur operata est a antequam operaretur illud aut erat ex omnibus modis suis antequam operaretur illud aut non. Si sic. Iam igitur veni contra illud quod dicebat ve

Igne et gladio opinio ista exterminanda.

ri puri intellectus testimonii. Si vero non erat causa a. ex omnibus modis suis anteq̄ operaretur a. sicut postea cum operata est a: immutata igitur est ex aliquo modorum suorum ꝛ ꝙ nouum factum in ea vel circa eam illud nouum nominetur b. quoniā certum est b. causam habere eadem questio restat de cā ipsius b: aut enim anteq̄ operaretur ipsum b. causa eius erat ex omnibus modis suis. Sicut postea cum operata est b. aut non. Si sic iam dicunt contra illud irrefragabile testimonium. Si vero dixerit ꝙ nō erit igitur aliquid nouum factum circa causam ipsius b. illud nouum vocetur iterum c. quoniam igitur c. causam habet eadem restat questio: aut ibit igit̄ res in infinitum aut occurret causa econtrario se habēs illi veri ꝛ puri intellectus testimonij. Si dixerit quis res currit ita in infinitum. Impossibile igitur erit aliquid fieri nisi infinita fiant cum eo. Jam autem declarauit Aristoteles in libro suo quem vocauit auditum (Aristoteles) hoc esse impossibile et facilis etiam ē tibi alia declaratio impossibilitatis ipsius quoniam infinita non possunt fieri simul ab vno eodem agente. Sed neq̄ infinitos possibile est esse simul et propter hoc nec infinita corpora nec infinita corporalia agentia possibile esse simul quare nec infinita patientia. Similit̄ nec vnum patiens est simul recipere infinitas passiones. ¶ Q. si dixerit quia cum nouum aliquid fit non est necesse infinita simul fieri. Sed necesse est quedam fieri que adiuuent ipsum nouum adesse: quedam vero destrui que impediebant illum. Recidit in idem infinitatis inconueniens ꝛ hoc est: quoniam non est minus inconueniēs infinita destrui vel infinitas destructiōes fieri quoniam infinita fieri vel infinitas generationes esse et sequetur ex hoc ꝙ impossibile sit aliquid fieri: quoniam ī cuiuslibet noui factione necesse erit infinita destrui. Sicut autem impossibile ē infinita simul fieri. Sic ꝛ impossibile est infinita simul destrui. Ex his etiam accidit ipsi Auicenne in omni cuiuscunq̄ noui factione vel creatiōe infinitas innouationes fieri. Et potes ratiocinari si vis super hoc contra eandē breuius ꝛ lucidius vt videtur secūdū hūc modum vt dicas noui causam nouam esse vel secundū se vel secundum aliquid ꝙ apud eam est vel secūdum aliquā ex dispositionibus aut comparationib⁹ que circa eam sunt ꝛ hee sunt quibus vel adiuuatur vel impeditur ꝛ hec est intentio mea noui ꝛ nouitat; in hoc. ¶ Manifestū est igitur omnis noui causā noui esse secundum hūc modum. Quia igitur causa noua ē nouum ꝛ per modū istum necesse est ꝛ ipsā causam nouam habere per modum eundē: ꝛ ita ibit res in infinitum vel erit circulus in causis. Jam autem declaratum est tibi impossibile esse earum ascensionem infinitatem. Similiter ꝛ circulum

(Valide ipugnat Auicēnā.)

¶ Ad eam vero ꝓbationem quā adieci ibi: ꝛ dicebam quia sufficientia cause causa est que efficit cōiunctionem inseparabilem inter causam ꝛ effectum ꝙ quidem ꝓbabile est et eius probabilitas multos decipit. Respondeo quia causarum alie sunt operatiōes ꝑ necessitatem ꝛ hee sunt cause naturales: et non est eis potestas sēper operari neq̄ libertas aut electio ad vtrūlibet ꝓpter quod dixit aristoteles: qꝛ natura operatur per modum seruientis. Exemplum autem huiusmodi est ignis de quo scis: quia non est ei potestas supercalefacere et non calefacere neq̄ libertas eligendi vtrumlibet: imo necesse habet calefacere obuiantem sibi materiam receptibilem actionis sue. Alie vero cause sunt operantes per voluntatem et electionem ꝛ inter has sunt que operantur ꝑ voluntatem immutabilem aliud cōtrarium videlicet voluntatem. (Multe cāe.) Similiter ꝛ renouabilem, vel consilio nouo vel suasione noua vel aliqua ex passionibus q̄les sunt amor et odium dolor et gaudium: spes et timor: ira ꝛ pax: huiuscemodi enim vel mutatur volūtas ad contrarium vel noua generatur in volente et indubitāter in huiusmodi verum est quia cum nouum aliquid operantur quod prius non operabantur necesse ē vt innouatio aliqua fiat vel in ipsis agentib⁹ vel in aliqua ex dispositionib⁹ ꝛ comparationibus sepe dictis. (Aduerte.) Debes tamē scire: ꝙ nō ē necesse vt omne destruitur aut perit vt destruatur nouo aliquo agente in ipsum. quedam enim sunt adeo debilis eē adeo ꝙ infirmi vt ꝑ semetipsa deficiāt: ꝛ hoc māifeste vides in tēpe ꝛ motu tēp⁹ eñ nullo impellēte fluit ī nō eē. Creator eñ operatur per liberrimam ac dominātissimam atq̄ ꝑ omnem immutabilem voluntatem ꝛ ꝓpter hoc coniunguntur ei causata sua cum vult et separantur ab eo cum vult. In causis igitur naturalibus que per necessitatem vt prediximus operantur sufficientia huiusmodi sufficit ad ꝑdictā coniunctionem. Similiter ꝛ in opantibus voluntarie apud nos ꝛ hoc est quia non est in potestate eorum postq̄ posse scire vel nolle ceteraq̄ dispositiones concurrerint vt non incipiant operari. In creatore vero ꝓpter liberrimam ac dominantissimam eiusdem voluntatem atq̄ immutabilitatem non est necesse vt operetur vt incipiat operari nisi cum vult. Et attende quia possibile est vt creator velit modo aliquid: poterit tamen non velle illud absq̄ vlla mutatione voluntatis sue. In nobis autem econuerso se habet ex necessitate et hoc alibi didicisti ꝛ ꝓpter hoc errauit Auicēna ī hoc (Auicenna) Similiter ꝛ Aristoteles qui viderunt ꝙ creator posset velle aliquid. ꝛ posset non velle illud absq̄ voluntatis sue (Aristoteles) mutatione: quemadmodū ꝛ de scientia se habet: qui scit creator aliquid futurum esse. quod tamen possibile est non fore. Si accideret ipm non fore tunc creator in veritate modo non sciret ipsum fore. Quare scit aliquid creator ꝙ impossibile est ipsum non scire modo: ꝛ hoc absq̄ vlla mutatiōe que in ipso fiat: vel scientia ipsius ꝛ hoc est ꝙ ipsi non attenderunt ī creatore benedicto.

Post hec autem addam ꝛ alia anteq̄ veniā ad rationes Aristotelis ꝛ dicā: quia homines errauerunt circa nouitatem mundi ꝓpter breuitatem intellectus sui ꝛ difficultatē imaginatiōis sue. Difficilimū eñ est eis imaginari oēm locū aut mūdū ꝛ eē aut vltra mūdū ñ possent explicare se vel euoluere ab intētiōibus istarū dictionum extra vel vltra. Similiter neq̄ ab intentiōe eius ꝙ est ante ꝛ post. De his autē iam expediui me ꝛ te. Et ex hoc errore ꝛ hac difficultate querit quidā philosophus ex italicis inquiens vt quid innumera secula dormierunt: an dormierat creator per secula innumera ꝛ postmodum quasi expergefactus creauit mundum: huiusmodi ei homo de his fuit: qui nō potuerunt imaginari tempus finitum cōtinens omnia tempora, cum dicat innumera secula dormisse ac si tēpus innumera tempora precessissent. De his autem iam expeditus es ꝛ expedieris meli⁹ in capitulo proximo contra errorem Aristotelis. De hac scilicet questione. Utrum ab eterno creauit deus mundum. Cū enim nihil aliud ipsum ad creandum induxerit q̄ bonitate (De sola bonitate mundū creavit.)

bitas sua purissima ⁊ largissima ⁊ hec nõ imminuta neq; adaucta: neq; aliter per aliquem modorum immutata ⁊ ipse similiter per omnem modum immutatus nec de nouo vidit vtilitates propter quas mundus creandus erat: nec maiores eas viderit in ipsa creatione mundi ꝙ in sua eternitate nec sibi faciliorem creationem eius tunc ꝙ in eternitate. Ut qd igitur creauit eum tunc potius ꝙ in eternitate. In q̃ rideo: quia ipsa ista disputatione. Solutio est questionis apparet enim ex ipsa disputatione non stetisse hoc vel impedimentum fuisse ergo magis crearetur: ab eterno vel i eternitate mundus perfectum ⁊ impedimentum qui esset a parte creatoris. Quare manifestum est ꝙ a parte mundi fuit illud impedimentum cuius natura non fuit ab eterno creabilis neq; susceptibilis eternitatis: ⁊ hoc declarabitur tibi in prenominato capitulo non solum de mundo: sed de omni possibili: quia ipsa sua natura que est possibilitas prohibitum est ab eternitate.

Nota

¶ Per eandem viam ⁊ modum eundem respondeb; ad omnes similes questiones: videlicet cum querit quid intendebat creator in creatione mundi: aut intendebat gloriam suam in creatione mundi: aut vtilitatem mundi ⁊ rerum mundialium: aut vtrũq;. Quodcunq; autem istorum dicatur. Manifestum est: quia causata esset de creatione mundi si ab eterno fuisset creatus creatoris gloria: quanto ipsi mundo et reb⁹ mũdialib⁹ maior vtilitas quãto eternitas ipe maior ẽ ab eterno igr debuisset eũ creasse. Q; si dixerit: quia nichil horum intendebat creator: sed propter semetipsum tantum vel gratis ipsum creauit tantomagis debuit eum creasse ab eterno. Scito tamen: quia vbi dicit gratis dicit intentionem aliene vtilitatis. De hoc vero ꝙ creator dicitur aliquid facere in laudem et gloriam suam. Scito quia laus ⁊ gloria creatoris

Laus ⁊ gloria creator; vtilitas est aliena

tio est solius sublimis ꝛ benedicti creatoris. Neqꝫ enim dicere possunt ꝙ generatio seu formatio primi hominis ex celis vel stellis fuerit. Quomodo enim si in eis eēt virt⁹ huiusmodi operationum vel vnū solum vl' tā paucos genuisset. Quomō etiam tamdiu postmodum a tām nobili ope destituisset. ¶ Manifestum igr̄ est ex omnibus his quia omnipotenti bonitati creatoris solius est virtus vel potentia resurrectionis seu generationis corpoꝝ humanorum ꝛ propter hoc apud ipsam querenda ē causa et probatio seu declaratio ipsi⁹. Dico igitur quia sicut sepe audiuisti per me quia bonitas ꝛ virt⁹ creatoris nō operatur per modum nature q̄ modus est seruientis atꝙ seruilis. sed eius operatio est ꝑ electionem liberrimam ꝛ beneplacitum voluntatis quam vl' cogi vel impediri impossibile est que nec suadetur nec inducitur a foris. Cōsilio igitur sapientie sue ad qḋ ipossibile ē vel ignorantiam vel errorem attingere de purissima bonitate sua facere q̄ facit ꝛ quando ꝛ quomodo facit. Silr̄ ꝛ non facere q̄ nō facit. Necesse igr̄ est ipsam eligere eū facere q̄ melius ē facere ꝙ non facere. Silr̄ ꝛ de temporib⁹ ꝛ modis se habet. Quare necesse ē ipsum ꝛ optima et optime facere iuxta qḋ decet ipsum ꝛ secundum qḋ res ipe receptibiles sunt ꝛ eis ipsis expedit seu vtile est neqꝫ etiam sapiētis hominis ꝛ boni ē vel minus bona vel minus benefacere cū optima ꝛ optime facere equali facilitate possibile sit. Quia igitur in toto genere humano optimum ē glorificatio de qua non dubitat qui creatoris bonitatem deceat ꝛ quin homines illius id est glorificationis receptibiles sint: necesse est bonitatē creatoris in genere humano tempore suo optimum istū efficere vel sm̄ ptē vel scḋm totū ꝛ qm̄ sm̄ totū n̄ est possibile iustitia creatoꝝ partim ꝑpter mala merito hominum obsistēte partim mero ꝛ beneplacito sua ꝛ iuditio nobis occulto necesse ē vt in pte tantū generis humani bonum istḋ pstantissimum operet. Qḋ si quis dixerit homines nec sm̄ vniuersum suū esse receptibiles huiusmodi glorie nec secundum animas scꝫ nec secundum corpora vel saltem non secundum opera. Dico qꝛ huiusmodi sermo errone⁹ est ꝛ impossibilis ꝛ hominis ignorātis nobilitatem nature humane. Dico igitur qꝛ anima humana susceptibilis ē omnium scientiarum philosophicarū naturaliter. Si enim alique anime impedite sunt passionibus corpoꝝ suoꝝ vt moriones vel defectus sensuum vt qui ceci ꝛ surdi nascunt: vel alias occasionali hoc ex accidēti ē ꝛ aduentitium ꝛ innaturale aīab⁹. De aliis vō animabus quibus passiones huiusmodi siue occasiones impedimenta doctrine ꝛ discipline non prestant non est dubium quin capaces seu receptibiles sint omnium philosophicarum scientiaꝝ. Receptibiles etiam sunt quedam prophetici splendoris ꝛ ꝑpter hoc necesse ē etiam ꝙ omnes. Cum receptibilitas naturalis in omnibus animabus humanis quemadmodum ꝛ generaliter omnia naturalia vni⁹ indiuiduoꝝ cuiuscunqꝫ speciei ex necessitate naturaliter inueniantur in vnoquoqꝫ alioꝝ īdiuiduorum eiusdem. ¶ Amp. In prophetico hmōi splēdore non stāt naturali fictione ꝛ prohibitione qua ꝓhibeantur a sublimiori ꝛ nobiliori claritate. ¶ Amp. Apparet ex magicis operibus maxime que sunt diuinationum ꝙ maioris aut nobilioris claritatis susceptibiles sunt ꝙ sit cognitio naturalis. Claritas ei illa qua diuinant preterita vel futura ꝛ etiam vidēt presentia abscondita maior est omni cognitione naturali ꝙ habeant vl' habere possunt anime nostre in corporibus. Naturaliter em̄ alia videre nō possunt anime humane. Si igitur huiusmodi claritas ꝛ illuminatio ē eis ex piunctione demonum. tāꝙ ex applicatione luminis qꝛ reuera ꝛ ipi lumina quedam sūt ex maioris luminis maiori applicatiōe magis eas illuminari necesse ē. Cū maioris luminis intellectū non obtenebret vl' obscuret immo cōfortet magis et illuminet. Licet aliter in sensibus se habeat qḋ ꝛ dixit Aristotel. ꝓpter qḋ dixit quia extrema corrūpūt sensum sicut vehemētia solaris luminis vl' obfuscat vel obtenebrat visum nostrū. Quia igit cōiungibilis ē anima humana luci ꝑme ac purissime q̄ est creator benedictus: necesse ē vt ex eius coniunctione vel applicatione tanto amplius tātoqꝫ sublimi⁹ illuminetur anima humana quātō ipa lux ꝑma aliis luminibus hoc ē sanctis angelis atqꝫ demonibus est clarior seu luminosior. Necesse ē etiam eam confortari secundum vim intellectiuā ꝛ delectari in ea delectatione que merito beatitudo nominetur. Qḋ si dixerit quis quia anima humana nō est sic cōiungibilis destrues errorē istum multipliciter. Primum quia non ē dubitatū apud intelligentes virtutem intellectiuam creatam esse ad intellectum seu visionem spiritualem prime lucis ꝛ non ad quemcunqꝫ intellectū vl' visionem ipsius sed ad nobilissimam atqꝫ ꝑfectissimam. Hec autem ē coniunctio ad ipsam ꝛ applicatio sine medio: frustra igr̄ creata eēt si ista perfectio non esset ei possibilis. ¶ Amplius. Non ē coniungibilis ad alia nisi ꝑpter illam ergo magis illi. ¶ Amplius. Unaqueqꝫ virtus ꝛ vnaqueqꝫ potentia ꝓpt optimum suum actū nobilissimamqꝫ perfectionem suam creata ē. Alie enim perfectiones propter optimam ac nobilissimam ꝑfectionem sunt. Quia igitur optimi cognoscibilis optima cognitio ꝛ nobilissimi nobilissima optima ac nobilissima perfectio ē virtutis intellectiue ē talis cognitio creatoris optima autem cognitiō datoris ē illa quam pdixi. ¶ Ampli⁹. Manifestum ē quia localis distantia nec est nec esse potest inter creatorem ꝛ animam humanam distantiam igr̄ spiritualem solaꝫ inter eos ē possibile est. Hec autem non potest intelligi nisi altero duoꝝ modorum vel trium. Primum dissimilitudine ꝛ hec est malitie que dissimulat animas nr̄as a creatore qui bonus est in vltimitate bonitatis ꝛ hec est que per se ꝛ directe prohibet sentiri suauitatem ipsius. Quemadmodum contraria dispositio i pallato corporis sētiri ꝓhibet dulcedinem vel aliam suauitatē cibi. Secundo vō tāꝙ distātiā spiritualem facit aliud apprehensum cum via non fuerit ad apphendēdum creatorem. Hoc autem ē cū fuerit apphensum vt res. Reminisci nāqꝫ debes sermonis quē dixit Aristotel' qꝛ imago leōis apphendit qn̄qꝫ vt res ꝛ qn̄qꝫ vt signū ꝛ cum apphenditur vt res stat in ea ꝛ figit apprehēsio ꝛ non peruenit ad leonem. Cū apphendit vt signū non stat in ea apphensio sꝫ transit ad leonē ꝛ apphēditur per ipam leo. Uides igr̄ qꝛ vnomō imago leonis est īterpositum int' apphendētē ꝛ leonem ꝛ tanꝙ obex vigens in seipso apprehensionem ꝛ ꝓhibēs eā transire ad leonem. Alio vō modo velut via non solummodo transitū pbēs apphensiōi leonis sed etiam trāsferēs siue transuehēs apphensionem in leonem. Et iuxta istos duos modos currit res in omnibus creaturis ꝛ creatore: quoniā quelibet creatura ꝛ res

Nā seruiliť opatur.

Uie rōalis capacitas.

Opa magica.

Illumiātiō aie rōalis.

Uirtutes ꝛ potētie aie ad quid.

Uia qmō distat a deo.

Nota.

Immersio anime.

est in se ⁊ via ad apphensionem creatoris ⁊ signū est
ipsius intelligentibꝰ. Tertio immersio ⁊ incrassatio
quedam aiarum distantia ē prohibens perventionē
luminis ⁊ irradiatiōis ab ipso super illas. nec mirū
cum illuminationē intellectꝰ q̄ debet esse per sensus
a pte corporis etiam prohibeat et incrassatio ista et
immersio facit homines morbidos et pene brutales.
Cum igr̄ ista tria sublata fuerint ab aiabus nostris
tunc erit possibile descēdere super eas irradiatiōes
q̄ sunt a lumine primo ⁊ etiam a pte sensibiliū vt pre
dixi. Quia igr̄ quedam irradiationes hmōi natura
lit̄ descendūt super quasdam substantias vtꝫ sup an
gelicas. Vñ ⁊ in quadam perfectione sapientie na
turalis creatas illas eē manifestum ē. Quedā vero
cadunt iuxta beneplacitum creatoris etiā post illu
minationem hmōi naturalē ⁊ istis non ē mensura ni
si beneplacitū creatoris qui influit de lumine suo quā
tum vult ⁊ quō vult. Opinati autem sunt quidā quia

Opinio de ꝓphetia.

splendor ꝓpheticus ē sm̄ receptibilitatē nature hoc
est secundum dispositionē animaꝝ super quas descē
dit ⁊ propter hoc pauce sunt anime humane sup q̄s
descendit ⁊ insup nō equaliter neqꝫ vno modo super
ipsas. Uerum ista non sunt indicia certitudinis quo
niam similis diuersitas inuenitur in influentijs illūina
tionum q̄ gratie tantum sunt ⁊ nihil habentes omi
no a pte nature q̄ vel eas augeat vel minuat siue ex
pediat aut impediat. Jam igitur manifestum est tibi
per hoc quia gloria intellectus anime humane ē lon
ge sublimior q̄ gratia prophetie ⁊ q̄ etiam illumi
natio naturalis intellectus angelici. quemadmodū
et beneplacitum creatoris est incomparabiliter sup
omnem receptibilitatem nature ⁊ super omnē limi
tationem ipsius. ⁊ iam scis quia beneplacitum eius
non habet limitationem aliūde sed a seipso. Et limi
tatio ista est in ipso secundum sex potentiam ipsius
⁊ diuitie in vltimitate sint amplitudinis ⁊ copiosita
tis. Sed limitatio ē in muneribus eius siue sint na
ture dona siue gratie ⁊ etiam in penis malorum siue
supplicijs que semper minora sunt q̄ merita eorum

Supabundātia diuitie mie.

requirant. Ea enim est superabūdantia ⁊ diuitie mi
sericordie sue vt mali nunq̄ ab ipso totum qđ meren
tur recipiāt. Aggregata igr̄ ratiocinatione. Dico q̄
decꝫ creatorꝭ bonitatē adducere nām hūanā ad opti
mum vbi ⁊ non obsistit eiꝰ iustitia et concurrit rece
ptibilitas eiusdem ⁊ presertim vbi merita congruūt
vel etiam hoc requirunt. hoc autem in omnibus ele
ctis quos hic p̄illustrat donis gratiarum suarū atqꝫ
virtutum quibus ⁊ dat vt hic secundum beneplicitū

Uis intellectiua ad qđ

suum viuant. ¶ Amplius. Sicut nata est vis intelle
ctiua cognoscere creatorem ⁊ videre veritatem seu
claritatem ipsius. Sic nata ē vis affectiua seu desi

Uis affectiua ad qđ.

deratiua superior ⁊ nobilis sentire bonitatem ipsiꝰ
Quare vtraqꝫ vel ducenda ē ad hunc suum finē no
bilem iuxta modum quem predixi tibi. ¶ Amplius.
Sicut illa nata est illuminari seu perfici luminosis
sima veritate creatoris: sic ista iocundari seu beatifi
cari suauitate bonitatis ipsius: ⁊ nemo intelligens
ignorat quin intellectus pricipalit̄ atqꝫ finalit̄ ad lu
men prime veritatis intuendum creatꝰ sit et qui ipa
lumen eius sit ⁊ suum proprium ⁊ principale visibi
le ipsiꝰ. Sic ⁊ prima bonitas suum desiderabile ⁊ vt
ita dicatur suum sēsibile virtutis nostre affectiue no
bilis. Huiusmodi autem indicium certissimum ē q̄
neutra vel impletur vl̄ perficitur vel etiam quiescit
citra ipsum. Si enim creatori placeret omnia alia
clarissime ostendere virtuti nostre intellectiue seipso
aut eidem abscōdito nemo dubitare pōt quin adhuc
⁊ vacua ⁊ imperfecta remaneret nec reputaret se de
q̄ cognoscere vel videre ignorato vel non viso crea
tore. sic se habet ⁊ de virtute nr̄a desideratiua quam
dixi: quia si possibile esset et haurire omnes suauita
tes que preter illam sunt adhuc se vacuam sentiret ⁊
prime bonitatis suauitatē esuriret atqꝫ sitiret. Cor

Corpales delitie.

porales quidem delitias fastidiret hoc enim est eaꝝ
proprium ⁊ naturale vt ipa sua habundantia fasti

Spūales delitie.

dium sui generent. Spirituales vero famem sui siue
sitim sua ipsa habundantia vehementiorem prouo
cant ⁊ inflāmant ⁊ propter hoc impossibile ē eis ali
quem satiari circa fontem ipsum earum qui ē indu
bitanter bonitas creatoris. ⁊ inde promittit̄ eis sa
tietas p prophetas hebreorū quorum vnus dixit ad
ipsum creatorem loquēs. Satiabor cum apparue
rit gloria tua. Et alibi. Torrente voluptatis tue p
tabis eos: ⁊ inebriabunt̄ ab vbertate domꝰ tue. Phi
losophia vero prophete christianorum dicit q̄ dedu
cet eos ad vite fontes aquarum. Manifestum igr̄ ē

Coniūctio ad deū felicitas.

per hoc q̄ cōiunctio hec siue approximatio ad crea
torem felicitas est ⁊ gloria: ⁊ iterum plenitudo atqꝫ
satietas ⁊ perfectio earum. ¶ Amp si circa sisterent
vt non ex ipso fonte luminis hoc ē ex ipsa prima ac
luminosissima veritate haurirēt ⁊ ore vt ita dicatur
pleno biberent cognitionem siue scientiā ad quam
nate vel create sunt anime humane non solum impfe
cte sꝫ misere remanerent. cruciatuqꝫ vehemēti famꝭ
⁊ sitis spiritualis torquerent̄. Hoc aūt appet euidēt
in virꝭ sāctissis de quibꝰ apō te nō ē dubitatō qn plꝰ
descendat super animas eorum et de lumine prime
veritatis ⁊ de suauitate prime bonitatis q̄ sup ali
os quoscunqꝫ. Certum etiam est tibi quia quāto san
ctiores sunt tanto magꝭ esuriunt ⁊ sitiunt p̄dicta duo
bona videlicet lumen prime veritatis ⁊ suauitatem
prime bonitatis: ⁊ ꝓpter hoc magis affliguntur fa
me ⁊ siti huiusmodi ⁊ hoc sentiebat idem ꝓpheta he
breorum qui dicebat. Quemadmoduꝫ desiderat cer
uus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad
te deus. Et iterum. Sitiuit anima mea ad deum fon
tem viuum. ⁊ alibi. Anima mea sicut terra sine aqua
tibi. Jn ipso igitur creatore ⁊ ex ipso immediate est
quies omnium desideriorum ⁊ plenitudo. ¶ Ampli

Quies oīs desiderij in deo.

us. Cum hanc virtutem ⁊ largitatem dedit deus sub
stantijs multis naturalibus vt applicatione sua seu
contactu assimilent sibi receptibilia virtutum suarū
⁊ actionum per modum receptibilitatis earum sicut
apparet in igne qui ferrū eousqꝫ sibi assimilat vt nō
solum ignitum: sed ignis etiā nominetur sicut ⁊ om
nis facies speculum quod ei obiectum fuerit si mun
dum tersumqꝫ fuerit ipsum sibi expressissime assimi
lat similitudinem suam expressissimam eidem impri
mens. Sic i odoribus ⁊ in saporibus ⁊ alijs innume
rabilibus se habeat. Quanto fortius igitur largitas
⁊ virtus creatoris: quas manifestum est esse in vlti
mitate copiositatis ac redundantie eousqꝫ assimila
bit sibi animas humanas vltimata illa approxima
tione sibi coniunctissima vt non solum deificate sint:
sed etiam dee ⁊ dij ⁊ sint ⁊ veraciter nominent̄: ⁊ hoc

Poete q̄s deos fieri putabant.

indubitant̄ aliquo modo somniauit antiquitas: sicut
appet ex philosophoꝝ antiquoꝝ sermonibus: ⁊ etiā
poetaꝝ. Et deos gn̄aliter noīabant viros magnifi
cos ⁊ strenuos vt herculem omnesqꝫ illos qui secun
dum opinionem suam laudabiliter ⁊ strenue in hac

vita se habuerant translatos vel transferendos opi
nabantur et deos eos fieri seu deificari credebant.
Mox exemplum apparet quia et saturnum et iouem
et mercurium et appollinem et multos alios quos deus
putabant et vt deos colebant homines aut mulieres
fuisse et historicis narrationibus certum est. Aliquis etiam
ex prophetis hebreorum ex persona creatoris deos vocat
aliquos de gente illa. Ego inquit dixi dij estis. Et ite
rum ex persona sua. Deus stetit in synagoga deorum in
medio autem deos diiudicat. Mox si ex tam modica
appropinquatione ad creatorem quanta videlicet erat
hominibus illis in vita ista quanto fortius ex illa futu
ra que incompabiliter maior erit dij congruentius po
tuerunt nominari? ¶ Amplius. Cum incompabiliter maior
sit influentia ex largitate et gratia creatoris que est post
influentiam et largitionem donorum naturalium hic in ho
minibus seu in animabus humanis. Multofortius igitur ma
Gratia. ior erit influentia futura omni influentia nature quod et
ipsa nomina ostendunt. Presens enim influentia huiusmodi
Gloria. gratia nominatur. Futura vero que deo dilectis anima
bus promittitur vocatur gloria communiter et vsu com
munissimo. Nemo autem intelligens dixit ad hoc com
parabilem esse gratiam glorie. Hoc autem inde ma
nifestum est quoniam nec stillam glorie sustinere potest
vite presentis infirmitas. Sustinet autem gratiam prophetie
que maxima inter gratias esse videtur. de hoc autem me
lius doceberis in sequentibus vbi de ipsa essentia in ve
ritate glorie inquiram inquisitione perscrutata si deus
voluerit. ¶ Amplius. Si tante sunt influentie donorum et gra
tiarum creatoris in eos quorum nulla sunt ad hoc me
rita nulla precesserunt ei obsequia quante erunt in eos
in quibus inueniuntur et digna merita et placita crea
tori precessisse seruitia presertim cum non ipse intendat
ad calculos meritorum: sed magis attendat quid deceat
magnificentiam largitatis sue quam quid debeatur me
ritis seruientium suorum: et propter hoc non videtur fi
nitum id quod addit supra condigna premia meritorum
tunc enim vacare videtur ad calculos si finitum esset
vel comparabile ei quod reddit ex iustitia id quod sup
addit ex sue superabundantia largitatis. ¶ Amplius.
Si inimicos etiam qui quantum in eis est malis me
ritis suis non solum restringunt: sed etiam penitus e
pellunt diuitias largitatis ipsius quante erunt influ
entie bonitatis et munificentie ipsius in amicos et ser
uitores suos? ¶ Amplius. Si pulchritudines bonita
tes atque suauitates sensibilium ita rapiunt in se ani
mas humanas nec solum rapiunt sed etiam vniunt
tanta vnione amoris quanta apparet in passionibus
et compassionibus: passionibus inquam dictorum sensi
Amor et bilium et compassionibus animarum humanarum ad
vnio. illa quid factura est pulchritudo creatoris et bonitas
atque suauitas quas nec attingit admiratio nec esti
matio nec etiam cogitatus. sicut igitur amoris isto
rum ad amorem qui tunc erit creatoris nulla est com
paratio: sic neque vnionis predicte ad vnionem erit bea
tarum animarum ad creatorem. Differt autem quoniam
amor huiusmodi et vnio animarum nostrarum ad sensibilia
ebrietas est imino insania: captiuitas insuper et obce
catio earum. Illa vero illuminatio est animarum no
strarum et sapientia perfectionis vltime libertas si
Adamantis mul atque felicitas in vltimitate elongationis a mise
natura. ria et sanitas ad quam nec lesio nec aliquid attingit
contrariorum vllo modorum. ¶ Amplius. Cum ada
mas ferrum attrahat tantaque velocitate rapiat il
lud ad se et coniungat sibi a proximo quod non est ni

si quodam occulto amore naturali quid faciant pul
chritudo et bonitas creatoris cum innotuerint ani
mabus nostris et hoc absque velamine interposito. ¶ Am
plius. Ex propositione. Cum pulchritudo et bonitas crea
toris super omnem mensuram et comparationem ma
iores sint pulchritudine et bonitate quorumcunque alio
rum siue sint sensibilia siue insensibilia. Anime vero no
stre cum equaliter vtraque eis innotuerint et libere atque
munde fuerint a peruersitate corruptionis de qua se
pe audiuisti necessario trahuntur ab eis proportionali
ter causis hoc est secundum proportionem quam habent inter
cem predicta trahentia. Quia igitur trahentium ad
trahentia nulla est comparatio hoc est pulchritudinis
et bonitatis creatoris ad alias quascunque non erit com
paratio amoris et attractionis pulchritudinis et bo
nitatis creatoris ad amorem et attractum aliarum. Qua
re super mensuram et comparationem erit amor pulchri
tudinis et bonitatis creatoris ad amores attractus
aliorum et propter hoc nullus erit tunc talis amor aut at
tractus quantus ad alias pulchritudines et bonita
tes. Ex quo manifestum est paradisum carnalem in al
tera vita impossibilem esse. Sic enim quoniam ad mo Paradisus carnalis non est in alio mundo
dicum valde trahuntur anime nostre a pulchritudine et
bonitate creatoris et hoc est quoniam ad modicum eis
innotescunt trahunturetiam ab alijs pulchritudini
bus et bonitatibus. Qua de causa in pugna magna
sunt hic anime multe. Cum autem inualescit etiam
hoc in hac vita notitia pulchritudinis et bonitatis crea
toris extinguitur amor aliarum amor inquam qualem dixi.
Quanto fortius igitur cum plene innotuerit hoc autem
est quemadmodum si imaginaueris mobile aliquod
quod trahatur duabus virtutibus in partes contrarias exem
pli gratia nominetur mobile huiusmodi c. et virtus mouens
ipsum in sursum nominetur a. virtus vero trahens illud
in deorsum nominetur b. ¶ Manifestum est tibi quia
si a. fortitudine preualuerit b. trahet in partem suam hoc
est in sursum ipsum b. Quare si in infinitum preua
luerit totaliter trahet ipsum in partem suam hoc est
in sursum. Quia vero impossibile est aliquid moueri
simul contrarijs motibus et hoc totaliter. ¶ Manifestum
est nullum esse motum ipsius c. tunc ad partem b. Et Amor.
quoniam motus animarum nostrarum desideria sunt. Amor
vero virtus est et radix huiusmodi motuum spiritualium. Ma
nifestum est in altera animabus sic raptis et attractis
amore pulchritudinis et bonitate creatoris nullum esse
motum contrarium hoc est desiderium vel etiam amo
rem ad sensibiles pulchritudines et bonitates et quo
niam in non amatis et non desideratis impossibile est
delectationem esse in sensibilibus pulchritudinibus
et bonitatibus delectationem in quam qualem ibi som
niat et delirat vulgus sarracenorum. Non enim ve
risimile est philosophos gentis illius in parte ista tam
erronee sentire. Delectationem multiplicem esse fu
turam animabus seu hominibus glorificatis ex crea
turis que tunc erunt: et etiam ex his quecunque esse de
fierint manifestum tibi fiet in sequentibus bonitatis.
Uerum huiusmodi delectatio erit ex amore prime
pulchritudinis atque bonitatis: et propter hoc nullo
modo ei contraria vel repugnans neque impediens
vllo modorum eam delectationem que erit in pulchri
tudine et bonitate creatoris. ¶ Amplius. Imagina
te mundum diuinum seu seculum altius quod et pa
triam et ciuitatem deo dilectorum et ab eo electorum Paradisus.
hominibus theologi christianorum vocant et imagina
te in eo duos populos alterum sanctorum angelo

rum: alterum sanctorum ⁊ glorificatorum hominum
Imaginare etiam infernum velut carcerem ⁊ locum
tormentoꝝ vbi in malos ⁊ creatoris voluntati rebel
les vindicanẗ per iustitiam creatoris iniurie ⁊ contu
melie quas ⁊ creatori ⁊ hominibus dum in hac vita
viuerent irrogarũt: imaginare etiam locum aliũ ni
hil habẽtem hmõi tormentoꝝ et ibi positos paruu-
Limb⁹ paruulorum. los qui nature corruptione originale peccatũ aliqꝺ
addiderũt nec contra eã mundationis remedium p-
ceperũt. Dico igr̃ quia omnis generis homines sũt
sic in statu cõuenientissimo eis ac decentissimo. Decet
eñ modis omnibus creatorẽ famulos ac ministros
eẽ cum eo ⁊ iuxta eum quatenus hoc phas ⁊ possibi
le ẽ. Nihil enim indecenti⁹ regi inclyto atqꝫ magnifi
co q̃ solitudo ⁊ paucitas militie atqꝫ familie. Nihil
decẽtius glorie ipsi⁹ q̃ multitudo militie dico indu-
te ⁊ ornate atqꝫ decorate ꝓut decet regalem magnifi
centiam. Quia igr̃ iste stat⁹ sic se habet ⁊ huiusmo-
di ẽ tam in hominib⁹ q̃ in aliis substantiis nobilib⁹
qui ⁊ creatoris militia ⁊ eiusdem familia digni vo-
cari sunt vel erũt. Dico qꝛ iste status congruentissi-
Decorum. mus ẽ glorie creatoris. Decoꝝ autem est qꝺ decet et
propť hoc maxime decorum qꝺ maxime decet. Nihil
autem magis decet creatorẽ q̃ ꝙ maxime decorum
est maxime iuxta eum atqꝫ in domo siue in aula siue
in palatio suo. Quare sic se habere magnificentissi-
mã domum ipi⁹ et ꝑclarissimaꝫ aulam nobilissimã-
qꝫ militiam eiusdem tpe suo necesse est. Qꝛ si dixe-
rit quis qꝛ nõ est conueniens vt homines simul ⁊ sub
stantie spirituales in vna scꝫ domo vľ palatio habi-
tant cum hoies corporei illo ꝺo in corpe ⁊ incorpa-
les sint. Respondendũ ẽ ei qꝛ multo ampli⁹ inconue-
niẽs videri debet eidem ꝙ anime hũane cum corpo-
ribus habitẽt cum inter ipas ⁊ corpa sua lõge sit ma
ior differentia naturaꝝ. homines enim et si corporei
sint secundũ partem ẽ hoc partem dico inferiorem ⁊
ignobiliorẽ. Incorpi aũt sm̃ partem ꝑcipuam predi
ctisqꝫ substantiis in statu illo glorie simillimã. Cõue
nientius autem est vt corpa hũana sequanẗ animas
suas ⁊ trahanẗ ab eis ĩ sublime seculi altioris q̃ tũc
ipe trahanẗ ab eis in locum inferiorẽ ⁊ habitationi
earum minime congruẽtem. Dico etiam qꝛ sermo iste
hominis ẽ ignorantis gloriam corporum glorifica-
torũ. Si eñ sciuisset ꝙ valde similis ẽ nature spiri-
tuali sicut tibi patefiet in sequẽtib⁹ nullaten⁹ hoc di
xisset. Dico etiam quia sermo ꝓpheticus quo creator di
citus ẽ rex glorie nõ hꝫ dubitationẽ sue veritatis apꝺ
Rex glorie. intelligẽtes. Nõ põt aũt intelligi recti⁹ rex glorie q̃
vno istorum modorum videlicet vel vt intelligatur
regnum eius gloria ⁊ quia precipua pars regni ciui
tas est in qua sedes est ⁊ solium ipsius quare illa to
ta gloria est ⁊ omnes inhabitantes in ea gloriosi seu
Ciuitas glorie. glorificati. Et ciuitas illa merito ciuitas glorie ha-
benda est ⁊ dicenda ⁊ quoniam gloria pfectio est sicut
alibi didicisti impossibile ẽ in ciuitate illa glorie ali
quid esse imperfectionis. Alio modo intelligiẗ rex
glorie quomõ diciẗ ⁊ rex iustitie qsi iustissimus quem-
admodum dicitur vas pulchritudis vas pulcherri-
mum: ⁊ quod nihil habet indecentie vel deformitat;
Sic rex glorie rex gloriosissimus quasi cuius regnũ
est in vltimitate glorie ⁊ nihil habẽs glorie repugnãs
seu contrarium: Necesse igitur ẽ regnum ei⁹ totum
ꝙ est vniuersitas hoc est vniuersa series seculorum
sic se habere vt sit in vltimitate pulchritudis secũ
dum omnes partes suas: ⁊ hoc prout congruit ⁊ ex-
pedit vnicuiqꝫ earum tempore suo. Et propter hoc
necesse est vt ⁊ vniuersitas ãgelica ⁊ vniuersitas ho
minum sic vnoquoqꝫ tempore prout decet eam esse
et prout decorum est eam esse in tempore vnoquoqꝫ
⁊ quia decorum ac decentissimum est vt prima ac su
prema habitatio habitatoribus seu ciuibus nobili
tate eiusdem congruentibus impleatur: ꝙ impossi-
bile est fieri nisi ex angelis ⁊ hominibus vtrisqꝫ glo-
rificatis. Nec enim phas est neqꝫ conueniens aliquẽ
esse vestitum nisi gloria: omne enim aliud vestimen- Glorie vestitũ reg; celi.
tum vel operimentum indecens est et regi glorie et
regno glorie. Imperfectum autem vestimentum et
imperfectus ornatus ĩ hominibus est gloria anima
rum necesse igitur est glorificandarum animarũ cor
pora gloria communi cõgruente suo tempe vestiri.
Tertio modo itelligitur rex glorie per appropriatio
nem videlicꝫ cuius solius est et cui tota debetur glo
ria. Quare necesse est omnia suo tempore conuerti
in gloriam ipsius. Non solum igitur anime huma-
ne quatenus eis congruit per glorificationem suam
conuerten de sunt in gloriam ipsius. Sed etiam cor-
pora earum. Quemadmodum igitur anime totum
glorie victure sunt per gloriam quam accepture sũt
ab eo. Sic ⁊ corpa totaliter in gloriã ei⁹ ⁊ obsequm
conuertenda sunt tempore suo ⁊ ꝓpter hoc adeptu-
ram gloriam q̃ illi statum ex officio congruat. ¶ Am
plius. Sicut alibi didicisti. Mors plaga est non so- Mors.
lum innaturalis nature humane sed etiam eousqꝫ cõ
traria vt eam etiam destruat. Huiusmodi autem iu-
dicium certissimum est ꝙ naturaliter horretur ⁊ fu-
gitur ab hoibus. Nihil aũt naturale naturaliter hor
retur ⁊ fugitur. Natura igitur humana naturaliter
nec ad mortẽ tẽdit nec ad illã ducit hoies naturaliť.
Quarẽ mãifestũ ẽ plaga hmõi sanãdam eẽ tpe suo: si
ei ĩ pecude sua siue ĩ grege vľ armẽto nẽo sustineret
plaga mortis siue ẽt mortalitatis si ea auertere pos
set. Multo fortius creator in genere humano ꝙ velut
grex eius est. imo nobilissima amabilissimaqꝫ posses
sio eius non sustinebit plagam mortis quin eam cu-
ret tẽpore suo. ¶ Amp̃. Quis paterfamilias pestes
seu pestilentiam a pecudibus suis si possibile ei fue
rit non depellat? Quis deniqꝫ rex ĩ regno suo que to
tum illud vastent si hoc posset facere nõ auertat. Et
quia manifestum est ꝙ genus humanũ pars ꝑcipua
ac nobilissima est post substantias abstractas ⁊ nobi
les regni creatoris. Necesse igiẗ est bonitatem crea-
toris pestem istam ⁊ vastitatem abigere a regno suo.
Mors igiẗ ⁊ corruptio finem habebũt in genere hu-
mano. Eodem mõ est argumentari ⁊ de ruina dom⁹
quasi eñ domus creatoris est vniuersitas hominum
⁊ aliarũ substantiarum nobiliũ ⁊ ex illis velut duob⁹
parietibus edificata seu ꝯstructa ruit aũt alter paries
totaliter p mortem. Qualiter igiẗ istã ruinam in do
mo sua ppetuo sustinebit cum eaꝫ reedificare possit
atqꝫ statuere stabilitate ppetua quis paterfamilias
ruinam hmõi reparare negligeret ⁊ domũ suam stabi Hoies ⁊ angeli.
lem facere si posset. Qꝛ si dixerit quis quia ruinã q̃
per mortem fit vel corruptionem reparat creator qꝛ
tidie p nouoꝝ hoiꝫ creationem. Debes reminisci ei⁹
ꝙ audisti in precedentibus ⁊ in hoc eodem capitulo
quia reedificatio huiusmodi continuo destruenda cõ
tinueqꝫ ruens non reedificatio est: tantum enim de-
struere q̃tum reedificatur ex altera parte: perinde
est acsi nihil reedificaretur: ad alteram vero partem
questionis non respondet: videlicet qualiter susti-

bet bonitas creatoris tātam ruinositatem tantamq; instabilitatem tam pclari edificij sui. Quis enim paterfamilias ruinam ɔtinuam in sua domo vł edificio sustineret: maxime cum eam euertere preualeret.

¶ Describit elegant᷑ et pie statū ac magnificentiam future perennis glorie: quando scilicet palatium summi regis erit angelis et hominibus glorificatis plenum.

Euertar autē et dicā q̄ creatoris aula siue palatiū cū repletū fuerit substantiis spiritualib⁹ et holbus glorificatis erit šm magnificentiam regni et glorie creatoris erit et šm vltimū decētie et decoris pprij. Quare et ex pte creatori ex pte sua erit šz optimū vltra qḋ nec meli⁹ nec decēti⁹ possibile ē eē. Sic dico et de inferno q̄ nihil magis decet carcerē et locum tormētorum q̄ malefici et iustissi cruciat⁹ eoꝝ. Quare šm imaginationem positā erit infern⁹ šm vltimum decētie et decoris et hoc ex pulchritudine iustitie creatoris que ibi et p magnitudine sua et p rectitudīe lucidissīe apparebit. hoc ē put possibile erit glorificatis oculis tā spiritualibus q̄ corpalib⁹ magnitudinē et pulchritudinem illi⁹ conspicere et videre. Quia vo paruuli qui nihil culpe addiderūt originali corruptiōi nihil pene actuał de iustitia diuina passuri sūt et hoc est quoniam pena actualis non debet᷑ nisi culpe actuali. ¶ Manifestum ē eis non deberi nec decere eos locum alicui⁹ pene actualis. Et quoniam digni gloria non sūt vtpote qui circa originalē culpam remedium qḋ ē gratia sanctificatiōis non receperūt: loc⁹ glorie eos omnino nō decet. Decētissīe igitur collocati sunt šm positam imaginationē in loco qui nec sit pene actuał nec glorie. Qd si dixerit quis q̄ impossibile est hmōi homines fore sine pena actuali ī quocunq; loco sint cum cognoscant se fuisse creatos ad felicitatem et gloriā et non adeptos illā. Dico q̄ sermo hmōi nō est verus. Non enim creati fuerunt ad illam nisi qui electi fuerūt creatoris pdestinatione ad ipsam. Cum igr̄ videant se non eē electos ad illam vident se nihil iuris habere in illa et sibi non deberi illam. Quemadmodum igr̄ vides in multis hominib⁹ q̄ absq; molestia et dolore sustinent se nō esse reges p hoc scꝫ q̄ sciunt sine iīuria sua et cōtumelia hoc esse. sic et isti absq; vlla pena et cruciatu sustinebunt se non obtinere felicitatē et gloriam regni illi⁹ sublimis atq; pclari. Si vo dixerit quis videbūt se potuisse obtinere illam et propter hoc dolebunt q̄ non obtinuerūt et hoc ipsum dissolues per predictū exemplum. Non enim est homo qui naturali possibilitate prohibitus vnq̄ fuerit a regno: sunt tamen innumerabiles qui omnino non dolent pro eo q̄ reges facti non sunt. Non est igitur consequēs vt si aliquis aliqḋ bonum aliqḋ obtinere naturaliter possibilis sit q̄ pp̄ter hoc doleat quia illud non assequitur. Jam igitur manifestum est tibi q̄ secundum positam imaginationem stat⁹ vniuersitatis hoīm et secundum optimum suum et in vltimitate decētie et decoris nec non et in vltimitate sue pulchritudinis et da per ipsum satis fit simul misericordie creatoris et iustitie ipsius atq; nature humane et meritis hominū. Nature quidem humane quia redditur eis sua pfectio naturalis quantum ad vires naturales exteriores quas exercet per corpus. Redditur etiā ei corp⁹ secundum hoc. Redditur inq̄ quale congruit ipsi naturaliter qḋ est dicere immortale sicut alibi didicisti. Nec solum quale cōgruit ei naturaliter sed etiā quale congruit meritis ipsius et statui. Statui quidē glorie congruit corp⁹ gloriosum cuius gloriam ī sequētibus audies. Statui vo eterne miserie cōgruit corpus qḋ eam perpetuo sustinere possit et tale reddit᷑ nature humane in vita futura secundum positā imaginationem. Satis fit etiam šm hoc statui paruulorum qui contra corruptionem seu maculam originalem satisfactiōis remedium nō acceperunt. Hic igr̄ est status p omnia decētissim⁹ et quantum ad gloriā creatoris tam ex pte misericordie ipsius q̄ ex parte iustitie. Similiter et quantum ad salubritatem et vtilitatem nature humane nec non et vltimam eiusdem perfectionem quantum humane nature possibile est cum equitate et iustitia creatoris. Hic igitur statum eliget. immo eligit eternaliter apḋ seipsam sapientia et bonitas creatoris. Quare manifestum est in eo statu ēdū ē finaliter naturam humanā.

Immortalitas corporis glorificati.

¶ Amplius. Quia nullus motus nature frustra ē naturaliter neq; naturali impossibilitate phibitus ab eo siue inq̄ est. Quia igitur appetit⁹ immortalitatis naturalis est: id est naturaliter inditus hominib⁹ quemadmodum fuga mort̄ hoc est timor et horror illius. ¶ Manifestum est immortalitatem que est finis huius appetitus et euasionem ab ipsa morte non ē naturaliter impossibiles hominibus. nec aliud intendo in smone isto nisi q̄ naturalit᷑ possibiles sūt isti duo fines hominibus possibiles quidem per modum receptionis et insuper a natura intenti siue itētati. Nō enī sic intelligo possibilitatem istam quemadmodū dicitur possibilitas vniuscuiusq; hominū essendi vł fiēdi regem. Regalitas quippe non itēditur a natura humana neq; directio nature humane aduenit sed magis ab accidente et indirecte sicut et causa eius que ē voluntas siue electio hominum ad quos pertinet reges eligere vł constituere. Insuper tota intentio nature perficitur et impletur absq; hoc quod aduen[i]at et regalitas seu regia dignitas. Non autem sic se habet immortalitas ad naturam humanam quoniam sine adeptione immortalitatis non perficitur natura neq; intentio eius nec peruenit natura ad finem in quem tendit per duos prenominatos suos mot⁹ videlicet appetitum immortalitatis et fugā mort̄. ¶ Amplius nullus motus naturalis est hominibus in regiam dignitatem vel potestatem: sed magis ex cupiditate et ambitione est desiderium huius potestatis: hominibus autem q̄ rarissimum est ex creatoris dilectione vel hominum ipsorum et hoc est cuꝫ creditur ab his qui potestatem huiusmodi suscipiunt vel deo placere vel hominibus expedire vt ipsi regnent credunt et propter hanc solam causam regnare se sustinent. ¶ Manifestum igitur quia huiusmodi possibilitas non est possibilitas per se et ordinata ad huiusmodi finem. Quare consequens est est quia possibilis est humana natura recipere immortalitatem possibilitate per se et ordinata ad illā et quoniam tendit ad illam naturalib⁹ motibus pluribus suis: quare necesse est vt ad illam perueniat vel totaliter vel in parte q̄ si concesserit quia in parte perueniet ad illam. Jam audisti super hoc alias rationes propter quas impossibile est q̄ in parte etiam non perueniat. ¶ Amplius. Jam alibi audiuisti quia et si contingat speciem aliquā in aliq̄ pte indiu

Decor et pulchritudo diuine iustitie.

Nota.

Nota.

Nota.

duoꝝ suorum ꝑfectione sua vel perfectionibus pri-
uatam eē impossibile tamē ē vt vniuersaliter ꝑuetur
illa vl̄ illis. Similiꝭ impossibile est vniuersaliꝭ et ꝑ-
petuo aliquā speciem remaneret vniuersaliter ꝛ per
petuo in ꝑuatione seu potentialitate sue ꝑfectiōis.
Alioquin frustra ꝛ vane creata eēt a creatore. Huius
modi autem exemplū est i mineris metalloꝝ ꝛ gem-
maꝝ aliorūq; lapidum nobiliū. Materia eni omnis
que per se materia ē non creatur vt sit materia tan-
tū sed creaꝭ ꝓpter perfectionem. creaꝭ tn̄ in mate
rialitate sua vt in ea ꝑmaneat. Cui⁹ expositio est vt
intelligas minera auri non ē minera vt sit minera tā
tum neq; vt remaneat in hac materialitate q̄ ē mine
ralitas sꝫ ꝓpꝭ aurum vt aurum scꝫ ex ea fiat. Quia
igꝭ materia vt materia nō est vtilis nisi ꝓpter id qđ
ex ea exiturū ē. ¶ Manifestum ē q̄ nō creaꝭ vl̄ est vt
sit vel remaneat materia tantum qm̄ ei⁹ esse sic inuti
Nota 6 mā le esset. Sapientia aūt ꝛ bonitas creatoꝛ non ꝑmit-
tunt hoc vt creeꝭ vl̄ sit inutiliꝭ species aliqua totaliꝭ
hoc est ſm̄ omne indiuiduū suū. Quare impossibile
est speciem aliquā remanere totaliꝭ in sua materia-
litate vl̄ potentialitate. Necesse igitur est vnāquāq;
specierum vl̄ in totalitate sua vl̄ in parte indiuiduoꝝ
suorum ad id ꝑuenire qđ supra dixi supra ꝑfectiōem
vl̄ actum. Quia igitur species humana in hac possi
bilitate seu potentialitate creaꝭ vt ex ea possit fieri
immortales hoīes. Quare necesse est saltem aliq̄s
Mortē hūa fieri immortales. Hāc igꝭ mortem q̄ nunc est homi-
nā seqꝭ im- nū. Sequeꝭ ex necessitate imortalitas. Hec aūt ē vi-
mortalitas ta imortal. ¶ Amp̄ Nihil magis erigit hoīes ab ere
ctione vicioꝝ ꝛ passionū inordinataꝝ q̄ spes future
imortalitatꝭ ꝛ retributiōis nihil magis eos animat
atq; confortat ad acquisitionē virtutū atq; custodiā
ꝛ ad compositionem morum suoꝝ totamq; vite sue
decorationem q̄ spes future imortalitatꝭ: ꝛ hoc ap
paret in his q̄ nihil boni sperant in vita futura qui
oīa credunt cum ip̄a luce vite p̄sentis reliquere: his
eñ null⁹ ē amor v̄tutum nulla cura ꝯponende vite
sue: sꝫ totos se tradūt ꝛ exponūt instar iumētorū vo-
luptatibus corꝑalibus. Quare q̄ spem istam tollūt
de medio negātes eā virtutes etiam de cordib⁹ hūa
nis extirpāt totumq; vite humane dec⁹ atq; decorē
in brutales delitias atq; turpitudines transferunt ꝛ
deformant. Manifestū igꝭ ē hāc opinionē radicem
eē ꝑniciosissimam atq; pestiferā hūane vite ꝛ isuper
ip̄i creatori contumeliosissimam, q̄ ꝛ amorem virtu-
tum salubriū extinguit in hominib⁹ ꝛ creatoris cul
tum et honorificentiam extirpat radicit⁹ et laudem
creatoris aufert ex ore hominum. Vita namq; iu-
mentina ebrietatesq; ꝛ insania deliciaꝝ carnaliū etiā
ab anima humana cogitatum abradit ꝛ abolet crea
toris ferro igꝭ ꝛ igne ꝓfliganda ē ꝛ fundit⁹ extermi
nāda hmōi opinio. Non tam igꝭ ꝓbationib⁹ contra
eam pugnandum ē q̄ tormentis. Qꝫ si dixerit quis
qꝛ ꝓpter diuitias presentes ꝛ corꝑales delitias con
ponenda est ꝛ ornanda v̄tutibus ꝛ moribus vita p̄-
sens tu ipse vides qꝛ ista sunt q̄ totam turbant ꝛ con-
fundunt vitam p̄ntem hoīꝫ: ꝛ ip̄os etiam hoīes vsq;
in insaniā subuertūt: ꝛ hec est vna ex causis ꝓpter q̄s
sapientes ipsas fugiūt tāq̄ pestes. Vides etiā qꝛ he
sunt q̄ hoīes auertunt maxime a creatore ꝛ ab oī cul-
tu ꝛ honorificentia ipsius. Nō inducūt igꝭ hoīes ad
honorificandū ꝛ colendū creatorem q̄n potius obdu
Diuitie cō- rant. Ista etiā sūt ex q̄bus sunt lites ꝛ iurgia: seditio-
temnende. nes ꝛ bella ebrietates ꝛ furores hoīꝫ inuicē. Qualꝭ

igiꭍ ꝓpter ista q̄ cultum ꝛ honorificentiam creatoris
a deo impediunt que maximi cultores creatoris ma
xime fugiūt ꝛ contemnunt ex quib⁹ mala q̄ ꝑduxi oī
no sunt colēd⁹ vel honorād⁹ erit creator. ¶ Ampli⁹.
Si ꝓpter hec sola honorand⁹ vl̄ colendus esset crea
tor quod vtiq; eēt si alia vl̄ meliora ab eo nō spera-
renꭍ vl̄ quod recti⁹ ē gratis cū colendus eēt qui igiꭍ
eas nō habent absoluti essēt oīo a debito cult⁹ ꝛ ho-
norificentie creatoris cum apđ eos causa huiusmo-
di debiti nō eēt. Qꝫ si dixerit qꝛ ip̄a vita p̄sens bonū
magnum ꝛ ipsa aīa bonum maximum. Similiter ꝛ
corpus totū ꝛ mēbra singula bona ꝛ magna sūt. Ve
rum vtiq; dicit ꝛ reuera largitōe tantoꝝ bonorū ob-
noxios sibi nos fecit bonitas creatoris et debitores
obsequioꝝ q̄ ex his eidem ipendere possum⁹. Vē ē Corruptio
rum adeo lesa sunt oīa hec ꝛ corrupta i nobis ꝛ ori- originalis.
ginali corruptione de qua tot ꝛ tanta iam audiuisti
ꝛ alijs causis q̄ de industria p̄tereo vt ex eis neq; d-
cenꭍ neq; acceptabiliꭍ creatori seruire possimus ꝛ ꝓ-
pter hoc necessariū ē nobis vt mundemur ab hmōi
ꝛ nouis adiutorijs a creatore adiuuemur. Hec autē
adiutoria sunt q̄ v̄tutes ꝛ gratias et dona doctrina
xp̄ianoꝝ creberrime nominat. Scito aūt q̄ non ē hec
intentio creatoris vt ꝓpter obsequia nostra predi-
cta nobis munera largiaꭍ. Non eñ indiget his sed
nos eis indigemus vt ꝑ hec creatori nos acceptos
ꝛ placitos exhibeam⁹. ꝛ per eadem ab eodem icom
parabiliꭍ meliora atq; sublimiora obtineam⁹. Hec
igꭍ est intentio ipsi⁹ adiuuare nos hic hmōi adiuto-
rijs vt nō solum munificētia eius ꝛ misericordia ido-
neos nos faciant maiora ac p̄cellentiora accipe: sed
etiam eiusdē iustitia nos dignos inueniat vt talia no
bis ex meritis debeanꭍ. Quapropter manifestū est
q̄ sicut bonitas nature ex dispositionib⁹ bonis natu
ralibus preparat ꝛ idoneam facit naturā humanam
sic ipsa adiutoria eandem preparant nō solū vt ido
nea sit ad ea q̄ sunt eterne felicitatis ꝛ glorie: sed etiā
vt ꝛ digna ex eisdem adiutorijs: de his aūt licet mul-
ta ꝑ ꝓphetas hebreorum ꝛ dicta ꝛ scripta sint genti
illi: doctrina tn̄ christianoꝝ de hmōi adiutorijs digni
tatibus retributionibusq; creatoris refertissima est
ꝛ gratiam adoptionis hereditatemq; regni celestis
studiosissime attollit ꝛ p̄dicat ex qua manifeste sequi
tur resurrectio mortuorum ꝛ glorificatio eorum sal- Gratia ado
tem in parte. Stabiliter autē gratia ista exēplo vno ptionis.
ꝑ bonitatem ꝛ largitatem creatoris. Dico igiꭍ quia
si rex aliquis in hoībus haberet regnū ditissimum ac
p̄clarum nec esset ei nisi vnicus filius. Regnū autem
eiusmodi vel maneriei esset vt per multitudinem he
redum nulli minuereꭍ ꝛ ipsi vnigenito regis gloria
multa atq; p̄claritas ꝑ multitudinem coheredū atq;
consortium accresceret bonitas ꝛ largitas ipsius re-
gis multos filio suo ꝯsortes aduocaret: ꝛ multos fili
os sibi gratie adoptaret. Licet autem apud nos in
hominibus multotiens factum est q̄ cum filios pro-
prios non habeant extraneos adoptabant. nec dubi
um est apud intelligentes: quin etiaꝫ si multos habe
rent filios postq̄ ꝑ quantācunq; gratiā adoptionis
ac ꝑ quātamcūq; multitudidem adoptiuoꝝ nihil de-
perit vnigenito creatoris de diuitijs aut gloria regni
sui: quin potius augeꭍ ei gloria exterior vltra omnē
admirationē. Si ex multitudie militiaꝝ ex multitudie
ꝛ magnificentia principum augetur gloria regis vnī
uscuiusq;. Q̄to fortius innumerabilis multitudo re-
gum celestiū erit ad decorē ꝛ gloriam regi regū oīm.

Si enim decem regibus imperare tāta gloria ē im-
perantis regibus inq̄ terrenis τ omnibus terrenis
regibus imperare. tanto maior gloria terreni impa
toris quanto maior est numerus atq; potentia regū
terrenorum q̄ decem. Quāto magis omnium regū
celestium obediētia τ subiectio erit ad gloriam regī
omnium seculorum. Manifestum igitur ē quia do-
minantissim⁹ ille imperator quē desilium diri siue
Nota. intendat ad gloriam suam siue iutilitatem hominū
prout decet diuitias bonitatis eius atq; iusticiaȝ ex
necessitate aduocat τ adoptat sibi consortes atq; co-
heredes regni τ glorie sue innumerabiles quos secū
glorificatur⁹ τ coronatur⁹ ē i nouissīo τ assimilatur⁹
sibi assimilatione que deceat magnificentiam largi-
tatis ipsius τ congruat meritis ipsorum. Dico etiā
si posset eos equales sibi facere in gloria: hoc ē si ipi
receptibiles essent vllo modorum eosdem sibi in glo
ria adequaret. Non oportet autem doceri quia na-
tura possibilis per semetipsam vllo modorum rece-
ptibilis ē equalitatis ad eum qui est necesse esse per
se ex omnibus modis suis quāq̄ receptibilis sit simi
litudinis. Licet a supereminentia ipsius incogitabi
liter longe distantis. Nec aliter sētiendum est de lar
gitate magnificētiabonitatis ipsi⁹ creatoris. Qui-
e nim has diuitias hancq; ꝓfusionē munificētia crea
toris q̄ diri negant vel ignorant consequenter τ dei-
tatem ipsius negant τ minimū sue largitatis eidem
relinquūt. Quicquid enim largitur bonitas creato-
ris modicum valde est ad nobilitatem τ gloriam re-
Nota gni celorum τ glorificationem atq; coronationem re
gum innumerabilium. Qui igitur eam negant ma-
ximū sui quantū ad munera largitatis auferūt crea
toris τ propter hoc male de bonitate ipsius sentiunt
imo non largitatem de ea sed auaritiam potius re-
strictissimā de eadem somniant τ delirant. ¶ Ampli-
us. Quis ex terrenis magnatibus siue principibus
militem qui equum suum in bello eiusdem amiserit
illi non restituat siue reddat. Similiter τ alia damna
quecunq; in seruitio eius incurrerit eidem non resar
tiat aut refundat. Quia igitur electi creatoris atq;
dilecti in seruitio ipsius corpora sua per eorū mor-
tem amittunt necesse habet creator ex bonitate sua τ
iusticia restituere tempore suo. Qz si dixerit quis
quia corpora illa ex dono receperūt creatoris et sic
eadem eis donauit q: eadem sibi retinuit non a se ab
alienauit quare que creatoris erant amiserunt non
que sua tantum. Et propter hanc causam non tenet
Nota. creator huiusmodi eis facere restitutionem. Attēde
igitur quia sermo iste hominis ē erronei τ hoc decla
rabitur tibi duobus modis. Primum quia secundū
hoc sublata est spes mercedis τ retributionis subla-
ta inq̄ dei seruitoribus vt nulla sit apud creatorem
omnia nāq; bona siue sint virtutes τ gratie siue gra-
ta creatori obsequia dona sunt creatoris. Si igitur
propter hoc quia corpora nostra dona sunt ipsi⁹ nō
est debitor retributiōis ipsoꝝ corpoꝝ multo forti⁹ ne
q; gratoꝝ sibi quorūcūq; obsequiorū cū oīm obsequiorū
que in vita ista prestari pōt eidem mors corporū sit
quando propter eum suscepta fuerit. Alio modo de
Nota struitur deliramentum istud quia τ si humana corpo
ra dona creatoris sunt nostra tamē aliquo modo sūt
et tanto magis nostra quanto illa in obsequijs crea-
toris occupauerimus. Et iam alibi didicisti per me
quia obsequia que ex amore solo gratuito intendi-
mur dona sunt apud eum cui impendūtur τ propter
hoc obligant ipsum ad redonationem seu remunera
tionem siue retributionem. Donant igitur adeo di- Amor dei
lecti τ deum diligētes homines creatori corpora sua
cū ex amore solo huiusmodi illa morti pro eo expo-
nunt faciunt igitur ipsum conuenientis retributiōis
sibi debitorem. Hec autem ē communi omnium homi
num opinione conueniens retributio vt in primis re
stituatur damnum corporis per mortem amissi τ de
diuine bonitatis largitate que vt iā dixi tibi non va
cat calculis meritorum sed magis attendit quid ma
gnificentiam τ gloriam eius deceat erga seruitores
suos τ vt supra addatur gloria corpori qualem audi
es in sequentibus. Qz si forte dixerit quia ibi conue
nientissimum τ magnificentie creatoris illis corpo-
ra restituere qui pro eodem ea morti exposuerunt.
In alijs vero qui ea propter mortem naturalem nō
illi tam illa licet in suo seruitio amiserunt nec dignū
nec iustum ē vt eis restitutio sit amissorum corporuȝ
fiat cum nō pro seruitio creatoris illa amiserunt. Di
co igitur quia homo iste dei liberalitatem τ largita
tem contrahit etiam infra notissimā atq; certissimā
hominem bonitatem. Nullus enim est hominum qui
damna seruorum suorū que in seruitio suo incurrunt Aduerte.
eis non resarciat τ qui non turpe sibi τ erubescendū
reputet hōmi damna nō refūdere eisdē. Que igitur
erit liberalitas atq; largitas creatoris si qd auaritia
hominum vel vix vllo modo sustinet ipsa in seruito-
res suos sibi gratissimos ac deuotissimos operet.

¶ Alia habebunt corpora sancti post resurre-
ctionem

Quoniam igitur ex eis que processerunt
euidenter eluxit τ claruit tibi animab⁹
suis reddenda esse corpora sua in vita q̄ Resurrectio
erit post hāc τ hec redditio resurrectio ē mortuorū.
mortuorum que primum ab ipō creato
re prophetis reuelata est deinde ratiōibus τ proba-
tionibus quas audiuisti sicut fuit dignationis eius
dare intelligentibus approbata relinquitur perscru
tandum de dispositionibus corporū humanorū que
scȝ aut quales erūt. Dico igit̄ quoniam cū anime hu
mane quedam glorificande sint: q: illis ex necessitate
reddenda sunt corpora non solū imortalia: sed etiam
impassibilia τ nutrimēto non indigētia. Erunt etiaȝ
eis alie mirabiles dispositiones ꝓpter quas ipa cor
pora merito glorificata nominabunt̄. Si eñ passibi Immortali
lia essent a lesionibus τ alijs passionibus sensibilib⁹ tas corpoꝝ
essent anime ille glorificate obnoxie doloribus sensi-
bilibus cum necesse sit patientibus corporibus ani-
mas eorum compati non esset igit̄ vera sicut nec pu-
ra illa futura felicitas si tantorum dolorum miseria
vel admixta esset vel admisceri posset. Uera eñ τ pu Felicitas p
ra felicitas non tam actu: q̄ etiā potentia longe est i cul a mise-
vltimitate elongationis ab admixtione miserie alio ria.
quin non esset ipa felicitas in vltimitate sue pfectio-
nis: nec esset etiam gloria nominanda aut status hu-
iusmodi gloriosus q̄ contrarie miserie susceptibilis
esset: imo quod verius p cōtrariam miseriam destru
ctibilis. Nihil eorū que sunt glorie destructibile est.
Per eandem viam clarere tibi potest q: nec morta-
lia erunt corpora animaꝝ glorificatarum: esset eñ p
mortem eorum animaꝝ gloria destructibilis: τ etiaȝ
doloribus mortis obnoxia. ¶ Amp. Secundū hoc nō
differt vita illa a p̄senti nisi sēm magis τ minus hoc ē
non esset alterius τ admirande supereminentissime-
q; felicitatis: sed esset finalis felicitatis vt hec lyma-

toris quēadmodū accidit illis q̄ paradisum deliciarū carnalium posuerunt. Q̄. si forte dixerit quia nulla felicitas est eius virtutis aut potētie in rebus creatis q̄ ꝓhibeat ab eis naturalem passibilitatē seu defectibilitatem. Dico quia homo iste dicit sermonem impertinentem ad id de quo agitur. Non eni hoc intendit hic vt omnino per gloriam futuram destruat defectibilitas naturalis vel in animabus humanis: vel in corporibus: sed dico quia prohibetur ab actu suo prohibitione impossibilitatis perpetue. Cuius rei exemplum vnum licet longe distantis dissimilitudinis est aqua in valle solidissimo et omnino impenetrabili circūclusa. Uides igitur ibi fluiditatē ipius aque naturalem in nullo penitus imminutam et modis omnibus permanentem illesam. Substantiāq; ipius in nullo prorsus mutatam a fluxu suo prohibitam sꝫ hoc idem exterius est et in hoc ē dissimilitudo exēpli huiusmodi ad gloriam felicitatis de qua agitur. Conuenientius autem exemplum est in cristallo. Si posueris aquam vehemētia congelationis in cristallinam duritiem solidatam et hoc est quoniam secundū hanc positionem ipa cristalli substantia mutata est a fluiditate sua et ꝓhibita a fluxu prout possibile ē cristalline solidatari. Euidētius autem exemplum ē de re ista in lapide qui dicitur dyamas. Similiter et in eo qui adamas nominatur. Tanto autem conuenientiora sunt exempla ista presenti negocio quanto substantie huiusmodi videlicet que per congelationem indurate sunt solidiores fuerint et a resolutiōe remotiores. Quapropter in celestibus corporibus conuenientiora sunt exempla que tanta soliditate stabilita sunt atq; firmata vt nec corruptioni nec lesioni alicui obnoxia sint licꝫ naturali potētialitate seu possibilitate defectibilia sint in se prout visum est. Aristoteli et sequacibus ipsius similiter et platoni. Non sūt igitur contraria neq; adinuicem eousq; sibi repugnantia vt se in vno eodemq; subiecto nō compatiātur. Sicut et econtrario naturalis visibilitas seu videndi potētia et ꝑpetuitas cecitatis id est a subiecto isto in vita ista inseparabilitas. Q̄. autē nec alimento indigeant in statu felicitatis illius corpora glorificata inde manifestum est quia omne nutrimentum sicut alibi didicisti restauratio eius: qd̄ fluit de corpore nutribili per motum et consumptionem caloris naturalis. Quia igitur huiusmodi dissolutio vel consūptio locum non habet in huiusmodi corporibus. Manifestum est quoniam neq; nutrimentum. ¶ Amplius. Fames et sitis miserie magne sunt quoniā simul sūt paupertas et afflictio quare nullus ē locus illis vbi vera ē ac plena felicitas. Si autem apud corpora illa esset dissolutio seu consumptio locum haberēt ibi fames et sitis. ¶ Amplius. Etiam haberet locum ibi mors. Cum enim continua esset ibi deperditio seu consumptio quā prediximus videlicet que per nutrimentum restaurari habet necesse ꝑ eā tādem venire corpora ad defectum qui mortem induceret. Quia igitur extrema miseria est hec hoc est in vita ista mors corporum manifestum est vitam illam futuram glorificatorum hominum a morte esse prorsus liberā et immunem. Q̄. si dixerit quis quia sufficere debet et satis erit glorificatis hominibus vt nunq̄ moriātur et quia nō est eis necessaria huiusmodi impassibilitas Dico in hoc quia iam declaratum est tibi quia sine impassibilitate corporum non est possibile esse illam gloriam animarum quoniam quacūq; passione corporum hoc est sine lesione et dolore sensibili euacuaretur tota atq; destrueretur. Sed neq; etiam veri nominis gloria esset si ad eam vllo modorum esset accessus miserie. Unde enim de ꝯsequentibus ē huiusmodi gloria vltimitas elōgationis a miseria. ¶ Amplius. Dico quia huiusmodi corporibus glorificatis cedent absq; vlla resistētia et difficultate qualibet corpora alia alioquin passibilia essent ab ipsis. Causa autem in hoc est: quia omne corpus resistēs alij erit necessario agens in illud vel retardans aut impediens motum illius et si fuerit alterum altero subtilioris substantiue intrabit alterum in alterum faciens in eo sectionem seu diuisionem. Si autem sectabilia aut diuisibilia essent huiusmodi corpora essent necessario homines glorificati mortales dissecatio q̄ et diuisio corporum humanorum mortem inducit hominum corporalem. ¶ Amplius. Omne impedimentum et retardatio motus voluntarii: omnisq; difficultas miseria est nihil autem miserie habitura est illa felicitas. Motus igitur voluntarius in hominibus nec resistentia retardationem nec difficultatis quicq̄ habebit per quecunq; igitur corpora erit eis transitus ab omni resistentia et difficultate liberrimus et immunis per quecunq; inq̄ corpora alia videlicet que non sint glorificata. Si quis autem querat an ipsi homines glorificati si moueri in celo vel per celum maluerit possint moueri. Dico quia iam responderunt sapientes christianorum in hoc corpora glorificata potuerunt esse in eisdem locis cum aliis corporibus licet hec nulla probatione declarauerint. Declaratio autem eius ē hec quoniam si alia corpora in suis locis secum non possēt pati corpora glorificata: necesse esset vt glorificatis ingredientibus loca illa eijcerent alia de locis illis in quibus ante a quiescebant. Quare per violentiam esset exitus illorum a locis illis ex necessitate igitur retarderent ingressum illorum in loca illa et difficultatem ingererēt motui glorificatorum. Jam autem prohibitum est hoc a motu eorum. Q̄. si quis dicat quia glorificatis corporibus cedunt alia sponte loca sua et hoc pertinet ad gloriā eorum vt tanq̄ honorabilioribus atq; nobilioribus cedant eis alia. Uerum aristoteles et sequaces eius estimauerunt se ꝓhibuisse hoc dicētes diuisiones sectiones non esse possibiles apud corpus celi: vel etiam apud quodcunq; ex aliis corporibus celestibus et causas estimationis sue iam alibi audiuisti per me hoc est igitur verisimilius quod supradixi nec habet contradictionem Aristotel. vel alicuius ex sequacibus eius vcꝫ q̄ corpus non glorificatum secū in eodē loco patiatur glorificatum absq; sui diuisione vel sectiōe et hec vna ex causis ꝓpter q̄s lex et doctria christianorum corpus glorificatum vocat spirituale. vcꝫ quoniam quemadmodum spiritus totum corpus quod animat atq; viuificat absq; diuisione et sectione absq; vlla etiam lesione intrat. Sic corpora glorificata intrabunt alia: et etiam intrabuntur ab eis. Q̄. multi crediderunt de ferro ignito et carbone ardente opinātes q̄ ignis totaliter intret ferrum ignitum et totaliter intretur ab eo. Similiter crediderunt de ligno ignito q̄ carbonem inter. Et hoc ipm opinati sunt de vispa hoc est de vinato sive vino madefacto totaliter pane et de oībus similibus. Causa vero scđa ꝓpter quam spiritualia dixerunt futura corpa glorificata est qm̄ non erunt indigentia nutrimento. Tu vero iam didicisti q nutrimentū restauratio ē deperditionis et ꝯsum-

Similitudo aptissima

Alia similitudo

Adamas lapis

Corpa glorificata cibo non indigent.

Impassibilitas.

Nota.

Corpus nō glorificatum patiatur secum glorificatū.

Corpa glorificata cur spūalia.

ptionis q̄ si i vita illa i corpibꝰ aīaliū mūdi huiꝰ vez sublunaris. Quia igitur apud corpora illa glorificata nulla omnino erit in substantiis eorum deperditio vel consumptio: nulla erit apud ea huiusmodi restauratio quare nec nutrimentum. Debes autē hic reminisci eorum que alibi didicisti de nutrimento animalium videlicet quia nutrimentum huiusmodi non fit nisi per multas digestiones ac depurationes ex quibus sunt generationes multiplicium superfluitatum. Ex his autem sequūtur inconuenientia q̄ audiuisti in capitulo de destructiōe paradisi deliciarum carnalium quantecunq; enī amplitudinis ⁊ capacitatis sit regio illa paradisi non essꝫ possibile vt sufficeret imperpetuum etiam solis superfluitatibꝰ corporū humanorum. Manifestum igitur est tibi per illa et hec que hic audis non esse possibile corpora glorificatorum hominum nutrimentis vel epulis indigere. Utrum autem sit eis futura mobilitas illa seu agilitas quā eis pōit doctrina christianorum facile est declarare ⁊ hoc multis viis. Et prima quidē via ad hoc ē id quod audiuisti in precedentibus de subtilitate seu spiritualitate ipsoꝝ per q̄ absq; vlla resistentia ⁊ difficultate qualibet seu retardatione est eis liber trāsitus per oīa alia corpora. Quare quēadmodum si motus esset possibilis fieri permanens sicut visum est aristoteli esset motus absq; mora ⁊ mēsura in tempore ⁊ hoc ē dicere subitus. Totum enim quod motus requireret esset apud mobile potentia autem omnis que totum habet apud se quod requirit eius actus non debet habere moram in exitu ad suum actum ⁊ est intentio mea in hoc sermone quia non dicitur esse mora inter potentiam huiusmodi et actum ipsius quare subitus ē eius exitus in suū actum vbi vero resistentia est circa ipsam potentiam ibi non ē mirum si mora ⁊ retardatio locum habēt. Exemplū autem huiusmodi ē quia motus huiusmodi non est nisi per violentiam ⁊ victoriam mouentis super id per quod est motus scindentis ipsum ⁊ facientis sibi viam per illud. Quia igitur grossiora corpora maioris resistentie sunt ⁊ difficilioris diuisiōis q̄ subtilia ideo ex necessitate vnius ⁊ eiusdem corporis motus ē tardior per grossa corpora q̄ per subtilia. Cuius exemplum est quia tardior ē motus corporis cuiuscunq; quod per terram moueri potest q̄ per aquam. Similiter ⁊ per aquā tardior q̄ per aera quare iuxta positionem aristotelis motus permanēs sicut omnino esset sine resistentia sic esset omnino sine tarditate ⁊ mora: esset igitur in nō tempore ⁊ subitus ⁊ hoc erat inconueniens temporibus aristotelis quando nihil adhuc auditum erat vel etiā cogitatum apud eū ⁊ sequaces eius de motu corporū glorificatorum. Ipse etiam aristoteles de motuum naturalium corpoꝝ naturalibus agit ⁊ tractat i libris illis. Q; si quis dicere voluerit quia nec celū nec aliquod corpoꝝ celestium patitur resistentiam aut difficultatem in motu suo ⁊ propter hoc quilibet celestiū motus deberet eē in non tempore ⁊ subitus: ⁊ propter hoc etiam equales omnes motus ⁊ reuolutiōes eorū ⁊ tunc nec esset dies neq; nox neq; mensis aut annꝰ neq; vllū tempus cum omnis motus subitus esset ⁊ in vno solo nunc cōpleretur Dico quia sermo iste nō est declaratus ⁊ adhuc neq; per se māifestus videlicet q̄ virtutes mouentes celos non habent impedimentū vel resistentiam motuū suorū fortassis enim virtꝰ que mouet celū lune non posset reuoluere eadem velocitate celū solis vel forte nec mouere ipm vllo modorū: ⁊ multo minus celū stellarū fixarum quēadmodū anima que mouet corpus musce vel pulicis non possꝫ mouere corpꝰ hirūdinis aut equi. ⁊ q̄ possꝫ moue corpꝰ hirūdinis aut equi nō posset mouere corpꝰ aquile vel corpus elephātis. forsitan igitur proportionate sūt virtutes mouentes celos magnitudinibus ipsoꝝ ita vt in maiora corpora motus tante felicitatis non possunt. Si quis vero dicat quia eadem aīa mouet corpꝰ pueri in infantia sua cū valde modicū est ⁊ mouebit ipsum in iuuētute etiam si gigātee stature ⁊ magnitudinis fuerit. Dico quia creuerunt ei adiutoria multa cum cremento corporis ipsius videlicet neruorum spirituū ossium cordarū ⁊ ligamētoꝝ. ⁊ inde ē q̄ propter paucitatē ipsorum hoc ē adiumentoꝝ huiusmodi nō potest mouere corpus pueri: vel ad saltationem vel cursum. apud celos autem nihil huiusmodi est.

Nutrimētū corporis.

Agilitas.

Aristoteles

Uirtutes celos mouentes.

¶ De eodem.

Reuertar autem ad id in quo eram ⁊ dicaꝫ quia naturalis motus naturalium corpoꝝ consequitur naturam ipsoꝝ corpoꝝ que ē continuitas ⁊ diuisibilitas in infinitum ⁊ propter hoc continuus ē omnis motus naturalis naturalium corpoꝝ ⁊ in īfinitum partibilis iuxta sermonem aristotelis quo dixit in quolibet moueri esse infinita mota ⁊ in quolibet fieri infinita facta ⁊ declarauit hoc in libro suo quem vocauit auditum ⁊ post eum multi alij etiam tempore meo. Quoniam aūt virtutes glorie virtutibus nature īcomparabiliter nobiliores ⁊ fortiores sunt necesse ē vt in operationibꝰ suis ⁊ modis operationum precellāt eisdem super oēm comparationē mēsurā. Quare necesse ē vt motꝰ ad motꝰ similiē se habeāt cū proportionales sint virtutes vtreq; ⁊ motus earū. Quia igr̄ nullꝰ motus continuus ad aliam continuum est incomparabilis in velocitate necesse est alterum istorum duorum motuum non esse continuum. Quare necesse est ipsum esse in non tempore siue subitum. Necesse enī est omnes duos motus inequales quoruꝫ vterq; est in tempore comparabiles esse ⁊ si fuerint in temporibus equalibus erit proportio spatiorum pertransitorum que ē velocitatum motuū. Quoniam igiē non debꝫ esse cōparatio motus ad motum nisi non est virtutis mouētis ad virtutem mouentem non erit comparatio motuum nature ad motus glorie in velocitate. Erunt igiē motus glorie infiniti i velocitate ad motus nature cum virtutes glorie mouebunt pro magnitudinis ⁊ vehementie sue immensitate. Non enī negandū est q; ⁊ pro volūtate ac beneplacito suo glorificati homines moueri possint in statu illo. Si vel decuerit vel oportuerit ⁊ status ille hoc permiserit: moueri inq̄ motu cōtinuo ⁊ nō subito: habet enī nō leuem neq; facile determinabilem questionem hoc sicut patebit tibi in sequentibus. ¶ Ann̄o. Imperatiuum ⁊ ministratiuum correlatiua sunt. Similiter imperium ⁊ ministratio siue obedientia quare necesse est esse ipsa equalia. Omnia enī correlatiua equalia sunt ⁊ omnis relatio sue correlationi equalis ⁊ econuerso. Nec obstat q̄ apud mathematicas positiones quas vocat suppositiōes minores suis suppositiōibus dicūtur ⁊ hoc tempore meo declaratum fuit per me. Declaratio autem hec est quia quātum a est maius b. tāto b. tātum b. minꝰ a: quare maioritas a. ad b. tanta est quāta maioritas b. ad a. Equales igitur sunt omnes maioritates sue

Motꝰ nāalis

Motus.

Motꝰ glie.

minoritatibus τ ecōuerso. Q; igitur dupla propor tio maior dicitur apud eos q̄ subdupla ad denominationem refertur τ ita se habet in omnib⁹ aliis du plicitas enim a binario denominata ē τ subduplicitas ab vnitate.

¶ Item de eodem.

Euertar igitur ad id in quo eram et dicam quia imperium et obedientia equalia erant et imperatiuū τ ministratiuū in suis cōparationibus quare q̄ imperatiua erit aīma humana siue q̄ potens imperare corpori suo in statu illo glorie: tam ministratiuum erit corp⁹ τ tā potēs ministrare eisdem. Quantum motum igitur et quā velocem potens erit imperare anima humano corpori suo tunc tantum τ tam velocem erit tunc potens exequi corpus ipsius. Quare motū nō in tēpore sed subitum poterit imperare corpori suo tunc et illum exequi corpus. ¶ Amplius. Quantūcunq; velocem motū imperarent anime in statu illo corporibus suis τ quantumcunq; veloci motu mouerant ea dūmodo motus illi essent in tempore non essent illi motus glorie cum vel equales vel saltem comparabiles inueniantur motus naturales vel ad minus q̄ non sunt glorie qualis ē motus primi celi cuius trāsitus ē in ictu oculi plus q̄ mille millia milliariorū q̄ apparet ex ipsa magnitudie celi illius. Motus ei ipsius ē in spacio viginti quatuor horarum equalitū est inter sexaginta millium annorum fere. Ita vt annus sit trecentorum sexaginta dierum. Iter vero diei quadraginta miliaria. Ita inq̄ est iuxta probationes τ declaratione quas scripsit quidam in libro suo de profūditatibus celorum. Quoniam autem admiratioi ē insipiētibus propter ignorationem glorie istius qualiter tanta stabilitate solidanda sint corpa glorificatorum hominū qualiter tanta sanitate icorruptionis firmanda. Respōdebo in primis admirationi eorum τ dicam quia super ista questione satisfecissent eis scripture rerum gestarū τ historie si eas vel videre vel audire curassent. Notissima quippe est historia mulierum que amazones nominantur q̄rum arma linita dicuntur fuisse bitumine q̄ nec ferro nec igne soluitur. Quali etiam bitumine portas caspias ex ere fusas liniuisse regē alexandrum narrat historia gestorum eiusdem. Simile bitumen apparet in archa noe que stat adhuc super montes armenie a tot milibus annorum durante adhuc linitura τ ligatura illius bituminis. Si igitur natura illius bituminis in tantam solidationem potuit vel proprii subiecti vel eorū quibus applicata ē vt nec ferro nec igne soluatur quid existimandum est posse gloriam circa corruptionem τ passibilitatem subiectorum suorum. ¶ Amplius. Si creator dedit nature que ad tam modicam ē gloriam tātam virtutē soliditatis atq; fortitudinis quid putandus est creator esse daturus corporibus glorificatorum hominū quorum perpetuitas τ incorruptibilitas erit ei ad icomparabiliter maiorem ac nobiliorem gloriam. Qd si forte dixerit historiographis atq; poetis non esse credendum in omnibus satisfaciam eis per sensum oculorum suorum in parte ista. Videant igitur oculis suis τ diligenter intueantur durities lapidis adamantis τ soliditatem lapidis diamantis cui etiam ferri duricia cedere dicitur. Attendāt etiam ad quantam soliditatem ex tenerrima aque fluiditate cristallus operante natura perueniat. τ considerent quia non est limitatum creatori solas naturales fortitudines quibus voluerit largiri: imo etiam nobiliores atq; sublimiores tribuere i solo dignatiōis et⁹ beneplacito est cui voluerit. ¶ Amplius. Si regum terrenorum ea ē potentia τ magnificentia vt plebeios imo natos seruos homines supra naturales cōditiones eorum eleuent τ exaltent dantes eis dignitates τ potentias: qualiter abnegabitur regi omniū conditori τ dominantissimo seculorum omniū imperatori naturas vltra q̄ naturaliter sint posse extollere: τ de electis atq; dilectis suis reges in regno glorie sue facere quod nulla numerositate consortū minui possibile ē vel vllo etiam modo ledi quemadmodum supra dixi quin potius augeri vniuscuiusq; consortium τ ipsi creatori necesse est esse ex hoc gloriam ampliorem.

¶ Item de eodem.

Uod autē merito queri potest de huiusmodi corporibus scilicet glorificatis: vtrum luminosa τ colorata futura sint. τ de colorib⁹ eorū atq; luminositate an sint noti apud nos scilicet in hoc mundo gemini perscrutandum ē inquisitione qui mihi possibilis est. Et quoniam huiusmodi luminositates atq; colores qui habent apd nos visibiles sunt τ visibilia faciunt corpora quorū sunt ē oculis τ visibus quales in vita ista hn̄tur visibilia essent nobis corpa glorificata videantur forsitan alicui quemadmodum τ corpa mundi huius q̄ videntur a nobis. Color enim secundū rationē suā hic suum est sensibile visus τ lux similiter vel forte p̄us τ magis proprie magisq; p se. Nemo autem adhuc dixit ipsa visibilia humanis oculis quales sunt in vita ista i splendoribus τ pulchritudinibus suis. Qd si dixerit quis quia ppter hoc solum nō sunt visibilia ppter vehementiam scz imo supereminentiam splendoris atq; coloris quas infirmitas vl' armonia secundum Aristotelem visuum nostrorum non patit quemadmodum se habet in sole: tunc necesse est ea esse quantū in ipsis est tanto magis visibilia. Sol eiñ quantū in se est inter omnia quo luminositas nobis nota est maxime visibilis est. Utrum autem colores medii tantam luminositas seu splendoris vehementiam patiantur secum in eisdem subiectis merito dubitabit quis. Non enim visa ē apud nos adhuc nigredo vel nitor vel aliquis aliorum mediorum colorū qui nostri visus armoniam vel infirmitatem vel corrumpat vel ledāt. ¶ Amp. In valde subtilibus corporib⁹ color locum non habet. Sicut apparet de aere τ etiam de aqua. Si igitur tanta erit subtilitas corporū glorificatorū vt omnia eis alia corpora peruia sint quomodo colores in eis locum habebunt: colores i q̄ qui apud nos sunt. Scito igr̄ in hoc quia in rebus tam sublimibus tanq; longe a consuetudine nostra τ etiam ab aliorum corporum natura distantibus non est via declarationis necesse debet per vias rerū naturalium apud nos consuetarum: hoc autem ē propter longissimam ab eis distantiam τ vix nobis cogitabilem dissimilitudinem. ppter hoc igitur necesse ē ei recurrere ad ppheticarum oracula τ ad dei reuelationes atq; eorū qui ex mortuis resurrexerūt testimonia. Unus quippe eorū dixit se in seculo illo nihil vidisse quod simile esset alicui ex rebus mundi isti⁹ p̄ter lucem τ illa longe nostre luci dissimilem. Quare

Aia corpi ãnō igabit

Amazones

Arca Noe adhuc i mō tib⁹ armenie.

Loc⁹ dialecticus.

Colores visibiles.

Sol.

Color.

Color q̃mõ sit i corpib⁹ glorificatis

lux τ color apud vitam alterã τ apud hãc in qua su-mus equiuoce ex necessitate dici videntur τ q̃ habẽt prophetarũ sermones videlicet q̃ iusti fulgebunt si-cut sol. docti vero sicut firmamentum τ quidam sicut stelle intelligendũ est de splendore congruenti glorie vite illius vl'quia vulgares homĩes sublimiores ac nobiliores splẽdores itelligere τ capere nõ valebãt dictũ est sermonibus huiusmodi quod eos vtcunq̃ erigeret ad cogitandã sublimitatem glorie:quemad modũ sapientes christianorum scripserunt promis-sionem de terra lacte τ melle manãte factam hebreis propter opulentias atq̃ delicias spirituales que ab aliis sermonib⁹ in rudi τ pene puerili adhuc in reb⁹ diuinalibus populo insinuari non poterunt.

¶ Si quis autem iuxta planũ littere põere vo-luerit corpora glorificatorũ hominum claritatem solis habitura vel maiorẽ incidet in questiones diffi cile explicabiles videlicet de mẽbris ipsorũ corporũ videlicet an futura sint eiusdem claritatis an diuer-sarũ. Non em̃ videntur oculi τ nasus eiusdẽ clarita-tis futuri cũ magis congruat oculis claritas q̃ na-so. Similiter τ de intestinis similis questio erit si ha bitura sint claritatẽ huiusmodi tanq̃ velut cristalli-na futura sint corpa eorum sed incõparabiliter ma-ioris claritatis q̃ cristall⁹. Quia igitur i his τ simi-libus nõ est certum τ determinatum positum funda mentũ quod vel declarare vel defendere parat⁹ es-sem secundũ possibilitatem paruitatis mee nolo de ingenio meo nouũ aliquid ponere in talibus. Tu au tẽ generaliter in his in quibus nec fundamentũ re-uelatũ per prophetas vel alias a creatore τ nisi defi cit hũane ingeniositatis inuestigatio noli precipita-re opinionẽ tuam siue iudiciũ. Sed indubitanter cer tũ tene quia corpora glorificatorũ hominum in tanta gloria futura sũt in tãtaq̃ pulchritudine τ decore q̃n tam requireret gloria eorũ qui non solum amici ele cti τ dilecti dei: sed etiã filii eiusdem adoptiui filiiq̃ eiusdẽ per gratiam ipsius dicendi sunt. Non enim i-tentionis est mee in tractatu isto nouam fidem astru ere sed veterẽ atq̃ cõmunem veritatem: hoc ẽ comu niter ab omnib⁹ credendã atq̃ tenendam et quã non est dubitandũ prophetas τ omnes sapientes qui p-fundauerũt se in rebus diuinalibus tenuisse τ tanq̃ principium ac fundamentum vere religionis seruas se τ defendisse.

Caute agit τ timide.

¶ Contra errorẽ de resurrectione corporũ.

Insipientibus autẽ non solum admira-tioni est sed etiaz incredibile videtur q̃ de puluere seu cinere in quem resoluta fuerunt humana corpora reformentur i regeneratione seu resurrectione vniuer sali hoc autem est eis ex ignorantia qua ignorant oĩ-potentiã creatoris τ mirabilia atq̃ admirationẽ ex cedentia opera eius. Latet enim eos indubitanter q̃ celos creauerit de nihilo omnipotẽti verbo suo. Sicut declaratũ est tibi in parte prima tractat⁹ isti⁹ quoniam ipse dixit τ facta sũt mandauit τ creata sũt latet etiam eos illa incogitabilis imperiositas ver bi sui qua vocat ea que non sunt tanq̃ ea que sunt τ quia ei obediũt ea que non sunt vt ea que sunt τ p-pter hoc cũ mandat vel iubet ea esse statim sũt. Quã to fortius igitur obediunt ei mortua corpora vt vi-uentia. Quapropter eo vocante adesse necesse est et venire ad illum τ eo mandante seu iubente vt resur-gant necesse habent resurgere. Audiũt enim mortui

Reformatõ corporũ in resurrectione

vocem filii dei qua vocat eos ad vitam vl' iubet eos viuere τ propter hoc viuũt ex necessitate. Neq̃ enim ferramẽtis aut dolabris aut securibus aut malleis seu quibuslibet aliis instrumẽtis aut quocũq̃ huma no artificio refabricanda sunt corpora. Si omnipo-tẽti imperiosissimoq̃ verbo creatoris iussa resurge-re reintegrata τ reformata resurgent hoc enim mo-do et celum fabricauit et terram. Mirabile vero est de admiratione huiusmodi hominum qui ligna aridissima et quottidie: salices reuiuiscere refron-descere reflorescere τ refructificare vidẽt: τ hoc de se metipsis desperant: vel etiam credere cõtradicunt. Cum tanto maiorem curam necesse sit esse curatori omnium τ singulorum creatori de reformatiõe ac re nouatione mortuorum hominum q̃ mortuarum her barum arbustorum aut arborum: quanto nobilior ẽ humana natura naturis illorũ quantoq̃ in maiorem gloriam creatori est renouatio ac reformatio homi-num q̃ renouatio aut reformatio huiusmodi vegeta bilium. ¶ Amp̃. Cum videant tam multorum gene-rum animalia τ de puluere τ de putredine generari que generatio non fit nisi omnipotenti virtute sapiẽ tiaq̃ τ bonitate creatoris. Qua stultitia igi? desperant posse fieri vel eam futuram generationem humano rum corporũ ex pulueribus in quos resoluta fuerint p̃sertim cum tam modica apparet huiusmodi gene-ratione animalium vtilitas tam modica ex eis glo ria creatoris cõparatione vtilitat' hominũ τ glorie creatoris que ex hominuz generatiõe p̃uentura sũt. ¶ Amplius. Cũ virtute nature videant ex vilissimo cinere generari vitrum mundissimuz ac nitidissimũ. Similiter τ gemmas choruscantissimas atq̃ verissimas qualiter desperant ex cineribus corporũ hu manorum reformari posse seu regenerari: vel etiam regeneranda esse corpora humana p̃sertim cum hoc requirant non solum bonitas τ largitas creatoris: sed τ iustitia τ gloria ipsius. Q̃ autem omnes gem me non solum ex cineribus vehementia caloris reso lutis: sed etiam cinis sint iam in p̃cedẽtibus declara tum est tibi nec ponit' alia causa dissolutionis eorũ cum eis quas audiuisti nisi vt reformentur in meli⁹: quia etiam corpora damnatorum immortalia refor mabuntur sicut audies in sequentibus.

Verbõ creatoris resurgẽt mortui.

Vitrũ ex cinere.

Intolerabilis autẽ error ẽ quo huiusmodi homines consuetudinib⁹ oculorum suorũ adeo pertinaciter in nituntur vt nihil posse facere creatorez credãt nisi ocu lis suis videre cõsueuerũt: tanq̃ alligata sit omnipo tens virtus creatoris reb⁹ quas vel nouerũt vel nos se se credunt τ tanq̃ angustata τ limitata sit bonitas et largitas ipsi⁹ auaricie velut quibusdã repagulis vt vel nõ velit vel nõ possit noua τ eis incognita do-na dare quecunq̃ quantacunq̃ τ quotcunq̃ decuerit magnificentiã glorie sue. Mirabile autem est valde si credunt huiusmodi homines cõtentã esse potentiã bonitatẽ τ sapientiam creatoris ista alteratiõe mor tis τ vite in homib⁹ atq̃ generationis τ corruptio nis. Cum longe melior vtiliorq̃ sit hominibus im-mortalitas etiam in vno quẽadmodum i precedenti bus audiuisti q̃ huiusmodi alternatio in innumera-bilibus eorum τ nemo potẽs τ diues domos ruino-sas tam iamq̃ casuras edificaret si eas stabiles nun-quãq̃ ruituras eadem felicitate edificare posset nisi domos illas vellet esse ad tempus tantum quemad modũ tẽtoria seu tabernacula quedaz ad modicum tantum temporis edificantur. vel nisi aliqua excau-

Alternatio vite τ mortis.

Stabilitas felicitas eterni.

sis prohiberet quarum nulla apud creatorem inueniri potest.

¶ Ecclesia ẽ sponsa christi.

Si quis etiam sermonibus autenticis ꝛ sanctis qui sunt sermones sanctorum ꝓphetarum attẽdere voluerit euidenter ꝛ expresse videbit ĩ eis ꝙ totam cõgregationẽ electorum ꝛ dilectorũ suorum creator sublimis ꝛ benedictus vocat ciuitatem suam domum templũ sponsam equum ꝛ vestimentum suum. Ex quarum nominationũ vnaquaqꝫ sequitur renouatio ꝛ reparatio gloriosa eiusdem ciuitatis siue domus. Nemo quippe vult habere sponsã nisi speciosam ꝛ que nunꝗ veterescat ꝛ ornatam ac decoratam ornamentis. similiter que non veterescãt omniqꝫ apparatu spectabilem ꝛ quecongruat glorie mariti. Quis autem nõ videat ꝙ immortalẽ sponsũ non decet nisi sponsa immortalis ꝛ sponsum glorie nõ nisi sponsa gloriosa et eius speciositatis que quãtum possibile est cõueniat et concordet pulchritudini sponsi que omnem admirationẽ omnemqꝫ cogitatum exuperat. Sic et de domo ꝛ de equo ꝛ de aliis que prenominaui tibi negociandum est. Quod si dixerit quis quoniam ista rõcinatio deducit rem ad hoc ꝙ creator altissimus ab initio debuit creare sponsam istam in gloria imortalitatis ꝛ speciositatis huiusmodi ꝛ non sustinere ruinas istas mortis ꝛ aliarũ miseriarum. Respondeo quia creauit eam qualis decuit vt crearetur ꝛ qualem eã decuit esse in ipso initio existentie sue ꝛ in quadã gloria cuiusdam imortalitatis ꝛ in multo decore ac speciositate scientiarũ ꝛ virtutum naturaliũ: ꝛ hic erat ordo decentissimus vt perfectio naturalis tanꝗ fundamentũ precederet perfectionẽ gratie ꝛ glorie. Naturalia enim nostra priora sunt nobis ꝙ aduenticia ꝛ hoc ẽ quoniam inata nobis: dona vero que sunt gratie vel glorie superadduntur nobis diuine bonitatis largitate. Si vero quesierit. Cur ergo postea creator morti ꝛ aliis miseriis ꝛ non ad prenominatã gloriam illam perduxerit ꝛ vt quid tot milibꝰ annorum i morte tantisqꝫ miseriis eam detinuerit: ꝛ quid expectat bonitas creatoris ꝛ propter quid differt gloriã sponse sue. Respondeo quia iusticia creatoris hoc exposcit propter peccatum primorum hominumqꝫ tibi alibi iam declaraui. Dico etiam sicut in precedẽtibus dixi ꝙ inumerabiles vtilitates ꝛ bona inestimabilia facit bonitas creatorꝰ ex morte ꝛ aliis miseriis ꝓuenire hominibus ꝛ hec omnia patescent tibi in tractatuꝰ qui sequetur hunc absqꝫ medio: scilicet de cura creatoris. Manifestum vero tibi est quia quottidie reuertuntur homines a maliciis suis ꝛ efficiũtur boni multi: multi vero ex bonis efficiuntur meliores. Hec igitur debet esse merito vna causa durationis status istius. generatio enim ꝛ vita ꝙ non bonitas ꝛ decor virtutum illustraret ipsis quorum esset noxia licet aliis forsitan prodesse posset ꝛ iam dixi tibi quia vita malorum ac peruersorum hominum multipliciter vtilis ẽ bonis ꝛ virtuosis. Nosse autem debes quia vnaquecꝫ species creata ẽ propter optimũ sui sicut totum quod in homine et totus homo propter optimum sui ꝛ propter perfectionem eius ꝙ est i eo optimum hoc autem non est nisi illud quod precellit brutis animalibus ꝛ perfectio illiꝰ vltima illiꝰ vltima futura gloria ẽ animarum. Sic tota species scilicet: humana ꝙ ẽ dicere totum genus humanum creatum ẽ propter optimũ sui ac nobilissimum ꝛ hoc indubitanter ẽ cetus electorum atqꝫ glorificandorum hominum: quare propter gloriam futuram in hominibus tota species humana creata ẽ pars quidẽ vt eam obtineat. Pars vero vt adiuuet obtenturam. Mali quippe ac peruersi homines bonos adiuuant et ad bonitatẽ quã hñt ꝛ ad gloriã quã habituri sũt licet hoc ipsi mali ignoret. Quod si quis quesierit quia aliqua multitudo hominũ est vel aliquis populus in quo nullius est nisi peruersus: nec inde aliquis assumendus est ad gloriã futuram: ꝛ propter hoc tota est inutilis vel forsitã noxia vita illorũ: qꝫ sibi nec aliis prosunt. quantum ad hoc hoc ẽ quantũ ad perfectionem virtutum ꝛ scientiarũ vel quãtum ad perfectionẽ future glorie: nõ videntur igitur creati huiusmodi homines vel ad hoc vt futuram gloriam obtineãt vel ad hoc vt adiuuẽt obtenturos. Respondeo quia sermo iste non est de sermonibus autẽticis nec de sermonibꝰ per se manifestis. nec de sermonibus demõstratiuis probationibus declaratis vel etiã declarabilibus nec ẽ de sermonibus legis alicuius. propter quod non cogeris sermonem huiusmodi concedere vel recipere qui etiam si verus esset non propter hoc inutiles essent aut inutiliter creati huiusmodi homines. Quemadmodũ enim luminositas solis ꝛ si multis non prosit nõ tamen in parte inutilis ẽ aut inutiliter creata. Sicut ꝛ multi fructus sũt quibus nec homines nec alia animalia vescũtur cum tamen comestibiles sint quia ꝛ si actu vtiles non sint potentia tamẽ sunt largitas aut bonitas creatoris non est tantũ erga homines ad necessitates eorum. sed ẽ profusa vlterius prout decet magnificentiã ipsius. Cuius exemplum posui tibi in precedentibus in viro diuite ꝛ prodigi qui nec preparat nec apponit cibos conuiuiis suis prout requirit indigẽtia vel fames eorum solũmodo: imo prout decet largitatem ipsius. Et vult etiam largitas ꝛ magnas esse reliquias mẽse sue ne improperetur ei a creatore ꝙ dixit sanctus ꝛ sapiens. Nihil inquit remansit de cibo eius

¶ Reminisci etiam debes eorũ hic que dixi tibi et in precedentibus in hoc tractatu ꝛ etiam alibi qꝛ vniuersitas hominum velut materia ẽ ꝛ silua ꝛ velut auri fodina siue minera alteriusmodi de qua ꝑ multas excoctiões ꝛ depurationes tanꝗ aurum pulcherrimũ ac ꝓbatissimũ extrahitur cetus sapiẽtum atqꝫ bonorũ ꝛ in futuro glorificandorum. Tu autẽ vides quoniã non omnia ligna siluarũ que apta sunt edificiis expedũtur in illis nec omnes minere consummãtur in extractione metallorũ. Qui igitur miratur diuinã largitatem maiorem esse circa nos ꝙ sint necessitates nostre vel expẽso nescit cogitare deum vt decet neqꝫ diuitias bonitatis eiusdem ad hoc vel saltẽ ad modicum apprehendit. Homines igitur licet mali ꝛ puersi ꝛ inutiles etiam aliis ꝗtum ad debita adiutoria in multam gloriam sunt creatori qui circa mala eorum merita: non obstante etiam ingratitudine ipsorũ innumerabilia ꝛ inestimabilia eis beneficia largitur creando scꝫ conseruando ꝛ ꝑ creaturas eos multipliciter erudiendo si aduertere vellent. Electis autem atqꝫ dilectis dei multam deuotionem ꝛ gratiarum actiones in creatorem ꝓuocant cum eos vel vident vel audiunt in suis puersitatibus sustineri et expectari diutius a creatore ꝛ a bonis ꝛ muneribus gratiarum ꝛ virtutum quibus obtinetur eterna felicitas defraudari. Se autem ad futurã gloriam tanꝗ

Citas dei.

Obiectio.

Obiectio.

Nota.

Nota

Nota

Nota.

Aduerte.

per arram quandam predictorum donorum electos
quemadmodū eis possibile ē cognoscunt. Quāq̄ au
tem de speciositate insta particularia supra nos sint
eousq̄ vt ad ea phisica inuestigatio nō attingat ⁊ ho-
norāda potius silētio videantur q̄ phisica perscruta-
tione indaganda: tamen in hoc ⁊ mihi ⁊ tibi cauendū
est vt error ⁊ incredulitas rerū hmōi tollatur de me-
dio quoniā cōtumeliosissimus est creatori. Debitus
aūt honor ⁊ gloria creatori seruet per fidē verissimā
atq̄ rectissimā qua credit innumera mirabilia ⁊ fe-
cisse ⁊ facere ⁊ factur⁹ eē incessanē q̄ nō sufficim⁹ ad
certum ⁊ liquidū inuenire. erroneū enim intollerabi-
liter ē luminibus nostre consuetudinis circū scribere
atq̄ restringere creatorē ⁊ tanq̄ metiri eum nostri in-
tellectus angustijs: ⁊ eius imensitatem nostra inclu-
dere putare q̄ nec faciat nec facere possit nisi vl' que
qualia videre consueuim⁹ aut cōprehendere preua-
lemus ⁊ hanc stulticiā nō ignoras esse ⁊ fuisse in qui-
busdam hominibus.

Nota. ¶ Si quis autem querat propter q̄ causam dif
feratur resurrectio mortuorū qui iam decesserunt et
vt quid imperfectio exteriorū virium quib⁹ scilicet
anime humane operātur p corpora. tanto tempore
sustineturr ⁊ maxime animarū que purgatione alti-
us vite nō indigēt quasi sicut totum humanū genus
particulariter moritur sic ⁊ particulariter resuscita-
retur: ⁊ vniuersalis resurrectio nō expectaretur Rñ-
deo in hoc quia homo qui sic querit ignorat pulchri
tudinē ordinis ⁊ ordinem pulchritudinis in resurre-
ctione mortuorū ignorat etiā vnitatem atq̄ societa-
tem electorū atq̄ dilectorū creatoris qui cetum eorū
vocat ⁊ sponsā suam habet. Qui igitur pulchrius ē
vt tota simul reformetur decoretur ⁊ coronetur glori
ficetur ⁊ recipiat pulchritudinem que congruat glo-
rie tanti sponsi ⁊ vt tota simul introducatur in thala
mū eiusdē ⁊ in solium glorie sue q̄ frustratim atq̄ p
partes ita ⁊ futurū ē per electionem ⁊ bonitatē crea
toris ⁊ ē admiratio ⁊ questio huiusmodi ac si quere-
retur de socijs amore fortissimo ⁊ ingenti: propē qd
alter alterum expectat nolens igredi propriā ciuita-
tem sol⁹ vel etiam intrare patriam absq̄ tota socie-
Nota. tate quāq̄ verum sit quia anime a bonū labe vicio-
rū ⁊ peccatorū purgatissime atq̄ donis virtutū ⁊ gra
tiarū decorate cū sanctis ⁊ beatis angelis iam sūt et
in gloria simili glorie illorū quantum possibile est si
ne corporibus ⁊ expectant gloriam virium suarum
exteriorum: gloriamq̄ corporū suorum vt fiat totius
sancte ac dilecte deo societatis gloriosa regeneratio:
ex qua sicut alibi didicisti propter ineffabilem inco-
gitabilis dilectionis vnionem: erūt cuiq̄ tot gaudia
quot erunt simul resurgentes in gloriam tantam q̄n-
ta erit charitas mutua in omnes alios ⁊ in singulos
eorum ita vt null⁹ amor seculi istius cōparabilis illi
sit ⁊ propter hoc omnes amores vite istius si in vnū
amorem congesti vel coniuncti essent: non esset ille
vnus minimo amori vite illius: comparabilis quia
igit amores presētis vite licet tā pui tāq̄ debiles ita
deuincunt ⁊ cōnectunt sese q̄ amantes hic vt separa-
tionem ab inuicem vel vix vel nullatenus admittant
quid facere estimandus est amor ille beatarum ani-
marum quem habent in creatore ⁊ in animas iam si
bi sociatas in gloria illa nec non ⁊ in consociandas i
posterum. Quid mirum igitur si simul cum eis reci-
piendam expectant gloriam maxime tamen tot ⁊ tā-
ta gaudia sint eis ex vniuersali resurrectione ⁊ glori
ficatione totius illius electe societatis ,pentura: cū
etiam non ignorent hoc esse beneplacitum creatoris
vt totam illam sponsam dilectissimam sibi sublimet
solio regni quod ei p̄parauit. ⁊ introducat in thala-
mum absconditē ⁊ incogitabilis nobis pulchritudi
nis ⁊ glorie. Certissimum etiā est eisdem quanta sit
pulchritudo diuine iusticie quātaq̄ sit gloria creato
ri vt innotescat publice que maxime clara ⁊ euidens
fiet p iudicium vniuersale neq̄ alia via est adeo con
ueniens manifestationi ac declarationi ipsius q̄ iu-
dicium. Cum iudicium verissima ac rectissima diffi- Nota.
nitione ac ratione declaratio sit iustitie. Maior aūt
est pulchritudo semper in toto in totalitate sua cōsti
tuto q̄ sit in partibus imptialitē sua consistentibus.
Aggregata est igitur ex vniuersis partib⁹ suis iusti-
cia dei forinseca ex omnibus retributionibus ⁊ vltio
nibus. aggreganda inq̄ in vno iudicio faciendis vt
tanto magnificentius splendeat ad gloriam creato-
ris in totalitate sue pulchritudinis quanto maior est
vniuersitas omnium retributionum ⁊ vltionum vna
quoq̄ ipsarum. Est autem nōnulla similitudo iudi-
cij huiusmodi ad iudicia regū terrenorū qui magni-
ficentius putant magnam multitudinem maleficio-
rum simul punire q̄ singularibus iudicijs singulas ⁊
propter hoc interdum reseruantur donec aggreget
ex eis multitudo magna vt ex iusticiatione tante mł
titudinis ⁊ magis ⁊ maior appereat iusticia regum
huiusmodi tanq̄ ex aggregatis paruis luminibus
fulgur maior splendeat ⁊ bonitas ipsius principis
tanto fulgore maiori laudi ⁊ glorie pateat.

¶ Nota solutionem questionis

I quis autem querat qualiter sine dolo
re carentia corporum suorum sustineāt
anime beate que cū dolore magno ami
serunt. Similiter ⁊ de societate predicta
qualiter sustinent sibi differri vel gaudi Nota.
um quod ex huiusmodi associatione sperāt vel etiā
tantum bonum societatis illius q̄ supra cogitatum
ipsum diligunt aut enim desiderant gloriam corporū
suorū ⁊ virium suarum quibus per corpora operan
tur aut non desiderant. Et si desiderant sine dolore
igitur non differtur eis. Si vero non desiderant hoc
videtur mirabilius q̄ tantum bonum suum ⁊ sibi iā
iam debitum non desiderant. Respōdeo in hoc ⁊ sin
libus generaliter q̄ adeo ē eis recta voluntas vt in
nullo discordet a rectitudie volūtatis ipsi⁹ creatoris
et hec ē pars potissima glorie ipsarū. Licet igitur
desiderent prenominatam gloriam non tamē deside
rant eam habere nisi quando eam dare vel reddere
beneplacitum fuerit creatoris. Non ignoras autem
quia qui desiderat in tempus nō affligitur desiderio
illo ante temp⁹ illud i quo habere vult quod deside-
rat: ⁊ qui totaliter vult impleri beneplacitum crea-
toris neq̄ contrarium vult aut desiderat vllo modo
rum vllo desiderio affligitur cum semper impleatur
desiderium ipsius semper enim in omnibus ⁊ p oia
sit beneplacitū creatoris ⁊ hoc beate anime nō igno
rant. Quantum enim ad hoc notum ē eis totaliter
beneplacitum creatoris. Eodēmodo respondendū
est tibi de illo desiderabili consortio animarum que
assumēde sunt ⁊ nōdū assūpte ad gloriam in qua iste Nota.
sunt de quibus agitur.

¶ Addā aūt adhuc tibi duas māifestatiōes q̄bus
euidenter patefiet tibi īmortalitas corporum huma
norum q̄ reddent aiabus glorificandis. Dico igit q̄

etiam naturaliter ꝓ magnitudine ac fortitudine vir
tutis ē magnitudo ⁊ fortitudo operationis ⁊ pro co
piositate fontis ē magnitudo ⁊ vehementia iunda-
tionis. Quare cū anime humane omnis virtus incō
parabiliꝫ maior ⁊ fortior futura sit in gloria de qua
agitur q̄ in ista vita vbi tot miserijs affligitur ꝑmi-
tur debilitatur: necesse ē vt eiꝰ omnis operatio i cor
pus suū longe maior ⁊ fortior sit. imo incōparabiliꝫ
q̄ sit hic: hoc ē in statu miserie istiꝰ: vita vero corpo
ris sui vna sit ex operationibus ipsius maior ⁊ forti
or incōparabiliter q̄ modo sit. Nullo igitur mo:lor
erit morti obnoxia: si enim mortalis esset quēadmo-
dū hic non esset possibile vt incōparabiliter fortior
futura sit ibi q̄ sit hic. Juxta hunc modum dico quia
vita corporis humani ad ipsā animam humanā est:
vt iundatio ad fontē suū. Quia igitur anima huma
na in statu illo erit vita copiosior erit ex necessitete i
undatio seu redundantia eius etiam corpus tāto co
piosior ac vehemētior quanto ipsa tunc erit vita ple
nior seu copiosior. Quare sicut ipsa anima humana
erit tunc ex vltimitate ꝓpinquitatis imo cōiunctio-
nis ad primitiuū fontem vite qui est creator benedi-
ctus in vltimitate plenitudinis ac copiositatis vite
sibi cōgruentis erit ex necessitatate vita redundans:
ab ipsa in corpus scilicet vita corpis i vltimitate sue
vehemētie ac fortitudinis ⁊ propter hoc in vltimita
te elongationis a morte contraria. ¶ Amplius. Ma
nifestum ē tibi quia ip se spirituales passiones siue
affectiones cum vehementes fuerint mortē corporꝫ
inducunt sūt: sicut amor ⁊ odium: ira: tristicia: dolor
et gaudium ⁊ cetere huiusmodi. Cum igitur incom-
parabiliter vehementiores atq3 fortiores sint amor
et gaudium in statu illo glorie q̄ possit esse hic: vehe
mētia autem ⁊ fortitudine sua extingnūt vitam cor-
poris qualis ē hec. Impossibile igitur ē vt eas pas-
siones sustineat vita futura corpis humani in statu
illo glorie nisi fuerit icomparaliter fortior q̄ sit hic.
Non erit igitur morte vincibilis aut superabilis.
Necesse enim ē omnes duas vitas corporales morti
corporali obnoxias siue ea vicibiles comparabiles
adinuicem esse fortitudine. Declaratio autem huius
modi ē hec quoniam necesse est eas esse aut equales
fortitudine ⁊ tunc manifeste comparabiles aut alte
ram alteram excedere. Et si alteram altera excedit
aut finite eam excedet. ⁊ tunc necesse est ꝓportiona-
lem comparationem inter eos ess: aut infinito ⁊ tūc
erit infinite fortitudinis cum eius fortitudo contine
at infinities fortitudinem alterius. Jam enim alibi
didicisti omne aggregatum ex īfinitis tanti sui gene-
ris quacunq3 quantitate demonstratiue infinitum es
se. dubitari vero non poiest ab aliquo intelligente vi
tam infinite fortitudinis morte posse nullatenus su-
perari.

¶ De glorificatione corporum.


Ddam tibi ⁊ aliam manifestationeꝫ
pulchritudinis similis et agilitatis
hominū glorificatorū quātū ad cor
pora ⁊ dicam quia idubitatū ē amo-
rem eousq3 confortare animas hūa-
nas in hoc statu i corporibus suis vt
ipsa corpora eis longe leuiora propter hoc videan-
tur ⁊ multo leuius ea moueātquā q̄ ⁊ in alijs passio
nibus. ista etiam mā ifesta sint vt in frenesi ⁊ mania
his enim duabus passionibus laborantes quātofor-
tius quantoq3 leuius corpora sua moueāt q̄ alij ho-
mines licet sani ac robustissimi sensu forsitan edoctꝰ
es alioquin super hoc sēsu poteris edoceri. Neq3 ei
ipsimet quando sani facti sunt ab huiusmodi passio
nibus vel vincula irrūpere vel homines fortissimos
lacerare possent: aut ligantibus se resistere q̄ eos i
ipsis infirmitatibꝰ positos posse videmus. A me eti
am alibi audiuisti quia vires corporales in anima- Nota
bus plurimū siue confortationis ⁊ fortitudinis hñt
a naturis ⁊ passionibus animarum. Quia igꝫ mil-
le passiones amoris ⁊ gaudij siue in vita ista habeā-
tur comparabiles sunt ad amores ⁊ goudia future
glorie animarū humanarū ⁊ hominum necesse ē vi-
res motiuas humanorū corporum infinite siue incō
parabiles fortitudinis ⁊ futuras ad vires motiuas
prout se habent in statu vite presentis: agilitas igiꝫ
corporū glorificatorum siue mobilitas super omneꝫ
proportionem excedit agilitatem corporū humano-
rū q̄ habent hic. Et si dixerit quia tātam vehemen-
tiam motiuā tantamq3 exagitationē sustinere nō pos
sent corpora humana. Dico quia sermo iste ē homi-
nis etiam corporaliter non videntis. Si enim vere
videns esset videret vtiq3 in infirmis corporibus pre
dictis passionibus laborantium quantos motus q̄n
tasq3 exagitationes sustineat quas nec sana sustine-
re valerent. Non attendit ⁊ forte apprehendere non
preualet velocitatem motuū celestium que vix in no
stram imaginationem cadit propter sui magnitudi-
nem. Et si tantum robur corporibus licet egrotanti Nota
bus prestant passiones huiusmodi que infirmitates
tantum sunt ⁊ non vires ac virtutes quid estimande
sunt facture amor glorie illius ⁊ gaudium que nō so
lum virtutes erunt imo virtutes perfectissime in vl
timitate perfectionū suarum ⁊ in actibus suis vlti-
mis intransmutabiliter stabilite.

¶ De pulchritudine vero ipsorꝫ hominum glo-
rificatorum q̄ vltra estimationem nostram ex ipa in
terna animarum humanarū felicitate augenda sic
iudicium est id q̄ apparet in hominibus in vita ista
in vultibus: eorum etiam ex modico gaudio cū fue-
rit in animabus eorum. Vides eñ q̄ īde splendescūt
oculi eorum ⁊ tota facies gratiori colore suffunditur Nota
dilataꝫ etiam inde tanq̄ nouo decore atq3 pulchritu
dine venustaꝫ. Quia igiꝫ ꝓportionales sunt semper
cause similes suis effectibus erit ex necessitate ꝓ im
mensitate futuri gaudij splendor ⁊ venustas in facie
vniuscuiusq3 hominum glorificatorum. ¶ Amp. Si
ex sola bona dispositione anime humane dispositio-
ne inq̄ sine statu naturali tanta redundat in corpus
bona dispositio sanitatis ⁊ roboris atq3 mobilitatis
siue agilitatis: quantofortius ex illo statu glorie in-
comparabiliter modis omnibus meliori: hoc est for
tiori copiosiori redundantiori redundabit incompa- Aduerte
rabiliter maior sanitas ⁊ agilitas expeditioq3 omni
moda in corpus humanum: ⁊ hoc quidem h3 ipa do
ctrina xp̄ianorꝫ hoc q̄ppe dixit viꝰ ex sapientibꝰ ⁊ do
ctoribꝰ eorꝫ sc3 q̄m ex btitudine aie hūane redunda-
bit in corpus humanū sanitas incorruptiōis. Quia
vero in parte vel non vident vel videre nolūt aut q̄d
verius est videre nesciunt ea que in ꝓspectu oculorꝫ
habent huiusmodi homines. ¶ Manifestum est tibi
per ea que ingeniati ac philosophati in corporibus
celestibus que ipsi posuerunt animata esse. ⁊ etiam
incorruptibilia ⁊ estimauerunt se ꝓbationes addu-
xisse ad hec. Ex quo sequitur eos vt vel ponant ani-
mas huiusmodi corporum aut nobiliores animabꝰ

An corpa celestia sint animata.

corporum humanorum aut eque nobiles aut minus nobiles. Qd si minus nobiles consequens igitur est vt si ex illis est corporibus celestibus vita perpetua naturaliter q ex animabus humanis sit naturaliter vita perpetua corporibus nostris est enim de nobilioribus redundantius animarum vita nobilioris. hoc aut non ē nisi immortalitate stabilitate hoc ē immunitate a morte. Qd si dixerit quia huiusmodi vita. s. immortalis vtiqz redūdaret ex animabus humanis in corpora humana naturaliter si vite talis eēnt naturaliter susceptibilia. Respondeo in hoc τ dico qz errat intollerabiliter si enim corpus humanum est naturale vas fontis huiusmodi emanationis τ propter emanationem suscipiēdam fonti naturaliter applicitum errant igitur natura vas emanationis isusceptibile fōti huiusmodi applicando. Natura autem in his que naturaliter facit manifestum impossibile est. Quare naturaliter cōgruit ex necessitate vas humani corporis per receptibilitatem fonti huiusmodi emanationis. Hec autem emanatio est vita perpetua vt ipse ponit. Naturaliter igitur ex animabus humanis redundat vita perpetua in corpora humana τ ipsa naturaliter receptibilia sūt ipsius aliodn inepta valde esset et natura prudentiam minime decens huiusmodi vasorum ad huiusmodi fontes applicatio siue coniunctio. Si vero fuerint nobilitate equales anime celestes τ anime humane manifestum est ex equalitate causarum sequi debere naturaliter equalitatem effectuū. Erit igr redundantia vite corporalis in corporalibus humanis immortalitate id est immunitate a morte firmata naturaliter. Iā aūt audiuisti alibi probationes τ declaratiōes alias ad hec. Qd si dixerit quia nobiliores sunt anime ille celestes animabus humanis τ huiusmodi iudiciū est ipsa nobilitas corporum hoc enim iam multi dixerunt. Dico quia lōge maior apparet nobilitas i humanis corporibus in quibus apparent tot organa τ tam multiplicium operationum. In illis quippe corporibus nec vnum apparet organum vnius operationis aut virtutis. Nobilitas autem animarum τ omnium virtutum etiam apparet ex multitudine τ nobilitate operationū propterea Aris. τ sequaces eius posuerūt celum stellaꝝ fixarum ceteris celis nobilius τ solum stellaꝝ plurimarum multitudie insignitum. tāq ipe stelle organa qdā sint τ signa vtutū multiplicium quib⁹ creator celum illud palijs illustrauit: τ in hoc astronomi ꝯsentiunt illi. Verū arist. manifeste dicit organa motus nō esse data stellis vt pote qui eas posuit nō moueri per se sed i celis suis Quia igitur tanta multiplicitas virtutum apparet in animabus humanis tantaqz redundātia siue emanatio operationum. In illis vero non apparet nisi motus τ virtus motiua de qua non leuis deceptatio est apud philosophos. ¶ Manifestū est animas humanas nobiliores esse illis quas ponunt corporib⁹ celestibus. Si vero dixerit quia alias habent multiplices vtutes nobilissias que note sūt apd astronomos τ scripte sūt i libris coꝝ. Tu iā audiuisti itētionē meā sup hoc τ declaratiōes qb⁹ declaratū est tibi per me quia nō est possibile vtutes tam nobiles atqz sublimes eē cel. τ stellis τ mlti ex astronomis posuerūt nec amplius eis relictū est a me de vtutib⁹ τ influētijs qs eis posuerūt nisi sup qttuor elementa. τ in ea que ex elementis sunt τ hoc quatenus alligata sunt eis τ de rebus voluntarijs apud hoies quid

Eqlitas cāꝝ τ effectuum

Nobilitas animarum.

Astronomi

electis ꝛ dilectis dei aer aque ꝛ terre impēderit q̄n
prout decet largitionem creatoris magnificam inde
remunerabuntur Si vero dixerit quis quia secundū
hanc rationem ꝛ causam extendēda ē remuneratio
siue merces in alia animalia ꝛ etiam in vegetabilia
Respondeo quia non sūt receptibilia remuneratio-
nis cū irresurgibiliter mortua sint ꝛ irreparabiliter
corrupta. Si vero dixerit quia resuscitari debent vt
sibi congruentem remunerationem recipiant. Dico
quia nec hoc possibile est quia nec aque nec terre ea
capere possent. Et iam alias patefactum est tibi nec
possunt nec esse debent perhennes ꝛ multe vie ad de
clarationem huiusmodi ostense sunt tibi Attende au
Nota. tem quia quemadmodum non esset nobis inuegera-
bilis status vniuersi corporei nec etiam status gene
rabilium ꝛ corruptibilium anteq̄ esset. Sic ꝛ multo
minus inuegerabilis ē nobis status eiusdem futur⁹
post cursum expletum presentem ꝛ hoc ē q̄ incorpa-
biliter admirabilior ē. Inuestigabilem vero intelli-
go ad certum ꝛ liquidum. Maxime tū de īgenio suo
in talibus nemo aliquis nisi temere affirmare possit
nisi ea que sermonibus autenticis expressa sunt aut
ex his euidenter sequūtur aut saltem non cōtradicūt
et in assertionibus etiā talium nisi vel necessarijs vl
multum verisimilibus probationibus non est aliqd
affirmandum.

¶ Post hec autem reuertar ad inuestigandum
de motu vtrum futurus sit in statu illo futuro. Dicā
igitur in primis quia si motus ē ibi futurus necesse
An mot⁹ sit futurus. est ibi futurum esse tempus. Tu autem iam audiui-
sti remotionē temporis in precedentibus q̄ ex neces
sitate sequitur remotio mot⁹ ꝛ omnium mutationuꝫ
que non habent fieri nisi in tempore. ¶ Ampli⁹: si nō
potest ibi esse motus erunt igitur homines glorifica
ti mobiles ꝛ hoc videtur esse nō leuis miseria. ¶ Am
plius. sanum corpus sana mēbra ꝛ incomparabilit
fortiora magisqꝫ expedita q̄ possint esse hic quis ꝓ-
hibebit moueri? In hoc ergo respondēdum videtur
Si quis dicere voluerit ꝙ motus non erit ibi quia ꝛ
motum nō prohibet infirmitas aut debilitas corpo
rū. Sed ipsa dispositio status illius qui erit eterni-
tati simillim⁹ que non permittit ibi esse prius et po
sterius nec continuitatem successiuā vllo modorum.
Sicut in precedentibus didicisti. Adiuuat autēꝫ re-
sponsionem istam perfectio status illius per q̄ pro-
hibita ē omnis indigentia ab illo. Et iam patefactū
est tibi in naturalibus ꝙ motus elementoꝝ ꝛ omniū
animaliū aliorūqꝫ elementorū ex indigentia ē seu ca
rentia. Indigentiam autē ꝛ carentiam perfectio sta
tus illius omni modo remouit ab illo. Qꝫ si dixerit
quis quia hoc non habet locum in motibus celoruꝫ
et celestium corporum quoniam per illos non inten-
dunt celi vel celestia corpora consulere aliquibus in
digentijs suis vel carentijs. Sed ipsi motus perfe-
ctiones sunt quas intendūt nō effugit quin ꝛ ipi mo-
tus huiusmodi ex carentie vel indigētia sint cū ipos
intendant vt perfectiones ꝛ ipsis perfici querant. ꝑ-
fectio enim omnis ex indigentia ꝛ imperfectione q̄-
ritur. Si vero dixerit quia quidam motus sūt velut
iocunde deambulationes qui interdum fiunt non ex
indigentia aliqua vel ex necessitate: quemadmodum
venatorie exercitaciones non ex indigentia fiunt a
potentibus ꝛ magnatibus sed causa iocunditatis tā
tum. ꝛ sic se habet in omnibus ludis ꝛ īmodulationi
bus que causa delectationis queruntur ꝛ fiunt. Di-
co in hoc quia sermo iste ē sermo hominis non exer-
citati in rebus naturalibus ꝛ etiam non intelligētis
seipsum. Indigentia enim ꝛ carentia voluptatis in-
digentia ꝛ carentia sunt veri nominis ꝛ vere ratiōis Nota.
nec queruntur nisi ab indigentibus illis et carentib⁹
eis ꝛ hoc ex indigentia ꝛ carentia obtente enim non
queruntur sed tantūmodo dum non habētur. Quia
igitur cessantibus indigentia ꝛ carentia earum vo-
luptatum que per hec acquiruntur cessant hec ꝛ du-
rantibus indigentia ꝛ carentia earum durant huius
modi vel motus vel actiōes. ¶ Manifestum indigē-
tiam ꝛ carentiam huiusmodi voluptatum causā esse
naturalem huiusmodi motuum ꝛ actionum. causam
inq̄ eo modo quo carentiam vel priuationem prin-
cipium rerum naturalium mobilium ponit aristote
les in libro phisicorum. Quia igitur vt predictum
est tibi conuenientissimum est illi statui habere simꝉ
omnia delectabilia seu desiderabilia que congruūt
nobilitati et perfectioni felicitatis: illius alioquin
non tota simul esset neqꝫ plena cum particulatim at
qꝫ frustatim esset. Non enim vere felix aut beatus
est cui aliq̄ pars vere felicitatis aut beatitudis deest.
¶ Amplius. Felicitas amissibilis siue per totum si-
ue per partes. imo qui vere amitteretur qualiter fe
licitas dici posset ꝛ de hoc iam multa audiuisti in ca
pitulo de eternitate in tempore. Nec dubium est ali-
cui intelligenti: amissionem etiam partis felicita-
tis partem esse miserie magne queē amissio totius
felicitatis. ¶ Amp. Si deambulatio locum haberet
ibi non esset nisi ꝓpter obtinenda loca alia ab his in Nota.
quibus p̄mum locati essent homines aut ꝓpter vidē
dos amicos seu aliqua delectabilia. loca vero alia si
quererentꝉ desererentꝉ priora. ꝛ tunc necesse esset vt vꝉ
essent eq̄lia nobilitate ꝛ iocunditate vtraqꝫ aut ine-
qualia. Qꝫ si equalia frustra igitur esset motus ab
his in illa cū illa melioratio nulla fieret additio feli-
citatis que obtinebatꝉ in prioribus locis nisi forte q̄s
dicat qꝛ deambulatio huiusmodi fieret ꝓpter tollen
dum fastidium more longioris ī eodem loco. Hic au
tem sermo valde erroneus est cum nulli dubium esse
possit felicitatem illam nec fastidium habere posse
nec tedium. Si vero dixerit loca priora inequalia
esse in iocunditate ꝛ nobilitate prioribus. Manife-
stum est quia acquisitione posteriorum aut augebitꝉ
aut minuetꝉ felicitas illa. Utrumlibet autem fiat nec
erit vera nec ꝑfecta felicitas illa vera quidē nō erit
que mutationes augmenti ꝛ diminutiones: ꝛ etiam
amissionis saltem in p̄te patitur perfecta non erit q̄
augeri potest: imo augetꝉ ſm hoc. Qꝫ si dixerit qꝛ de
ambulationes erunt ibi ꝓpter vidēdos amicos aut
aliqua delectabilia que p̄us non videbantur. ea igiꝉ
videre ꝓhibebat vel remotio vel iterpositio aliqua
quare remotio ibi ꝛ interpositio prohibent vel impe
diunt delectationes que sunt ex huiusmodi visitatio Nota.
nibus. omnes autem delectationes que ibi sunt par-
tes sunt felicitatis illius. Sed iam dictum est tibi qꝛ
nō est vera aut perfecta felicitate que vel minui po
test vel impediri siue in toto vel in partibus ꝛ non ē
perfecta que tota simul non ē: hic ergo sermo est sta-

tui eternitatis ⁊ statui eternitati simili modo cōgruentior ⁊ tam sublimia cogitare valentibus verisimilior. Sibi autem soli ⁊ eis quibus reuelare dignatꝰ fuerit reseruauit atqꝫ retinuit creator sublimꝰ ac benedictus status illius claram ac liquidam certitudinem ⁊ hoc insinuauit vnus ex nobilissimis ꝓphetarum hebreorū his verbis Oculus nō vidit deus absqꝫ te que preparasti diligentibus te. Et in lege ⁊ doctrina christianoꝝ inuenitur sermo similis.

¶ Debes autem scire quia sermo deambulationis iocūde ⁊ visionibus amicorū aliorūqꝫ delectabilium sermo ē hominū breuis īellectus ⁊ paucē exercitationis in rebus diuinalibus ⁊ maxime in rebus mirabilibus que sunt seculi altioris ex habitationi gloriose nisi ciuitas illa id ē cetus glorificandorū hominū collocanda ē ⁊ mãsura perpetuo. Cūqꝫ consideraueris errorem hebreorū atqꝫ sarracenorū quibus sperant paradisum delitiaꝝ sensibilium inuenies sermonem istū multum appropinquantē errori eorum. Hoc autem ē quoniam delectatio de ambulationis et visionis delectabilium sensibiliū ꝓut isti sentiunt ad carnalē ⁊ sensibilē pertinet paradisum. Similiter et sermo de miseria ꝙ somniant eidem errori ꝓrimꝰ est. Si enim impossibilitas mouendi siue motus vel miseria esset vel pars miserie esset creator in parte ista miserrimus hoc autem est quoniam tam longe est creator a possibilitate huiusmodi ꝙ longe est ab omni indigētia ⁊ carentia. Quare manifestū ē motū et mouendi possibilitatem in vltimitate elongationis et impossibilitatis propheticam esse a creatore quemadmodum omnem carentiam ⁊ indigentiam. Q́ si dixerit qꝛ in homibus qui sunt naturaliter volūtarie mobiles miseria ē mouēdi impossibilitas nō effugiet quin cogatur concedere ꝙ copiositas ⁊ plenitudo omnium desiderabiliū īmunitasqꝫ omniū tristabiliū sedibilium fastidibiliū que sunt due partes totaliter constituentes veram ac plenam felicitateꝫ miseria sit ante miserie pars. Quapropter ipsa felicitas erit miseria vel miserie pars. Uera enim ac plena felicitas motū pati non videtur in statu suo vllo modorū sicut neqꝫ carentiam aut indigentiam Si quis autē dicat quia sanctissimi ac beatissimi angeli visi sunt venisse ad homines ⁊ ambulasse cum hominibus ⁊ ducatum eis prebuisse quandoqꝫ. Sicut euidenter legere potes in eoꝝ legibus ⁊ doctrinis non amisso neqꝫ īminuto statu felicitatis sue. Attende qꝛ ad modicum edocti in talibus homīes quoniam nō est molestum angelis sanctis neqꝫ tediosum vllo modoꝝ pro beneplacito creatoris sedere ab habitatiōe glorie sue ⁊ descendere ad homines vt eis consulant vt instruant: premuniant interdum autē ⁊ defendant a malis angelis quos diabolos vocant vel etiam ab hominibus malis. Interdum etiam ad malos vt eorū ciuitates subuertāt ⁊ eos etiam perdant ⁊ de hoc predicte leges ⁊ doctrine multa ꝯtinent testimonia. Doctores autem ⁊ eruditores in talibus gentis christianorum soli sensisse videntur angelos sāctos atqꝫ beatos cū ad hec officia vel mysteria descendūt hos est descendere vel videntur vel dicūtur in autenticis et sanctis sermonibus beatitudinis ⁊ glorie sue nullū pati penitus detrimentum nec a visione pulchritudinis creatoris aut a fruitione suauitatis illiꝰ nullatenꝰ elongari cū ꝗcūqꝫ vadāt ꝗcūqꝫ mittant̄ pn̄tissimū inueniant vel potius habeāt creatorem. Ego vero dico tibi in hoc quia sermones isti exactissima ac diligentissima perscrutatione determinandi sūt. Similis questio esse videtur ⁊ de glorificatis hominibꝰ quorum aduentus ⁊ apparitiones crebri habentur in gente christianorum. ⁊ iam de hoc in precedentibꝰ aliqua audiuisti a alibi plura que deberēt sufficere tibi. De angelis vero sanctis atqꝫ malis an possibilis ⁊ an conueniens sit eis motus ⁊ quis intellectus esse debeat in sermonibus autenticis ⁊ sanctis cū dicuntur ibi vel moueri vel deambulare vel volare tētabo tibi satisfacere in tractatu singulari de eis qui sequetur istum si deus voluerit.

Nota. (margin, beside "nis iocūde ⁊ visionibus amicorū")
Nota (margin, beside "licitas erit miseria vel miserie pars")
Nota. (margin, beside "Doctores autem ⁊ eruditores")
Nota (margin, beside "lis ⁊ an conueniens sit eis motus")

¶ De eodem.

Interim autem scito quia non est impossibile vllo modorum omnipotentie creatoris neqꝫ incōgruū felicitati ⁊ glorie future vt felicitas illa omnes partes suas simul habeat ⁊ vt viso glorificato quēadmodū dixi supra omnia visibilia videantur a glorificatis hominibus si hoc ad illam felicitatem pertineat. videantur inꝗ̄ nō obstante vel paruitate vel magnitudine non ꝓhibentibus vel impedientibus hoc distantijs aut interpositionibus. Si quis vero dixerit quia delectatio quantacūqꝫ possit esse tunc ꝑ sensus quasi in vltimitate paruitatis erit ad delectationē que erit ex aspectu ⁊ visione creatoris ⁊ propt̄ hoc si detrahatur omnino vel quecunqꝫ pars eius ꝑ inde ē ac si nihil ei detraheretur quēadmodū si punctus linee vel corpori detrahat̄. Et istud exemplum adiuuat sermonē primū de descēsu sanctoꝝ ac beatissimorū angelorū ad homines. Interpolatio eñ breuis felicitatis illius ad totam quasi punctus ē. Alius autem sermo sicut sepe dixi tibi quo dicitur statꝰ felicitatis illius eternitati sublimius ⁊ felicitas illa propter hoc omnes partes suas habere simul sapiētie conuenientior ⁊ statui illi congruentior Ratio autem ad hoc validior ē quia si quis ita posuerit necesse habet ponere prius ⁊ posterius in statu illo ⁊ ꝓpt̄ hoc tempus quod iam videtur ex precedentibus demonstratiua destructione remotum. Secūdus vero quo ponitur angeli sancti atqꝫ beati ꝓpter mysteria et vtilitates hoim descēdere ad hoies ⁊ interpolare ad modicū btitudinē illā videri ꝑt ſmo īpossibil̄. Tēpus eñ huiusmodi interpolationis erit tanꝙ̄ diuiē beatitudinis diuidens beatitudinem ipsam in duas partes quarum alterā terminat̄ initio temporis altera vero fine eiusdeꝫ nec videt̄ dubiū esse posse apō aliquem intelligentium omnem īterpolationem diuisionem esse duorum quorum alterum alteri absqꝫ medio iungeret̄ nisi interpolatio interueniens ꝓhiberet. Erit igit̄ diuisibilis in partes ⁊ ſm prius ⁊ posterius illa felicitas nec solum in ꝑtes duas: sed etiaꝫ infinitas. Cum possibile sit qualibꝫ ꝑte temporis descēdere ⁊ mittit āgelos sanctos multos ad homines ꝓpter multa ⁊ varia ministeria in multis ⁊ diuersis temporis partibꝰ exequunt̄ ⁊ adimplent erunt ex necessitate tot interpolationes ⁊ tante quot ⁊ quante temporis partes huiusmodi. Sequit̄ etiam ex hoc non solum diuisibilē est felicitatem huiusmodi: ꝫ etiam inumerabiliter esse diuisam. Cum ab initio creationis generis humani angelorum ministeria innumerabilia ⁊ innumerabilibus vicibus fuerint ⁊ adhuc sint ⁊ singulorum ministeriorum expletiores singulas interpolationes atqꝫ diuisiones in illa felicitate fecerint. Erit igit̄ mirabiliter quasi dilacerata ⁊ innumerabiles dirupta quātū ad angelos huiusmo

Nota (margin, beside "ctus linee vel corpori detrahat̄")
Nota. (margin, beside "et vtilitates hoim descēdere")
Aduerte. (margin, beside "infinitas. Cum possibile sit")

di felicitas illa et secundū doctrinam christianorum etiam q̄tum ad omnes sanctos angelos et beatos cū secundum illam omnes sint administratorii spiritus missi in ministeriū ꝓpter dei electos homines et dilectos hoc igitur causa exercitationis hoc posui in sequenti tractatu studiosius perscurtandum. Et q̄m quasi contraria sunt felicitas illa et infernalis miseria non immerito neq̧ improbabiliter in multis similiter se habere et in multis ab inuicem discrepare di- Nota. cuntur. Si enim illa ē vera et extrema miseria oēs eius partes simul esse videntur. Sicut audiuisti de partibus felicitatis opposite alioquin nō esset in fine siue vltimitate sue vt ita dicatur perfectiōis et eadem inconuenientia videntur sequi que supra audiuisti de diuisione et laceratione felicitatis et de continuatione temporis hoc ē de duratione eius īperpetuū. Amplius: non essꝫ leue remediū penarum et tormentorum transitus eorum vel earum et multoplus cessatio tormentorum q̄ mitigatio eorum. Quēadmodū igitur in illa felicitate nulla ē remissio vel diminutio gaudiorꝫ. Sic et in inferno nulla ē mitigatio vel alleuiatio tormentorꝫ. Qȝ si dixerit quis quia lōge superabundantior ē misericordia creatoris in p̄mijs et retributionibus q̄ sit iusticia eius in supplicijs et tormentis. Uerum indubitāter dicit perpetuitas autem et integritas cōmunes esse videntur ex necessitate extreme illi felicitati et extreme misericordie et hoc est ꝓpter statum illum futurum quē q̄ntū videre datur hic eternitati oportet esse similimū.

¶ Si quis vero querat qualiter anime hūane: vel homines tantis et tot gaudijs simul gaudere possint vel tot et tanta tormenta simul sentire. Debes reminisci eorū que alibi de hoc per me audiuisti. Ubi ostendi tibi multis exemplis q̄ etiam in ista miseria et angustia presentis vite multe anime multis simul Nota. apprehensionibus vacant et intendunt et passiones simul multiplices patiuntur. Quid igitur de eis in illa felicitate sentiēdū et nisi instar substantiarum angelicarꝫ sublimium dilatande roborande atq̧ libertate et expeditione vix vobis cogitabili donande sūt. Addo etiam tibi magnitudo gaudiorum et claritas apprehensionum et cognitionum cogit et ea simul sentiri et illas simul esse. Iuxta modum istū verisimile est se habere de doloribus et supplicijs infernalibus et vi dentur sermones sc̄ti et autētici hoc innuere: Dicitur enim in quodā ex sanctis et autenticis librꝭ quia flumina tunc concurrerent duriter et intelligitur euidenter hoc de fluminibus tribulationū illarꝫ ac si diceret quia simul non p partes neq̧ per successiones torquebunt dāpnatos. In alio vero libro ex eisdem dicitur donec deus pluat bellum suū super eum. Insinuans q quemadmodū stille pluuie innūerabiles simul cadūt super aliquem. Sic et dolores illi innume- Nota. rabiles simul affligent dānatos. Scio tamen q̄ aliq̄ aliter et incontrarium sermones istos interpretabuntur intorquētes eos et trahentes ad intellectum suū iuxta consuetudinem suā. Attendere etiam debes ꝓpter quid dixerim quia felicitas hec et infernalis miseria quasi contraria sunt. et non dixi q̄ essent vere cōtrarie quia reuera felicitas illa impossibile ē vt habeat cōtrarium quemadmodū impossibile ē vt causa eius efficiēs et imediata impossibile ē vt sit alicui contraria vel aliquid ei contrarium. Neq̧ enim pulchritudo: neq̧ claritas: neq̧ bonitas creatoris cōtrariū villo modorꝫ habere potest ex hoc declaratum est tibi sufficienter in prima parte tractatus istiꝰ. Si reminisceris autem eius quod dixit aristo. I li. topicorꝫ quia scientia ex eo q̄ ē considerare quoniam diameter est costea simeter non habet cōtrarium adiuuabit te ad hoc cognoscēdum ꝓpter hoc enim scientia demōstratiua quecunq̧ sit et vbicunq̧ ipsa sit nō habet cōtrarium quoniam res demōnstrabiles non habēt cōtraria propter necessitatem sui esse: contraria inq̄ q̄ sint a non entibus autem scientia neq̧ aliud esse potest. Alibi insuper audiuisti q̄ omnia veri nominis Nota. et rationis contraria sunt sibi inuicem e regione alterꝫ contra alterum in eodem gradu altitudinis et dignitatis naturaliter. Tu autem non es oblitus viarum quibꝰ declaratum ē tibi creatori nihil posse esse e regione iuxta predictum modū: imo vniuersitas sub ē ei absolute ipse vero super est ei in vltimitate super eminentie et altitudinis et propter hoc in sermonibꝰ autēticis rectissime nominaꝫ altissimꝰ.

¶ Reuertar autē vt audias id quod multis faceret admirationem grādem si quis esset qui hoc assereret. Si enim vt forsitan alicui videri possit nihil potentialitatis hoc ē carentie indigētie imperfectiōnis in viribus animarum humanarꝫ relinquit perfectio future felicitatis tūc vis vocalis ex qua sūt modulationes emittet simul omnes voces atq̧ sonos quos naturaliter emittere potest et etiam quascunq̧ pfectio glorie illius superaddiderit. Erit igitur os vniuscuiusq̧ hominis glorifica sicut citara cordarum innumerabilium et sicut organum innumerabilium fistularum et erit sonoritas ex ore vniuscuiusq̧ glorificati hominis cōcentꝰ vocū siue sonorū innumerabiliū mira et īcogitabili nobis hic suauitate sibiinuicē cōsonātiū et auribꝰ pfectiōis illiꝰ sitꝫ audibiliū. Bō do q̄ aliquē forsitan adhuc moueat est glorificatio de q̄ audiuisti animarꝫ nostrarum quam necesse est fore vt videtur tam omnes vires earum. Quia igiꝫ virtus Nota. vocalis vna illarū est que alia existimari potest eiꝰ glorificatio q̄ hec vez vt eius possibilitas sic impleatur et eius potentialitas sic pficiaꝫ: omnes igiꝫ partes sue perfectionis ex necessitate simul erunt: he autem non sunt nisi voces siue soni vocales aut inusitati aut articulati et intelligibiles. ¶ Amplius. Nisi simul essent omnes ille perfectiones partes sed particulatim et truncatim ibi succederenꝫ ex necessitate esset ibidem et tempus vt audiuisti. Qȝ si quis dixerit de virtute interp̄tatiua que est virtus loquendi similem debet habere perfectionem: hoc autē est vt vnusquisq̧ hominum beatorum omnia simul loquaꝫ sug que erit possibilitas virtutis eius interp̄tatiue non videreꝫ mirabile hoc si locutiones vel s̄mones locuꝫ haberent ibi. Multis autem ex sapientibus de gente christianorum videꝫ non fore ibi necessario sermones et hoc est ꝓpter claritatem status illius vt nihil aliquem glorificatorum hominum ibi lateat q̄ videre vel scire ipsum deceat et q̄ nosse ad gloriam illam pertineat. Superuacuū igiꝫ essꝫ ibi interp̄tari alterꝫ alteri ꝯceptꝰ suos seu cogitationes suas cum ibi neminem lateant et a nemine abscondite sint cui expediat illas nosse et manifestum sit quia innotescere vel interp̄tari q̄ nosse non expedit non solum ociosum: sꝫ Nota. etiam stultum est.

¶ Si quis vero quesierit qualiter vna fistula siue arteria tante multitudini vocum tāq̧ varijs modulationibus deseruire: possit ꝓculdubio qui sic ponit necesse habet hoc attribuere glorie illi: vlera esse

omnem admirationem nostram ⁊ cogitatum erunt
virtutes ⁊ potentie glorificatoꝝ corpoꝝ supra id qđ
sunt hic. Sic dico ⁊ de partibus ⁊ organis quoꝝ vſ⁹
erit ibi ⁊ non est mirabile si status ille ꝗ totus est
mirabilis ⁊ miraculosus tot⁹ plurima habet vel eti-
am omnia que etiam virtute fidei sola ⁊ ad modicū
quo quomodo capiatur. Sicut igitur hic facit vn⁹
homo in statu scilicet miserie istius in eis que sūt ro
boris ⁊ virtutis ⁊ agilitatis id quod x. vel. xx. alij fa-
cere nō preualent. Sic non ē in probabile vel incredi
bile vnam fistulam vel arteriam in gloria perfectio- Nota.
nis illius multa posse facere que multa milia fistula
rū vel arteriaꝝ facere non possent. Reminisci etiam
debes questionis in precedentibus ꝓposite que ē de
differentia vocum humanaꝝ hic ⁊ ibi scilicet an sint
vniuoce id ē eiusdem nominis ⁊ rationis. Si igitur
ita se habet veritas i hoc satisfactū sit desiderio tuo
et ꝓposito meo ꝙ non inermē neqꝫ indefensam con-
tradictores veritatis eā inueniant de cetero. Si ve-
aliter se habet reuelabit hoc creator benedict⁹ si vo-
luerit ⁊ declarabit eā per quē voluerit.

¶ Habet autem questionem de choris siue cho-
reis ⁊ gestilationib⁹ an in statu illo glorie futuri sint
⁊ hanc questionem ꝓ parte aggrauant ⁊ difficiliorē
faciunt sermones sapientium qui precesserunt in gē
tem christianoꝝ qui hoc euidenter scripsisse inueniū-
tur: ipsa quoqꝫ natura ⁊ naturalium experientia hec
insinuare uno autem testari videtur. In hoc enim sta
tu ista modica gaudia que in eo sunt homines nō su
stinent absqꝫ motu corporum suorum ⁊ pene singulo
rū membroꝝ. Manifestum enim est tibi qualiter ex
gaudijs ꝙ in anima tua ē mouetur os tuum motu ꝗ
risus vocatus ē tota etiam tua facies imutatur. Vi-
des insuper viros ⁊ mulieres pregaudijs huiusmo-
di dissilientes trepentes saltātes ⁊ sonis cantilenaꝝ
aut musicoꝝ instrumentorum qua possunt effigiatio
ne motuum concordare conātes. Multos quoqꝫ vi-
disti ex viris ⁊ mulieribus qui vel cantantes vel can
tus audiētes ab huiusmodi effigiatiōe gesticulatio- Nota
nis corpora sua nequeūt continere. Quia igitur ge-
sticulationes iste exuberantie sunt siue redundantie ꝑ
sentium gaudioꝝ que tam modica sunt. imo nulla cō
paratione gaudioꝝ felicitatis future qualiter possi
bile est incomparabiliter maiores exuberantias seu
redundantias conuenientium saltationum seu exal-
tationū conuenientissimeqꝫ respondentium non esse
ex illis. Respondēdum igitur videtur hic vera ac spi
ritualia gaudia non iundare in corpora humana ge
sticulatiōes aut effigiatiōes huiusmodi ⁊ hoc ē qm̄
vt ait quidam ex sapiētibus Verum gaudium res
seuera ē hoc ē non frangens non emolliēs: nondissol
uens gaudentem quin potius confortans ⁊ erigēs
ipsū. Corporalia vero ⁊ nō vera gaudia merito hu
iusmodi exuberantias influunt in corpora sic gaudē
tium. Et manifestum ē vnicuiqꝫ intelligēti quia ma-
gis videntur huiusmodi gesticulatiōes atqꝫ saltatio- Nota.
nes exagitationes insanie ꝙ̄ verorum gaudioꝝ exu-
berantie. Iam autem declaratum ē tibi per me quia
huiusmodi gaudia falsa sunt ⁊ gesticulationes que
ex illis foris perstrepunt velut motus petulātie sunt
et impetus atqꝫ precipitationes iumentorū ⁊ aliorū
huiusmodi animalium. Non leuiter autem moueri
potest aliquis. Si quis dixerit ꝙ ibi tacebuntur ore
laudes creatori cum decentissimum ac debitum mo-
dis omnibus per se videatur ⁊ corde ⁊ ore ibi potis-
simū laudari creatorem ab his in quos incogitabili
ter ꝓfusa erit beneficētia largitatis ipsius. ¶ Amp̄.
ipsa virtus gratitudinis nec completa fore in ope-
rationibus suis videri potest si nō erūpit in voces co l
laudationum benedictionum ⁊ glorificationum cre
atoris. Dicet autem fortassis aliquis quia vocalis
illa collaudatio superuacua esset tibi ꝓpter id quod Nota
in precedentibus audiuisti: videlicet quoniam virt⁹
vocalis interpretatiua ad alterum tantū sunt ⁊ ope
rationes eius propter indigentiam ⁊ imperfectionem
alienam. Hec autem est mutua ignorantia siue in al
terutrum apud homines cogitationum seu passionū
suarum. Cessatura autē est tibi causa huiusmodi qua
re cessaturus videri potest ⁊ effectus⁹. Qꝫ si dixerit
quis quia non parua neqꝫ cōtemnenda pars felicita-
tis deerit illi statui futuro. Si delectatio armoniaꝝ
maxime bene morate musice iuxta sermonem plato-
nis ⁊ suauitatis cōcentuum armonice generis canti
lene ibi defuerit. Tu iam instructus es ex preceden-
tibus quia sermo huiusmodi manifeste vergit atqꝫ de
clinat sm̄ intentionem loquentis ipm̄ in paradisum
sensibilium voluptatum iuxta errorem gentis sarra
cenorum. Iam autem ꝓhibitus est a te error huius-
modi per me destructionibus demōstratiuis.

¶ Non immerito vero perscrutādum est quid
sit qđ delectet animas nostras i vocib⁹ musicatis seu
mellicatis ⁊ forsitan videatur alicui nō irrationabi
liter ꝙ non voces ipse delectent eas: sed magis nu- Nota
meri ⁊ ꝓpositiones musice qui nullatenus audiūtur
sed interius solummodo cogitant. Iudicium autem
huiusmodi non leue est quoniam videmus aliquos
ab surdissime canentes ⁊ in iocunda ꝑcussione aures
audientium offendentes suis cantibus mediocriter
delectari. Intus igit apud animas eorum est cum tā
insuauiter tanqꝫ moleste foris sonent cantus eorum
ꝙ si ita est vtqꝫ vt ea que intus sunt apud animas de-
lectationi ingerant musicalem non videt necesse esse
vt ꝓpter illam sonent forinsece voces. Recte autem
vtentibus vel harmonijs vel alijs sensibilibus ⁊ po-
tissimum in illo statu tam felicis perfectionis impos
sibile est futurꝫ esse modum istum delectationis sensi
bilis vel verius inuenire. Nec tibi dubitandū quin Nota.
omnis pulchritudo. omnis apta ꝯiunctio omnis cō
ueniens applicatio tūc futura resonet i eo statu spi-
ritualiter pulchritudinem bonitatem ⁊ sapientiam
creatoris ⁊ ipsum vniuersum vniuersaliter hoc est in
oībus ꝑtibus suis spūalibus ⁊ corporalibus erit q̄-
dam resonātia creatoris ⁊ velut carmē pulcherrimū
arte creatoris ⁊ sapiētia ineffabili artificio modula
tū. Spūaliter vt ipsi glorificatis hoīb⁹ auditu iocū-
dissimū ñ forinseco strepitu vllo modoꝝ tumultuosū.
Sciendum vero ē tibi quia sermo quem audiuisti de
hoc ꝙ status future glorie hominum ⁊ animarū sta- Aduerte.
tui eternitatis erit simillimus questiones diuinaliter
philosophantibus plures difficillimas generat ⁊
silentio forsitan potius honorandas ꝙ̄ perscrutatio
ne attendēdas. Harum prima ē hec ꝙ fides veritatꝭ
sicut est apud gentem christianorū notissimū euiden
ter asserit quottidie aliquos assumi in gloriam illaꝫ
quemadmodū ⁊ gentes antique reges suos in deos
transuehi siue transferri opinabantur ⁊ abeuntes se
vidisse iactabant. si creditur historijs earū. Esto igit
exēpli gratia aliꝙ̄ ex huiusmodi heri fuisse translatū
in gloriam illam ⁊ aliam hodie similiter transferen-
dam. Quia igitur spacio vnius diei distabit transla

tiones seu assumptiones huiusmodi necessariũ vide
tur alterum duorum videlicet vt tantum distẽt in statu
illo glorie aut vt simul fiant. Simul autem eas fieri
impossibile videtur esse secundum positionem istam:
cum altera alteram spatio vni⁹ diei precedere ⁊ eti=
am subsequi positũ sit. Si vero distant ingressu alte
rius in illum statum ab ingressu alterius in eundem
spatio vnius diei necesse ẽ ibi esse tempus ⁊ prius et
posterius ⁊ ante ⁊ post vbi ergo similitudo ipsi⁹ ad
Nota. eternitatem. Similem questionem generat descens⁹
animarum ad iudicium ⁊ ad corpora sua resumẽda.
Judicium enim non videtur subito facturum preser
tim cum credatur habẽda ibi disceptatio de meritis
bonorum atque malorũ ⁊ rapiendi vtrique boni scilicet in
sublime beatitudinis sibi ꝓmisse et preparate mali
vero in ꝓfundũ infernale. Illo igitur interuallo iu=
dicij hoc ẽ parte temporis qua totum complebitur
iudiciũ cum disceptationibus ⁊ sententijs suis ⁊ sen
tentiarum ipsarum executionibus videntur ab esse
a loco illo sublimi a quo descenderũt cum ipso iudi=
ce viuorũ ⁊ mortuorum. Inter descensum autem istũ
et ascensus eorum quin tempus vnũ fuerit siue futurũ
sit aut plures temporis partes ꝙ dico ꝓpter hoc qm̃
non simul ascenderũt omnes qui inde tunc descende=
runt dubium nõ est. Habitatio igitur eorum ab ascensu
seu ascensibus huiusmodi tempore vl' temporib⁹ ter
minata ẽ. Necessario autem habitatio illa aut totã
est habitatio eorum in sublimi illo felicitatis aut pars.
Et si tota erit igitur finita ⁊ mẽsurata certo tempo
re habitatio illa glorie non erit igitur perpetua. Si
vero pars est igitur partibilis secundum temp⁹ nõ
erit igitur tota simul. Qualiter igitur erit eternitati
similis. Et si nolueris circa hoc appropinquiori ne
gociari poteris incipe sic. Quoniam autem ali=
quid de illo statu transit transitu vnius diei aut ni=
Nota. chil. Si dixerit quoniam aliquid ẽ igitur stat⁹ ille sta
tus non permanens ad modum temporis siue mot⁹
imo fluens atque dilabens quemadmodũ alterũ tẽpo=
rum. Si vero nihil preterit de illo statu spacio vni⁹
diei consequens ẽ sicut alibi didicisti ꝙ nec aliquid in=
de pretereat spacio vni⁹ anni ⁊ similiter mille anno=
rũ. Quacunque hora igitur id ẽ quacunque tarda quis
ingrediatur statum illum nihil minus obtinet illo q̃
mille annis ante eum ingressus ẽ ⁊ in ibi moratur ꝓ
nihilo igitur habendum ẽ ibi inhabitasse per mille
annos ⁊ similiter per mille milia annorũ. Exemplum
autem declarans obiectionem istam ẽ in tẽpore vni
us diei vel quolibet alio determinato. Si enim nihil
flueret de die nihil min⁹ haberet de die q̃ hora meri
diana nasceretur q̃ qui summo diluculo ⁊ hoc ẽ qm̃
totum diem simul inueniret. Eodem modo ⁊ etiã ma
nifestius se habet in aqua fluẽte ⁊ in aqua stante. Si
enim flueret ab initio diei aqua de clepsedra et hoc
Nota. per totã diem plus ex necessitate haberet de illa qui
ab initio diei illam excipere inciperet fluentem ⁊ ex
ceptionem huiusmodi per totam diem continuaret
q̃ qui horaũ q̃libet alia eiusdem diei hoc facerret Si
vero nihil de aqua flueret nihil huiusmodi diuersitas
alteruter vel afferret vel auferret. Cum ea esset aque
huiusmodi cõditio vt eam vterque totaliter haberet.
Uides igitur quia nihil desipientibus dici posse vi=
detur q̃ hoc videlicet nihil esse hoc ẽ nec ꝓdesse nec
valere quicq̃ per mille milia annorum fuisse in sta=
tu felicitatis illius. Istas igitur questiones ꝓposui
tibi hic causa exercitationis. Nõ enim facile ẽ deter
minare ea in capitulo isto ⁊ hoc ẽ propter difficul=
tatem imaginandi ⁊ declarãdi statum huiusmodi cu
ius declaratio singularem tractatum desiderat dif=
fusum ac perscrutatũ. Interim autem tibi sufficiat
quia sermones quibus scilicet vtimur hic ⁊ intelle=
ctus seu passiones que sunt apud animas nostras i
vita ista presenti multum longe sũt multumque diffe=
rentes ⁊ forte non equiuocantur ad illos vel illas q̃
vel que sunt vl' future sũt apud statũ illum felicitat;
et maxime sermones temporis ⁊ motus: ⁊ questio ẽ Nota.
non facile certificabilis an sermones temporis siue
intentiones eorum hoc est preteriti presentis ⁊ futu
ri locum habeãt apud felicitatem istã vel apud eter
nitatem. Maxime cum manifestum sit in eternitatẽ
nihil fluere nihil esse ante ⁊ post. De his igitur q̃ fu
tura sũt in tempore vel preterierunt in illo an possit
vel dici vel excogitari in eternitate quoniam erunt
vel fuerunt merito dubitabit quis. Si enim de vno=
quoque preteritorum verum ẽ quod fuit ⁊ de vnoquo
que futurorum verum est quoniam erit quomodo ista ve
ra non sunt ibi dicibilia vel cogitabilia? ¶ Amplius
Scd̃m hoc nihil scitur ibi de veris hmõi: quoniam
oĩs scia q̃ ibi ẽ: ẽ scientia in effectu ⁊ non tanq̃ habi=
tus dormiens. Scientia autem in effectu non est nisi
cogitatio siue visio spiritualis. Consequens igitur
erit ex hoc vt neque creator ipse benedictus aliq̃d sci=
at de huiusmodi. Scito igitur qm̃ ista temporalia q̃
dixi cognoscunt ibi ⁊ cogitãtur intemporaliter quẽ=
admodum vides in temetipso ꝙ quietus ⁊ immot⁹
vides moueri multa ex his que mouentur ⁊ cogitas
motum eorum ⁊ transitum aliquorum transeuntium
ante te cũ tu nõ transeas: imo stes fixus in loco tuo.
Sic in imobilitate eternitatis existens creator in vl=
timitate stabilitatis fixissimus videt fluxus motus
successus ⁊ mutatiões temporalium ⁊ non tangit eũ
vel statum eius aliquid fluxuum aut successiõum hu Nota.
iusmodi quemadmodum ⁊ nihil pertinet ad te tran
situs eorum que vides transire coram te vt per hoc
oporteat te moueri trãsitu simili nisi hoc solum reuẽ
ra tangit te quia motum non vides in instanti. imo
necesse est vt videas ipsum in tempore. Sed apud in
tellectum exemplum est de hoc conuenientius quo=
niam motum qui reuera non est nisi in tempore app̃=
hendit eum cum ⁊ cogitat subito ⁊ in instanti. Simi=
liter ⁊ tempus. Iuxta huiusmodi exempla oporteat
te conari ad imaginandum qualiter temporalia ⁊ in
eternitate ⁊ in instanti ⁊ similiter modo cognoscãtur ⁊
intelligibiliter videant: ⁊ tamen seorsum a tempore
hoc est intemporaliter. Et quemadmodũ de localib⁹
seu locabilibus loquunt homines extra loca in qui=
bus illa sunt exempli gratia homines qui sunt in al=
pia loquunt de rebus que sunt in india vel ethyopia
⁊ homines qui sunt in terra loquunt de stellis ⁊ alijs
corporibus que sunt in celo ⁊ cogitant de eis ⁊ app̃=
hendant eas cum tam longe sint ab eis. Similiter ⁊
homines qui sunt in statu aliquo cogitant de homi=
nibus qui sunt in statu longe alio ⁊ alteriusmodi. ip=
se ⁊ anime nostre dũ hic sunt cogitãt de sanctis ⁊ bea
tis angelis ⁊ de statu ac felicitate ipsorum sm̃ possi=
bilitatem suam ⁊ homines cum temporales sint ⁊ in
tempore de ipso eternitate cogitant ⁊ de creatore q̃ Nota.
solus in ea est licet per difficillimum sit eis clare ima
ginari ⁊ ad liquidum ꝯprehendere ea. ¶ Manifestũ
igitur est quoniam ⁊ de eternitate est tempus ⁊ tem=
poralia conspicere ⁊ de ipso tempore eternitatem.

Sed verum ē quia de eternitate tanq̄ in lumine ₇ ex
luminie vltra quod non ē lumen de tempore vero tā
q̄ de tenebris ₇ illis ad modum densis. Uerus enim
est sermo sancti ₇ sapientis quo dixit. Nos quippe i
uoluimur tenebris. Jam etiam audiuisti alibi quo
niam sensibilia sunt nobis hic tenebre magne ₇ hoc ē
Aduerte. propter corruptiones ₇ incrassationes que sunt ala
bus nostris a parte corporū ē augētur euidenter te
nebre iste a parte quorundam corporalium. Sicut
vides a parte nutrimētoꝝ quorundam corporalium
vt apparet manifeste in cibis ₇ potibus quibus ine
briantur vsq̄ in desipientiam aīe nostre.

¶ Attendēdū etiam est tibi hic quia felicitas il
la tantam habet claritatem cognitionis vt nō mag
videantur illic que presentialiter sunt q̄ que preterie
runt in tempore vel futura sūt. Unde sermo comunis
videlicet sapientium iam esset ibi que adhuc in tem
Stat⁹ eter nitatis. pore futura sunt: ₇ presentia ibi est que iam in tem
pore preterierunt. Ex illo igitur lumine videntur fu
tura in tempore que ex illo lumie neq̄ per preteritio
nem exeunt neq̄ per aduētum suū in tempore suo no
uiter illucescūt. Hec est causa ꝓpter quā dixerūt aliq
antiquoꝝ quoniam in eternitate ē ₇ intra ipsaȝ quod
nondū ē in tempore quoniam sicut audiuisti in prece
dentibus infinitas eternitatis circundat ₇ continet
angustissimam temporis breuitatem quemadmodū
si diceretur quia quicquid ē in terra ē ₇ in celo quoni
Esse. am circundatur ₇ continetur celo Unde ₇ posuerunt
hoc verbum ē equiuocū ₇ diuiserūt significatōi ei⁹
ponentes alteram eternalem alteram temporaleȝ et
dixerunt quia secundū intentionem eternalem nō de
clinatur in fuit vel erit. ₇ hec ē intentio secundum q̄
Eternū qd. de solo dicitur creatore iuxta fidem ₇ doctrinam chri
stianoꝝ. Similiter ₇ hebreorū quoꝝ vtriq̄ nihil eter
num ponunt preter ipsum ₇ posítio ista ē tibi verifi
cata in precedentibus. Attestantur autem isti distin
ctioni sancti sermones ₇ autentici q̄ manifestum est
in libris ꝓphetarū ₇ aliorum qui prophetas secuti
sunt. Secunda vero intentione sua non congruit nisi
temporalibus ₇ tempori sicut neq̄ inflectiones ipi⁹.
Uere tamen secundum cōmunem vsum loquendi de
his dicitur que tota simul sunt hoc ē quorum esse nō
fluere siue sint simplicia siue composita: in hoc enim
non vicinantur non nulla similitudine eternitati pro
pter q̄ secūdum intentionem eternalem q̄ dixi ₇ eti
am habeat tempus verissime dicitur non ens ₇ non
esse sed magis fluens ₇ fluere. omnium eni que eē di
cuntur quolibet modo ab eternitate remotissimū est
tempus ₇ hoc est quoniam eternitatem minimo sui
tāgit tantūmodo hoc autem ē ipsum nūc seu punct⁹
eius ₇ de hoc aliqua audiuisti in prima parte tracta
tus istius.

¶ Quod autem statum felicitatis future simi
liū eternitati sepe dixi necesse ē vt ita itelligas nō qn
et initium ₇ partes habeat felicitas enim sanctoruȝ
angelorum cuius similitudo ₇ equalitas ꝓmissa est
Felicitas naturalis. electis ₇ dilectis dei ab ipso ₇ per ipsum indubitan
ter cepit ₇ iuxta doctrinam christianoruȝ qui soli de
ea fati sūt paulo post creatiōem ipsorum habuerūt
quidam ante hanc aliam felicitatem quandoq̄ que
merito naturalis dicitur quoniam ipsa fuit opulen
tia bonorum naturalium hoc ē scientiarum naturali
um ₇ virtutum habens ex necessitate multam iocun
ditatem cum tam longe esset a molestiis ₇ miseriis ₇
quoniam nō erat siue cognitione magna ₇ luminosa
creatoris habebat illa felicitas ex necessitate gaudi
um ex cognitione ipsius licet incomparabiliter mi
nus q̄ habeat illa que post moduȝ data ē eis felicita
tis. Dico igitur quia hec felicitas in his que narra
bo ē eternitati simillima hoꝝ primum ē q᷑ omnia bo
na gaudiorū ₇ gloriarū simul habet nec perit aut flu
it quicq̄ eorum quoꝝ permanentia ipsa requirit ₇ q̄
decet apud eam permanere. Secundum ē pax placi
dissima ab omni tumultu motionum corporaliū at
q̄ conflictuum lōge imunis ₇ libera. Tercium ē sta
bilitas atq̄ impmutabilitas in contrarium vel i mi
nus vel in deterius. Mensurari autem eam nihil ꝓ
hibet sed hoc idem ē alieno tempore nō suo quemad
modū et mot⁹ sublunares mēsura ꝓpria motus ce
lestis mēsurantur. Et tu vides etiam quia magnitu
dines que note sunt per alias notas mensurantur. Astrolabiū
Sicut longitudo panni p vlnam. ₇ altitudo visa per
vmbram suam meridianam. Sic ₇ per astrolabium
et tabulas eius ac circulos aliasq̄ descriptiones que
in eo sunt mensurantur. Attende etiam quia sūt que
dam de quibus feci tibi in precedentibus mentioneȝ
videlicet quoꝝ esse totum ē simul in omnibus ₇ cum
omnibus partibus suis sicut vnaqueq̄ scientiarum
atq̄ virtutum se habet ₇ mora seu mansio earū i pro
priis substantiis. Non enim inconueniens ē vllo mo
dorum dicere q̄ aliquis per duos annos fuit iustus
vel per plures ₇ in fine secundi anni cecidit a iusticia
et perseuerantia eius vel mora in ipsa iustitia mēsu
ratur tempore quod fuit inter iustificationem eius ₇
casum eiusdem a iusticia Jam igitur determinatum
est tibi per hec exempla quia mora siue mansio in fe
licitate angelica mensuratur tempore: tempore vti
q̄ nō suo ₇ manifestum est tibi quem ē fuisse in illa p
mille annos. Utrum autem recipiat diuisionem vel Alia q̄stio.
interruptionem per descensum futurum animarum
que ibi tunc inuenientur ad iudicium ₇ etiam ange
lorum qui descensuri sunt cum ipso conditore ₇ rege
suo ₇ quid ipē descensus sit reseruandum est ex neces
sitate tractatui sequenti sicut predixi tibi.

¶ Nota ꝓ sermone de omnibus sanctis.

Habet autem questionem vtrum illa felici
tas mutationem saltem recipiat in mai⁹ Felicitas
quod est dicere vtrum augeri possit. Ui eterna au
detur eīn non parum augenda tribus de geri possit.
causis. Primum est si tantus est futurus glorificatis
hoibus amor diuine iustitie ₇ exterminationis om
nis iniquitatis iustitie oisq̄ miserie a sanct. ₇ electꝭ
hoibus seu animab⁹. qualiter possibile est eos ista
videre fieri ₇ nouū eis gaudium non accrescere. om
ne enim amatū obtentu suo siue adoptione aut nouū
ingerit gaudium aut p̄stinum adauget. Secundo ex
receptione glorificatorum corporum. Si eīn tantus
amor est corporum suorum animabus humanis: etiā
in ista miseria ₇ deformitate positorum: quomō non
incomparabiliter maior amor est eis corporum suo
rum cum ea viderint glorificata. magnitudine autem
amoris in amatum est magnitudo gaudij ex adeptio Gaudiū ex
ne amati. ¶ Manifestum igr̄ est ex receptione corpo corpib⁹ glo
rum glorificatorum accrescere eis gaudium iestima rificatis.
bile. In ipsa eīn glorificatione huiusmodi perficient
₇ ipse fm̄ vires suas exteriores sicut in p̄cedentibus
audiuisti. Tertio cum tantus amor sit ₇ angelis san
ctis i animas sanctas ₇ animabus sanctis que iam
in illa felicitate sunt in animas glorificandas hoc ē
que ad illam felicitatem adhuc assumēde sunt. Quo

modo non ex aduentu ⁊ consortio earum augebitur gaudium vtrorumqꝫ ꝓ magnitudine amoris in eas Debes etiam reminisci eorum que super hoc alibi audiuisti ⁊ demonstratiue declarationis que super feci tibi videlicet de hoc quod gaudium vniuscuiusqꝫ beatorum angelorum de gloria vniuscuiusqꝫ hominum glorificatorum seu animarum maius erit omnibus gaudijs que in hoc mundo vel vita sunt etiam si aggregarentur in vnum.

Notã.

Quia igitur non vnũ tantum sed innumerabilia milia huiusmodi gaudiorum vnicuiqꝫ tam beatorum angelorum quam animarum que iam consortes sunt felicitatis ipsorum aduenient seu accrescẽt ex omnibus his que de iudicio assumẽtur ad vtrorũqꝫ consortiũ quomõ non augebitur ⁊ tot tantorum gaudiorum milibus felicitas vtrorũqꝫ prius glorificatorum. Quod si intendere quis voluerit in ipsam gloriam ⁊ honorem que tunc multipliciter non solum innotescet sed etiam prestet et hoc intelligo de gloria forinseca que erit apparitio clara magnificentie sue ⁊ omnipotentie iusticieqꝫ eiusdem. In super exterminationis iniurie ⁊ cõtumelie ipsius ⁊ inimica vindicta iustissima atqꝫ imperiosissima videbis euidenter etiam pro magnitudine eorundem in creatorem gaudium accrescere eisdem ex omnibus his presertim cum amor omnis status illius sit in perfectione vltimi actus sui ⁊ equalis eidem: omnis enim amor status illius equalis ē gaudio quod primo ⁊ principaliter est ex illa ⁊ propter hoc amor i creatorem equalis ē gaudio quod per se et principaliter ē amanti ex illo. Secũdaria vero gaudia que ex alijs sunt licet propter ipsum creatorem ⁊ ad ipsum possibile est esse minora forsitan. Dico igitur in his verisimile esse augẽdam esse felicitatem ipsarum predictis causis ⁊ modis presertim cum in imperfectione sit ⁊ multa ei deesse videantur ad perfectionẽ suam quemadmodum audiuisti i precedẽtibus quia

Aduerte

pars glorie hominum est gloria corporum suorum: ⁊ pars glorie animarum etiam gloria ē virium illarum quibus operantur per corpora ⁊ in corporibus Scis etiam quia nemo amicus propria felicitate cõtentus ē nec beatum se reputat cum in miseria videt amicos suos esse ⁊ semper sibi ad beatitudinem deesse reputat beatitudinem eorum quos amat. Cum igitur angeli sancti ac beatissimi tanto amplius tanto rectius sinceriusqꝫ diligunt amicos suos quam boni homines diligere possit in vita ista amicos suos necesse est tanto magis impleri ac perfici felicitatem eorum consortio ⁊ communione amicorum quanto felicitatis illius amicitia ē amicitia vite presentis: sublimior atqꝫ prestantior.

Angeli sũt amici hominum

Nec dubitandum tibi est angelos illos amicos esse hominũ amicorũ dei altissimi cum ⁊ videãt illos ab eo dilectos ⁊ etiam semet ipsos ab illis. Quod si quis dixerit quia gaudia felicitatis illius ex apprehensione sunt siue cognitiõe cognitioni vero felicitatis illius non videtur aliquid addendum cum tanta claritas sit status illius vt ipsa futura sint ibi tanquam presentia videãtur ⁊ propter hoc gaudijs illis nihil ex futura glorificatione hominum vel animarum augetur gaudijs felicitatis illius. Dico in hoc quia non ē istud ad certum ⁊ liquidum declaratum adhuc ⁊ etiam si esset verum multum distat inter apprehensionem qua apprehenditur res esse futura ⁊ eam qua apprehenditur esse presens. Similiter ⁊ inter cognitionem qua aliquis cognoscit se aliquid bonũ habiturum ⁊ eam qua cognoscit ⁊ sentit se iam habere illud. Et dixerunt aliqui quia multum distat inter gaudium rei iam habite vel obtente. Et si igitur prenoscatur a sanctis ac beatis angelis certitudine indubitata societas eorum vel hominum scilicet vel animarũ qui ad eorum consortium assumẽdi sunt nõdum tamen habetur nisi in spe ⁊ vt verius dicatur tantum speratur habẽda nondũ autem habetur. Quod si quis dixerit quia non ē futura eis maior aut certior cognitio quam iam habeatur ab eis de gloria associandorum sibi. Dico quoniam nec verum ē: quia cum fixum erit omninoqꝫ immutabile quod creator statuit de glorificatione futura hominũ vel animarũ erit certior ac firmior cognitio sanctorũ angelorũ de illa.

Notã.

Quia vero de multis pendet adhuc quoniã multi qui iusti sunt ⁊ sancti possunt ⁊ mali fieri ⁊ mali decedere ex hac vita ⁊ multi preparati sunt ⁊ preelecti ad gloriam illam qui possunt ⁊ non esse electi ⁊ nunquam fuisse electi ad illum ⁊ hoc doceberis in sequẽtibus.

¶ Manifestum ē insuper quoniã sicut aliud ē futuritio rei alicuius aliud presentia seu presentialitas eiusdem Sic alia ē cognitio de ipsa futuritione rei alicuius alia de presentia seu de presentialitate ipsius apud creatorem autem non sic est cui ⁊ apud quem de his que sunt nihil deperit aut preterit. Verum apud beatos angelos ⁊ animas sanctas que in consortium eorum iam assumpte sunt perit ⁊ preterit spes quorundam bonorum futurorum. Similiter ⁊ gaudium de spe ipsorum quam cito ipsa adueniunt ⁊ ab eis presentialiter obtinentur.

¶ De gaudio future beatitudinis an secũ cõpatiatur operationẽ aliquam corporalẽ.

Mirabitur autem quis non immerito de ipso gaudio future beatitudinis spiritualis quo fruiture sunt anime ex aspectu pulchritudinis creatoris etiam sensu bonitatis ac suauitatis eiusdem an secum patiatur operationem aliquam corporalem siue sensibilem in hominibus glorificatis.

Raptus et mors sensuum

Cum etiam degustatio tam modica que nonnullis sanctorum virorum hic interdum conceditur ita rapiat i se ⁊ occupet corda eorum vt aliud illa hora vel agere vel cogitare non liceat: ⁊ ita etiam vel vere mortui sint vel mortui videantur sensibus ⁊ viribus corporis penitus destitui. Quid abyssalis illa suauitas ⁊ gaudiorum illorum immensitas factura est in hominibus tunc glorificatis. Deficiet igitur vt videtur ex necessitate vita corporalis ⁊ vsus omnino corporum humanorũ. Dico igitur in hoc quia sicut predixi de plenitudine illa ⁊ immensitate erit redundantia conueniens in ipsa corpora humana ⁊ erit ipsa expediens ⁊ cõfortans vltra admirationem nostrã:

Infirmitas corporalis

vite autem nostre corporalis miseria ⁊ infirmitas nec presentem gratiã aut virtutum operationes absqꝫ molestia ⁊ debilitate sua sustinet. hoc autem est non solum propter infirmitatem ac debilitatem suam: sed propter quandam quodammodo contrarietatem quam habet ad bona spiritualia: hec autem ē innata corruptio qua eis aduersatur: ⁊ hinc est quod conualescentibus ⁊ proficientibus bonis spiritualibus hoc est gratiarum bonis ⁊ virtutum ipsa infirmatur ⁊ deficit. In sua vero puritate ⁊ in sue incorruptionis firmitate confortabitur vt predixi ex bonis spiritualibus future felicitatis vt pote in nullo discrepãs ab ipso spiritu in nullo tunc aduersans eidem ⁊ hoc dignum et iustum est vt cessante corruptione innatã que causa contrarietatis atqꝫ rebellionis istius sola est sit pax inter carnẽ re putatã ⁊ spiritum illa felicitatis glorie sublimatum.

¶ De loco iudicij.

Vallis iosaphat.

POst hec autem tentabo de ipso loco iudicij vniuersalis futuri quis futurus est. In quo reminisci debes sermonum ꝓphetarū qui de hoc aliquid locuti sūt: ⁊ expressit aliquis ꝙ in vallē iosaphat que ē non longe a hierusalem ciuitate famosissima. Verū hoc per methaphoram more ꝓphetico dictum esse forsitan quis opinetur quoniam vallis illa posse capere nullatenus videtur innumerabilē illam multitudinem omniū gentium de quibus non ē dubium quin in illo iudicio iudicāde sūt ⁊ mirabile etiā ē si medietas totius terre eas capere sufficiet. Sapientes vero ⁊ doctores gētis christianorum dicūt regem glorie iudicemq; omnium descensurū in aerem istum inferiorem: ⁊ ibi disceptaturum cum bonis ⁊ malis ⁊ laturum sētentias duas saluationes electorum ⁊ dānationis alioꝝ. Sūt autem hic questiones multe primo tamen credatur: aperiturus omnibus iudicandis ⁊ manifestū sit multitudinem illam longe plus ꝙ centum milia ꝑ circuitum esse occupaturā qualiter a tam longe distantibꝰ videri poterit ⁊ presertim in forma humana in q̄ credit iudicaturꝰ. Scd̄a ē cū discrepaturꝰ sit cū iudicandis sicut expsse cōtiet sermo ꝓpheticꝰ ⁊ lex xp̄ianoꝝ hoc euidenter contineat discreptatio autem nulla sit

Disceptatio summi iudicis.

nisi disceptās audiatur. Similiter ⁊ nisi sententie audiantur ab his contra quos vel pro quibus ferende sunt inuanū ⁊ insipientissime ꝓferentur. Dico igitur quia non per metaphoram imo iuxta planum littere disceptatio iudicantis ⁊ sentētiatio conuenienter intelligitur in terra enim fieri dicitur quod fit sup terram ⁊ non longe a terra. Saluum igitur ē planum litere per hanc expositionem licet in aere inferiori super vallem iosaphat ⁊ non longe a terra facturus ē ea que dixi etiam si non tota multitudo hominum in valle illa futura sit. Ibi enim discreptaturus est ⁊ iudicaturus iustus ille iudex vbi ⁊ futurus est tunc. Qualiter aut vel videndus ē a tam longe distantibꝰ hoc ⁊ omnipotentissime virtuti eius ad tribuendum est glorie tam visus ꝙ auditus electoꝝ ⁊ de hoc multa audiuisti in precedentibus. Et qui credit ipsū dedisse visum omnibus videntibus ⁊ etiam multotiēs cecis non potes dubitare quin facillimū sit ei cousq; clariorem ⁊ ampliorem dare quatenꝰ hoc reqrit iusticia ⁊ iudicium hoc autem ita dixi licet manifestuz sit omni intelligēti nullum esse locū difficultati apō ipsum: de damnatis autē non ē dubitandum quin et visibilem ⁊ audibilem eis se tunc exhibeat. hec enim pars non modica futura ē videlicet aspectus tremēdi iudicis quo tanto tempore cōtremiscent tanta eru

Nota

bescentia confundentur vt requiret tunc ⁊ magnitudo scelerum ⁊ feditas viciorum ⁊ maiestas terrifica iudicantis. ¶ Manifestum igitur est tibi per hoc qꝛ hoc requirit illud iudicium vt iudex vel sua virtute se malis atq; damnandis exhiberet visibilem ⁊ audibilem velut hoc operetur in visu ⁊ auditu eoꝝ. Unde ipsum tūc ⁊ videre valeāt ⁊ audire.

¶ His autem peractis disceptatione scilicet et sententiarū ꝓlatione nulla mora futura ē ⁊ executioni nec aliud restat nisi vt iudex in celeste palacium se

Questio.

recipiat ⁊ electam illam ⁊ preclaram familiam suaz in ipsum introducat ibidem cuz eo perpetuo regnaturam ⁊ gaudijs illis incogitabilibꝰ fruituram. Si quis autem querat vtrum totum celum vltimū qḋ sepe dixi tibi esse habitationem glorificādorum hominum ⁊ beatorum angelorum totum replendum an in aliqua eiusdem parte mansura ⁊ pars illa que sit an

Vacuum.

orientalis an occidentalis. an australis: an meridionalis difficile inueniet conuenientem ac certam rn̄sionem. Si enī totum celum illud quod magnitudine sua excedit celum stellaꝝ fixarum repleturi sunt glorificandi homines qualiter capiet infernus oēs dānatos. Iam enī alibi didicisti totam terram ī vltimitate paruitatis esse comparatione magnitudinis celi stellarum fixarum. Infernum autem multo minorē esse terre tota dubitari non potest. Cum manifestum

Infernꝰ vbi

sit ex p̄cedentibus ip̄m esse in medio terre ⁊ propter hoc partem ip̄ius terre non magnam hoc est neq; medietatem neq; quartam. De multitudine vero dānandorum omnis lex determinatum habet se ꝙ multo maior futura sit multitudine glorificandoꝝ. Non videt ergo possibile vt totum celum multitudo glorificandorum excessura sit nisi forte quis dicat eo tropo replendum esse celum hominibus hm̄oi quemadmodū diceret terra repleta hoibus aut pecudibus aut ip̄z celum stellatum stellis. hm̄oi enī sermones inueniūtur in libris autenticis videlz ꝓphetarum. Cum aūt intimius ac perscrutatius consideraueris sermonez hm̄oi videbit tibi occurrere itolerabilis absurditas ⁊ hoc est ꝓpter distantiam stellarum abinuicem: que enī sibiinuicem ꝓpinquiores videntur distant per multa miliaria. ⁊ hoc apparere potest facile ꝑ omnia instrumenta quibus inuenitur distantia stellarum ab inuicem. Si igitur tantis in trisitijs distātes in illo celo collocandi sunt magis dispersi apparebunt ꝙ congregati: vel etiam associati. Sed nec facile corda hominum hoc recipiant. Inter homines tanta sibiinui

Nota.

cem amicitia coniunctos tantas dispersionis distantias esse non penales. Cum de hoc semper sit apud amicos dolor querulus ꝙ ab inuicem sunt elongati. Si vero in parte celi collocādi sunt homines non est dubium si proximi inuicem futuri sunt. Quia magis apparebit celum vacuum ꝙ huiusmodi hominibus plenum. ⁊ hoc etiam apud homines turpe ac ignominiosum reputatur vt per ampla ac per magnifica palacia in parte sui maxima vacua super esset. Quantofortius igitur in illo preclaro nobilissimoq; palacio regis regum hoc indecens ⁊ turpe estimandum est. ¶ Amplius. Regalibus mensisatq; palacijs quis dubitat ignominosissimam esse paucitatem conuiuarum que autem est paucitas aut maior aut ignominiosior ꝙ illa que nec palacij nec mense partem centesimam occupare sufficit aut implere. ¶ Amplius. Iaz alibi didicisti per me quia felicitas

Felicitas.

illa per magnificum ē atq; opulentissimū conuiuium spiritualium epularum. Sic expresse legere potes ī lege christianorum ⁊ in libris ꝓphetarū hebreorum licet non adeo euidenter. Qualiter igitur ꝓ honore et gloria hoc ē prout decet honorem ⁊ gloriam tanti regis non erit ibi multitudo conuiuarū. Que autem multitudo decere potest magnificentiam ⁊ gloriam ipsius nisi que totum eius palacium implere sufficit et mensam eiusdem totaliter occupare. Et apud ho

Silitudo.

mines quidem quanta sit indecentia quantaq; deformitas mense etiam in parte vacuitas manifestum ē presertim cum ciborum tanta sit habundantia tantaq; ferculoruz varietas vt omni multitudini non solū sufficiant. Sed etiam ineffabiliter superabundēt. In hoc igitur non aliud video respondendū nisi quia decentia ⁊ decor maxime hic considerandus ē ⁊ plenitas

dinis intentio sp respondet ei cuius est: aliter enim dicitur domus plena conuiuantibus aliter hominibus. Non enim sic implentur conuiuantibus vt picerne et dapiferi aliique epularum ministri inter conuiuantes ad mensarum ministeria intercurrere non possint plenitudo igitur conuiuantium ministros epularum non excludit. Similiter cum dicis plenam domum hominibus non intelligis plenam a summo vsque deorsum neque enim ad hoc domus facta est vt sic repleatur hominibus. vasa vero aliqua ea intentione plena dicuntur videlicet cum a summo vsque deorsum nihil vacuum habuerint et si forte liquores aliqua euentatione indiguerint quoniam interdum liquoribus nociua est nimia plenitudo nihilominus vasa plena dicuntur vsualiter: licet aliqua particula eorum vacua sit cum plena fuerit iuxta congruentiam huiusmodi quam conseruatio liquorum requirit. Aliud etiam vides in omni rerum collocationibus quedam enim requirunt propinquitatem summam et hoc est contiguitas. Sicut dentes in multis animalium. quedam vero distantiam adinuicem vt manus vel pedes et ale et hoc est quoniam ipsa propinquitas et deformis esset et membrorum huiusmodi officia impediret. In structuris etiam et edificiis hoc idem vides quia colunne rectam requirunt distantiam abinuicem lapides vero in muris et parietibus per contiguitatem ordinantur et ibi etiam multe sunt interpolationes maxime si lapidibus variis aut preciosis fuerit edificium decorandum. Non enim omnes lapides marmorei eiusdem coloris simul in eadem serie ordinantur. Sed interpositis aliorum colorum lapidibus alternatim huiusmodi enim varietas et alternitas non parum pulchritudinis addit edificio. Iste igitur due cause videlicet necessitas siue vtilitas et pulchritudo ita operantur in rerum collocationibus et ordinibus et neutra appet nobis per aspectum in celo stellato. Quam decenter enim et quante pulchritudinis ordine sic locate sint stelle in illo non alia via probare possumus quam per sapientiam et bonitatem creatoris cui placuit celum illud indubitanter ordinare et decorare stellis. Utrum autem huiusmodi ordinatio stellarum necessaria est vel vtilis sit ipsi celo non est nobis perspicuum de necessitate autem et vtilitate earum apud res sublunares multa et in multis capitulis iam audiuisti per me. Nullatenus autem dubites quia si daretur nobis celum illud euidenter conspicere appareret nobis euidenter pulchritudo ordinis ipsarum stellarum. In collationibus vero hominum vides differentias multas vel in ordine secundum ante et post secundum superius et inferius. Uides et aliam differentiam secundum longe et prope. Magnates enim spaciosius sedere solent ab inuicem distantius quam plebes. Uulgus autem etiam apud nos esse consueuit in angustia et pressura. Et iterum vnusquisque magnatum cum comitatu suo collocari consueuit in maiorum palatiis. Reges etiam qui sugant ipsi et isto babiloniorum in babilone habebant habitationes suas et propria palacia abinuicem congrua remotione distantia. Et forsitan apud vrbem romam similiter se habuit res et verisimile est ad hoc specialiter edificatum fuisse palatium magnificum vt reges imperio romano subditi in eo cum ipso imperatore conuenirent et honorifice recipi possent. Quamquam autem principatus et potestatus huiusmodique officia hominum sint et sanctorum angelorum vtpote ibi nullo modorum necessaria cum ibi nec doctrina nec eruditione nec disciplina neque correctione siue cohertione opus sit tanta claritate sapientie illuminantur hominibus tanta compositione immo perfectione morum et virtutum vt illam vere gloria decorant; erunt tamen ibi gradus varii meritorum atque similiorum spaciaque varietas tam in sanctis et beatis angelis quam in glorificatis hominibus et sic hic apparet in gente christianorum in qua diligenter considerantibus et talia intelligere valentibus prout possibile est inuita ista mira resultat similitudo ciuitatis illius nobilissime ac preclare cuius edificium ex predictis angelis et hominibus tunc erit in sua pulchritudine atque perfectione consummatum. Sic erit ad decorem ciuitatis eiusdem varietas similiorum et gloriarum. Sicut modo est varietas ordinum et professionum ad decorem ipsius gentis christianorum. Neque diuersitas professionum contrarietatem habet repugnantiamque decorem in toto suo vel deturpet vel minuat aut aliquatenus impediat: immo auget et quod minus est ista varietate et in ista consistit pulchritudo totius. Sic neque varietas membrorum aut officiorum ipsorum ledit vllo modorum pulchritudinem totius corporis humani. Similiter neque varietas virtutum aut operationum pulchritudinem animarum humanarum quin potius illam exornat perficit et componit. Sic se habitura est in totalitate ciuitatis illius speciosa illa gloriarum varietas. Quemadmodum et celestes imagines ex quibus duodecim signa nominantur ipsum celum stellarum tamque miste ex illo abinuicem multum distent distinguunt atque decorant. Sic illi supercelestes ordines celum illud vltimum in quo collocandi sunt incogitabili pulchritudine decorabunt. Nec dubitandum est tibi quia in celo saturni non indecenter collocata est stella vnica et in sequentibus celis similiter nec vllo modo arbitrandum tibi quia tanta vacuitas a stellis deturpet aut deformet vllo modorum aliquod ex celis huiusmodi quemadmodum neque paucitas oculorum corpora hominum aut aliorum animalium quia sola frons in hominibus oculis ornata est totum vero residuum corporum humanorum vacuum est ab oculis non deformitas est eorum immo decor atque decentia. Sic et quia in fronte draconis sola carbunculum gignit natura: totum vero residuum corporis eius vacuum reliquit a gemma huiusmodi et ab aliis. Nemo autem est qui hoc imputare possit ad deformitatem. Sic et de celo vltimo ac nobilissimo quis existimare prohibeat vt parte eius modica comparatione totius repleta sanctissimis ac beatissimis ciuibus illis maior eius pars vacua ab eis absque vlla indecentia ac deformitate remaneat quamquam et ignotum nobis adhuc sit an pars eius aliqua aptior sit immo specialiter aptata habitationi huiusmodi quam alia: in eodem enim regali palatio mansiones multas et officinas esse. Et eo fortius in illo tam magnifici regis palatio multas mansiones esse multasque amplitudine nec multorum tamque variorum meritorum ciues collandi sunt. Si quis autem dicat quia celum illud simplex est et vnius nature per totum: et ideo non habens diuersitatem mansionum attendat homo huiusmodi quia in aere et in aqua inueniuntur diuersitas secundum rarum et densum subtile et grossum licet sint corpora simplicia. et nisi etiam non apparent vtilitates aut necessitates similes eis quas requirit tanta varietas tantaque multitudo inibi collocandorum. Et si dixerit quis quia nihil ad gloriam sanctorum angelorum attendat huiusmodi homo quia multum pertineat ad animarum gloriam nobilitas et tota gloria corporum suorum que et si in multis operationibus multis virtutibus deseruient animarum: habitationes tamen earum siue receptacula esse non dubitantur. Attendat etiam regum antiquorum gloriam non modicam reputatam thronos aureos lectos eburneos palatia deaurata multaque varietate preciosorum lapidum decorata omnemque ambitionem vestium cortinarum velorum quorum nec vel corpora cupiunt vel per se corporibus cupiunt. Quin potius anime sunt que ista desiderant et delitias in

Nota.

Varietas decorem addit.

Aduerte.

Decor ex varietate.

Simile.

Carbunculus in fronte draconis.

Rarum et densum in aere.

bis gloriamq3 suam sentiunt vel somniāt poti⁹ vt se
pe audisti. Si vo dixerit quoniam animabus hūa-
nis dum in corporib⁹ sūt talia vtrumq3 cōgruūt hoc
est corpales vel delitie vł glorie ⁊ cetera que nomi-
naui. Ad āgelos vo sactos incorpales ⁊ abstractos
nihil ptinet de huiusmodi corpalib⁹. Dico tibi quia
respōsum ē in p̄cedentibus de hoc. Addam autē hic
aliqua. Dico igr̄ q3 smo iste adhuc deducit istum er
roneum vt dicas ad creatorem benedictum nihil pti
nere de celo vł de toto mūdi corpei multitudine de q̄
non ē dubium quin eam inhabitet ⁊ replicat put de
cet huiusmodi ihabitatio magnificētiam glorie sue
⁊ isti sunt smones autētici ppħetarumq3 creator be
nedictus in celo ē ⁊ habitat ⁊ celum ⁊ terram ip̄e im
plet. Sermones etiam antiquoꝝ philosophoꝝ sunt
mūdum corporeum eē habitationē deoꝝ ⁊ hominū.
Miror aūt si homo hmōi audiuit smones vulgaris
simos quibus dicit̄ deum habitare in hominib⁹ ⁊ etiā

Mūdus qd

in templis: ⁊ de hoc aliqd audiuisti in precedētibus.
Scito igit̄ q3 habitatiōes communiter fiunt tribus
de causis in reb⁹ corpalibus vel in locis. Primū p
pter indigentiam inhabitantiū q̄ ob causam habi-

Habitationes i locis cur.

tant in domib⁹ ⁊ volucres i nidis ⁊ feraꝝ multa ge-
nera in speluncis vt p hec protegant̄ ab incomodis
frigoris hymbrium ⁊ ventoꝝ. Habitāt etiam aues in
aere ⁊ pisces in aq̄s ppter indigentiam vite siue ne
cessitatē sicē scis. In turrib⁹ vo ⁊ aliis munitionibus
habitāt ob aliā necessitatē sc3 ppt̄ rapinaꝝ atq3 bel
lorum pericula. Secūda vo causa ē indigētia loco
rum ⁊ reꝝ que inhabitant̄ ⁊ hoc modo habitat deus
in hominib⁹ nō propt̄ indigentiā suā cui⁹ plenitudi
ne ⁊ diuitiis omnia indigent ip̄e vo nullo omnino.
Indigēt q̄ppe homines tali ⁊ tanto ihabitatore cū
ex ei⁹ p̄sentia ⁊ inhabitatiōe influat i eos quicquid
boni habēt: siue illud sit nature siue gratie siue glo-
rie siue etiam spale aut corpale bonum. In templis
vero qm̄ templa ppter dei honorē ⁊ gloriam sunt et
propter sanctificationes aliasq3 spirituales vtilita
tes hominum habitat deus propter vtilitates ho-
minum similr̄. Deꝰ eñ ibi honorat̄ ⁊ glorificat̄ non
sua vtilitas ē s3 hominum. Sicut q3 sol videt̄ nō vti

Honoratio dei vtilitas aiaꝝ atq3 p-fectio

litas ipius ē s3 videntium. Sic ⁊ dei glorificatio seu
honoratio tota pfectio animaꝝ nr̄arum ē ⁊ hominū
presertum cum fuerit in vltimitate sue ꝯplectionis
q̄ ē felicitas futura. Tertia vo causa ex duab⁹ istis
composita ē ⁊ hec ē causa habitatiōis animarū no-
strarum in corpib⁹ nr̄is ⁊ anime eñ corporibus indi
gent ppt̄ multas opationes atq3 pfectiōes ⁊ corpa
animab⁹ ppter vtilitates mltiplices que notissime
sunt ⁊ q̄s nec nominare op⁹ est nec nūerare. Etsi igr̄
creator benedictus nec celo nec hominib⁹ nec tēplis
indigeat nec aliqd ei ex habitatiōe hmōi reꝝ accres
cat: celo tamen ⁊ hominib⁹ ⁊ templis mlta ⁊ magna
ex inhabitatiōe creatoris aduenīūt que alibi didici
sti ⁊ hec ē causa inhabitatiōis ei⁹ in his. Sic et san-
ctis angelis ⁊ si nihil eis ex habitaculis suis vel re-
ceptaculis suis que habēt in celo ēpyreo accresceret
vł adueniret ppter vtilitatem aliquā ipoꝝ recepta

Notā.

culorum ihabitare tnibi possēt tātus q̄ppe ornatus
tāq3 creatori honorific⁹ tāq3 associans sibi homini-
bus iocund⁹ vł vtilis posset eē ex p̄sentia ⁊ in habi-
tatiōe sāctoꝝ angeloꝝ. vt merito ipa propt̄ hec i hi
tāre deberēt quēadmodū narrat lex hebreoꝝ q3 āge
lus p̄cedebat exercitū eoꝝ in columna nubis quā
⁊ p̄sentia sua illustrabat a pte ipoꝝ a parte vo egy-
ptioꝝ obtenebrabat vt hebrei in lumine egyptii vo
i n tenebris ambularēt. Sunt alii ornat⁹ q̄ luminis
⁊ hoc feci tibi in p̄cedentib⁹ aliquā mentionem.

¶ Quia vo terra deteriorata ē ⁊ maledictio-
ne quadā a creatore dānata ppt̄ peccata p̄mo꜄ hominum sicut narrat liber p̄m⁹ legis hebreorum non

Terra deteriorata: propter pctā p̄moꝝ parentum.

leue neq3 inualidū argumentū ē credentibus legis il
lius latori terrā liberādam a maledictione hmōi cū
causa hmōi maledictiōis oino cessauerit hoc autē ē
dicere vt spinas vł tribulos ampli⁹ non generet.
Similit̄ ⁊ in melius ipam reformādam q̄ ab initio
cōstituta fuerit ppt̄ causā ꝯtrariam fortiorē. Si eñ

Justitia creatoris.

apd̄ creatoris iustitiam peccatū illud hoc potuit vt
terra maledictionē istā icurreret vt spinas et tribu-
los in penam hominibus generaret: panem vo nō
sine labore ⁊ dolore multiplici tantofortius apd̄ bo
nitatem ipius atq3 misericordiā. Vtus ⁊ gratia ho-
minum ne dicā gloria nec poterit non solum vt resti
tuat̄ ad statum p̄stinum s3 etiā vt in meliorē ac nobi
liorē reformet̄ qualisq3 ille sit ppt̄ hoc ppetua virētia
⁊ amenitate venustādā eē terrā credit̄ a gēte xpiano
rū. Aū ⁊ florib⁹ imarcessibilib⁹ ppetuisq3 viror̄ gra
minib⁹ a mltis credit̄ exornāda. De lignis aūt arbori
b⁹ nihil expssef̄t q3 ad nos puenerit smōes autētici.

¶ Cū autē ista credulitas firmata ē in gente
xpianoꝝ p sapiētes eoꝝ q̄s theologos vocant vide
licet q3 si primi homines non peccassent in paradiso
terrestri tota posteritas eoꝝ remansisset ibidem
permansura vsq3 ad p̄finitū tēp⁹ a creatore q̄ trans
ferenda erat in paradisū ⁊ cōsortiū bonoꝝ angeloꝝ.
Consequenter creditur habitationem istā nō patriā
naturalē eē hominū: s3 magis exiliū. et ob hāc causā
tot ⁊ tātis miseriis ⁊ erūnis obnoxiam ⁊ aspersam.

Originalis corruptio.

Quia igit̄ primis non peccantibus cessasset origina
lis corruptio que causa radicalis est vitiorum cōse-
quentum ⁊ peccatorum nullus nasceretur vel postmo
dum efficeretur peccatorum. Quare habitatio ista
nec deseruiret hominibus vt patria cum i ea nullus
nasceretur nec deseruiret vt exilium: cum in ea null⁹
exulare mereret̄. Animalia vero ⁊ alia vegetabilia
que in vsus solos ⁊ vtilitates hominum creātur. Si
militer metalla lapides ⁊ gemme nulli vsui vel vtili
tati hominum in ea deuenirēt: sed nec alibi de serui-
tura essent: quoniam nec in paradiso terrestri cu3 ibi
nulla esset penalitas nulla indigentia tibi per ea oc-
curreret̄. Quis igit̄ esset vsus quis status istius ha
bitatiōis si primi hoies non peccassent. Sequit̄ igit̄
ex his non moleste ferendum esse philophantibus.
Si ignorāt statū hitatiōis isti⁹ q̄ indubitant̄ erit nālis
nobilior ⁊ ppter hoc eēoꝝ occultior qm̄ ip̄e stat⁹ nālis
q̄ physicis ē iuestigatiōib⁹ vicinior: n̄ p̄t eē p philoso
phaim vsq3quaq3 pspicuus. S3 illud idubitanter te
nendū est q3 hmōi stat⁹ talis erit ⁊ gloriā creator̄ de
ceat ⁊ future pfectioni vniuersi corporei congruat.

¶ Si quē aūt forsitan moueat vis gñatiua ter

Virt⁹ generatiua.

rarū ⁊ aquarū q̄ ppetuo ociose esse videbunt̄: ⁊ ideo
inutiles. Rñdeo in hoc duobus modis. Primum q3
vsus vt iā p̄dixi tibi virtutis gñatiue nō erit vlterius
necessarius: vsus dico ꝯsuet⁹ nec in hoibus nec i aliis
⁊ causas in hoc iam audiuisti in precedentibus.
Secundo quia nouissima generatio in vegetabilib⁹
l3 vnica futura sit nobilitate sua ac perpetuitate nō
solum cōpensabit immo etiam superabit icompabi
lit̄. Cōtra somnia vo stultorum atq3 deceptorum q̄
inueniunt̄ in gente sarracenoꝝ qui vsum et vtilitatē

virtutis nr̃e generatiue futurā i sola voluptate car
nali cōstituūt in alio tractatu audiuisti per que suf
ficienter ⁊ euident̄ destructa sunt ⁊ hoc ē quoniā vo
luptas huiusmodi paradisum spiritualē nullo mo
dorum sustinere potest ibi etiam declaraui tibi q̄ ne
q̧ regio corporalis etiam solas spurcicias egestio
num aliarumq̧ immūdiciarum q̄ huiusmodi errorē
sequent̄ capere nullaten⁹ sufficeret etiā si esset celo
vltimo centies milies maior

Status mūdi iferioris ¶ Reuertar igr̄ ad id in quo eram ⁊ dicam q̄d
status mundi iferioris terreni futur⁹ post famosum
illud ⁊ vniuersale dei iudicium nondum ē inuentus
per me vel per alium cuius inuētio ad me peruene
rit certitudine determinata. In vniuersali ꝟo prout
traditum est genti xp̄ianorum a patrib⁹ inueniri po
test p vias q̄s in precedentibus audiuisti q̄d erit idu
bitanter speciosior atq̧ prestantior q̄ꝫ modo sit terris
laborib⁹ humanis ⁊ agricolationibus omnino non
indigēs ⁊ omne gen⁹ hominum cessabit ab huiusmo
di laborib⁹ deinceps hoc ē ab expleto predicto iudi
cio ⁊ cōcordat in hoc lex hebreoꝝ ⁊ credulitas sapiē
tium quia manifeste intelligunt ab ip̄o legis princi
pio hoc primo homini īflictum fuisse laborem agri
colatiōis quando dictum ē ei ab ip̄o creatore. In su
dore vultus tui pasceris pane tuo. Intelligunt etiā
euidēter ex eodem legis capitulo terram ab huius
modi maledictione damnatā qua indigeret labor
agricolationis.

¶ Si quis autem querat cuiusmodi vsui vtili
tati deseruitura ē status illius preciositas atq̧ pre
stantia secundum opinionem philosophoꝝ: facilis
est responsio vez quia perfectioni deseruient vniuer
si spiritualiter autem perfectioni vniuersi corporei
qua nullo modo tamen decz negligere creatorem alias
autem vtilitates audiuisti in p̄cedentibus. Sed de
hoc vez de ipsā parte terre tota q̄ extra paradisū ter
restrem eē dinoscūtur hos vsus vł vtilitates hitur a
erat si p̄mi hoīes peccassēt ⁊ cui⁹ etiā statū: cū statū
p̄ntē statū maledictiōis ⁊ nō statū sue p̄me ꝯstitutio

Responsio. nis seu conditionis esse appeat ex lege hebreorū. Re
spōdeo in hoc q: reuera lōge nobilior q̄ꝫ iste sit atq̧
perfectior de vsib⁹ ꝟo ⁊ vtilitatibus ip̄ius planū est
iuxta opinionem philosophorum vt dixi planū etiā
est iuxta communem fidē ac veritatem q: status ille
deseruiret glorie creatoris ⁊ appet in eo iuxta possi
bilitatem suā largitas ac redūdātia bn̄ficētie creato
ris. Iā etiam dixi tibi in p̄cedentibus de venis auri
⁊ argenti ⁊ venis omniū metallorum ⁊ de lignis seu
arboribus ⁊ fructibus earum quibus omnibus ne
mo vtit̄ qualiter seruiunt glorie creatoris ⁊ de oīb̄
bus aliis huiusmodi. ¶ De statu sanctorum

De statu ꝟo future glorie sanctoꝝ ange
loꝝ ⁊ sāctorum hominum: q̄ten⁹ ⁊ qua
liter similis futur⁹ ē eternitati dixi ti
bi q̄d potui. Ubi posui tibi multa causa
exercitatiōis ⁊ vt appet tibi insipientia
eoꝝ qui spē glorie illi⁹ in dei electis: ⁊ dilectis homi

Nota nibus velut inanē irridēdā ⁊ vacuā ⁊ vt etiā cognos
sceres q: et suasiōes habes p̄ista ⁊ desēsiōes quales
possibile ē in reb⁹ tā arduis ⁊ a nr̄a cōsuetudie tam
remotis tamq̧ distātib⁹ inueniri. In omnib⁹ autem
sermonib⁹ meis de reb⁹ hm̄ōi ⁊ de aliis rebus diui
nalib⁹ ac intētiōe ⁊ moderatiōe loq̄r vt i nulla opi
nione vel iesse fixus ⁊ immobilis nisi q̄tenus dei au
ctoritas ⁊ patrū doctrina atq̧ testimonia me astri
gūt. Si igr̄ vel ꝓpria inuestigatiōe vel cuiuscunq̧
alterius declaratiōe alit̄ se habere ꝟitatem inuenero
me alit̄ sēsisse dolebo ⁊ ꝟitati semp adherere stude
bo hoc eni ꝟe ac recte philosophātis ē intētio vt a
dep̄hēsa falsitate stati recedat et errasse se doleat
atq̧ inuētā ꝟitatē cum gaudio āplectat̄ ⁊ hoc maxi
me i reb⁹ ad ꝟitatē religiōis ptinētibus. Diligent̄
igr̄ ac p̄scrutate itēde in his q̄ in p̄cedentibus sūt di
sputata ꝯtra errorē aristotelis de eternitate mūdi cō
sidera etiā studiosi⁹ de fine sine affinitate tēpis si for
te alit̄ se haberet ꝟitas inueniri possit. Simil̄r ⁊ de
perfectiōib⁹ futuris viriū exterioꝝ animaꝝ nr̄arū:
futuris i statu glorie illi⁹ vbi videt̄ magis abscōdi
ꝟitas quā vtinā tibi reuelet de⁹ ⁊ mihi p̄te omnino
ei p̄iculosū ē i rebus inuētis tā difficilib⁹ ⁊ de qui
bus nihil habem⁹ traditū a patrib⁹ aliquid temere
affirmare.

¶ De statu ꝟo mūdi suplunaris cōtinentis ce Mūd⁹ suplunaris.
los mobiles nouē q̄ reuera melior q̄d⁹ sit ⁊ q̄ eis no
uus decor addēdus sit splēdorq̧ luminariū adauge
d⁹ ⁊ ꝓphete hebreoꝝ insinuare videt̄ et doctria chri
stianoꝝ doctorū affirmat et causas in hoc audiuisti
errores quas mihi possibile fuerit ire sz ⁊ de tempore
postq̄ cessauerūt mot⁹ celoꝝ stellariūq̧ ⁊ luminariū
iuxta doctrinā xp̄ianoꝝ cū in celis tēp⁹ sue locū non
habeat nec i terris aut aquis cū nulla i eis mutatio
remāeat. Sz de iferno ꝓpt varietatē ⁊ multitudinem
tormentorum multis visum est tēpus ibi futuꝝ esse.
Causa autem hm̄ōi opinionis apud eos est creduli
tas qua credunt nec oīa simul esse vel aliquid eorum
totum. Uez si quis dixerit ea simul futura ⁊ omnia
⁊ vnumquodq̧ totum simul futurum in oībus eis q̄
post iudicium ibi futuri sunt. quēmadmodum par
tes future felicitatis ⁊ omnes ⁊ tāta simul esse i glo
rificandis non videbitur errare multumq̧ periculo
se neq̧ improbabiliter dicere: hec aūt quoniam com
pleta videtur futura esse infernalis illa damnatiōis
miseria: ⁊ quēadmodum ⁊ completa futura esse vide
tur ꝓmissa sanctis felicitas: neutra autem earum cō
pleta fore videt̄: si non omnes partes suas simul ha
buerit ⁊ de hoc nullā aggrediaris contētionem: quo
niam nullum est periculum in hoc nisi sermo aliquis
autenticus econtrario habuerit cum nullatenus con
tradicendū tibi. Tunc ei vere ac recte prophetamur Uera ꝓphetia.
cum veritatem sanctis ⁊ sapientibus diuinitus reue
latam vel per eos aliter declaratam vel defēdimus
vel astruimus vel cum ipsam non declaratam alias
prout nobis possibile est declaramus ⁊ intelligibilē
facimus. ¶ Tractatus de prouidentia.

Post hec autem aggrediar loqui de guber
natione vniuersi corporei ⁊ maxime quan
tū ad res humanas ⁊ ip̄os hoīes ⁊ hoc est
q̄m circa hoīes ipsos ⁊ res hūanas magis
errant ⁊ p̄iculosius ⁊ errat adhuc a multis. Ip̄i etiā
phi hebreoꝝ parū intelligētib⁹ dubitasse videri p̄nt
de cura ⁊ ꝓuidentia creatoris ⁊ hoc legere potes i li
bris hebreoꝝ. Nonnulli etiā ex nobilioribus poetarū
interdū dubitasse se scripserūt in libris suis poeticis.
Proponā igit̄ in p̄mis tibi q̄stiones q̄ sunt circa hec
⁊ tēt abo determinare illas q̄m ex sciētia scz sapiētia
hi sciētia ē gubernatiōis dei altissimi: sicut audiuisti De ꝓuidentia.
ex sermonib⁹ Auicēne. Harū igr̄ q̄onū p̄ma ē an cu
ret creator bn̄dictus ⁊ sublimis vniuersa ⁊ singula ⁊
de vniuersis et singulis. Scd̄a qualit̄ curet de malis
que iustis ⁊ sanctis hominibus accidunt in hac vita

ꝛ de aliis q̄ circa hanc questionē sit vez qualiꝰ ꝛ qua
vtilitate vel vsu sustineat hic florere malos florere i
ꝙ potentiis diuitiis delitiis. Similiꝰ q̄ vtilitate vel
fructu sustineat bonos affligi hic et etiam opprimi
in malis ꝛ ipos malos dn̄ari malis ꝛ multiplici ty
rannide atqꝫ violentia grassari in eos. Post hec de

Fatum.

ipo malo an p ꝓuidētiam creatoris ipsius eueniat
loquar etiam hic de fato ꝛ fatis a quibꝰ dicunt fata
ri homines vel eē fatos ꝛ hic sermo valde vulgaris ē
ꝛ valde antiqs. loqr etiam de his q̄ vocanꝰ apō poe

Parce poe
tice.

tas pce ꝛ nominantur ab eis clothos lathesis atro
pos. ꝛ faciam te scire de prescientia ꝛ ꝓuidētia crea
toris qualiter ex eis non sit rebꝰ cōtingētibus neces
sitas nec p eas vllo modorum impediꝰ vł ꝓhibetur
nostra libera voluntas neqꝫ arctatur vel constringi
tur nr̄a libertas quantum ad velle ꝛ non velle: face
re ꝛ nō facere nisi q̄tenꝰ et quibꝰ modis oñdā tibi.

¶ Scito in pmis ꝙ differt intētio prescientie ab

Intētio pre
sciētie ꝛ pro
uidentie.

intētione ꝓuidentie qm̄ intentio pscientie amplior ē
ꝛ extensa tā sup bona ꝙ sup mala futura eque enim
pscit creator benedictus mala ꝛ bona ꝛ ecōuerso. In
tentio vo ꝓuidentie restrictior ē ꝛ non cadit nisi su
per bona futura. Communiter enim sola bona ꝓui
deri dicunꝰ. Nemo enim dicit ꝓuidere malum vel si
bi vł aliū prouidet enī qui cōsulte intendit aliquid fa
cere vel vt aliquid fiat. Mala vo non intēdunꝰ con
sulte siue circumspecte immo per errorem. ¶ Amp.
Qui prouidet aliqd ꝓcurat aliquo modo et inten
te vt illud fiat vel eueniat. Non autē ē bonitatis di
uine intentio vt mala eueniant vel fiāt maledico cul
pabilia. Sz neqꝫ eiusdem bōitatis ē ꝓcurare vt ma
la huiusmodi fiant vel eueniāt. Quare manifestum
est mala non eē ꝓuisa a creatore. Sicut neqꝫ consul
te ꝓcurata quāq̄ dubitare nō debeas oīa ꝛ bona
et mala pscita eē ab eodem ꝛ pcognita ac preuisa ꝛ
est intētio mea hic de malis culpabilibus. Prosequr
igitur pmam questiōem. Dico igitur quoniam vni
uersa ꝛ singula curat creator ꝛ vniuersa ꝛ singula bo
na nec non ꝛ mala quorum duo sunt genera culpa

Aduerte.

bilia scz atqꝫ penalia licz modo diuerso hoc autem ē
videre p partes easdemqꝫ q̄ sunt ab ipso per creatio
nem dubitari non potest quin curet. Cum eis scienꝰ
ꝛ esse tribuat ꝛ cōseruet non enim modica est ista cu
ratio. Qz si dixerit quis quia postq̄ dederit eis eē
dimittit ea sibimet non ea de cetero gubernans vel
curans vlteriꝰ. attende errorem istum quo multi se
inuoluerunt aut nec ator rebus huiusmodi dedit vi
res siue virtutes quibus seipsas regere seu guberna
re sufficerent absqꝫ ampliori cura creatoris aut nō
Si sic ꝛ hoc fecit vtiqꝫ scienter et proinde per proui
dentiam igitur eiusdem reguntur cum per curā seu
prouidentiam eius factum sit apud eas vnde se re
gerent hoc enim habent ex cura et prouidentia ipsi
us vt seipsa regant atqꝫ gubernant. Exemplū autē
huiusmodi rei euidentissimum est in illo qui volens
regere per se filium suum elegit ei ꝛ dedit rectorem
instruens ipsum q̄liter filium regeret et limitans ei
certis mandatis et regulis filij gubernationem. In

Nota.

hoc igitur exemplo manifestum ē quia pater non di
misit filium sibiipsi immo potius regēdum commi
sit rectori istructo ab ipso. Nec dubitare pōt quisq̄
quin pꝰ curet filiū nec quis audebit dicere ꝙ negli
gat ipm vel neglexerit. Illa qppe nō curari dicūtur
q̄ negliguntur. ¶ Amp. Uires hmōi seu virtutes q̄si
gubernacula sunt quibus res ipe regūt se secūdum

hoc. Nullus aūt ex gubernatoribus nauium negaꝰ
gubernare nauem cuius tenet gubernaculū. sed dici
tur eam gubernare per gubernaculum. Si igꝰ hmōi
vires tenet creator q̄ gubernacula sunt rerum hmōi
qualiter negabiꝰ res huiusmodi gubernare? ¶ Amp.
Qui regit rectorem aut gubernat gubernatorē incō
ꝙ rector aut gubernator est indubitanter regit ꝛ gu
bernat id qd regiꝰ aut gubernaꝰ ab ipso. Gubernacu

Nota.

la eni nauiū regunꝰ ꝛ gubernanꝰ a rectoribus ipaꝝ
ꝛ hoc p manꝰ eoꝝ tanq̄ p q̄dā gubernacula: sed ꝛ ma
nus ipe p musculos cordas ꝛ ligamia: ꝛ hec itez p vi
res motiuas ita donec veniaꝰ ad sapiētiā gubernātē
qui est gubernatiuus p se ꝛ gubernatore alio non indi
gens si vera ꝛ perfecta est. Et iuxta hunc modū se ha
bere necesse ē in sapientia creatoris q̄ est gubernās
ꝛ dirigēs p se ea que imediata sunt apud ipsam: ꝛ p
illa imediate ꝯsequentia: ꝛ ita donec veniaꝰ ad vlti
ma gubernata a creatore. Si qs ergo dicere voluerit
qz non oīa creata regunꝰ a creatore imediate hoc est
per se solū non ꝯtradico cū innumerabilia regat p re
ctores tam spūales q̄ corpales. Multi eni ex homi
nibus rectores sunt alioꝝ ꝛ multi ex angelꝰ psūt aliis
ꝛ etiā hoībus ꝛ in animalibus etiam inueniꝰ in mul
tis generibus ꝙ parentes regunt filios ꝛ erudiunt.
Sicut aquile erudiunt filios suos ad volandum ꝛ ac
cipitres similiter. In volatu etiam multe aues ducē
sibi pficiunt vt grues. ¶ Amp. Huiusmodi vires aūt
egent naturaliter rectore aut gubernatore aut non.
Si egent aut ꝓuidiꝰ eis creator aut non ꝓuidit. Si
non ꝓuidit cum egerent relinquit igitur eas casui ꝛ
temeritati eas igiꝰ periclitari scienter voluit: quare
ad casum siue ruinā ꝛ piculū eas ꝯstituit. Qz si pro
uidit eis rectores vel rectorē ꝙ indubitanꝰ sapiētie
eius ꝛ bonitati congruit. Qz si ꝓuidit eis rectores
vel rectorem tūc vel se rectorem p se ꝛ immediatum
aut errores alios et p eos ex necessitate regit illas.
Manifestū igiꝰ ē ꝙ in eis que p creationē sūt a crea
tore locum habz cura ꝛ gubernatio ipsiꝰ. ¶ Amp. Il
la nobilissima sūt in creaturis rationabilibꝰ. Similiter

Corpalia.

ꝛ corporalia q̄ sūt ab ipo sūt p creationem nobilissi
mam sunt in corporalibꝰ sunt. Intelligo autē de cor
poralibꝰ q̄ mere corpalia sunt. Si non curat igiꝰ ea
que nobilissima sunt multo fortiꝰ nō curabit ignobi
liora ꝛ sic nihil omnino curabit in vniuerso. Si eni
nobiliora non curat multo minus ignobilissima ꝛ si
suprema multo minꝰ neqꝫ media neqꝫ infima. ¶ Am
plius. Omnis creatura indiget cura ꝛ gubernatiōe
creatoris q̄tum ad conseruationem sui i suo eē. Qz
si dixerit quis animalia q̄ conseruant suum esse per
nutrimentum non indigent ampliori cura creatoris
sz sufficit eius natura quoniam q̄ cito natus est pul
lus scit currere ad vbera matris et inde suggere lac.
Similiter ad pascendas herbas ꝛ ad alia nutrimen
ta sumenda non indigent duce vel preceptore: ꝛ pro
pter hoc sufficiunt sibi ad cōseruationē vite sue quā

Nota.

q̄ iam remouerim illud in precedentibus addam et
alia ad id ipsum amplius et lucidius renouandum.
Dico igitur quia natura que docet animalia sic ali
menta pquirere ꝛ vitā suare gubernatrix ē eoꝝ hoc
aūt dedit eis creator sapiētissimꝰ ꝛ ad hoc dedit vtiqꝫ
vt ab ea ꝛ p eā sic gubernarenꝰ. Reddit igꝰ iste sermo
ad hoc vt ꝯfiteaꝰ qui hoc dicit creatorem gubernare
hmōi animalia sz p mediū rectorē aliū videlicet na
turam p naturam huiusmodi qui autē cōfiteꝰ crea
torem curare ꝛ gubernare aliquid scz p mediū recto

rem et gubernatorē alium nō destruit curā aut gubernationem creatoris sed magis declarat eam.

¶ De motib⁹ autem celoꝝ stellarum ꝙ et luminarium et de vicissitudinibus temporum et de generationibus et corruptiōibus que vicissitudines temporum sequūtur ꝓpter curam et prouidentiam creatoris sunt iudicia manifesta intelligētibus vtilitates que inde ꝓueniunt hominibus et aliis animalibus q̄ nullomodo ꝓuenire possēt nisi ꝑ curam et ꝓuidētiam creatoris. Inutilitˀ eñ huiusmodi hoc est homines et alia animalia atq̧ vegetabilia creasset creator si non eis alimēta et alia sine quibus durare non possūt ꝓuidisset. Exemplum autem huiusmodi est in architecto q̄ non solum inutiliter sed etiam insipienter edificasset domum corruendo per se statim si nō eidē fulcimenta quibus stabiliretˀ adiecisset frequentia similitˀ siue perpetuitas et vniuersalitas iudicia certissima sunt cure et ꝓuidentie et remouēt casum et temeritatem quemadmodum dixi tibi in precedentibus q: mors accidit hominibus vniuersalitˀ et sp̄ ꝙdiu sunt hic: hec igitˀ duo sunt iudicia certissima ꝙ ꝑ curam et prouidentiam creatoris mors ē in hominib⁹. Econtrario vero raritas atq̧ particularitas iudicia sūt certissima casus et temeritatis quātū ad nos. Quantum autem ad creatorem neq̧ cas⁹ neq̧ temeritas aliquid ē et istud tibi attendēdum ē diligenter in omni genere animalium generatio enī pedum alaꝝ et etiam plumarum in omnibus animalibus q̄ naturaliter habēt membra huiusmodi vł ad munitas sicut plumas et squamas ex necessitate per curam et prouidentiam est creatoris quoniam perennis ē vt ita dicam hoc est durans quantū creator hic eē animalia prouidit. Est etiam vniuersalis vnicuiq̧ generi animalium hmōi. Sic se habet et generatō pilorum in illis partibus animalium in quibus cōsueuerint generari. Curam dico intelligentiā vt mediam vel immediatam: vel mediatam vel immediatam. Multofortius igitur motus celorum tam frequens et tam immutabilis erit ꝑ curam et ꝓuidentiā creatoris. ¶ Amp. non potest dubitari quin creator preuiderit siue ꝓnouerit quid boni vel esset vł haberet motus celoꝝ et quid ꝓpter illud dederit virtutes ad hmōi motus prouidit igitˀ motum celis cum illū procurauerit ꝓpter bonum vel qđ ē vel qđ ex eo hꝫ vel qđ ex eo ē hoc autem eē per curam vel prouidētiam vt predixi tibi. Est igitˀ hmōi motus ex prouidentia q̄re et omne id qđ per se naturaliter ex eo sequitur quare dies et nox et generationes et corruptiones vernales et autumnales hyemales et estiuales et vicissitudines ipe temporuꝫ quattuor. Utilitates aūt iste note sūt nobis multofortius igitˀ creatori. Quoniam igitˀ intētio sapientis ē intēdere in opere suo oē bonum et omnē vtilitatem que ꝓuenire debꝫ aut potest ex ope suo erit hec intētio multofortius creatoris sapiētissimi. Quare oē bonū qđ ē vel debet eē ex quibuscūq̧ opib⁹ eius est ꝑ intentionem ipius. oē autem bonū ad op⁹ eius ē aut ex opere ei⁹ oīne igitˀ bonū ē ꝑ intentionē ipsi⁹ et effect⁹ ei⁹ vł mediat⁹ vel imediat⁹. q̄cquid aūt ē creatū ab eo ē creatū ꝑ sapiētiam eius et ꝓpter hoc omne bonū ē prouisū ab ipso et per curam ac ꝓuidentiā ipsi⁹. Scito aūt quia ytalici phi ꝓdictis iudiciis vsi sunt ad declarādā curaꝫ et prouidētiā creatoris circa vniuersū corporeū et circa corpalia que generantˀ et corrūpuntˀ sub circulo lune. Uerū nō potuerunt ꝑ has vias extendere curā et gubernationē creatoris vsq̧ ad singula pticularia vt eñ generetˀ hoc granū frumēti vel corrūpatˀ ꝑ curam et gubernationē creatoris nullo modoꝝ videtur declaratū per vias istas. hoc autem est quoniā nō ē patefactū ꝑ eas ꝙ cura et gubernatio creatoris sit imediate circa hmōi medioꝝ vero nō ē intentio ad hoc verbi gr̄a. Intētio pr̄is socratis nō fuit ad hoc vt gn̄aretˀ socrates. Sed magis vt gn̄aretˀ proles in vn̄ vel forsitan vt dicat aliqs indiuiduū vagū. bene igitˀ se hꝫ et conueniens est huic capitulo ꝙ tractare incepi inuestigare de hoc. Debes igitˀ scire q: non ē necesse vt media ꝑ que fit gubernatio intendant gn̄aliter vel intentione vniuersali vel intētione pticulari. Sicut manifestum ē tibi in armamētis nauis hoc est in instrumētis gubernationis ipsius ꝙ nihil oīno intendunt vel vniuersaliter vel pticulariter. Neq̧ enī cū homines medii sunt gubernationum necesse est vt intendant ī omnia pticularia sicut ministri argonautarū siue archinautarum intendunt in singulos fluct⁹ vel vndas que possunt nauem subuertere nec ī singulas guttas que possunt in sentinam influere: qm̄ nec cogitant de illis cogitatione particulari. Si nec duces de singulis passibus: nec ipsi etiam ambulantes. ex quibus exemplis forsassis alicui videatˀ quia multofortius non esse necesse oīpotentissimum creatorem intendere in singula eorum que ꝑ curā et gubernationem ipsius fiunt vel gubernantˀ. Si eñ non oportet aurigā de singulis passibus equorum trahentium currū suū aut de singulis reuolutiōibus rotarū currus quem regit singulariter intendere vel cogitare quanto minus creatorem omnipotentissimum ac rectorem vniuersorum deum non oportebit singulariter intendere de omnibus que per curam et ꝓuidentiā ipsius reguntˀ presertim cū īcomparabiliter facilius sit ei vniuersum regere ꝙ cuiuis aurige currum leuissimum.

¶ Amplius. Ridēda et ridiculosa videri potest ꝓuidentia circa athomos atq̧ arenaꝝ calculos presertī cum nemo sapiēs huiusmodi minutias curet vł etiā numerum earum sciat aut scire velit. Quātomagis igitˀ creatori ista curanda nō sunt hinc ē ꝙ quidem ex sapiētib⁹ et doctoribus xp̄ianorum reputauit dei adulatores q̄ talia ipum curare dicerēt. Tu igitur attende in his exēplis q̄ posita tibi sunt hic quoniā in eis sunt sermones quorum intentiones ibi diligēter intuende sūt: vꝫ ꝙ auriga dicitur regere currū autum aut equos trahētes ipm et dux itineꝝ viātes. Nō eñ ista dicūtˀ simpliciter et fm totū. equi nanq̧ gressus suos regūt sēsibus suis et vi estimatiua est maximo eorum et in minimo reguntur ab auriga sic se habꝫ et de itinerātib⁹ et duce eoꝝ. De patre vero familias vł sapiēte quocūq̧ q̄ non curat minima domus sue vt athomos et calculos arenarum. Uerum vtiq̧ est hoc. Causa aūt ē quoniam intentio sapiētis hmōi limitata ē circa ea que videt vtilia sibi vł expediētia domui sue vel his quib⁹ hꝫ ex officio suo ꝯsulere vel ꝓuidere. Hinc est ꝙ nec numeꝝ athomorum vel aliarum minutiarū hmōi neq̧ aliq̄ ex eis curat sed ea sola in quib⁹ est spes aut certitudo quam itendit vtilitatis.

¶ Amp. Nec possibile ē hoi ista sigillatī neq̧ ꝑ singula curare qm̄ nec cogitare. In creatore vero tam longe aliter tamq̧ dissimilitˀ cura et ꝓuidētia quātū longe est eius bonitas et sapientia a bonitate humana et sapiētia quātecūq̧ ipe sint.. Sicut enim sapientia creatoris aut iuitū ei⁹ nō adiuuat magnitudo rerū aut paucitas. Sic neq̧ paruitas neq̧ multitudo im

Uicissitudines tēpoꝝ.

Nota.

Mot⁹ ex ꝓuidentia.

Nota

Nota.

Nota

pedit eam vllo modorum. Hoc enim declaratū ē in prima parte scientie isti⁹ ⁊ causa hoc ē quoniā creator non ē sapiens aliūde vł a foris sed essentialiť ꝑ hoc q̄ ē scȝ ⁊ per hoc equaliť nouit futura vt presentia ⁊ preterita similiter. Similiter parua vt magna ⁊ multa ⁊ pauca ⁊ corporalia vt spiritualia ⁊ ecōuerso. Similiť particularia vt vniuersalia. Quapropť et singula que creauit et singulas vtilitates eorum ī vltimitate claritatis ⁊ fortitudis intueť. Et ꝗ manifestū ē q̄ oēs bonitates creaturaꝝ sigillati ꝓuidet ⁊ sigillatim largiť. hoc autē ē esse per pacu dennis n ⁊ curam eiusdē vcȝ bonum eē vel vtile ⁊ cōsulte siue scienť factum eē. ¶ Amplius. In quolibet continuo indubitanť sunt partes infinite et si prouidit ⁊ curauit creator vt eēt totum. Sic prouidit et curauit vt eēt medietas et eodēmō se hȝ de medietate medietatis ⁊ ita in īfinitū. qui eī ꝓuidet et curat vt sit dom⁹ ꝓuidet ⁊ curat vt sit pries ⁊ ē vt sit lapis ī piete. Necꝫ non oportet eum curare vt partes lapidis sint in lapide hoc enim iuenit preter curam ⁊ prouidentiam iam factam. Creator vo benedictus de his que facit vel fecit nihil inuenit vel inuenit factum alias vł ab alio. Intendo autem factum alias factum non per curam ⁊ prouidentiam suam. ¶ Manifestū igiť est quia totum cōtinuum eē cū vniuersitate ⁊ infinitate partium suarum factum ē per curam ⁊ prouidētiam creatoris appeť autem hoc euidēter per hoc q̄ generatio omnis naturalis hoc ē cuiuslibet cōtinui qd̄ generatur cum non sit nisi ꝑ virtutem generantē datam a creatore ad hanc vtilitatem vcȝ generandi. Consequēs igitur est vt omnes ⁊ singule ptes cuiuslibet ꝯtinui generati sint per curam ⁊ prouidentiam creatoris ⁊ multofortius ⁊ cuiuslibet continui creati qd̄ dico ꝓpter celum vltimū vcȝ empyreum ⁊ propter terram que forsitan videatur creata et non proprie generata. De nouē vo celis mobilib⁹ qui ī medio aquarum facti sunt forsitan magis verisimile est q̄ sint generati vel facti ex aquis hoc ē ex media parte aquarum in cuius loco positi ⁊ ordinati sunt.

¶ Reuertar igitur ad id in quo eram ⁊ dicam quia sicut partes in toto continuo sūt non obstante numerositate vel etiam infinitate earum sunt inqꝫ ꝑ prouidentiam creatoris sic ⁊ multofortius ī toto disgregato hoc ē in omni mōte arenoso ⁊ littore vniuscuiusqꝫ maris ⁊ in ripa vniuscuiusqꝫ fluminis. Necqꝫ enim obstat infinitas aut numerositas sapientiē aut prouidētie creatoris vt minus eam videat quā finitate vt ita dicam aut min⁹ infinita q̄ vnū. ¶ Amplius. vniusquisqꝫ ꝓuisor domus sue scit aggregare festucas seu paleas ad sternandam inde domum vł construendum stratum licet non videat vniuscuiusqꝫ palee vel festuce vtilitatem per se visione singulari ⁊ determinata. In vniuersali vtiqꝫ videt fascē palearum necessariam eē ad alteram duorum predictorū. Multofortius creator omnia intuens et singula singulorumqꝫ omnium vtilitates vidēs ad certum ⁊ liquidū nouit aggregare siue in totū cōtinuū siue in totū congregatū ꝑticulas minutissimas siue corpora minutissima. Nouit eīn nō min⁹ vtilitatē vniuscuiusqꝫ calculi arenalis quantumcūqꝫ paruul⁹ sit vt vtilitatem aggeris toti⁹ ex innumerabilib⁹ calculis arenalib⁹ congesti necesse igitur est ⁊ parua et minuta corpora in quantumcunqꝫ paruitate sint esse per prouidētiam et curam creatoris. Verū ipse nouit vtilitates vniuscuiusqꝫ calculi arenalis quas habet in se ⁊ per se et incomparabiliter lucidi⁹ q̄ nos eas q̄s habet in toto. Nos autem ꝓpter hebetudinem et obscuritatem intellectus nostri atqꝫ breuitatem ipsius ad hoc tam minuta non attingimus quēadmodū neqꝫ visu corporali videre tā parua possum⁹ in sua paruitate donec aggregata fuerint in acruum vel aliam congeriem vel cōtinuitatem in totalitate alicuius colligata. ¶ Manifestum igitur ē tibi ex his quoniam singula creatoris suorum ⁊ etiam singulorū partes curat creator singulorum partes singulas. ¶ Ampli⁹. Si curauit de singulis vt essēt ⁊ vt bona essēt ⁊ bn̄ essent ꝓuidens vnicuiqꝫ locū ꝯuenientē ⁊ salutarē sibi ⁊ etiam virtutem acquirendi ipsum locum vnicuiqꝫ tribuit quomodo non per prouidentiam ⁊ curā eius non sunt omnia que creauit sub cura ⁊ prouidentia ipsius qualiter verisimile est vt regere ⁊ gubernare negligat ea ꝗ esse voluit ⁊ curauit. ¶ Ampli⁹. Cū propter certas vtilitates vnūquodqꝫ eorum ꝗ sunt creauerit necesse ē vt ea dirigat ⁊ ꝑducat ad illas vtilitates quantum in eo est et ad finem propter quos ea esse voluit quod dico propter homines malos ⁊ angelos malos qui cum ad felicitatē nobilissimā scilicet perpetuam creati ab eo sint ad illam tamen non perueniunt. Causa autem in hoc est malitia voluntaria qua ab eius regimie atqꝫ directione se auertunt quantum ad hoc. Non enim extra regnū ipsius sunt quos iam sepe compescit ⁊ laxat vt non noceāt mali angeli quantū volunt neqꝫ mali homines libidines suas aut cupiditates expleri possint ꝓ libito neqꝫ ī alios grassari de hoc ꝑscrutatius ⁊ diffusius loquar in sequentibus. Qualiter autem eos laxet ⁊ compescat et quibus vtilitatibus audies tunc.

¶ Manifestum autem est tibi quia equus qui assessore interdum laxatur a cursu. Interdum autem frenatur ab eo in ambulatione. Interdum autem ⁊ ligatur omnino ita vt etiam nec moueri possit non est extra regimen ⁊ curam sessoris. De paruulis vero q̄s vtilitates habeat quos vsus vł vtilitates habeat vł natiuitates eorum vł vita. Iam aliqua super hec dicta sunt tibi. Reliqua vero expectanda sunt vsqꝫ ī capitulum quod dixi. Alios vero homines ⁊ angelos amauit indubitāter dirigit atqꝫ perducit creator benignissim⁹ ad bonum ꝓpter quod ⁊ ad qd̄ eos creauit: ⁊ adiuuat etiam illos multiplicibus ⁊ pene innumerabilibus adiutoriis aīalia qꝫ que sunt ad vsum hominum creata ꝑ industrias ⁊ artes quas ipsemet dedit hominibus ad hoc conuertuntur in vsus hominum quare licet per homines medios ad finem perducūtur ad creatorem ad quem sunt. Iam enim alibi dixi tibi q̄ quicquid est causa cause per se in eodem genere cause: est etiam causa causati: ⁊ intelligo causa cause per se. Cum igitur industria hominum ⁊ voluntas vtendi animalibus huiusmodi a creatore causate sint efficienter siue effectiue ⁊ ipse causet vsum huiusmodi eodem modo causandi necessario ⁊ vsus huiusmodi opus est creatoris ⁊ donum atqꝫ beneficium. Quicquid autem est causatum ab eo ita vel donatum est causatum vel donatum ab eo per curam ⁊ prouidentiam ipsius. Quare vsus animalium huiusmodi erit per curam ⁊ prouidentiam creatoris.

¶ Amplius. Certum est quod mors ⁊ vita totaliter in voluntate sunt ⁊ beneplacito creatoris neqꝫ viuit aliquis nisi ex dono ⁊ beneficio ipius: ⁊ nec moritur aliquis nisi vel eo faciente vel permittente quicquid autem vel facit vel donat scienter facit: ⁊ quicquid

Nota. Vide. Aduerte. Nota. Nota. Nota. Nota.

permittit similiter permittit scient quicquid autē sci-
enter donat vel facit curat indubit anter ꝛ facere et
donare ꝛ curat etiam finem ꝛ fructū qui ex hoc pue-
nire debat; nisi forte sit vltimum donatū quod ē fine
ꝛ fructus omnium p̄cedentium illud in ordīe suo vel
ordinatione pinde igiẗ ꝛ curate siue prouidēter oia
facit que facit ꝛ donat similiter alioquin velut ludo
Nota seu ioco ocioso aliq̄d faceret vł permitteret fieri q̄ꝺ
nec bonitas nec sapientia eius vllo modoꝝ patitur.
¶ Manifestum igiẗ ē tibi ex omnibꝰ his q̄ a maxi-
mo creato vsq̄ ad minimū omnia bona curat ꝛ pui
det creator ꝛ omne bonū aliud ab ip̄o ē per curam ꝛ
puidentiam ip̄iꝰ. omnino enim idecens est bonitati
ꝛ sapientie ip̄iꝰ eo non curare vł quid ip̄a faciūt vł
quid de eis fiat que curauit facere alioquin ioco se ꝛ
ociose tm̄ ea faceret quemadmodum si q̄s artifex ar
tificium aliquod faceret ꝛ postmodum nō curaret vł
quid ipsum faceret vł q̄d de eo fieret vel q̄ꝺ deueni-
ret ad iocum stultissimū atq̄ ociosissimum operarꝰ
manifeste appareret. Qꝫ si dixerit quis q̄ de modicꝭ
ꝛ minimis nō oportet creatorem curā habere ꝛ quia
ridiculosa eēt atq̄ ridenda hmōi cura siue curatio.
Iam respondeo tibi in hoc q̄ postq̄ creator iudicauit
bonum illa facere ꝛ nō ridiculosum necesse ē vt iudi
cet bonum illa curare ꝛ regere alioq̄n vt dixi iocose
ꝛ ridiculose illa fecisset.

¶ At autem erigā te atq̄ dirigā ad sublimiorē
considerationē cure ac prouidētie creatoris in rebꝰ
minimis considera ꝛ inuestiga nisi discūt vł didicerūt
Nota. aranee nere siue filare ꝛ telas suas atq̄ retiaculas
terre vbi didicerūt similiter casuras eē muscas in re
tiacula earum ꝛ q̄ musce p̄de earum esse naturaliter
debeant ꝛ esca anteq̄ vł matres filātes viderēt ante
q̄ cognoscerēt vt fila vł telas vel retiacula āteq̄ ap
pareret eis musca aliqua. Similem considerationē
fac de anatibus q̄ q̄ cito aquam vident in eam stati
insiliunt ꝛ natare incipiūt cum nullum animal nata
re viderint vbi natare didicerūt ꝛ aquam eē habita-
tionem suam hoc ē nature siue cōuenientem. Simi-
lis ē questio ac cōsideratio de formicis vbi didicerūt
thesaurizare: ꝛ q̄ꝺ est mirabilius vbi didicerunt gra
na tritici germinatura si ea integra relinquerēt ꝛ i-
deo diuidunt in ea frusta. De pdicibus v̄o hꝫ admi-
rationē nō leuem qualiẗ matrem agnoscāt quā nūq̄
viderūt ꝛ relinquāt pdicem qui furaẗ oua matrꝭ fo
uit ea. perdiculi vero exclusi statim enim relinquent
ꝛ matrem que oua in quibus nati sunt posuit sequē
tur inseparabiliẗ. Longe autem mirabilius omnibus
his ē generatio scarabeoꝝ. Scarabei autem cū sca-
rabeos alios generare nō viderit miro artificio ge
nerant alios. De stercore namq̄ equino globos ro-
tundos formant ad receptacula sua eos portātes at
q̄ desup incubātes alios generāt. Sunt ꝛ alia innu-
Nota. mera artificia animalium quale est artificium pice
quo compingit nidum suū quem nemo carpentario
rum vł architectorum effigiare potest. Dicitur autē
ꝛ illō mirabile q̄ fateor me nō pbasse quia etiā plu
ries resisti structura illa arte etiā cementarioꝝ qua
dā vti videẗ yrūdines ꝛ quidam volucres alie ꝛ vt vl
teriꝰ te dirigam quis docuit rosas texere flosculos
suos ꝛ cingere ꝛ lilia similiẗ ꝛ de oī genere seminum
secundum q̄ꝺ dixit aristoteles q̄ virtus q̄ ē in semini
bus similis artificijs ꝛ propter hoc q̄ genera artifi-
ciorum naturalium quare manifestū est omnia semi
na artifices esse nature vel naturales. Denique quis

docuit gallinas ꝛ alia animalia ouantia. superincu-
bando ouis suis generare animalia suarū specierꝫ?
Quis docuit struthōes oua sua calefacere in sabulo
ad solem ꝛ sic generari sibi pullos. Quis v̄o docuit
apes vt fauos suos p exagonos operenẗ: quis docuit
eas vł quem explanatorem habuerūt q̄ mel eēt in flo
ribus ꝛ q̄s ostendit eis artificium illud colligēdi ex
illis: Ubi didicit fenix ex aromatibꝰ roguꝫ sibi con- Nota
struere ꝛ in eo se concremare vt ex eiꝰ cineribꝰ fenix
aliꝰ generet. Pretereo de medicis animaliū occul-
tis et saluberrimis sic̄ de bufone qui medicamentū
veneni primꝰ ostendit i ruta ꝛ saluia ꝛ innūera huiu
modi sūt que legūtur apō medicos ꝛ naturales phi
losophos. Sup huiuscemodi igiẗ ioco se multotiēs
aliquos interrogaui ꝛ ē vna responsio omniū q̄ nā
docet aialia hmōi artes ꝛ artificia. Postmodū aūt q̄
re ab eis vtrū nā hec liber sit an magẗ ꝛ iterꝝ cuiusmo
di liber: cuiusmodi litteris scripꝰ et q̄ quantitas et
cuius voluminis ꝛ de scriptore iterrogo eos ꝛ nesciūt
mihi respondere. Qꝫ si dixerint mihi quia magister
est. Quero iterum vbi magister ille tot ꝛ tanta artifi
cia didicerit si didicit. q̄m si nō didicit hoc ē si scietiā
hmōi ab alio nō hꝫ necesse habēt ꝯfiteri quia magi-
ster iste creator ē cū solꝰ creator scietiā ab alio nō ha
beat ꝛ quicūq̄ habēt ab eo habeāt. Mirabile autē
valde ē q̄ simiẗ artifex ꝛ magẗ aut similiẗ liber apō nos
nōdū iuētꝰ ē. Qꝫ si creator ip̄e q̄ docet hmōi artifi-
ces q̄bꝰ nulla ē artificioꝝ necitas p̄pa cōparatō idigē
tiaꝝ et necitatū nraꝝ quantomagis in nos deberet
esse tante diuine bō itatis largitas vt in hominibus
essent iste artes naturaliter vel saltem artes necessa-
Unitas ergo vie siue fori concurrentibus i eo huius
modi causis occursum fecit siue cōcursum huiusmo
di hominum. Sic cum ibat piscis forsam ad pastū
per viam aliquam contingebat tunc trahi rete e per
eadem vel forte fugiebat a clamore ⁊ strepitu quem
faciebant socij trahentium rete. Occurrerūt igitur
sibijnuicem piscis ⁊ rete occursus autem causa ē eui
denter captionis. alius autem piscis eadem hora vl
eadem via non ibat ad pastum vel forte nō peruenit
ad eum terror piscantium vt fugeret aut forte fugit
in profundiores latebras aut per aliam viam: ⁊ ideo
occurrit reti aut rete illi ⁊ propter hoc non est reten-
tus ab ipso. Causa vero prioritatis captiōis sue ma-
nifesta est interdum propinquioritas sua ad rete vl
maior natatꝰ velocitas vel prioritas peruētiōis ter
roris ad ipsum. Euasionis autem id est non captio-
nis plurime possunt esse cause quas per temetipm
videre tibi facile est quemadmodum maior hora vl
tarditas natatus hoc autem est quia prius fuerunt
collecta retia q posset in ea incidere vel fugit forsi-
tam p aliam viam aut forsitam fugit retro cum an-
te eēt extensum rete aut irrupit rete ⁊ fecit sibi aper
turam ei eo per quam effugit aut exiliuit desup rete
⁊ transiliuit ipsum aut immersit se ⁊ infixit se in are-
nam vel lutum sub ipso reti et ita transiuit sub ipso
vel cum ipse traheretur transiuit super ipsum ⁊ hec
omnia vniuersa ⁊ singula intuetur ⁊ attendit sapiē
tia creatoris ⁊ ordinat ad fines ⁊ vtilitates conuenē
tissimas ⁊ sibi soli perfecte notissimas. Ne dubites
autem quia sicut omnes pisces simul capi omnesq
feras destructio esset vniuersalis in piscibus et feris
ita quasdam ⁊ quosdam quandoq capi et comedi
destructio esset nature particularis in eisdem quan-
tum ad aquam vnam vel ad regionem. Ubi gratia
Cum pauci sint aliqui pisces in flumine vel stagno
aliquo paucos illos capi vel comedi est vastatio
atq destructio generis illius in eodem. Non est ig
tur mirum si creator ⁊ cōseruator naturarum per cu
ram ⁊ prouidētiā suam pcauet naturis pticularibꝰ.
Sicut ⁊ vniuersalibus ne ex toto vastent ⁊ pereant
donec cessare debeat vsus ⁊ vtilitas eoꝝ de quo in p
cedentibus audiuisti. Si vo pricipes terrarum ⁊ mi
nores domini earūdem interdicunt interdū venatio
nes ⁊ piscationes in aquis ⁊ terris iurisdictiōis sue
auaritie sue solūmō p hoc psulere itēdētes n nature
de pseruatione puidere. Et tomagis bonitas crea
toris naturarum cōseruationem quas tantis vtilita
tibus creauit psulere nō dedignabit ne pereant vsq
quaq. Et notum est tibi ex lege hebreorum qualiter
in archa illa famosissima conseruare pcepit per bi-
na ⁊ septena animalium genera circa aquas diluuij.
Uides etiam quantas astutias effugiendi piscatoꝝ
insidias quātasq vires piscibus dederit creator be-
nedictus. Simuliter ⁊ feris quot latibula quot refu-
gia contra venatores ⁊ esse ipsis feris iudicent alijs
cōtrarias. Quis eni docuit ceruas i via calcata pa
rere addeclinandas luporum insidias? Quis docuit
eas q lupi vias calcatas timeant ⁊ declinent. Quis
docuit onagros sustinere vehementem sitis ardorem
donec leones ab aquis potatis reuersi sint ne si hora
illa que leones ad aquam vadūt vel inde redeūt leo-
nibus occurrētes ab ipsis deuorarent. Quis eos fe
cit eos scire q leones eisdem insidient. Sic ⁊ lepori-
bus leuitatem pedum ⁊ cuniculis profunda ⁊ pene i
accessibilia alijs receptacula ad conseruationem sui
esse dedit creator. Si ⁊ hirundinibus tantam veloci
tatem volatus ⁊ multis alijs auiculis ⁊ multi credūt
hanc esse causam: quare nulli aui rapaci hirundo nū
q pda fiat. Mihi tn videt q acqsitio victus eius to
ta est p volatū qm per ipm solūmodo venat muscas

Simile.

Adverte.

Nota.

Sapientia creatoris.

Deꝰ natur pticularibꝰ pcauet.

Nature sagacitas in brutis.

lis volitantes ⁊ sicut nobis multa ex animalibus tā gressibilib⁹ volatilib⁹ q̄ natatilib⁹ nō sunt nobis in escam aut esū q̄n potius abhominamur ea ⁊ eis omnino vesci respuim⁹. Sic nō mirū reputo si hirundines ex causa simili ab auib⁹ rapacib⁹ nō commedūtur. Memini etiam me vidisse catū carnē auis que vulgo plumalia dicit̄ comedere nullaten⁹ noluisse cum caro illa a deo gustu suauis sit ⁊ sapora vt int̄ regalium cibo⸗ delitias computet̄. hoc aūt incident̄ dixi ne multum ne facile credas hominib⁹ pauce exercitatiōis in rebus naturalib⁹ ⁊ vt erigam ⁊ eleuē itellectum tuum ⁊ cogitatū tuū ad considerationem mirabilium creatoris in rebus naturalibus et radiositatis sapiētie: siue qua illuminat̄ oīa animalia ad regendum se ⁊ vitā suā licet luminib⁹ p̄ modicis q̄n q̄ magna sint ⁊ merito eē debeāt in admiratiōe nostra ⁊ in ꝯparatiōe obtenebratiōis anima⸗ hūana⸗ ⁊ obfuscatiōis quā patit̄ itellectus humanus ex corruptione originali ⁊ sup̄additis tenebris ex vitijs et peccatis. Hac quippe cōparatione splendorē ꝓpheticum reputaremus in animabus hūanis eam sagacitatem siue sēsum nature seu quodcūq̄ aliud lumē nominari libeat in canibus ꝟtutē inuestigandi ⁊ apprehendi latrones. Sic ⁊ ꝓuidentia formicarum de qua dixi tibi si absq̄ doctore absq̄ libri inspectiōe inuenires in hominibus. Sicut ⁊ alia inumera huiusmodi lumina que non dubitaremus splēdores vocare ꝓphicos in hominib⁹ si absq̄ doctrina ⁊ eruditione inuenirent̄ in eis quemadmodum inueniunt̄ i animalibus inuenit̄ etiam in corporibus inanimatis virtus regitiua qua declinant noxia ⁊ querunt sibi salutaria p̄ motus naturales. Videt̄ autē in oībus speciebus lapidis magnetis ꝟt⁹ eē multum appropinquās sensui: pene enim videt̄ sentire ferrum ⁊ vidi oculis meis q̄ per interpositam spissitudinem peluis enee trahebat ferrum magnes: tres namq̄ sunt species lapidis magnetis si credit̄ mercurio. Prima ē que ferrum attrahit hec ē notissima. Altera ꝟo species repellit illud a se. Tertia vero species ex altera parte ipm̄ attrahit ex altera vero repellit. Est et aliud de mirabilib⁹ magnetis q̄ in p̄sentia veri adamantis cessat ab hm̄ōi operationibus attractionis ac si sentiat illū nobiliorē ac fortiorē se quasi reuerētialit̄ deferēs ei. Et simile aliq̄d dicit̄ de palma masculina ⁊ palma femina: q̄m cum ramus alterius ramum alterius tetigerit se complicāt in mutuū amplexum quo virtus ei⁹ vitalis. Videtur aliquid habere aspersionis de luminositate virtutis sensibilis ⁊ forsitam hec ē causa propter quā Aristoteles eam dixit nobilissimam plantarum. De virgulto quoq̄ coruulus nominatur simile aliquid dicunt loquētes videlicet q̄ cum diuisa fuerit per medium sm̄ longitudinem in ipsa recentia diuisionis partes sibiīuicem per se appropinquantes reiunguntur quod deceptores verborum quorundam virtuti ipsi decepti attribuunt cum hoc sit ex virtute ⁊ sēsu nature

Obtenebratio aiarum ex corruptione originali.

Magnes lapis et ei⁹ species.

Palma

¶ De flore vero ⁊ dominatiōe maiorum ac p̄uersorum hominum quantas vtilitates prestet bonis qui per ipsos in hac vita premuntur ⁊ multipliciter affliguntur ⁊ ipsis etiam malis atq̄ peruersis quantam ingerat admirationem diuine bonitatis ⁊ largitatis quantamq̄ prouocationem etiam amorem ⁊ obedientiam creatoris manifestum est cū dona que ipsi tam magnifica reputant videlicet diuitiarum ⁊ delitiarum ⁊ huiusmodi non solum immeriti ⁊ indigni sed cōtra meritā sua pessimi obtineāt. Habet etiā ⁊ illud salutaris eruditiōis erga bonos verosq̄ creatoris cultores vt ex hoc qđ tam vilibus hominibus p̄stantur vtilissima ea eē cognoscant et vix int̄ creatoris munera reputanda adistātq̄ ex eodem minima reputare creatorem ea que etiam inimicis prestat ⁊ doceantur patienter carere bonis tā vilibus: licet interdum huiusmodi bona suis etiam cultoribus largiatur in consolationem vel ipsorum vel aliorum bonorū ne desertos a creatore aut derelictos se putent. In communicatiōem etiam ⁊ adiutorium atq̄ defensionem indigentium ⁊ bonorū circa iniquos oppressores amicis suis bonisq̄ seruitoribus prestat huiusmodi bona bōitas creatoris opulentia namq̄ diuitiarum cum obtinetur a bōis alit indigētes atq̄ sustentat ⁊ p̄cipue bonos. Potentia vero ab iniustis oppressoribus defēdit eosdē.

Cur mali floreāt i ꝓsperitate.

¶ Quoniam autem ex his que precesserūt credo satisfactum esse tibi de cura ⁊ prouidentia creatoris q: ipsa est attingens vniuersa singula ⁊ prot̄ hoc tātam rationum exemplorum multitudinem aggregaui tibi scilicet vt firmaretur in te credulitas hec tā salutaris destrueretur error perniciosissimus quo q̄dam de insipientibus opinati sunt creatorem nō curare ista inferiora neq̄ etiam homines aut res humanas ⁊ agi omnia hec casu atq̄ temeritate. Quid enim iocundioris consolationis potest esse hominibus in suis oppressionibus et afflictiōibusq̄ firma credulitas de cura ⁊ ꝓuidētia creatoris circa ipsos ⁊ res eo⸗ q̄ credūt sapiētiā et bōitatē creatoꝛ̄ i oīb⁹ curā eo⸗ gerere. Quis enī nō videat oīa q̄ circa eos fiunt eo sciente ꝓpter eius sapientiam ⁊ vtiliter quātum in eo est propter eiusdem bonitatem: eodem etiam nolente aut permittente: ⁊ etiam ad finem debitum ordinante propter eius virtutem omnipotentissimam. Cuncta igitur circa se agi ⁊ bene ⁊ vtiliter nisi per ipsos steterit consequenter cognoscunt homines apud quos est de cura ⁊ prouidentia creatoris circa ipsos fixa sententia nec mediocriter inuitat ⁊ prouocat ad amorem ⁊ obedientiam creatoris ista credulitas. Quis enī credat magnificentissimum creatorē se ⁊ sua omnia curare ac si solum curaret amorē sui atq̄ obedientiam cōtineat. Timores etiam ⁊ pudores sanctissimos in eisdem excitat ista sententia ⁊ tā attente curare ⁊ seipsos actusq̄ suos atq̄ passiones tam interiores q̄ exteriores tamq̄ vigilanter intueri: ⁊ etiam iugiter sentiūt. Alias etiam virtutes plures in nobis vel prouocāt vel nutrit: vel roborat: vel auget ista credulitas. Sicut p̄dixi tibi de patientia ⁊ de alijs pluribus leui consideratione inuenies. error vero cōtrarius adeo noxius est adeoq̄ p̄niciosissim⁹ hominibus vt omnem curam honestat; omnē honorem virtutum oēm spem future felicitatis radicitus extirpet ab hominibus. Qđ enī restat hoībus erroꝛ̄ istius tenebris excecatis ac dementatis ⁊ mercedē sanctis ac dei cultoribus non esse constitutam nec penas malis atq̄ peruersis ⁊ nec hic nec in futuro deum iudicare vel iudicaturum esse credētibus nisi vt in omnia flagitia ⁊ scelera se se p̄cipitent ⁊ omni turpitudini vitiorum ⁊ peccatorum absq̄ vllo repagulo se prostituant: postq̄ enim nec creator adeo bonus aut iustus est vt curet quid agant boni vel mali vel quid patiant̄ nec alius pro eo vel ex parte ipsius. Scđm errorē istū nihil est in reb⁹ hūanis nisi ꝯturbatio aut peruersitas omnimodaq̄ inordinatio atq̄ confusio

Nota

Credulitas diue ꝓuidētie.

Negare diuinā ꝓuidē tiā q̄t mala afferat

cum solus creator eas ordinare possit et nec curet secundum ipsos nec velit etiam vt ordinentur atque diligantur. Sed potius casui atque temeritati eas precipitandas atque subuertendas reliquerit. Vides igitur euidenter in parte ista quam salutare sit magisterium quamque vtilis sapientia qua tam perniciosus error destruitur et tam necessaria tanque fructuosa credulitas stabilitur

¶ Questiones alias ad diuinam prouidentiã curamque mortalium pertinentes: hoc loco subtiliter autor dissoluit.

Stulta qõ.

Consequens igitur est post hec questiones que sũt circa hec prosequi ac determinare. Quarum prima ẽ stultorum et insipientium querentium qualiter possibile ẽ creatori tantam rerum multitudinem diuersitatem regere et curare. Cui questioni respondet apuleius platonis discipulus hoc modo quemadmodum inquit rex vnus aut dux regit exercitum innumerabilium bellatorum et ad vnum clangorem buccine alij ad arma alij ad equos alij ad machinas currunt et circa vnumquodque istorum tam multa tanque varia opera fiunt. Sic totam multitudinem creaturarum vnus motus creatoris ac si singule nature illum audiant aut sentiant exequitur vices suas sciens legem a creatore sibi inditam: quemadmodum in exercitu quantumcunque magno scit vnusquisque eorum qui ibi sunt quid ad eum pertineat ex officio suo et illud exequitur dato signo vel clãgore buccine vt dixi vel alio. Sciũt quippe armigeri quod ad eos pertinet arma parare militibus. Sciũt ipsi milites quia eos oportet armari et parare se ad preliũ. Sciunt custodes equorum quod ad eos pertinet sellare cingula parare equos frenare et de frenatura per alios prouidere. Et per hunc modum considera tãtam multitudinem tantamque varietatem officiorũ vna voluntate regia quam buccine clãgor vel aliud signum innuit ad tam multa et varia tam cito tanque facile concitari et aggredi quod vnusquisque cognoscit ad suum officiũ pertinere. Quid igitur mirum si rex et dominus seculorum creator benedictus vniuersitatem creaturarũ et singulas etiam illarum omnium potentissima imperiosissimaque volũtate sua cõmouet et cõcitat aggredique facit operationes ad vnãquãque pertinentes legesque quas ei imposuit vel potius edidit et officia que eisdem iniũxit quasi studiosissime atque officiosissime adimplere. Quod si dixerit quisque bellatores vt pote rationales intelligunt per clãgores tubarum aut per alia signa. Nature vero et maxime insensibiles qualiter cognoscunt creatoris voluntatem? quamquam ex precedentibus huic questioni responsum sit per exempla animalium et artificiorum. addam tamẽ tibi declarationem euidẽtiorem ad hoc et dico quod vnicuique nature naturaliter indita ẽ diuine cognitio volũtatis et cum ea nascitur vnaqueque et huiusmodi cognitiones vocaui tibi modica lumina de irradiatione et aspersione luminositatis sapientie creatoris. Et huiusmodi exemplũ conuenientissimũ ac euidentissimũ est in substantijs spiritualibus et abstractis que create sunt cũ perfectione scientie naturalis honestatis similiter naturalis et hoc est cum inscriptionibus naturalis honestatis in vite sua intellectiua et cũ impressionibus siue sigillationibus pulchritudinũ virtutũ naturaliũ in sua virtute motiua siue affectiua et hoc ẽ volũtas in ipsis. Quare manifestum quod cum lege sua creata ẽ vnaquaque ipsarum et quasi

Spulcius. (Apuleius.)

Sic deopti-mũ.

Obiectio cũ risione et declaratiõe

Virtutes nãles angelis.

cum libro vbi legit quid ei naturaliter aut faciendũ sic aut declinandũ. Similiter quasi cum lucerna vel lumine ostendẽte sibi vias per quas ambulare debeat et de via quã necesse habeat declinare quod in primis hominibus qui in simili perfectione pro modo suo facti et formati fuisse nõ dubitãtur ab illis qui propheticis sermonibus et diuinis oraculis nõ credere nephas credunt. ¶ Manifestum igitur quia secundum hunc modũ nascitur aranea cum lege libro et lucerna huiusmodi qui et lex ẽ ei quã transgredi non potest et liber ẽ in quo legit quodãmodo qualiter ei et bene viuendũ sit et qua arte vel artificio motus sit ei auerendus et lucerna ẽ ostendens eidem vias per quas debeat ambulare naturaliter. Manifestum autem est tibi quia omnis lex sermo ẽ et designatio voluntatis eam iubẽtis siue imponẽtis quia via igitur omnis natura tã substantiarum nobilium abstractarũ quam hominũ tã ceterarũ animaliũ et etiam vegetabilium nascitur ex necessitate cum iudicio et designatione voluntatis et beneplacitum creatoris quã cũ lege sua habet vnaqueque ex necessitate in se et apud se nõ solũ vt cognoscat voluntatem creatoris naturaliter. Sed etiam ipsi cognitionem naturalem eiusdem et hoc apparet ex prescripta diffinitione legis.

Adã et Eua

Lex vniuscuiusque nãe idea

¶ Secundã responsionẽ ad hanc questionẽ dedit quidã ex sapientioribus sanctisque doctoribus christianorum dicẽs quia cũ preceperit rex aliquis edificari sibi ciuitatẽ de vna eius volũtate vnoque imperio ipsius de edificanda ciuitate procedunt tam et multa varia opera operariorum necnon equorum multorum asinorum omniumque animalium oneriferorum. Videbis ibi alios in lapidicinis eradicantes alios cedentes alios sculpẽtes alios poliẽtes. videbis alios comportantes eosdem lapides alios porrigẽtes illis cementarijs alios collocantes eos in structura murorum. Videbis ibidẽ quadrigas et cõtratigarios alias onerari alias onoratas ad locum edificij conuenire. Videbis fabros ferrarios multiplicia instrumenta necessaria illi edificio fabricantes. Videbis et fabros lignarios quos vulgo carpẽtarios vocant suarum artium opera facientes. Sunt et alia officia et opera innumera que per temetipsum excogitare tibi facile est. Ex vna igitur voluntate regia vel iussu vides tam multos motus hominum et animalium quadrigatum et aliarum euectionũ fieri tam multa genera artificum et operariorum tam multis et varijs generibus artificiorum occupati. Scientibus operarijs omnibus et ministris quid artis vel operis ad vnumquemque pertineat ad vnum iussum regium quod leuissimo signo agnoscũt. Singulos opera sua aggredi et explere et iam dixi tibi ex sermone Aristo. quod virtutes feminum similes sunt artificijs. Quare et ipsa semina artificibus. Apparet igitur tibi ex hac consideratione qualiter sine labore et solicitudine nutu voluntatis sue tã tam multitudinem varietatemque creaturarum suarum mouet et regit creator altissimus quãto et rex nullomodo magnificentia et gloria nulla ex parte ei comparandus tãtam multitudinem animalium et hominum et artificũ et operariorum instrumentorumque innumerabilium mouet et regit et in finem intentionis sue dirigit et cõiungit sedens in solio suo quietissimus. Quod si de toto ipso regno considerationem facere volueris inuenies expressionem similitudinem exemplũ que conuenientius quoniã regis ad regem et regni ad regnũ et gubernationis ad gubernationẽ prouiden-

Simile.

Virtutes seminum.

de naui ꝛ rectore ipsius de ministris gubernationis
et instrumentis. de curru ꝛ auriga.

¶ An omnia eueniant de necessitate.

Qō ardua. Post hec autem prosequar antiquā illam
questionem que multos antiquitus ex-
agitauit ꝛ multos etiam tempore meo
inuoluit videlicet vtrum ꝓuidētia ꝛ cu-
ra creatoris rebus ꝛ euentibus necessi-
tate inferat ꝛ fere eadem questio est de scientia ꝛ pre-
scientia ipsius. Ponam igitur in primis ea que in er-
rorem istum multos induxerunt. Horum autem pri-
mū est quoniam inquiūt impossibile ē diuinam pro-
uidentiam falli necesse ē euenire quicquid ꝓuidit. Quic
quid autem necesse ē euēire necessarium ē quicquid
igitur prouidit creator necessariū ē prouidit aūt om-
Argumēta ne quod est futurum seu euenturum omne igitur fu-
sophistica tuꝝ seu euenturum necessarium est omne igitur futu
turum est immutabile ꝛ inauersibile. ¶ Amplius.
Inquiunt autem possibile ē euenire aliquid eorū q̄
ꝓuidit deus aut nō sit ē possibile eo igitur posito nō
accidet impossibile. Ponatur igitur. Erit ergo veꝝ
ꝙ aliquid eorum que ꝓuidit deus euentura non eue
niet errauit igitur prouidendo ꝛ verum ē prouiden-
tiam eius falli. in hoc autem certum est omnibus eē
impossibile videlicet deum errare vel prouidentiaꝫ
eius falli in aliquo id igitur ex quo accidit ē impos-
sibile. Impossibile igitur ē aliquid eorum que pro-
uidat deus euentura non euenire. Nihil autem ē fu-
turū quod non ꝓuiderit. Nihili igitur ē futuꝝ ꝙ non
sit necesse euenire. Quia igitur omne ꝙ ē euenturū
prouidit deus euenturū omne quod est euentuꝝ ne-
cesse ē euenire quare oīa de necessitate eueniūt. His
igitur in huiusmodi que sophistica tendicula ꝛ intel
ligentibus exercitatisq; in rebus huiusmodi ridende
ac plures argutie sint nolo te detinere diutius. Re-
miniscere igitur quia hoc necesse ē eē euenturū quicquid
eueniet vel necesse ē euenire quicquid prouidit deus
Euentus euenturum duas habet intentiones siue duos intel-
duobus mō lect⁹ quoniam necessitas potest referri vel ad singu-
dis. la vel ad totum ꝛ aliis verbis fere idem dicitur com
posite vel diuisim. Primus ē ac si diceretur necesse
est hoc euenire ꝙ ꝓuidit deus ꝛ illud ꝛ ita de singul'.
Multa autem de singularibus huiusmodi proculdu
bio contingentia sunt ꝛ nō euenire possibilia. Si ve
ro necessitas referatur ad totum ꝙ est hoc quod hac
locutione significatur. Quicquid e prouidit de⁹ eue
niet de qua nemo dubitat quin vera sit ꝛ necessaria.
Sicut ꝛ contradictoria eius impossibilis que ē hoc
aliquid prouidit ꝙ hoc eueniet. ꝛ hoc sophiste italici
vel latini dicunt esse duplicitatem locutionis qua po
test intelligi vt dicunt de re vel dicto ꝛ intentio eorū
est ꝙ dictum quō per illam locutionem dicitur quicquid
prouidit deus eueniet necesse ē siue necessarium. Si-
cut ꝛ ipsa locutio necessaria ꝛ ei⁹ cōtradictoria ma-
nifeste impossibilis. Intellectum vero de re vocant
id ꝙ ergo dixi de singulis ꝛ hoc puerili ꝛ vaga inten
tione. In explicatione nanq; huiusmodi duplicitatis
defuerunt eis ꝛ desunt adhuc non tantum sermones
sed etiam intellectus clarus ac depuratus hoc autē
apparebit tibi per hoc ꝙ dicam manifeste. Primuꝫ
quia locutione omni dicitur res hoc autē est quoniā
omni locutione dicitur id ꝙ ipsa significat. Id vero
quod vnaqueq; locutio significat res eius est etiam
si sermo sit vel signum aliud quodcūq; res dicetur ad
Nota. sermonem locutionem significantem illum dictū igr
per locutionem res est: quare intellectus de dicto est
intellectus de re. ¶ Amplius. Considera ipsum pre-
dicatum ꝛ videbis ꝙ aliud non ē nisi necessitas eue-
niendi hoc autem de ipso dicto nullomodo vere dici
tur quoniam dictum nec euenit nec eueniet. Non enī
est de futuris cum ab initio seculoꝝ ꝛ modo etiam ve Nota.
rū sit ꝛ necessarium. Quia igitur predicatū istud nō
dicitur nisi de rebus ꝛ naturis non potest intelligi il-
la locutio nisi de rebus ē ergo veritas vera distinctio
quia ista necessitas potest de rebus predicari vł reb⁹
attribui in vniuersali siue vniuersaliter ꝛ hoc fit secū
dum veritatem quando intelligitur de dicto secūduꝫ
eos vel potest intelligi in singulari seu diuisim ꝛ hūc
intellectum vocant ipsi de re. hoc igitur ē quod facit
duplicitatem in re videlicet vniuersalitas ꝛ singula
ritas. Nullo modo enim verū de singulis singulariter
et diuisim quicquid prouidit deus euenturū euenire
necesse ē. Est tamen verum in vniuersali ꝛ coniunctī
etiam si vnūquodq; futurum esset contigens ꝛ possi
bile non euenire: tamen verum esset hoc ꝛ necessariū
et hoc ē quoniam necessitas ē cui cōpetit necessitas
singularitati vero non quēadmodū cuius dixeris de
duobus oppositis contingētibus alterum istoꝝ duo
rū esse verū necesse ē. In vtroq; enim contigentia est Aduerte
et in neutro necessitas ꝛ quemadmodū si dicas semꝑ
erit verum alterum sempiternitas veritatis non di-
uisim aut singulariter attribuitur alteri sed in comu-
ni siue in vniuersali. Eodem modo itellige ꝛ ibi quic
quid ꝓuidit deus euenturum euēire necesse ē. Quē-
admodū ꝛ si quis dixerit omnē hominē viuere neces
se ē cum de quocunq; verum sit singulatim atq; diui
sim ꝙ ipsum viuere non est necesse cum ipsum mori
possibile sit: nec ista locutio omnis homo viuit semꝑ
vera est pro eisdem hoībus nec pro eisdē etiā enūcia
tur. Ideo sempiternas veritatis stat in vniuersitate
ꝓpius ꝛ in vniuersalitate hominū q̄ nō mutaꝛ muta-
tiōe īdiuiduoꝝ. Sicut neq; species ī ratione speciei. Nota.
¶ Amp̄. Dictum huiusmodi quicquid prouidit deus
euenire aliud est. cum dictio refertur ad singula diui
sim atq; determinate aliud est cum statur in vniuersa
li siue cōmuni. Cum enī ad singula dictio referꝛ sin-
gulate ac determinate ꝓinde est ac si singula singula
ria diceretꝛ: hoc autem est ac si diceretꝛ hoc quod ꝓui
dit deus necesse est euenire ꝛ id ꝛ illud atq; ita de sin-
gulis. Cum aūt statur in vniuersali vt dixi non dicū-
tur illa singula singulatim ac determinate: ꝛ ideo ma
net eadem significatio locutionis siue eadem mane-
ant ꝓuisa siue alia ꝓuideantur. Quemadmodum ꝛ
ꝛ ista locutio omnis homo vidit non mutat significa
tum vel dictum mutatiōe indiuiduorum speciei nisi
quis ꝑdicto modo intendat de singulis singulatim:
tunc enī ꝓinde est ac si diceret singula dicta singula-
ria hoc est in viuere vel in non viuere ꝛ illud viuere:
ꝛ ita de singulis: hec est igiꝛ duplicitas ꝑdictarū lo-
cutionum ꝛ hec mutatio deceptoria siue sophistica ī
eis. Cum enī concessum sit per modum vniuersitatis
ꝛ coniunctionis quicquid ꝓuidit deus euentuꝝ eue-
nire necesse est. Tu scis ꝑ quem modum conceditur.
Cum autem assumit quicquid necesse est euenire est
necessarium: iam transfert se ad singula singulatim
Ista enī locutione: omne quod est euenturum est ne-
cessarium vel immutabile vel inauersibile singulis
singulatim attribuitur necessitas ꝛ immutabilitas ꝛ
ꝓinde est ac si diceretur ꝛ hoc euenturum ꝛ illud to-
ta de singulis aliis est necessarium vel immutabile:

nec solueret sophisma illud nisi ad hominem. Si quis
diceret quia sic in huiusmodi argumentatione muta
tio tam subiecti q̄ p̄dicati. Quoniam in hac locutio
ne quicquid ꝓuidit deus euenturum euenire necesse
est infinitiuꝰ subiectum ē ⁊ necessitas predicatum de
re infinitiui. In conclusione vero que ē hec quicquid
ꝓuidit deus euenturū ē necessarium totum hoc q̄d-
quid deus euenturū ē subiectum ⁊ necessitas predi-
catum. Mutatio igitur predicati facta ē: quia neces
sitas que predicabatur de re īfinitiui que est euenire
Nota. in conclusiōe predicaꝶ de re huiusmodi circūlocutio
nis quicquid ꝓuidit deꝰ euēturum. Res autem hec
est vniuersitas eorum que vidit deus euentura. Mu
tatio etiam subiecti facta ē quia prius subiectū erat
infinitiuꝰ in conclusione vero predicta circūlocutio.
hec autem ē quia non explicabit se homo qui hoc di
cit cum interrogatus fuerit an omni rei infinitiui ꝓ
ut ibi subijcitur conueniat predicata necessitas: q̄ est
an omni euentui future adeo ꝓuiso ꝯueniat an nō cō
ueniat: ⁊ quia manifestum ē q̄ non conuenit: cum nō
omne huiusmodi euenire necesse vel necessarium sit
cogetur non obstante ista mutatione confiteri primā
propositionem esse falsam omnimodo videlicet hanc
Quicquid ꝓuidit deus euenire: euenire necesse est.
¶ Manifestum etiam ē quia aliquo modo vera ē nō
igitur liberat se ab huiusmodi laqueo vꝉ nodo sophi
stico. De his vero locutionibus si deus ꝓuidit hoc
Nota necessario euēiet: vel necesse ē illud euenire: licet pue
ri tempore meo noscerēt duplicitates earum multos
tū video postmodū miserabiliter inuolutos. Quis ei
non videat quia necessitas potest fieri super conditio-
ne: ⁊ tunc dicitur ⁊ asseritur illa conditionali locutio
ne necessitas conditionis siue consecutionis: ⁊ perin-
de ē ac si diceretur ista conditio vel consecutio: qua
dicitur si deus ꝓuidit hoc ipsum eueniet ē necessaria
q̄ ꝓculdubio verum. Alius vero intellectus ipsius
est quo necessitas fertur ad consequens precise ⁊ ab
solute ⁊ ē perinde ac si dicetur si hoc ē verum deum ꝓ
uidisse hoc istud ē necessarium: scilicet ipsum eueni
re quod ē quia si antecedens ē verum consequens ē
necessarium quasi diceretur ad veritatem anteceden
tis sequitur necessitas consequentis hoc autem indu
bitanter ē falsum. Scito autem q̄ hanc eandem disti
ctionem alijs verbis alij faciūt dicentes quia illa ora
tione conditionali. Si deus prouidit hoc necesse est
illud euenire potest vocari necessitas consequentis
et hoc ē quod dixi q: potest referri necessitas ad con
sequens vel potest vocari necessitas cūsequēdi ⁊ hoc
est q̄ dixi necessitatem referri ad consecutionem. verū
quoniam ista puerilia sunt ⁊ nec tollerabilis ē igno-
rantia eorum in pueris transibo ad ipsam radicē que
stionis istius.

¶ Dico igitur quia ignorantia scientie siue co-
gnitionis creatoris atq; huiusmodi quo ipse ꝓuidet
vel cognoscit dedit occasionem isti questioni ⁊ hec ē
etiam causa ꝓpter q̄ opinati sunt quia si aliquid ꝓ-
uidit vel sciuit non potest illud non prouidisse vel nō
sciuisse vel cognouisse. Induxit etiam eis quedam
alia radix veritatis que est hec videlicet quia diui-
nam prouidentiam falli vel errare vel non esse verā
impossibile ē: q̄ vt tu q; indubitanter verissimū ē alia
fuit ignorātia dispositionis siue ꝯditionis quorūdā ve-
rorū atq; falsorū q̄ nata sunt hr̄e alterutrū duorū veꝝ vꝉ
veritatem solam vel falsitatem solam: non tamen ita
fixe vt necessario sint in alterutra ⁊ huiusmodi condi

tionis siue dispositionis sunt ꝓpositiones singulares
contingenti in eis que sunt de futuro vel dependentia
ab his contigentibus que futura sūt ⁊ horū exempla
sunt te fuisse comesturum cras semel tantum ⁊ eiꝰ op
positum. ¶ Manifestū ē tibi quia hoc vel ē verū vꝉ
est falsū. Si autem ē verum nō tamen ex necessitate
in sua veritate fixum immo potest esse falsum ⁊ ecōuer
uerso. Accidit etiam in huiusmodi quia si ē verū se- Nota.
per fuit veꝝ ⁊ de falsitate similiter se habet ⁊ hinc ē
q̄ nullum huiusmodi mutari potest a veritate in fal-
sitatem aut ecōuerso. Mutari enim potest post vnā
dispositionē habere aliam aut ante vnā dispositionē
habuisse aliam. Hoc autem non ē possibile in huius-
modi: quoniam si aliquid de his ē verum: nunq̄ fuit
in dispositione contraria ⁊ de falsitate similiter se ha
bet ⁊ ꝓpter hoc non sequitur hoc ē verum ⁊ potest es
se falsum ergo potest mutari a veritate in falsitatē.
Similiter neq; argumentatio econtrario valet. Cau
sa vero in hoc ē quoniam verbum mutandi duas dis
positiones dicit scilicet alteram ante ⁊ alteram post
hm̄ōi ante vera nō sūt receptabilia veritatꝭ ⁊ falsita
tis sicut scis neq; etiā diuersis tp̄ibus veꝝ vt alterā
p̄us hēant alterā p̄o post. Iuxta hūc modū se h̄z diuina
ꝓuidentia quasi prouidet aliquid prouidit aliud ab
eterno: si scit aliquid sciuit illud ab eterno ⁊ si non pro
uidet vel scit modo nec ꝓuidit nec sciuit ab eterno. Ve-
rum tamen illud est quia scit aliquid de huiusmodi
et tamen non potest scire illud ⁊ quod minus videtur Nota.
insipiētibus. Si sciuit aliquid ab eterno vꝉ prouidit
et tamen possibile ē ipsum nūq̄ vel prouidisse illud
vel sciuisse. Declaratio autem huiusmodi manifesta
est quia si verum ē te credas comesturum fuisse simꝉ
tantum ⁊ verum fuit etiam ab eterno. Omne autem
verum quantum est verum ⁊ q̄diu verum ē ⁊ scitur
a creatore ⁊ scitum ē quare si hoc verum ē sciuit illū
deus ab eterno non autem si ē verum ꝓpter hoc ē et
necessarium quare licet sit verum possibile tamen est
ipsum non eē verum ⁊ si nō esset verum nec modo sci
reꝶ a creatore neq; vnq̄ scitum fuisset ab eo. Comi-
tanꝶ enim se semꝑ veritas ī vnoquoq; dicibilium ⁊ sci
entia creatoris. ita vt si est verum sit scitum a creato
re ⁊ si non est verum non est scitum ab eodem: ⁊ si fu-
it verum quandocunq; fuit verum est scitum ⁊ econ-
uerso. Quia igiꝶ accidit in exemplo posito: vt tamē
sit verum scꝫ te esse cras comesturum semel possibi-
leē illud non esse verum: ⁊ etiā cum semper fuerit ve
rum possibile tamen est ipsum nunq̄ fuisse verum.
Consequenter verum est ꝓpter dictam ante comitā-
tiā: vt cum sciatur a creatore modo non fiat postea ⁊
cum scitum ab eterno fuerit a creatore possibile ta- Nota.
men sit ip̄m non fuisse scitum ab eodem: quemadmo
dum ⁊ possibile est ipsum fuisse nunq̄ verum. tu enī
non dubitas q: non est possibile cadere scientiam vel
ꝓuidentiam aut p̄uidentiam nisi sup verum. Ex his
igitur apparet tibi similitudo quam predixi. Non enī
si prouidit deus aliquid ⁊ possibile est non euenire il-
lud ergo possibile est ip̄m falli vel errare: ⁊ hoc ē ꝓ-
pter comitantiam antedictam scꝫ sciētie diuine ⁊ ve
ritatis in prouiso vel preuiso.

¶ Qualiter autem ⁊ qua de causa verū sit vt
deus ꝓuiderit vel sciuerit aliquid: quod tamen pos-
sibile est ipsum nec sciuisse nec ꝓuidisse. Dico q: hoc
est per perfectionem ⁊ luminositatem ip̄ius creato-
ris cui a parte rerum nihil accidit vel aduenit ꝑ q̄d
sciat. Similiter nec aliquid ab eo recedit vel collitur

vllo modorum per quod efficiatur non sciens hoc est per cuius
recessum: et ideo cum sit sciens aliquid absque vllo modorum
mutationis id est preterquam aliquod ab eo recedat vel in
eo esse desinat potest effici non sciens illud. Aliud au
tem mirabile in scientia creatoris est. quia ea scientia
et eodem intuitu per modum omnem quo scit vel vi
det alterum oppositorum cum est verum erit sciens reli
quum si erit verum. Longe autem aliter se habet apud
Scia nostra est adueñtitia. nos. Omnis enim scientia nostra omnis etiam cogi
tatio nostra aliquid est nouum et aduentitium et super
additum super essentias animarum nostrarum. et pro
pter hoc non absque mutatione eorum efficimur scien
tes eorum que prius non sciebamus aut non scientes
eorum que prius sciebamus. Neque vna et eadem scien
tia qua scimus alterum oppositorum possumus scire re
liquum. Causa autem in hoc est quoniam scientie huius
modi in nobis cum a rebus ipsis scire sunt sequuntur
diuersitatem rerum tanquam causarum suarum. et propter
hoc affirmationis aut negationis aut quorumcunque ali
orum duorum non est vna numero scientia actualis apud
nos. Scientiarum habitus vna forsitan est contrario
rum et vna disciplina quod propter hoc dico quia sermonem
istum Aristoles absque masticatione perscrutationis
degluttiuit. Cum enim quorumlibet duorum contrario
rum vtrumque proprias habeat passiones et dispositio
nes separatas et forsitan contrarias habeat passiones
dispositiones. a dispositionibus et passionibus alterius
non videtur vt tam bonum eadem esset scientia per se
sed forsitan per accidens et ex consequenti intelligen
dus est sermo ille. Aristotelis: quoniam qui nouit per
Aristoteles se ac proprie hoc est ex propriis passionibus dispositio
nibus aut etiam rationibus nouit per accidens et con
sequenter reliquit. Et si scientia nostra fuerit ex lu
minibus naturalibus qualis naturaliter est in angelis
aut ex irradiatione nobiliori quales sunt splendores
prophetici. Sicut res cognite non sunt cause ipsorum. Sic non
sequitur aut imitantur eas in vnitate sua vel multitu
dine neque in identitate sua aut diuersitate: quocunque
tamen modo fiant in nobis scientie actuales vel etiam
habitudinales non fiunt tamen sine inmutatione noua
animarum nostrarum: nisi quis istare velit in scientiis na
turalibus et habitudinalibus que secundum platonem
concreantur ipsis animabus nostris. ¶ Manifestum
igitur est ex his omnibus qualiter et quam ob causam ve
rum est quod creator aliquid sciuit ab eterno et tamen pos
sibile est ipsum nunquam sciuisse illud: et qualiter et quod ob
obcausam scit aliquid modo et tamen possibile est ipsum
nunquam postea scire illud et vtrumque istorum absque vllo mo
dorum mutationis et propter quid non sequitur si proui
dit aliquid euenturum quod tamen possibile est non eue
Falli et errare. nire: quod ideo possibile sit ipsum falli vel errare: quia
verbum fallendi et verbum erroris notat duplicem sta
tum et discrepantiam siue separationem inter euentus
rerum aut res ipsas et prouidentiam vel scientiam crea
toris. cum inter eas et illam comitantiam inseparabi
lis semper sit sicut audiuisti. declaratum igitur est tibi
per hec propter quid et qualiter non est necessaria hoc
modo prouidentia creatoris vt si aliquid sit prouisum ab
ipso propter hoc necessarium sit illud esse prouisum ab
ipso imo possibile est sicut ostendi tibi illud nunquam fuis
se vel scitum vel prouisum ab ipso tamen verum est indu
bitanter quod ipsa est infallibilis et inmutabilis infallibi
lis quidem propter necessariam comitantiam ipsius
Scia et prouidentia. est rerum per quam non est possibile vt discrepet vel dis
cordet a rebus: hoc autem est dicere quia non est possi
bile vt aliter prouiderit quam eueniat vel econuerso: neque
est possibile vt prouiderit aliquid euenturum et non eue
niat quamquam per se de multorum prouisorum quolibet pos
sibile sit ipsum non euenire et de eorum similiter quoli
bet verissimum est possibile esse ipsum non fuisse proui
sum. Comitantia autem prouisionis et euentionis in Nota.
nullo genere rerum separabilis in quoniam se inuicem
sequuntur. vt si prouisum est de vnoquoque quod ipsum eueni
at a c si non eueniat sequitur non esse prouisum quod
eueniat inmutabilis etiam est prouidentia creatoris pro
pter duplicitatem quam predixi tibi statuum et conditio
num. Eodem modo et de scientia eiusdem se habet quoniam
inmutabilis est: hoc est non est receptibilis duplicitatis il
lius quam predixi tibi et propter hoc neque nouitatis. Non
enim possibile est vt dicatur vere de creatore ipsum ali
quid vel scire vel prouidere de nouo quoniam si scit ali
quid semper sciuit illud et si prouidet aliquid ab eter
no prouidit illud. Nouitas igitur procul est ab ipso in
parte ista hoc autem est propter duos status vel duas
conditiones quas habet intellectus et intentio noui
tatis. Sicut et intentio mutationis et mutandi. Hi au
tem duo status sunt nouitatis esse scilicet et non fuis
se. Mutationis vero aliter esse quam prius vel aliter se
habere vtraque autem istarum diuersitatum procul est scien
tia et prouidentia creatoris propter eandem causam. nec
discere vel fieri scientem dici potest vllo modorum de
ipso quoniam intentio discendi et discentis in duos sta
tus est videlicet in scientiam et ignorantiam. Scientiam
inquam presentem et ignorantiam preteritam. Eodem modo se habet
et de eo quod est fieri scientem, quoniam similis duplicita
tis intentio est in eo quoniam nemo dicitur fieri scien
nisi eius quod antea ignorabat. Et hec omnia exem
pla ideo aggregaui tibi vt caueas in predicationibus Nota.
que fiunt de creatore ab huiusmodi sermonibus ne per
eos ad creatorem referatur aliqua huiusmodi dupli
citas. Hoc autem dico quia nisi ad ipsum creatorem
referatur vel ad id quod est ipse creator hoc est ad scien
tiam vel prouidentiam eius non habent huiusmodi
periculum quemadmodum cum dicitur creare aliquid
de nouo vel mutare impios iustos nouitas ista non
refertur ad creatorem neque refunditur in ipsum sed
in id cuius vere ipsa est videlicet in id quod creatur. Il
lud enim vere nouum est: est enim cum prius non fuerit et
mutatio in ipso exemplo non refertur in creatorem
sed in eos quorum vere est. Hi autem sunt quibus au
fertur malitia quam prius habeant et prestatur iustitia
quam prius non habebant: de creatione vero: quia crea
tor aliquid creare dicitur et de omnibus aliis que per mo
dum agendi de eodem dicuntur quid significant et in quo
est non debeat quod significant satisfeci tibi in tracta
tu primo huius magisterii qui tractatus est de primo
principio a sepe dictis quoque duplicitatibus similiter
cauendum est in eis que dicuntur de futuro aut depen
det a futuro de quibus dixi tibi quod non sunt susceptibi
lia duarum huiusmodi dispositionum aut conditio
num et debes esse circunspectus circa intentiones ser
monum qui huiusmodi duplicitates quoquomodo
significant. Sicut dixi tibi de sermone nouitatis cu
ius intentio non explicatur nisi designatione duorum
statuum siue conditionum que sunt presens existentia et preterita
non existentia nec abhorreas siue existentia vel aliam quam
cunque priuationem dispositionem vel conditionem vel
statum nominare. Similiter autem paupertas status aliquis
dicitur et etiam nuditas alias. Ipse etiam Aristote. in Aristote. de
phisico auditu non est veritus carentiam vocare principium carentia.

naturale nec in huiusmodi vim aliq̃ cõstitutas cum
vel propter o:fectũ sermonũ vel propt̃ euidentiores
rerũ explicationẽ nomina plurimaq̃ fingere oporte
at sermones autem huiusmodi sunt incipere desine-
re. Similiter ꝛ primo aliquando esse. Non sequitur
ergo si te esse comesturũ cras semel tantum ẽ verum
ꝛ potest esse falsũ ꝙ ideo possit vel desinere esse verũ
vł icipe eẽ falsũ vł aliqñ pinoeẽ falsũ. Hoc aũt ẽ ꝓpt̃
antedictam causã quoniã si ẽ verũ semper fuit verũ
et si ẽ falsũ semper fuit falsũ. Si autem inciperet eẽ
verũ aut falsũ eẽ verũ cũ ꝑus fuisset falsũ aut eẽt falsũ
cũ ꝑus fuiss; verũ apꝺ ipm aũt nõ h; locũ statuũ ista
diuersitas vł duplicitas. Eodẽ mõ cauẽdũ ẽ tibi loi
b⁹ que significant additionẽ vel minutionem vel cre-
mentum. Si enim dixerit qs q: multa potest creator
prouidere que nõ prouidit ꝛ multa non ꝓuidere vel
etiam non ꝓuidisse: potest igitur addi ꝛ detrahi nũe
ro ꝓuisorũ a creatore vel põt crescere vł crescere nu
merus ꝓuisorum ab ipso. Scito conclusionem esse
impossibilem. Si enim ẽ possibilis ea posita nullũ
accidet impossibile ponatur igitur aliquid addi nu
mero ꝓuisorũ. Dico igitur quia illud nõ erat prius
de numero ꝓuisorũ non erat igitur ꝓuisum: additur
aũt numero ꝓuisorũ est igitur de numero ꝓuisorũ cũ
prius non esset de illo quare ẽ ꝓuisum cum prius nõ
esset ꝓuisum. Jam autem patefactum ẽ tibi quia si
aliquid ẽ prouisum a creatore ab eterno fuerit ꝓui-
sum ab eodem. ¶ Manifestũ igitur ẽ predictam cõ-
clusionem esse impossibilem. Juxta hanc viam decla
rabis impossibile esse aliquid detrahi numero ꝓui-
sorũ a creatore. Si enim possibile esset sequeretur il
lud quod detraheretur de numero ꝓuisorũ effici nõ
prouisum cum prius esset ꝓuisum ꝛ huiusmodi im-
possibilitas iam patefacta ẽ tibi ꝙ eam numero pro
uisorum a creatore crescere vel decrescere impossibi
le sit ex his. Certissimum enim est impossibile eẽ nu-
merum crescere vel decrescere nisi per additionẽ aut
detractionem. Quia igitur manifestum ẽ tibi tã ad
ditionem ꝙ̃ detractionem tibi esse impossibilem ma
nifestum ẽ tam crementum ꝙ̃ decrementum ibidẽ im
possibile esse. Cuius enim causa impossibilis ꝛ ipm
impossibile eẽ necesse ẽ. Causa vero cremẽti ꝛ decre-
menti additio ꝛ detractio sunt alia tamen via impos
sibilitas hec crementi scilicet ꝛ decremẽti declarabi
lis ẽ videlicet quoniam si aliquid adderetur nume-
ro ꝓuisorũ contrarium eius detraheretur eidem et
ita quantum adderetur illi tantum detraheretur: et
ita quemadmodum cresceret ex additione vnius tã-
tum decresceret ex detractione cõtrarij. Maneret igi
tur in eadem quantitate. Attende igitur diligent̃ hec
exempla ne inuoluaris tẽdiculis sophistarũ ꝛ ne pue
ris ista scientib⁹ te exhibeas deridendus.

¶ Et qm̃ manifesta ẽ tibi iã diuersitas ꝛ differẽ-
tia multiplex iter scias q̃ nobis de reb⁹ ꝛ de forũ adue
niũt ꝛ sciam creatoris ꝛ int̃ modos nr̃os sciẽdi i hoc
ꝛ ipsi⁹ qm̃ illa ẽ essentialis ipsi ꝛ nullo modorum ad
uenticia ꝛ vna per omnem modum: neq̃ aliquo mo-
dorum multiplicabilis ꝛ quoniam nõ sequitur diuer
sitatem vel multitudinem rerum quarum ẽ ꝛ vna nu
mero ꝛ eadem per omnem modum ẽ alterius oppo-
sitorum si ẽ verum que ꝛ esset reliqui si esset verum.
Jn nostris autẽ scientijs ecõtrario se habet ꝑ oĩa ꝛ ex
hoc declaratur tibi cõsequẽter quoddã qꝺ est aduerse
rationi. Et incredibile insipientibus. Hoc autem ẽ ꝓ
pter ignorantiam istarum differentiarum. Cum im-

mutabilior inquãt ꝛ fixior sit incomparabiliter crea
toris scientia vel ꝓuidentia necessarium autem ẽ vt
si aliquis ex hominibus vel scit vł sciuit aliquid ipm
sciuisse illud post hoc sit necessarium vt vllo modo
nõ possit non sciuisse illud. Qualiter igitur possibile
est de aliquo ꝙ creator scit nunc vel sciuit ipsum non
sciuisse illud ꝛ qualiter potest de cetero nõ sciuisse il-
lud. Jntende in his que dixi quia hoc ẽ propter mu-
tationem omnem apud creatorem ita vt ex hoc quo
aliquid scit vel sciuit non intelligatur aliquid adue-
nisse vel accessisse ei ꝛ si non sciat vel non sciuerit non
itelligit̃ aliq̃d amisisse vł recessisse ab eo aliq̃d. i nob
autem econtrario se hab; per modum omnem ꝛ hoc
est quoniam scientia qualem dixi aduenit nobis ꝑ do
ctrinam aut disciplinam aut experientiam aut inue-
stigationem propriam nec potest contingere vt sim⁹
nõ scientes nisi per recessum eius a nobis ꝛ ꝑ amis-
sionem ipsius que ẽ obliuio aut contraria sciẽtie dis-
positio quemadmodũ per dubitationem possibile est
est aliquem etiam per modũ demonstrationis scire
aliquid ꝛ per argumentationem aliq̃ sophisticã post-
modum dubitare illud aut opinari vel etiam crede-
re cõtrarium. Tu autem vides quoniam iste tres dis
positiones videlicet dubitatio eius quod sciebatur
opinio contrarij illius atq̃ credulitas ipsius contra
rij dispositiones sunt contrarie scientie eo modo sci-
licet ꝙ eã ab animabus nostris expellunt nec secũ eẽ
in eisdem illam patiuntur. obliuio vero priuatio est
scientie ꝛ abrasio eius a memoria vel intellectu quẽ
admodũ abrasio scripture siue obliteratio eius a li-
bro vel tabula. ¶ Manifestũ igitur ẽ tibi quia q̃ sciẽ
ens est vel fuit apud nos nõ potest esse nõ sciẽs absq̃
aliq̃ istorũ modorũ mutationis ꝛ absq̃ amissione scien
tie ꝙ ẽ ꝑ obliuionẽ vel acq̃sitionẽ alicui⁹ ex ꝯtrarijs tri
b⁹ dispositiõib⁹ istis q̃s noiaui tibi obliuio aũt ꝛ acq̃
sitio hmõi dispositionum amissioq̃ sciẽtie mutatio-
nes sunt habẽtes duplicitatẽ de. qua tamẽ sepe locu
tus sum tibi. Non em̃ possibile est quẽq̃ amittere sci
entiam nisi ꝛ aliqñ illã habẽtẽ ꝛ qui aliqñ apud nos
illam h; apud nos nõ põt illam non hr̃e nisi amittat
illam. Jn creatore aũt secus est q: creator h; mõ sciẽ
tiam multorũ q̃ futura sunt tñ potest nõ habere illam
id est nõ scire illa absq̃ amissiõe sciẽ illius. Caue aũt
vt sane intelligas hoc q: reuera creator non põt non
habere scientiã aliquã quã vel habeat vel habuerit
vnq̃: sed ꝯparationẽ ipsius scientie qua dr̃ sciens ali
quid ꝛ q̃ quo quõ potest noiari casus scientie ipsius
sup illud vel respectus aliq̃s scientie ipsius aliud ꝛ
tam casus hmõi ꝙ̃ respect⁹ iste lic; eos habeat crea
tor: põt tñ eos non habere absq̃ amissione alicuius
ꝙ sit apud ipm ꝛ non est istud mirabile in creatore.
Cum apud nos in cõparationib⁹ ac reloquutiõibus
atq̃ respectibus eodẽ mõ res se habeat. qꝺ em̃ est eq̃
le alij vel silẽ potest esse non eq̃le ꝛ non silẽ illi absq̃
vlla mutatiõe sui atq̃ siue amissiõe alicui⁹ ꝙ sit apꝺ
ipm. Hmõi aũt exemplũ est in duobus equalibus q̃-
rum alterũ auget̃ vel minuit̃ ꝙ cã euidentie volo no-
minari b. alterũ vero remanet imutatũ in sua quanti
tate ꝛ illud noiet̃ a. Uides igit̃ q: a. cum esset prius
eq̃le b. mõ est non eq̃le vel ineq̃le ꝛ hoc absq̃ vlla sui
mutatione vel amissione alicuius qꝺ esset apud ip;.
Sic se hñt de duobus silibus quorũ alterũ alterat̃ reli
quo releuante immutato scꝺm qualitatem. Quecũ-
q̃ igit̃ mutatio fiat in rebus sup quas cadit diuina sci-
entia vel ꝓuidentia nõ propter hoc apud diuinã sciẽ

Creatoris sci
entia qualis.

Scia nr̃a
qualis.

Obliuio q̃d

Exẽpla phi
losophica.

Nota.

Nota

Nota.

Jn sophi-
stas.

Scientia.

tiam vel prouidētiā mutatio aliq̄ fit nō propter hoc aliquid addit aut detrahit sed reuera si ista duo cōpossibilia essent vt creator sciret aliquid modo et postea non sciret illud necesse esse mutationem aliq̄ fieri circa scientiam vel prouidentiam ipsius. Iā autem audiuisti in precedentibus duplicitates huiusmodi nō esse cōiungibiles: hoc ē simul predicabiles de ipō creatore nec secundum idem tempus nec secundū diuersa. Est enim imutabilis per omnē modum. Si quis autem querat de aliquo falso q̄ tamen potest eē verū quod exempli gratia nominet a. vtrū creator nūc habeat scientiam a. et procedat sic. Creator modo non scit a. ergo non habet modo scientiā a. ¶ Amplius a nō ē scibile modo cum sit falsum ergo nō ē modo scientia eius vel de eo nec creator igitur nec alius habet modo scientiam eius et potest habere scientiam eius imo habebit quando erit verum ergo potest habere vel habiturus ē scientiā q̄ non habet. ¶ Manifesta est hec deceptio. Non enim si potest habere scientiā cuius modo nō habet. Consequens ē vt possit habere scientiam q̄ non habet. Quemadmodū rex aliq̄s

Similitudo.

ex potestate sua regia qua rex est et dominus omniū subditorū suorum si nascatur in regno eius aliquis vel efficiatur alter de nouo subditus eius habet potestatem illius cuius prius potestatem nō habebat: nō tamen habet potestatem q̄ prius non habebat: quia ex potestate priori ē potens sup istū vel dominus ipsi⁹. Habet igitur dominiū ipsius cuius non habebat non tamen aliud dominiū quemadmodū rex ē eius cui⁹ prius non erat non tamen habet regnum quod pri⁹ nō habebat. De diuino enim vniuersali questio ē: et est intentio mea hic non de diuino singulari q̄ forsitā triuisum habet. Si vero pcesserit vlterius et dixerit quia creator habet modo sciētiā huiusmodi quod nō est verum et primo nō habuit scientiā huiusmodi nosci in pte ista insidias sophistarum et q2 ipsimet distinguūt hic cōcedentes quia scientiā huiusmodi habuit prius. Nec tamen concedunt q̄ prius habuit scientiā huiusmodi quia comparatio predicta quando precedit verbū preteriti temporis quod ē habuit liber refertur vt dicunt ad presens vel preteritum temp⁹: q̄n

Nota.

do vero sequitur verbum illud nō refertur nisi ad tēpus ipsius verbi hoc ē ad tempus preteritū et tūc secundum hāc positionem non cadebat scientia diuina super ipsum cū esset falsum. Si vero dixerit habet modo creator scientiam huiusmodi et prius non habuit scientiam huiusmodi ergo habet modo sciētiam huiusmodi et prius nō habebat illam. Caue tibi in hoc quia cū dicitur creator non habebat prius scientiam huiusmodi non negetur simpliciter ipsum habuisse scientiam hāc. Sed in comparatione adhuc vel potius comparatio adhuc quia pter ipsam comparationem que ibi negari intelligitur recipiāt eā. Cum autē dicitur habebat illam vel non habebat illam negatur simpliciter et vnde vel affirmatur simpliciter et vnde scientia vel habitus sciētie de ipso creatore.

¶ Ne obliuiscaris autem opinionem eorum q̄ dicunt omnia vera esse huiusmodi vt non cadant iste duplicitates circa ea vel super ea videlicet alteratio a veritate in falsitatem vel econuerso. Similiter inceptio essendi verum et desitio contraria. Horrendū enim reputant et non immerito creatorem nunc primum scire aliquid quicquid illud sit et incipere aut desinere scire illud. Multum quippe sonare videtur in iniuriā et cōtumeliam sapientie creatoris nec ista effugere possunt qui ponūt vera et falsa quedam. Sic

Iniuriā i cōtum eliā creatoris.

Una aīa corpꝰ viuificat mā esse ꝓpriam. Sed anima vna viuificari ammini
strari ⁊ regi communiter omnia hec que ē anima toti-
us corporis. ¶ Amplius. Si plato sensisset diuersis
animabus celos omnes moueri ⁊ regi totumq̄ mun
dum sublunarē simul ad quid posuisset eam cōposi-
tam presertim ex eodem ⁊ diuerso: nisi quia istas du-
as naturas requirebat ipsa mundi diuersitas que ⁊
partem hanc quasi eandem in vno scilicet statu persi
stentem ac permanentem videlicet partē celestem q̄
nouē p̄dictos celos ꝯtinet. ⁊ partē sublunarem cuiꝰ
tāta mutabilitas tāta diuersitas maxie quātū ad sta
tum inferiorum elementorū ⁊ eorum que in eis sūt vt
nihil fere in eodē statu apud eos permaneat. ¶ Am-
plius. Corpora animaliū ⁊ vegetabiliū elemēta sūt
et ex diuerso composita quoniam ex contrarijs. Ele-
Elemēta cōtraria. menta enim contraria sunt sicut alibi didicisti. Non
est igitur mirū cum vnaqueq̄ anima congruere de-
beat corpori suo vt pote perfectio illius ⁊ forma tā-
q̄ materie ꝓprie nō ē mirum si partem anime totiꝰ
mundi quidam posuit ⁊ partem diuersam proptē cō-
gruentiam q̄ dixi eam oportere habere ad idem et
diuersum. ¶ Amplīꝰ. Cum ipsi nouem celi mobiles
indiuidui sunt aut eiusdem speciei aut diuersarum q̄
liter posuit plato vnicam illis animam esse potius
q̄ multis hominibus aut multis alijs animalibus?
¶ Amplius. Non videtur nosse naturam anime per
hoc q̄ anima ē neq̄ naturam forme per modum quo
forma ē qui ponit vnam animā diuersis corporibus
per se esse natis. aut vnam formam diuersis materijs
sic esse natis. Quod dico ꝓpter membra hoīs ⁊ alio
rū aīaliū q̄ nō sunt nata eē per se: sed in totis suis ⁊ de
illis: ⁊ ꝓpter hoc aīa totius vniuscuiusq̄ sufficit toti
⁊ partibꝰ presertim cū ptes oēs colligantiā hēant ad
inuicem mediatā vel imediatā quemadmodum se hȝ
Celi ꝯtiguꝰ res oībus aīalium mēbris. Celi vero non habentes se
inuicē colligantiā nisi contiguitatis. Contiguitas
non ē colligantia que sufficiat efficere vt vna anima
sufficere debeat multis corporibus. Quare nondum
dicit qui hoc dicit causam ꝓpter q̄ debeat esse vna
anima nouem celis mobilibꝰ. Qd si dixerit alias eē
colligantias illorū celorum que non inmerito ignorā-
tur ab hominibus ꝓpter suū longe distare ab ipsis:
dico in hoc quoniam iste ignorat motus istorū celorū
et diuersitates motuū ipsorū ea enim ē diuersitas eo
rum vt ⁊ contra diuersa habebant ⁊ polos ⁊ ꝓpter
hoc etiam plagas. In super motus vniuscuiusq̄ cō
tinuus ē ⁊ indeficiens atq̄ totalis: id ē secundū vnam
partem nulla enim pars in quocunq̄ illarū quiescit.
In hominibus autem ⁊ animalibꝰ alijs aliter se ha-
bet. Nulla enim pars motum habet ꝓprium et per
se interioribꝰ nisi cor quēadmodū dixi. Cetere eñ de
inferioribꝰ nō mouet̄ nisi motu totiꝰ. Exteriores vero
ptes mouent̄ imperio totiꝰ ⁊ tu scis cām motuū illarū.
¶ Manifestū igitur est ex his quia celi non sunt adin
Nota. uicem vt membra vel partes superioris mundi mo-
bilis. Cum adeo inuicem diuisi sint ⁊ motibus ⁊ mo
torum centris ⁊ plagis ⁊ polis vt nec partes nec mē
bra illius vllo modorum reputari possint. ¶ Amp̄.
Cum animas celorum ponant hanc solum operari ī
corporibus suis vȝ vt circulariter moueat̄. Non eī
vitā nutribilē opant̄ in eis: sȝ solū motū hmōi. Quia
igit̄ isti diuersi morꝰ tāq̄ diuersi ad inuicē tāq̄ appro
priati motoribus suis vt pote immediati ⁊ per se ef
fectus eorum necesse est motores eē diuersos: ex vna
eñ virtute per se ⁊ immediate non est possibile actus
exire diuersos specie operatione naturali. Morꝰ au
tem isti sunt operationes naturales ⁊ sole huiusmo-
di motorum in corporibus suis. Nihil eñ aliud ope
rātur in corpora sua hoc est non aliud influunt in ea:
Celi īcorrꝰpibiles. nisi forte dicant q̄ nō vr̄ aliud eē morꝰ. Cōseruatione
eñ nō indigent corpa hmōi vel restauratiua q̄ nutri
mento perficitur vel alia cum incorruptibilia natu-
raliter esse ipsimet ponunt qui hec senserunt. Ad hoc
igitur deducit eos ista ratiocinatio vt necessario co-
gantur multos motores celis antedictis ponere pro
multitudine ipsorū. Quapropter ⁊ multas animas
cum motus circularis omnis animal sit siue ab ani-
ma. Qd si dixerit quia nihil prohibet ⁊ in membris
animalium esse virtutes motiuas multas ⁊ vnicuiq̄
membrorū mobilium ꝓpriā virtutē: licet anima vna
sit ex qua tanq̄ ex vna stella multorum radiorū pro-
cedunt omnes vires ille velut quidam radij. Sic ex
anima illa primi celorum mobilium ꝓcedunt virtu-
tes octo motiue in octo celos inferiores. Dico ī hoc
quia sermo iste discordat ab opinione platonis ī par
Plato de celis. te ista cū ipse posuerit contrarietatem in motibus ce
lorum. Celos eñ septē planetarū posuit mouere ab
occidente ad oriēte ecōtrario motus octaui celi. Nō

vno autem principio per se ⁊ immediate impossibile ē esse contrarietatem. Si vero dixerit quia animā illam nō posuit plato vnum proprie ⁊ vere imo posuit eam multa atq; contraria cum posuerit eam compositam ex eodem ⁊ diuerso que non ē dubium esse contraria. Dico igitur in hoc quia vel vtraq; pars compositionis istius est in celo vno vel sunt in diuersis celis due partes ille. Qz si fuerint in celo vno ita ꝙ neutra in aliquo aliorum debet igitur mouere celum illud duobus motibus contrarijs: hoc autem nec inuenitur in aliquo celorum ⁊ manifestū est ipsuz esse impossibile. Qz si dixerit partē esse in vno celoꝝ ⁊ partem in alio nō erit ex illis anima vna: quēadmodum nec ex corporibus hoc est ex celis in quib⁹ sunt. ¶ Amplius. Perinde ē hoc ac si diceretur ꝙ ex

Absurduz. anima que ē in corpore socratis ⁊ illa que in corpore platonis ē composita anima vna. ¶ Ampli⁹. In corpore vno anima vna corpore dico animato ⁊ p se vno ac diuiso ab alijs. Quia igitur secundum ipsum oēs celi animati sunt erit hoc non anima vna numero: sed tot anime quot ipsi celi sunt quemadmodū se habet in alijs indiuiduis animatorum tam hominum scilicz ꝙ aliorum animalium ⁊ etiam vegetabiliū. ¶ Amp. Celi qui mouentur ab occidente ad orientem ecōtrario p^rio motui vt ipse posuit nō hn̄t diuersitatē aut ꝯrietatē i motib⁹ suis quin potius mot⁹ eorū idē sūt ⁊ vniformes s̄m tempora sua quemadmodum ⁊ motus primus. Non est igitur ratio quare dicatur motus diuersus vel ediuerso motus eorum ꝙ mot⁹ primi nisi forte dicere velit hoc esse propter stationes ⁊

Ptolemeus retrogradationes eleuationes et depressiones epiciclos et motuum eorū ⁊ aliorum notus quos ptolemeus ibi posuit ex causa quam adiuisti et permodum quem alibi didicisti. Respondeo in hoc et dico quia qui hanc diuersitatem motuum posuerunt in motibus planetarum et circulorum: posuerunt similiter multas diuersitates in stellis fixis ⁊ posuerunt motum ante et retro in capite arietis ī capite libre. Si vero totam animam istam ponant in celo mobili primo ponent igitur inferiores in animatos. Unde igitur eis motus. Si autem posuerit eam totam in vnoquoq; celorum mobilium. In vnoquoq; igitur debet esse motus idem ⁊ diuersus cum isti duo motus ⁊ duas partes anime illius que sunt idem ⁊ diuersum causas habeat atq; principia sui esse. Si vero intellexerit idem ⁊ diuersum in anima velut duos respectus aut comparationes: que anime illi sunt altera scilicet ad idem creatori hoc est ad vnitatem ⁊ im mutabilitatē creatoris ipsi⁹: altera ꝟo ad diuersum hoc ē ad diuersitatē ⁊ mutabilitatē mūdi sublūaris ī q̄ est tanta reꝝ varietas ⁊ multitudo atq; diuersitas per motus ⁊ mutationes tam multas ac si intēderet ipsam vnam vel vnum eē ad partem creatoris i qua ⁊ secūdum quam nō diffurcatur vel diuiditur: vel virtutibus vel operationib⁹: ad partem vero mūdi sublunaris diffurcatur atq; diuidit̄ innumeris virtutib⁹ ⁊ operatiōibus tam secundum platonem ꝙ secūdū

Aristoteles Aristotelem. ⁊ sequaces eī⁹ omnesq; illos qui astrorum iudicijs crediderūt. Omnes eñ huiusmodi totam diuersitatem rerum generabiliū ⁊ corruptibiliū omniū quoq; euentuum qui ī mundo sublunari fiūt a mundo superiori siue celo fieri posuerint ⁊ hoc ꝑpter animam ipsius vel animas. Corpis enim p modum quo corp⁹ ē impossibile ē esse virtutem effectiuam tā nobilium tāq; multipliciū operationum ꝑpter illud igr̄ idem atq; diuersū singularem ⁊ diffurcatam plato posuit aīe isti: ⁊ hoc parabolice solummodo iuxta consuetudinem suam qua sicut dixit Aristote. sequebat̄ parabolas. Jam etiam didicisti alibi qz nulla anima nobilis siue intelligens partibilis

Aīa itelligēs imp artibiles. ē ptitione aut diuisione corpali: nec vllo modorū cōgruit forma angulata aut diffurcata. Difficile autē intellectu videt̄ quia anima in corpe vno existēs operari possit in corpa remotissima. ⁊ anime quidem nostre potius patiunt̄ a corporibus alienis atq; remotis ꝙ impressiones in illa faciant. Qualiter igitur in terris ⁊ in aquis ⁊ in aere tam multiplicia tāꝙ nobilia opera fiant per animam istam nisi intellectu et voluntate. Corpus eñ anime huiusmodi siue sit vnū siue multa vt predixi tibi: non est tanꝙ instrumentuz fabricationis: vt actu vel impressione vel tunsione vl̄ aliquo modorum huiusmodi fiat fabricatio animalium ⁊ vegetabilium. ¶ Manifestum igitur est sicut alibi ostensum est tibi ꝙ operatio anime illius in ea que dixi ⁊ eorum hoc est animalium ⁊ vegetabiliuz non est nisi spiritualis hoc est nō est nisi per spiritualē s voluntatem: quemadmodū in precedentibus audiuisti de operatione creatoris qui verbo omnipotētissimo atq; imperiosissimo dixit et facta sunt: ⁊ ōnipotentissima voluntate sua mandauit ⁊ creata sunt. Accidit autē s̄m hanc positionum motus celorum stellarum neq; planetarum nō operari res sublunares neq; in eas nisi q̄ntum ad quattuor elementarias ⁊ radicales naturas seu qualitates: que sūt caliditas humiditas siccitas ⁊ frigiditas. Cum eñ anima illa operetur per intelligentiam ⁊ voluntatem tantū neq; indigeat celis aut motibus eoruz aut stellis aut planetis: vel motibus eorum omnibus illis stantibus ⁊ quietis easdem operationes operabatur in mundo sublunari. Destruit igitur opinio hec iudicia astronomie que in motibus ⁊ prenominatorum corporuz ⁊ in motuum consequentibus: que sunt coniunctiōes oppositiones aspectuū figure ortusq; ⁊ occasus omnino ꝯsistunt: ⁊ propter hoc astronomici iudices hec oīa ꝯsiderāt ⁊ obseruāt ⁊ ex eis iudicant. Dubiū āut per eē nō pōt itelligētiā: ⁊ volūtatē aīe illi⁹ nullo mo

Judicia astronomie circa quid. dorum pendere ex predictis motibus alioquin omnium animarum inconstantissima esset ac mutabilissima cum huiusmodi corporibus nihil mobilius sit ⁊ figuris constellationuz nihil inconstantius. ¶ Amp. Cum anime humane longe viciniores sint passionibus ⁊ mutationibus propter passibilitatem corpoꝝ suorum: ⁊ propter hoc multipliciter passibiles per illa ⁊ non sequuntur motus corporum suorum intelligentie ⁊ voluntates earum imo potius econuerso impossibile erit ex necessitate vt intelligentia ⁊ volūtas anime illius sequantur motus antedictos. Quare nec operationes huiusmodi sequūtur ipsos cum sint per intelligentiam ⁊ voluntatem ab anima illa.

¶ Amp. Quis diceret hoc ꝙ ipsa figuret aspect⁹ triangulares quadratos ⁊ alios: vel ꝙ ipsa intendat in eos cum ipsa non intendente non cogitante per mo-

Absurduz. tus celorū ex necessitate accidant. Superuacuuz eñ esse manifestum est ea vel intendere vel cogitare que absq; intentione nihilominus fiunt. ¶ Amp. Secundum hoc faciet stationes ⁊ retrogradationes eleuationes ⁊ depressiones ceterasq; figuras omnes constellationum ⁊ hoc non faciet nisi per intelligentiam ⁊ voluntatem. Quare scienter turbabit ⁊ confundet motus celestes per intelligentiam ⁊ voluntatem suā

eius intelligentia errare non possit nec eius voluntas esse nisi recta. ¶ Amplius de animabus nostris manifestum est quod motibus suis hoc est corporum suorum non intendant aliquam ex figurationibus supra dictis: nisi forte figuratio huiusmodi sit necessaria ad aliquam aliam operationem. Interdum enim seruitutem aptant homines in figuram ecclesiarum quemadmodum ad choros ducendos: vel ad onus quod habent figuram huiusmodi supportandum. Similiter se aptant et in figuram parallellam vel in figuram longitudinis tantum vel etiam aliam aliquam prout necessitas operationis quam exercere intendant requisierit. Triangularis vero quadratus aut alterius figurationis aspectus in nullo iuuare potest operationem que est ex intelligentia et voluntate per se et sola. Alioquin non esset operatio huiusmodi per intelligentiam et voluntatem per se. Sicut neque operatio extendendi aut edificandi de quibus manifestum est tibi: quia licet sint per intelligentiam siue imaginationem et voluntatem non tamen sunt tamen per ea sola aut ex eis solis immo ex eis per instrumenta. Amplius quid esset quod dicit Aristoteles et quod etiam sensuum attestatione manifestum est de virtutibus seminum: quarum operationes adeo euidentes sunt si vel non essent in seminibus vel non operarentur in eis quorum alterum esse necesse est si anima illa quam plato dixit animam mundi omnia hec que generantur et corrumpuntur sub sphera lune, videlicet homines animalia et vegetabilia per intelligentiam solam et voluntatem anime illius generarentur. Superuacue enim et inutiliter essent huiusmodi virtutes in seminibus: si intelligentia et voluntas anime mundi per se sufficiens esset ad huiusmodi operationes.

Vires motiue in membris.

Et si dixerit quis quia vires motiue: et aliarum etiam operationum effectiue sunt in membris animalium licet sit vna anima in corpore vniuscuiusque animalis nec tamen vires ille superfluunt. Dico in hoc quia sermo iste destruitur duobus modis: primum quoniam secundum hoc homines et alia animalia erunt membra animalis istius cuius anima illa anima est hoc est mundi et propter hoc. Sicut nullum membrum animalis animal est. ita nec homo nec aliud aliquod ex animalibus animal erit: sed erunt membra animalis illius magni monstruosissimi: et horrificissimi et consequenter ex hoc accidet in nullo hominum vel animalium aliorum animam esse: nec anima humana anima erit nisi equiuoce et cum nulla perfectio cuiuscunque ex membris hominum vel animalium aliorum anima sit vel etiam dicatur sed neque homines erunt animalia plura vel animal vnum. et propter hoc neque vnus homo neque multi homines. Secundo destruitur sermo huiusmodi per hoc quod anima que est extra corpus quodcunque impossibile est vt animet vel viuificet illud siue perficiat: cum perfectio omnis essentialis pars perfecti sit atque de ipso et in eo de necessitate esse habeat. Quare quemadmodum anima que est in socrate non potest animare aut viuificare platonem neque vllo modorum esset perfectio eius. Sic neque anima octaui celi siue anima octaui celi siue alterius corporis potest esse perfectio vel alicuius ex hominibus aut animalibus aut vegetalibus que sunt apud nos hoc est subcirculo lunari.

Inconuenientia.

¶ Quoniam autem dixi tibi in precedentibus de anima ista quod in retrogradationibus exaltationibus et depressionibus aliisque huiusmodi videlicet obsessionibus planetarum et eclipsationibus: aliisque omnibus quibus virtutes eorum et operationes impediri posuerunt astronomi: et non dixi sermone completum per quem firma fieret ratio seu probatio quam intendebam: supplebo igitur hic et firmabo probationem hanc. Dico igitur quod si anima illa efficit ea que numeraui et nominaui tibi: vel efficit illa vel scienter vel nolenter: et ignoranter et propter hoc non volenter aut inuita. Et si scienter operatur impedimenta et operationum planetarum qualiter igitur mouet eos cum per motus et motuum figuras operari ponant omnes astronomi: et omnes philosophi consentientes astronomis. ¶ Amplius. Aut quod eas retrogredi facit an quia plus iusto processerunt vltra quam ipsa imperasset an quia nimis celeriter moti sint an quia penitet eam eousque mouisse. Quare preter imperium eius et voluntatem eius moueri eos necesse est vel in parte vel in toto. ¶ Amplius qualiter obsidet eos constituens aliquid eorum inter duos malos vbi mirabiliter ligatam virtutem eius scripserunt astronomi. Et qua de causa eclipsat solem et lunam et interdum alios frequenter quo fructu siue vtilitate tot et tanta mala querit atque procurat corporibus huiusmodi nec et in animam bruteciam cadit ista malignitas vt corpus in quo est vel membrorum vel aliquod ex membris eius scienter moueat ad impedimentum ipsius vel lesionum virtutis eius. Multo fortius igitur non est possibile vt hoc cadat in animam illam nobilissimam ac sapientissimam. Si vero nesciens hoc operatur hic etiam sermo valde erroneus est quoniam etiam si ista ignorantia in ea naturalis esset tam longa tamen assuetudine millesies ablata esset ab ea et contraria eidem scientia acquisita. In brutis enim animalibus videmus per assuetudinem naturales ignorantias multas tolli et ipsa in multis quasi disciplinabiliter erudiri. ita etiam vt quedam ex illis loqui siue dicere videamus si loquela dicenda est locutionis humane tales effigiationes. Qualiter igitur tam diu durasset ista ignorantia in anima mundi. ¶ Amplius. Ipsi astronomi qui homines fuerunt et sunt causa breuis vite: et longe a motibus istis et figurationibus eorum: et aliis que numeraui: et nominaui tibi inuenerunt inuestigationibus et obseruationibus suis. Qualiter igitur ignorare potest anima mundi aliquid omnium istorum. ¶ Amplius. Cum animabus nostris notissimi sint motus corporum nostrorum atque membrorum. et hoc est per imaginationem siue intelligentiam et voluntatem earum: qualiter motus omnes celestes vel motuum figurationes latere possunt animam mundi cum fiant per intelligentiam et voluntatem ipsius. Si vero dixerit quod ea inuita accidunt eiusmodi impedimentum virtutum suarum planetis. est igitur alia virtus mouens celos et planetas quam ipsa anima mundi. Nullus autem philosophorum posuit aliquod horum moueri nisi ab anima neque etiam plato ipse. Quare erit alia anima mouens celos vel alie anime mouentes eos quam anima illa mundi quam plato posuit et de hac erit adhuc questio eadem: et difficultas eadem. Sequitur etiam hunc errorem per vias multas et violentia et conflictus et velut pugna atque rebellio apud eos. Hoc autem nemo philosophorum dixit.

Nota

Naturales ignorantie in brutis tolluntur per assuetudinem.

¶ His igitur causa exercitationis et declarationis de veritatis propositis: circa opinionem platonis dico quia secundum sententiam meam non fuit opinio platonis mundum totum corporeum animal vnum esse sed celum solum hoc est totum quod est a luna supra vel vltimam spherarum mobilium superiorum quam plato forsit

Platonis sententia de anima mundi

credidit esse spheram. stellarũ fixaruꝫ forsitan eñ no na sphera latuit eum quẽadmodũ ꝛ decima ꝛ ipsuꝫ ꝛ alios philosophos. Sola quippe christianorũ do

Christiani soli decimã spherã nouerũt.

ctrina decimum celuꝫ ponit qð ꝛ vocat empyreũ hoc est prelucidum siue prefulgorũ. ꝛ videtur hoc ipsum sensisse auicẽna ꝛ platoni concordasse vbi dixit quia celũ ẽ animal quoddam vel mundus a precellentia mũditie ꝛ puritatis: aut ab vltimitate nobilitatis se cundum hoc nominatus videtur. Abubacer vero sar racenus in libro expositionis auditus Aristotelis dixit deum esse spiritum celi quod de creatore intel lexit errauit intolerabiliter. Ignorantia etiã damna bilissima eum excecatum fuisse nõ dubites. Creator eñ in supereminẽtia nobilitatis vltimitate ꝗ liberta tis sue: sic est in rebus vt neqꝫ vnit⁹ neqꝫ alligatus sit eis aut alicui earum. Spũs enim omnis vnitur cor pori qui vere dicitur sic alligatus corpori suo vincu lo naturali: vt vel nõ possit esse extra illud vel nõ pos sit bene esse ex omnibus modis suis: nisi in illo ꝛ cuꝫ illo. Hoc autẽ dico propter animas humanas que ĩ consortium beatissimorum angelorum: sunt quibus quidem bene est non autem ex omnibus modis suis quod dicere quia nondũ cõpleta est beatitudo earuꝫ aut glorie cum restent adhuc eis perficiende ꝛ glori ficande omnes ille vires earum quibus ille opera bantur in corporibus suis p illa. Quam longe auteꝫ sit a creatore omnis incompletio omnisqꝫ defectus manifestum est tibi ex vltimitate glorie illius. Quis ergo de tanto philopho tantus error facile creden dus non est. Magis mihi simile arbitror sermonem suum ipsũ intellexisse per transpositionem ita videli cet vt censuerit ipsum spiritum celi propter nobilita tem suam: ꝛ appropinquationem ad nobilitatem at qꝫ diuinitatem non e a intentione vel intellectu qua creator deus dicitur. In illa enim nihil ei communi cat imo nomen illud nomẽ ẽ proprium: ꝛ in commu nicabile creatoris propter quod nec plurale habet quoniam non multiplicantur vllo modorum eius di unitas. Equiuoce igitur ꝛ deus ꝛ dij de omni alio: ꝛ de omnibus alijs dicitur: ꝛ nullatenus illa ratione vel intentione. Si igitur spiritum celi deum dixisse opinandus est abubac: sicut Jouem aut appollinem ꝛ etiã eodẽmodo quo quidam mundum ipsũ deum dicere non veriti sunt quos quidam ex philosophis i talicis irridẽs dixit in libro suo de hoc. Que pulchri tudo potest esse isti rotundo deo autem queritur de alijs celis vtrum illa eadem anima animati sint: an habeat quodqꝫ eorum animam propriam. Cõueniẽ tius dicendum videtur sm platonem. quod vnuꝫ qð qꝫ eorum anima propria animatum est: quoniaꝫ vnã intellexit incompositam ex eodem: ꝛ diuerso totam aggregationem animaruꝫ illaꝝ propter collegatio nem quam habent celi ad inuicem. Quẽdmoduꝫ ip se idem plato posuit caput ꝛ cor ꝛ matricem in ho minib⁹ aial esse nihilominus cum hominẽ vnũ quod qꝫ animal vnũquẽqꝫ eẽ. Sicut ꝛ mũdus vnum totum ꝛ vnum vniuersum communiter ab hominibus nun cupatur: vnum vero siue vnitatem quod posuit ĩ ani ma illa posuit in celo quod ipse opinabatur princi pale ac nobilissimum inter celos. Diuersum vero a nime illius videtur intellexisse aggregationem ani marum aliorum celorum. tum propter multitudinẽ atqꝫ diuersitatẽ earũ tũ propter diuersitatem que ap paret in motibus eorũ. nec nõ ꝛ cõtrarietatẽ ad mo dum celi illis quod nobilissimũ ac principale opina

Dij equoce

Ala glorifi cata sine corpore p fecte beata non est.

Nota.

tus est. Debes etiaꝫ scire quod caput in homine pla to posuit hominem esse residuum vero sicut colum nam ad supportandum atqꝫ gestandum in alto ho minem. i. caput ipsum. Sic ꝛ nobilissimam partem vniuersi corporei totiqꝫ residue eiusdem supeminen tem eia lege posuit: ꝛ residuum velut quoddã vehicu lum ac sustentaculũ in sublimi habere ꝛ deferre aial illũ. Neqꝫ negaret plato mẽbra hominis partes ho minis esse. ppter cõem vsum nominandi hominem. Homo eñ noiat cõmuniter ꝛ visualiter. non caput so lum: sed totum: qð ex capite suppositoqꝫ componit ꝛ ipe intelligitur ꝛ plato intelligebat qð a pte illa sup eminenti totum noiaretur homo: quemadmodum a pte corporis tanꝗ ab humo. p eo qð terrestris est si ue terrena totũ noiatur hõ. Quamquã igitur plato nis consuetudo eẽt seq metaphoras: ista tñ videt mi hi similior intentio sermonis eius de aia mundi. De bes aũt scire qꝛ eousqꝫ excecati sunt: eousqꝫ intellectu deficientes vt crederent vnam animã mundi in nume ro quicquid in mundo est animatum animare nec ali ud esse sm essentiam ꝛ veritatem animam socratis ꝗ aiam platonis. Sed aliã aiam ꝛ hoc ex alteritate ani mationis ꝛ animati. Ex quo necesse habent recipere nõ aliud esse socratẽ quam platonem sm essentiam ꝛ sm veritatem: sed alium ex pdictis alietatibus. Qua ppter generatio ꝛ corruptio sm eos non erunt ĩ ho minibus vel in alijs rebus. Cum generatio sit in re bus sm Aristote. in substantiam ꝛ corruptio egressꝰ ab illa: nec fiant sm accidentia qn potius sm substan tiales formas. Huiõi eñ mutationes videlicꝫ que fi unt sm accidentia vel accidentales formas altera tiones sunt: non autem generationes aut corruptio nes. ¶ Amp. Neqꝫ homines neqꝫ alie res numerant sm accidentia: neqꝫ dicuntur vnus ꝛ alius aut vnuꝫ ꝛ aliud. Neqꝫ eñ socrates quondam puer ꝛ modo se nex numeratur vnus ꝛ alius aut duo homines quam uis ipe senex differat a se puero. multa numerositate accidentium. Quare si non est inter homines alteri usmodi differentia quam sm accidentia: non cadet nũer⁹ apõ eos. neqꝫ erũt multi vel multa: sꝫ erãt vnꝰ ꝛ idem homo quemadmodũ socrates quõdam puer ꝛ modo senex. In destructione autem huius erroris non rationibus aut pbatiõibus vtendũ est: sed igne ꝛ gladio omniqꝫ penali genere exterminij. Nec te cõ turbet sermo cuiusdaꝫ ex italicis phis: qui dixit quia sola accidentium varietas facit differentiam nume ro: qm intentio eius non fuit in hoc nisi vel excludere differentiam specificam ꝛ alias substantiales differẽ tias: nec retulit intellectũ sermonis sui ad nos: intel ligens differentiã ipsa distinctionem nostrã: fuit igit intentio eius in hoc sermone qð sola accidentium va rietas: id ẽ non spes aũt differentia substantialis aut aliquid cõmunium omniũ essentialium facit differẽ tiam numero: hoc est diuersificat ipsa indiuidua vel facit distinctionem numeralẽ nobis indiuiduoꝝ. Nõ eñ in specie distinguimus indiuidua: sed magis vni mus similitudine essentiali oĩmoda que est eis species vl potius ꝗ est ipsa spẽs sm ipsum. Ipsemet dixit quia species est substantialis similitudo indiuiduorum. ꝛ de bes intelligere qð dixi substantialis hoc est sm totaꝫ substantiã. preter eñ rationẽ speciei nihil hꝫ substan tiale indiuiduum. Scito autẽ quia hmõi similitudo noiatur cõmuniter idẽptitas in specie. Nec dubites qꝛ si intellectus noster illuminatus esset hic illumina tione glorie sue vltime distingueret ꝛ numeraret ĩ ip

Plato dẽ homine.

Error mani festus.

Gñatio qd ꝛ corruptio.

Spẽs quid

DD.i.

sa specie sua: non quidem dissimilitudine q: nulla est eis in ipsa specie: sed diuersitate qua videret hoc nõ esse illud ⁊ econuerso ⁊ verissime numeraret. Diceret vnum ⁊ aliud ⁊ tertiũ. In statu vere hmõi tam tenebrose miserie nõ illuminatur adea numeranda ⁊ distinguenda: nisi p ipsas accidentium varietates accidentium dico sensibilium nisi forte splẽdore prophetico aut alio de super venientis irradiationis humane hoc ei facere posse donetur. Dico etiam q: quemadmodum ⁊ alibi didicisti sicut aĩa brutalis non est perfectiua humani corporis aut hoĩs: ⁊ propter hoc multofortius anima ista celestis quam plato posuit non erit pfectiua humanoꝝ corpoꝝ aut aliorum aĩalium aut vegetabilium. Cũ multo maior diuersitas sit inter corpus celeste ⁊ corpora humana q̃ inter humana ⁊ brutalia. Et eodẽ modo se habere necesse ẽ de animabus aliorum celorum si animas eis vel animatos ipsos posuit.

Aĩa celestis nõ pficit corpora hũana

¶ Reuertar igitur ⁊ dicam quia animam istã non videtur plato posuisse nisi vel in celo vno vel in ipso vniuerso nouem celos mobiles cõtinente: quod autem in p̃cedentibus contra huiusmodi sermonem platonis dixi de diuisionibus atq3 diuersitatibus celorum vẽ quod per eas phibebatur aĩa vna animari eos omnes. Scito qꝺ facile est ⁊ naturis multis ⁊ animabus nobilibus colligationes habere ad inuicem ⁊ firmare eas atq3 roborare p cõtactum corpoꝝ suorum. In naturis aũt vnum exemplũ est tactus ferri ⁊ adamantis: vel etiam magnetis q̃ est longe minoris virtutis quã adamas in pte ista. Cum eñ ferrũ tetigit adamantem: vel etiam magnetẽ attrahet aliꝺ ferrum ⁊ illud aliud. ⁊ forsitan non hʒ istud finem. Unde ⁊ si acus tetigit hmõi lapidem recipit ex ipso tactu hmõi virtutem attrahendi ⁊ quasi aglutinandi sibi acum aliam: ⁊ scꝺa similiter faciet de alia ⁊ tertia eodem modo opabitur in quartã ⁊ quarta quintam. Nec est experientia ,pbatum adhuc apud me an finẽ habeant hoc: an stet in aliquo numero acuum. Uidebis eñ an stet in aliquo certo numero. Uidebis enim acuum primam sic ordinataꝝ pendere ex lapide isto quem tangit: deinde scꝺam acum adherere illi per tactum silem: ⁊ tertiam: ⁊ quartam ⁊ ita de aliis. Nõ igitur virtus adamantis qua sibi facit adherere acũ primam tranfunditur in omnes acus. Quid mirum si virtus viuifica vel animalis primi celi transfundit in scꝺm ⁊ a scꝺo intertium ⁊ ita donec veniatur ad vltimum celoꝝ mobilium quod est celũ: lune etiã si nõ sit alia ligatura vel ligatio inter eos q̃ cõtiguitas si ɔtactus. Quemadmodũ apparet in exemplo ,ppos ito. ¶ Amp. In insci siõibus arborum manifestum est tibi ipso sensu: q: trãsfunditur virtus vitalis a trunco in surculum insitũ illi cum alia ligatura q̃ contactu sibiĩuicem hereant. Nõ ergo mirum si vita illa primi celi se transfundit in scm ⁊ ita de aliis. ¶ Amp. In ipsius vite contrariis inuenies transfusiones innumerabiles quemadmodum in morbis humanis qꝺ non est apud me leuis admirationis quia vno laborante morbo caduco cadente cadũt multi. Uides igr q morbus iste se transfundit in stãtes ⁊ maxime pueros: etiam ,ppter appropinquationem contiguitatis. Ipsa etiã medicina laxatiua ⁊ purgatiua solo aspectu virtutem suam transfundit in aspicientẽ ⁊ humores noxios illius: ⁊ euacuat ipsos. Notissimum etiã est tibi de virtute ignis ⁊ aliis actiuis qualiter transfundant operatiões suas in cõtingua sibi passibilia

Nãlis sympathia vel colligantia rerum.

Silitudo.

Uirtus cõtiguitatis.

atq3 receptibilia operationum suarum ⁊ quia contiguitas ad huiusmodi operatiões. Quare si primũ illud ac nobilissimum celum secundum platonem sedes anime est illius: ⁊ propter hoc necessario est habens in se maximam redundantiam vite ex ipsa presentia fontis illius. Quid mirũ si in corpora sequentium celorum influit vitam ⁊ motum aliasq3 animarum operationes cum huiusmodi corpora ex ipsa similitudine celi illius nobilissimi: suisq3 suis dispositionibus ad has influentias recipiendas naturalr aptissima sint eorumq3 capacissima. Sic eñ mihi videt scm intẽtionem platonis fontem vite ⁊ motus habere in se celum illud. Sicut sol fontem luminis ⁊ caloris ⁊ simili largitate in receptibilia illos influere. Nõ si dixerit quis influentie ille aut anime sunt aut tantum influentie animalis nõ refert opinor scm platonem: hoc est non videtur inconueniens esse cõcedere q reuera aĩe sint. Cum ipsemet quasdam partes aĩalium animalia esse dixerit. Et Aristoteles non abhorruit dicere quoq3 animã oculi visum esse siue virtutem visibilẽ. Si vero quis obiiciat q scm hoc erit anima ex anima nec hoc inconueniens est apud multos videlicet q virtus visibilis ex anima totius animalis siue hominis siue alterius sit. Nec dubitatur ab aliquo intelligente quin perfectio oculi quia est instrumentum viuum ⁊ naturale videndi sit perfectio corporis naturalis tantum potentia viuentis siue vitam habentis. Quare erit ex necessitate anima secundum hanc diuisionem Aristotelis nisi forte Aristoteles intelligere voluerit de corpore perfecto qꝺ natum est esse per se vel in alio vel de alio ⁊ hoc fortasse non irrationabiliter quis itelligat. Animam vero filii ex anima patris esse impossibile esse iam declaratum est tibi p me alibi. Apud Aristotelem vero ⁊ sequaces eius non reputatur inconueniens intelligentiam esse ab intelligentia: donec veniatur ad vltimã quam dicũt esse motorẽ celi siue sphere lunaris. Primam autem intelligentiam solam a creatore esse per viam creationis. Secundam vero a prima sicut alibi iam dixi tibi. Consequens igitur est vt nec reputẽt inconueniens animam secundi celi esse ab anima primi vel ab intelligentia primi celi. Animas etiam nostras creari ab aliqua ex intelligentiis dicere veriti non sunt: intolerabiliter abutentes verbo creandi et creationem ipsam que operatio est propria ⁊ possibilis creatori benedicto creature errore impiissimo tribuentes.

Aristoteles

Intelligẽtie motrices celorum.

Error

¶ Quod numeros forme anime illius plato applicuit ⁊ aptauit: ⁊ quasi in compositionem ipsius venire illos asseruit ex ipsa mundi fabrica: cui aĩam huiusmodi posuit accepisse videtur. Posuit eñ distãtias que sunt a terra vsq3 ad celum nonum: imo vsq3 ad octauum secundum ipm ,pportionales esse numeris quos posuit in figura sua: ⁊ totum mũdum eẽ posuit musicalem partesq3 ipsius iuxta: q de eo intelligere potuit ,pportionibus musicis sibiĩuicem naturaliter consonas ⁊ connexas: ⁊ ,ppter hoc ipsam animã mundi que corpore suo concordare necesse habet atq3 congruere similibus nexibus esse naturaliter vnitam quodammodo compactamq3: quemadmodũ tetigi tibi supra cum loquerer de eodem ipsius ⁊ diuerso. Induxit etiam eum vis virtusq3 musicalium proportionum q̃ adeo vt ipsemet dixit potentes sunt in animas nostras vt tote anime nostre in potestate earum posite videantur. Immutant quippe eas mira

Mũdus musicalis secũdum platonem.

facilitate secundum dispositiones illas que sunt se-
cundum virtutem concupiscibilem ⁊ irascibilem: ⁊ hoc
pro voto seu libito musicantis si in arte musica exer-
citat⁹ fuerit ⁊ euidēter peritus. A dolore nāq̧ i gaudiū
⁊ econuerso: ⁊ ab ire turbatione in tranquillitatē at-
q̧ serenitatem: a timore in spem siue fiduciam: a pu-
sillanimitate in magnificentiam ⁊ econuerso incredi
bili velocitate eas transferunt atq̧ demutant. Hinc ē
q̧ cum plato credidisset nihil nisi suo simili delectari
naturaliter credit animas nostras propter vehemen
tissimas delectationes quas habent anime nostre in
consonantijs simillimas esse ipsis: ⁊ propter hoc cō-
positas esse ex consonantijs musicalibus ⁊ inde etiā
Musica celestis scḋm platonem. idem de anima mundi sensit addens ipsi mūdo velut
musicam duplicem. Cum enim musica humana bis
diapason non excedat musicam celestem vsq̧ ad qua
ter diapson ascendere affirmauit philolaus quodq̧
philosoph⁹ hac eadem ratione per motus animam
humanam posuit armoniam ⁊ consequenter ipsam
animam mundi. Multis autē vijs ⁊ modis positio
ista destruitur ⁊ primum quia similia non solum fa-
stidiunt sed etiam contristant animas nostras. Neq̧
enim calore delectatur nisi qui frigidus est nec frigo
re nisi qui calidus nec cibo vel potu nisi qui esurit vl̄
sitit quietem delectabilem facit motus ⁊ econuer-
so: ⁊ ab hunc modum est reperire in multis alijs.
¶ Amplius. Secundum hoc in solis numerabilibus
⁊ mēsurabilibus esset delectatio animabus nostris.
Quare in simplicibus: ⁊ in corporalibus q̄ntitatem
non habentibus nulla esset eis delectatio quare nec
in scientijs nec in virtutibus nec etiam in ipso crea-
tore in quo constat esse vltimitatem delectationis: et
animarum nostrarum beatificam suauitatem.
¶ Amplius. Quemadmodum anime nostre tantis
studijs consonantias exquirunt ⁊ instrumenta musi-
calia sibi fabricant amore musicalis suauitatis. Sic
⁊ multo amplius anime illa consonantias istas exq̄
ret: ⁊ potissimum nature sue ⁊ compositioni congru
entissimas ita: vt si possibile esset aromaticas melo-
dias omnes celos faceret resonare. Iam autem de-
clarauit Aristoteles musicalem sonum vel aliū quē
cunq̧ celos resonare vel habere non posse: voces eni
Son⁹ vnde ibi locum non habent. Sicut neq̧ localia instrumen
ta. Son⁹ vero omnis ex violenta collisione perficit̄
In celis vero nec violentia nec collisio locum habet
⁊ propter hoc neq̧ sonus presertim cum sonum emit
tat aer collisione huiusmodi compressus. Aerem ve
ro in celis esse impossibile est: cum locus eius natura
lis infra spherā lune sit sub sphera ignis. Declarauit
etiam aristoteles q̧ sonus est dispositio per collisio-
nem impressam in aere ⁊ propter hoc tam diu portat
impressionem huiusmodi hoc est q̄ longe ipsum col
lisio impellit vnde nec vlteri⁹ auditur. Hinc est q̧ nec
Son⁹ aque ad aquam quomodo. pilus nec capillus nec lana sonum perficit vel impri
mit nisi densatus vel globatus. quoniam aliter colli
sionem aeris efficere non sufficit nec in aqua sonus
posse fieri videtur ⁊ sonitus qui auditur maris non ē
ex collisione aque ad aquam absq̧ interposito aere
neq̧ aque marine ad littora vel scopulos. omnimodo
enim istius dispositionis aer receptibilis est: ⁊ pro-
pter hoc multi ex antiquis sonum diffinierunt aera
ictum vel allisū que ratio euidenter materialis est.
Inconuenienter igitur collocata esset anima in par
te superiori mundi corporei in tanta scilicet nature
sue dissimilitudine vt cum ipsa composita sit ex nume
ris armonicis nihil armonie esset i illa regione sua.
Qd si dixerit quis quoniam armonia spiritualis si-
ue intellectualis est ibi in numeris motuum: ⁊ pro-
portionum ipsorum. Dico quia sermo iste est euiden
tis impossibilitatis. Motus enim octaue sphere ad
motum sphere vl̄ stelle saturni est in proportione tri- Cursus planetarum
ginta annorum ad vnum diem motus dico diurnus.
Unaquaq̧ enī die naturali octaua sphera quasi se to
tam perfecte describit siue pertransit. Stella vero sa
turni s̄m platonem non minori tempore q̄ triginta
annis pertransit eandem. Stella vero Iouis in duo
decim annis pertransit totum circulum signorum.
¶ Manifestū autem est quoniam iste proportiones
armonice non sunt. Ipse etiam posuit q̧ musica cele
stis non excedit quater diapason quater vero diapa- Diapason quod.
son non est nisi sexdecupla proportio vel s̄m eam.
Sexdecupla enim proportio quattuor duplas con-
tinue cōtinet q̄rū pria ē a sexdeci i octo. Scḋa ab octo
i q̄ttuor. Tertia a q̄ttuor i duo q̄rta a duob⁹ i vnum.
Prenominate aūt proportiōes multo maiores sunt.
Qd si dixerit quia inter spheras planetarū siue mo
tus earum sunt proportiones armonice ⁊ iste sermo
similiter māifeste erroneus est. Proportio enim mo
tus sphere siue stelle saturni ad motū sphere vl̄ stelle
Iouis proportio est triginta ad duodecī. hec autē
est dupla sesquialtera s̄m cursum eorum medium.
Sed cursus equatus facit aliam longe proportionē
inter eos: ⁊ omnino non armonica s̄m veritatem. Si
enim cursus equatus ⁊ cursus medius eiusdem q̄n-
titatis essent precise: esset reuera proportio inter mo
tus istorum duorum planetarum. Saturni videlicet
⁊ iouis armonice composita ex diapason ex diapen-
te. In ceteris quoq̧ planetis cū examinaueris mo
tus eorum equatione verissima inuenies proportio
nes motuum omnino non esse armonicas: ⁊ si diligē-
tiorem considerationem feceris per retrogradatio-
nes: ⁊ stationes inuenies motuum proportiones ab
armonicis dispositionibus etiam si alias essent iter
motus illos multipliciter illos auertere. Qd autem
posuit de distantijs ⁊ proportionibus earum an con
cordet probationibus ptholomei ⁊ aliorum: tuum e
rit videre quā q̄ proportiones distantiarum magis
videantur debere esse omnes mobiles proportiona
les eē videt̄ ex magnitudine siue spissitudine seu pro Celorum proportio que
funditate. Contrarium enim hoc est contraria habi-
tudo videtur indecens mundo superiori deformitas
Non erunt igitur ille proportiones distantiarum q̄s
plato posuit. Hec ⁊ similia relinquenda arbitror con
siderationi tue. ¶ Amplius. Diuersum illud quod p
tem anime istius posuit aut est diuersum scilicet s̄m
essentiam suam habens scilicet in seipso partem: et
partem aut est diuersum tantum s̄m virtutes ⁊ ope-
rationes. Qd si s̄m essentiam erit de ipsis partibus
eadem questio videlicet an partibiles sint ⁊ aggrega
te ex multitudine aut non: ⁊ quoniam illud diuersū
non est compositum continuatione siue continuitate
partiū: huiusmodi enim compositio corporis tan-
tum est: ⁊ per se. Quare erunt aggregate partes ille
ex simplicibus seu impartibilibus ⁊ illis vtiq̧ fini-
tis: alioquin esse anime illius esset infinitum ⁊ i intel
ligibile atq̧ intellectu interminabile: ⁊ in transibile.
Huiusmodi autem positiones respuit ista phia ⁊ om
nis alia. Nemo ei recte sapiens philosophāt de nō
intelligibilibus. Erit igitur diuersum istud aggre-
gatum ex finitis simplicibus ⁊ illa erunt ex necessi-

tate substantie cum sint partes substantie illius que est diuersum hoc. Hee igitur substantie aut erunt viuentes aut nonviuentes ⁊ iterum intelligentes vel non intelligentes. Quod si fuerint intelligentes ⁊ viuentes erunt igitur substantie nobiles: ⁊ erunt vel anime intelligentie vel spiritus angelici. Quare pars anime illius erit composita ex animabus vel intelligentijs: vel spiritibus angelicis. Hoc autem ꝙ inconueniens sit ⁊ ꝙ in auditum hactenus plene nosti. Sive vero fuerint partes ille nonviuentes: erit igitur multo fortius totum non viuens: ex nonviuis enim ex mortuis viuum esse impossibile est. Quod si dixerit quia diuersum illud nõ est diuersum diuersitate partium aggregatarum in compositione ipsius: sed diuersitate virtutum ⁊ operationum que ex ipso sunt: tunc pars reliqua eiusdem anime non erit multo fortius diuersum cum ea ex necessitate sit maior diuersitas ⁊ multitudo operationum tanꝙ ex superiori ac nobiliori ꝙ sit illud diuersum: omnis nãq virtus quanto superior est quantoq nobilior tanto est virtutibus ⁊ operationibus multiplicior: ⁊ maxime si coniuncta fuerit corpori. Sicut apparet euidenter in anima rationali que longe multiplicior est ĩ virtutibus ⁊ operationibus ꝙ brutalis ⁊ brutalis ꝙ vegetabilis. Qualiter autem aliquis ponere possit ex aliquibus substantijs vel virtutibus vnam esse vel aggregatam vel alio quolibet modorum compositam: nisi ex defectu ⁊ imbecillitate intellectus videre non possit. Hoc autem dico propter imbecilles ⁊ erroneos qui vel animam rationalem vel aliam quẽcunq ex substantijs nobilibus aggregatam ponere audent ex simplicibus vel substantijs vel virtutibus ex quarum operationibus vel virtutibus vnã aggregari vel alio quolibet modo componi impossibile est. Hoc enim est ac si quis diceret vnam virtutem aggregatam esse vel alio modo compositam ex virtute visibili: ⁊ virtute audibili.

Nota.

Error quorundam.

¶ Amplius. Si secundum veritatem numeri venirent in compositionem anime mundi esset cõposita secundum veritatem essentie sue ex illis. Quare ex necessitate numerus esset ĩ veritate essentie sue ⁊ propter hoc non esset vera substantia imo essentia sua ⁊ veritate atq genere ꝗntitas ⁊ propter hoc esset in subiecto: ⁊ non eẽt ipsa subiectũ veri nominis.

¶ Amplius. Unitates ex quibus esset numerus ille vel essent substantie vel accidentia. Si essent substantie redit questio quam premisi q: vel minime intelligentes vel non ⁊c. Quod si essent accidentia ex illis impossibile esset fieri nisi accidens.

¶ Amplius. Sicut in nũeris illis sunt proportiones harmõicẽ. Sic ⁊ proportiones contrarie. Sicut enim sunt ibi nouem: ⁊ octo ⁊ sex ⁊ quattuor tria ⁊ duo et vnũ: habentes adinuicem proportiões harmonicas. Sic sunt ⁊ ibi nouem vel septem ⁊ quinq ⁊ tria ⁊ nouem ⁊ quinq ⁊ septem ⁊ quattuor: quorum proportio es omnino cõtrarie sunt harmõijs. Quare sicut precedentes numeri adinuicez resonantiam faciunt in anima illa: sic isti contrariam dissonantiam ĩ eandem: ⁊ etiam maiorem dissonantiam vt pote plures discordantium proportionum ꝙ illius proportionibus harmõicis adinuicem connexi sunt. Non minus igitur inepta est compositio ista ratione huiusmodi dissonantiarum ꝙ apta ratione consonantiarum.

¶ Manifestum est igitur ibi per ea que precesserunt nec sm̃ rem: ⁊ veritatẽ platonem posuisse hmõi compositionez aĩe celesti ⁊ hoc apparet euidẽter ex alijs sermonibus ipsius. Cum enim dixerit eam omnibus intelligentibus prestantiorez euidenter intellexit eã simplicem esse: cum simplices substantie ex necessitate prestantiores sint compositis. Similiter apparet ex mixturis ⁊ diuisionibus ex quibus illã esse compositaz. Spirituales enim substantie nec mixtibiles sũt nec secabiles sed neq corporales substantie mixtibiles in corporeis aut ẽconuerso sicut alibi didicisti et quocũq modo coniũgibiles sint ad vnum efficiendũ illud tamen ꝙ eis componitur impossibile est diuisibile esse: quemadmodum homo vt homo diuisibilis non est aut secabilis: quocunq enim modo diuideret necesse esset in in aliꝗ ex partibus cedere illa enim ĩ diuisibilis est diuisione huiusmodi. Apparet igitur euidenter secundum rem: ⁊ veritatem nec platonem nec alium intelligentem ita sensisse de anima.

Platonis error

Simplicitas spũalium substantiarum.

Parabolas vero platonis prosequi per singula que ipse enumerat diffusiorem expositionem desiderat ꝙ patiatur meum hoc propositum. Neq aliud in hoc ꝙ formam corpoream anime ille posuit intelligendum puto nisi ꝙ virtutes anime illiꝰ extensas: ⁊ dilatatas esse in corpus celi iuxta figuras illas celestes imaginatus est: quemadmodum si quis dicat animam humanam figuram habere duarum linearum rectaruz equalium sese inuicem orthogonaliter secantium: quoniam ⁊ corpus humanum huiusmodi figuram euidẽter habet. hoc autem est ac si quis poneret eam compositam ex virtute intellectiua prima ac superiori parte ⁊ virtute operatiua infima operatiua in ꝙ in corpore ⁊ per corpus. Medijs autem virtutibus concupiscibili ⁊ irascibili tanꝙ partibus altera dextera altera sinistra ⁊ virtuti quidem concupiscibili sedem quidam posuerunt epar siue in epate: ⁊ sedem amoris epar dixerunt: virtuti vero irascibili cor. Unde ⁊ magnifici cordis ⁊ parui cordis e os dixerit quibus magnificentia ⁊ pusillanimitas sunt: quas non est dubiuz dispositiones esse virtutis irascibilis nostre. Si quis igitur de causa scilicet quoniam anime humane virtutis extenduntur velut ab alto in deorsum et sinistro in dextrum. ⁊ econuerso iuxta figuram corporis sui posuerit eam spiritualiter habere figuraz huiusmodi in hoc ponere videbitur ad modum platonis ⁊ si vlterius in huiusmodi positione procedere voluerit etiam totam figurationem corporis humani aptare eidem per viam istam poterit. Diffunduntur autem ⁊ extenduntur vires siue virtutes eius per omnia membra vsq ad omnes extremitates ipsius corporis: quemadmodum manifestum est de sole q: luminositas eius in orbe circa ipsuz circunquaq ad ⁊ in omnem partem effunditur sequens formam ipsius corporis solaris ⁊ generaliter verum est quia virtutes corporales sua extensione operationumq suarum diffusione formam sue originis hoc est corporis a quo oriuntur imitantur sic: visum est fortisaz platoni de virtutibus spiritualibus qui vim sue originis id est substantiarum a quibus exeunt imitantur. Visum est etiam multis ex philosophis quia virtutibus ⁊ substãtijs spiritualibus que coniũgibiles sunt corporibus et perfectibiles eorum corpora aptantur ꝑ exigentia seu congruentia operationũ ipsarum ⁊ ꝙ etiam configurentur eis hoc est figuratiõne assimilẽtur ⁊ in hoc vtiq recte senserunt videlicet de aptatiõe figuraz. Aia nãq serpẽtia vel alteriꝰ reptil' ñ possz eẽ ĩ corpe eleuato ⁊ ad gradiẽdũ naliter apto. Sicut neq aia humana in corpore serpentino

Irascibilis vbi.

Concupiscibilis.

Aie virtutes per vniuersũ corpus diffuse.

Ipse igitur virtutes ⁊ operationes animarum reddunt figuras corporum sibi congruentes. Quare potentialiter siue virtualiter videntur ipse anime aut figuras huiusmodi habere aut nonnullam similitudinem earum. Potuit etiam esse ꝙ plato considerauit in anima humana virtutem vitalem seu viuificatiuam: quasi centrum vel medium anime ipsius: deinde virtutem intellectiuam procedentem ex illo medio in sublime. Virtutem vero operatiuam per corpus velut procedentem ex illo medio in deorsum. Virtutem vero concupiscibilem ⁊ irascibilem procedentes iterum ex illo medio alteram dexteram partem alteram in sinistram. Et forsitan propter hoc opinatus ē figuram corporis humani huiusmodi lineationis esse debuisse: hoc enim expresse videtur in orbibus celestibus. Quattuor enim sunt numerositate virtutes ⁊ videntur esse principales in anima humana. Si quis vero dixerit virtutem gressibilem eē velut vnam ex huiusmodi lineis: videlicet que a virtute vitali protenditur in deorsum. Virtus vero operatiua artificiorū vel aliorum quorumcunque necessariorum protenditur in vtrumque latus ad instar brachiorum ⁊ indubitanter in brachiis ⁊ manibus est virtus huiusmodi. Unde non leue argumentum humane salutis ⁊ reformationis in huiusmodi figura posuit lex ⁊ doctrina christianorumque reformatio forme siue formationi respondere debet atque congruere. Quia igitur plato motum circularem intellexit esse primum ac nobilissimū motuum: ⁊ hunc opinatus est esse deiformē; ⁊ vnum siue eundem ⁊ diuersum siue rectum ⁊ obliquum iuxta sermones Aristotelis formam congruentem his motibus ⁊ figuris eorum posuit anime mundi superioris quasi ex anima potentialiter iuxta exempla posita apud primam sui virtutem: ac prestantissimam esset vna ⁊ eadem ⁊ potentialiter circularis: hoc est potens naturaliter in motum circularem huiusmodi posuit ex ea primū motum esse illum rectum scilicet vnum ⁊ eundem ⁊ equalem in quo nulla diuersitas. Secunde vero parti posuit similiter formam circularem: sed diuersum atque obliquatam vt potē in motum obliquum multisque diuersitatibus obnoxium naturaliter potentem. Super his que de motibus ipse sensit ⁊ sequaces eius audiuisti contradictionem. Que si vera est neque secundum veritatem neque secundum parabolā stare potest positio hec platonis. Audiuisti etiam intentionem meam in hoc: hoc est in motibus celestibus prout sustinuit breuitas capituli.

Nota.

Plato.

Aristoteles

¶ Audiuisti probationes ⁊ imaginationes ptholomei. Ex quibus omnibus facile est tibi destruere hāc positionem platonis: ⁊ ex his que audiuisti a me hic licet adiuuent parabolam eius exemplis quibus potui ⁊ ista sufficere arbitror hic: vt fiat tibi certitudo de ista positione platonis tam famosa ⁊ que tam profunda ⁊ a grecis ⁊ a latinis vsque hodie habetur.

¶ Utrum autem mundus ille superior animal vnum sit an plura ⁊ vtrum celi ipsi animati sint: ⁊ an anime eorum rationales apud Aristotelem ⁊ sequaces eius determinatum habetur: ⁊ etiam apud multos ex italicis philosophis. Doctrina vero hebreorum christianorum hactenus talia non curauit. Gens enim hebreorum contenta solebat esse libris sue legis ⁊ prophetarum. A tempore autem multo ad fabulas incredibiles se conuertit: ⁊ illis se totaliter dedit paucis dumtaxat exceptis qui commixti genti sarracenorum philosophati sunt. Gens vero christianorum virtutibus ⁊ sanctitati atque venerationi creatoris totaliter se subiiciens philosophiam ad modicū amplexata est nisi quantum erroneorum peruersitas ⁊ insipientium contradictio eos cogit ⁊ ad defensionem legis ⁊ fidei ⁊ destructionem eorum quibus vel salus quam separant vel honor creatoris impugnabatur. Et de animabus suis homines hui⁹ legis soliciti animas celorum attendere noluerunt: pro eo scilicet ꝙ nec professioni eorum: nec saluti scientia earum prodesse: vel ignorantia earundem obesse visa est ipsis ⁊ siue mundus ille animal sit vnum: ⁊ siue celum animal siue celi animalia: horret tamen gens illa hoc tanquam monstrum. Sic penitus ignotum ⁊ tanquam nouitatem de qua ad se nihil pertinere arbitratur stupet: ⁊ etiam refugit quamquam aliquis de nobilioribus ac sapientiorib⁹ inter doctores gentis illi⁹ ignorantiam eius in quodam libro suo non erubuerit cōfiteri: ⁊ in alio etiam hoc se dubitare dixerit. Credere igitur in parte ista Aristotelis vel cuiuis alii nihil periculi est legi vel fidei vel doctrine christianorum. Illud autem non leue periculum habet: videlicet sentire de animabus illis ꝙ gubernatrices sint rerum inferiorum ⁊ maxime humanarum ⁊ hominum. Similiter ⁊ ꝙ effectrices sint siue per se siue per corpora sua euentuum humanorum legumque perfectarū vel aliorum que astronomi posuerunt eis. Nec mihi etiam videtur vllomodo ꝙ signa sint rerum huiusmodi neque pro rebus humanis vllomodo consulenda corpora celestia: ⁊ de hoc audiuisti intentionem meam iam in multis capitulis. Illud dubitandum tibi non est: quia si celi vel animati: vel etiam animalia sunt animabus eorum naturaliter commissum est regnū corporum suorum ⁊ motuum. In alia vero nihil ad eos de gubernatione naturaliter. Nihil enim faciunt eorum que sunt gubernatorum siue rectorum: quoniam nec leges condunt neque promulgant nec quicquam precipiunt aut prohibent neque consulunt aut suggerunt neque suadent aut dissuadent quicquam. Quare genus humanum arbitrio suo commissum est ⁊ gubernationi cum adiutoriis que sunt ex parte creatoris preter naturalia. Sicut sunt iudices reges principes ⁊ consules ⁊ magistratus consiliarii ⁊ doctores. Sacerdotes ⁊ sacerdotum officia. Et de his adiutoriis sunt lex ⁊ doctrina atque prophetia ⁊ intelligo in prophetia visiones ⁊ reuelationes. In adiutoriis etiam creatoris que numerare non sufficio vno nec intelligere intelligo miracula flagella ⁊ terrores hisque contraria.

Hebrei cōtēti sunt suis libris

Christiani.

Nota.

¶ Qui autem posuerūt vniuerso vim regitiuā preter ipsm creatorem ⁊ adiutoria ipsius iuxta ꝙ ea nominaui ⁊ insinuaui superuacue posuerunt illam: cum ista sufficiant ad regimē vniuersi. De adiutoriis vero creatoris etiam ipsi sancti angeli sunt qui multiplicibus officiis rebus humanis consulunt hominesque dirigunt ⁊ adiuuant. Sicut audies in tractatu sequente istum. Et de huiusmodi vi regitiua an sit substantia an accidens ⁊ vbi sit: ⁊ que esset ei⁹ operatio preter eas quas nominaui querendam esset ab his qui hanc posuerunt. De quo si perscrutari volueris inuenies eam vel omnino superuacuā ociosamque ⁊ nihil agentē vel eē figmentū errore incredibili somniatū. Et cum partes gubernationis numeraueris atque diligenter consideraueris: non inuenies de huiusmodi figmento ꝙ aliquam earum efficiat vel adiuuet vt fiat. quoniam neque mandatum: neque prohibitionem neque aliquid aliorum que predixi eam inuenies operari.

Angeli adiutores.

¶ Qui vero spiritum sanctum tertiam scilicet in beata et gloriosa trinitate personam animam mundi posuerunt: et ipsum spiritum sanctum omnino non nosse et naturam ac rationem anime ignorare evidenter se ostenderunt. Cum anima omnis perfectio sit et pars animati sui et alligata corpori quod animat.

Error ipius.

Spiritus vero sanctus, tam longe sit ab vnoquoque istorum quantum vtilitas libertatis et glorie qua deus verus ac solus est eum vel alligari vel includi nulli corporum permittit. Et in prima parte tractatus istius declaratum est tibi declarationibus certissimis trinitatem vnum solum ac verum deum esse: et vnam quamque trium personarum purum verum ac si solum deum esse. Quod si illos in errorem istum induxit eos qui opposuerunt: quia videlicet spiritussanctus dator est vite et fons vbicunque vita sit: et quia tota vita mundi ab eo est: idem necesse habebant sentire de vnaquaque trium illarum personarum cum vnaquaque illarum vitam det omni viuenti propter quod: et dicitur vita seculorum id est fons vite que datur omni quod viuit in vnoquoque seculorum. A M E N.

¶ Absoluta est secunda pars prime partis de vniuerso.

¶ Guillelmi parhisiensis opus secundum de universo seu dicas (ne vacilles) pars secunda principalis totius vniuersi incorporei inauditas difficultates ⁊ phisicas: ⁊ theologas pene innūeras perq̄ ingeniose terminans: quem in partes duas: sicut ⁊ primum vidisti diuisum probabis. In prima quidem bonorum angelorum naturam ⁊ operationes secundum opinationes varias tam antiquorum philosophorum q̄ modernorum: ⁊ in secunda malorum siue demonum: q̄ omnia per capitula suis summariis sentētiis recognita distincta diligenter notabis.

Prohemium prime partis Secundi libri.

Honoret te deus quoniam ⁊ tu ipsum non parum acceptabiliter honoras amando ⁊ inquirendo scientias quibus maxime illuminantur ⁊ diriguntur anime nostre ad magnificandum ipsum: ⁊ ad intelligendam ⁊ contemplandam supereminentiam ⁊ gloriam ipsius: in quo ⁊ ipse anime tue honori eximio consulis querens eidem perfectiones tam nobiles tamq̄ desiderabiles. Ex quibus duobus manifestum est te vere cognoscere sublimis ac sapientialis philosophie fines optionis: ⁊ beatificationes preclarissimas. Que indubitāter sunt magnificatio creatoris ⁊ perfectio animarum nostrarū que non est nisi luminositas scientiarum huiusmodi ⁊ speciositas virtutum. Ex his enim duobus perfectionibus ⁊ in his consistit religiositatis integritas: que est totius decoris totumq̄ decus animarum nostrarum. Religiositas vero cum completa fuerit completione sua vltima erit gloria eadem: sicut et per me ex aliis didicisti. Comparatio autem scientiarum in nobilitate alterum ad alias est secundum comparationem scibilium suorum. Quapropter necesse est scientiam de vniuerso spirituali tanto nobiliorem esse scientia que est de vniuerso corporali siue corporeo quanto naturaliter specialiores quasq̄ corporali dignoscitur esse prestantior. Ex quo manifestū esse q̄ tanto diligentiori perscrutatiōe esse tibi tractādam ⁊ tradendum per me: ⁊ tanto studiosiori attentatione suscipiendum. Presertim cum pene nihil de illa ab eis qui nos precesserunt philosophis ad tēpora ista deuenit: exceptis paucis narrationibus. Cuius rei causam aliam verisimile est non fuisse nisi profunditatem ipsius: ⁊ humani intellectus atq̄ elōgationem substantiarum spiritualium a consuetudine nostra ⁊ propter hec tria ab eis qui me precesserunt philosophis desperatam: et ideo derelictam incredibile namq̄ videtur viros philosophie studiis totaliter deditos scientiarum conquisitores auidissimos ⁊ amore philosophie feruentissimos tam nobilē scientiam contempsisse et eam desidia vel negligentia preteriisse.

¶ Quod vniuersi specialis scdm opinionē antiquorum tres partes sunt. Ca. primum

Secunde partis principalis siue secundi libri de vniuerso prima pars.

Scito igitur imprimis q̄ vniuersum speciale cuius hunc tractatum incipio in tres partes diuidere secundum opinionem antiquorum. Quarum prima ac nobilissima ē intelligentie spoliate: ⁊ abstractissime a materia: ⁊ appēdiciis ipsius secūdum quod posuit Aristoteles ⁊ sequaces ipsius: contra quorum errores in parte ista primo huius partis capitulo disputare intendo. secunda pars est substantie quas greci calo demones vocant: nos vero iuxta legem: ⁊ doctrinam christianorum angelos bonos ⁊ angelos sanctos dicimus: tertia vero pars est substantie quas ipsi greci cacodemones appellant: nos autem angelos malos: ⁊ malignos spiritus vsualiter atq̄ vulgariter diabolos nominamus. ¶ Debes etiam scire quia intentionē specialitatis sine examinatione atq̄ distinctione pertranseo questionē esse apud doctos difficile determinabilem vtrum ipsi qui demones vel angeli dicūtur vere ac mere spāles sint spūs i corpore an sint hñtes corpora: ⁊ vtrū oēs i corpei sint an ꝑs illoꝝ solūmō: ⁊ de hoc audies i sequētib⁹. Uerū qmad modū spūꝫ i mīris se hr̄e videt̄ qr nec alimētis vti videt̄ nec attrectabiles vel tangibiles eē dr̄ nec secabiles: nec vulnerabiles esse dr̄: clausis etiā hostiis aditibusq̄ oībus diligentissime obstruct: templa ⁊ domos alias intrare ⁊ exire: visibilesq̄ se exhibere cū volunt similiter ⁊ inuisibiles famosum valde est apud homines spirituales propter has causas interim dicantur donec veritas in hoc per vias probationum prout postero declaretur. ¶ Horum igitur omniū species: gradus: differentias: potestates officia declarare necnō ⁊ nominationes autenticas atq̄ vulgares assignare nominationes non dico singulares: sed cōmunes presentis negocii erit: an enim nominationes singulares habent vel habere possint disputationem habet: sicut doceberis in sequentibus. Et primum quidē circa essentialia atq̄ naturalia eoꝝ negociari tētabo: deinde circa q̄ post illa sunt: et que ex tpe in ipsis aut circa ipa facta sūt. Tertio de his q̄ hoīb⁹ aut circa hoīes agere dr̄. vbi de opib⁹ magoꝝ: ⁊ maleficioꝝ diuinatōib⁹ visis ⁊ reuelatiōib⁹ ⁊ d̄ aliis mirabilib⁹: q̄ ꝑ vtrosq̄ (hoc ē siue bonos siue malos) fiūt vel

fieri dicuntur. Faciam perscrutationez per quam acquiretur tibi certitudo de omnibus his si deus voluerit.

¶ Quod Aristoteles ⁊ alii qui ponunt intelligentias necesse habent eas perfectas ponere perfectione scientiarum naturalium virtutum.

Capitulum. ii.

Ut autem certior ac lucidior tibi sit sermo meus de intelligentiis quas posuit Aristoteles quem in hoc secuti sunt: multi ex grecis philosophis: ⁊ arabes omnes quorum tractatus peruenerunt ad nos. Reminiscere eorum que audisti de illis i prima parte tractatus istius ⁊ aggrega ea his que dicam sciens: quoniam non parum adiuuabunt te ad cognitionem veritatis de intelligentiis. ¶ Scito igitur quoniam Aristoteles posuit intelligentiarum vnamquamque substantiam nobile valde perfectam naturaliter ex omnibus modis suis (hoc est sibi congruentibus) quod dico propter supereminentiam creatoris cuius perfectio super omnem numerum ⁊ mensuram: necnon ⁊ super omnem comparationem longe precellit ⁊ preeminet omnibus aliis perfectionibus. Intelligentie vero perfecte sunt naturaliter secundum opinionem hanc pro congruentia sui gradus: ⁊ ordinis: quemadmodum ⁊ homines perfectos dicimus vel sapientia vel virtutibus vel vtrisque: vt homines quidem (hoc est vt decet naturam vel statum eorum vel officium) sic ⁊ creatorem perfectū dicunt pro sublimitate sui. Est igitur perfectio vniuscuiusque intelligentie. Non tantum lux seu luminositas innate cognitionis: sed etiam speciositas virtutum naturalium omnium: quarū naturaliter intelligentia caparē. si enim nulla ei esset speciositas virtutum esset deformis intolerabiliter: et detruncata turpissime.

¶ Amplius. Inutiliter cognominauerim bona cum vnde amare posset ea non haberet similiter ⁊ mala cum illa odire non posset.

¶ Amp. Nec possent bona nec mala esse cū nec bonū in illum velle posset. Amando enim ⁊ volendo malū fiun: mali: sola enim ⁊ nuda cognitio boni ⁊ mali nō sufficit parficere bonum vel malum habentem illam propter quod ⁊ ipse Aristoteles dicit quod scire vel parum vel nihil operatur ad virtutem.

¶ Amplius. Secundum hoc intelligentiarum vnaqueque non esset nisi oculus: videre autem oculi non est propter se: sed propter alias operationes: verbi gratia propter regendos pedes in gressibus: aut manus in operibus ⁊ aliis multis. ¶ Amp. Uidere propter se non facit bonum videntez: quia etiam videre bonum non facit illum bonum: quare sapientia ⁊ bonitas creatoris: nec sapienter nec bene creasset huiusmodi substantias. ¶ Amplius. Cum tam nobilis tamque perfecta sit scientia intelligētiarum necesse est vt omnibus aliis subiectis lucidius atque perfectius cognoscant creatorem: ⁊ propter hoc vt magis eum diligant (dilectio autem creatoris omnium virtutum nobilissima est) quod non potest esse nisi in eis sit virtus: cum sit in eis immobilis atque perfecta iuxta perfectionem cognitionis siue scientie qua creatorem cognoscunt.

¶ Amplius vel delectantur in ipsa cognitione creatoris vel non si sic diligunt igitur creatorem. Est igitur in eis dilectio creatoris virtutum vt dixi nobilissima: que sicut alibi didicisti per se vel sola esse non potest. si vero non delectantur in aspectu: seu in cognitione igitur non delectantur in aspectu vel in cognitione alicuius aliorum. Intellectui enim earum ⁊ omni etiam intellectui maxime naturaliter intelligibile est creator: quare coniunctio huiusmodi intellectus ⁊ creatoris maxime naturalis est: quare maxime delectabilis delectatio enim est (vt alibi didicisti) apprehensio rei naturalis virtuti apprehendenti.

¶ Amplius. Cum omnium virtutum apprehensiuarum nobilissima sit intellectus: erit ex necessitate apprehensibile ipsius: omnium apprehensibilium nobilius ⁊ tanto magis conueniens illi quanto intellectus nobilior. Quare igitur intellectus huiusmodi substantiarum: omnium intellectuum nobilissimus est: secundum rationem istam erit coniunctio eius ad intelligibile nobilissimum: omnium huiusmodi coniunctionum conuenientissima. Quare ⁊ delectabilissima: cum (sicut alibi didicisti) delicia seu delectatio sit conueniēs coniunctio conuenientis cum conueniente.

¶ Amplius. Qualiter creator sapientissimus ⁊ optimus largitus est tam preclarum tamque preciosum donum videlicet nobilissimum intellectum substantie que nec per hoc nec propter hoc diligat nec diligere potest: neque ipsum inde laudaret aut eidem inde gratias agere. ¶ Amplius. Aut diligit huiusmodi substantia suum intelligere siue suum scire aut non: si sic delectatur igitur in illo: ⁊ diligit ex necessitate datorem: a quo scit se accepisse illud. si vero non diligit illud: non curat igitur vti illo plus quam non vti: nec habere illud: plusquam non habere: non igitur vtitur illo nisi forsitan quemadmoduz sol luce sua: aut ignis calore suo. Hoc autem est ex necessitate ⁊ per modum seruientis. Manifestum autem est quod huiusmodi vsus nihil habet vtilitatis vel fructus in intellectu. Quoniam ⁊ si sol splendorem spergat aliene vtilitatis nō sue intelligens tamen intelligere non potest nisi sibi (nisi forsitā ad docēdū illū intelligat) quēadmodū docens: aut pre intelligat premeditans. hoc autē nō est apud aliquem absque intentione ⁊ voluntate docendi. Sed isti remouent ab intelligentiis omnem voluntatem ⁊ amorem: ⁊ omnes alias dispositiones motiuas atque virtutes. ¶ Ex his igitur omnibus declaratum est tibi quod necesse habent quicunque ponunt intelligentias: ponere eas perfectas vtraque perfectiōe scientiarum scilicet ⁊ virtutum naturalium. Ponunt autez eas nudas: ⁊ abstractas vt dixi tibi: ⁊ tanto perfectiores omni modo perfectiōis eis congruenti (hoc est tam scientiarum quam virtutum) necesse habent eas ponere quanto viciniores siue propinquiores in ordine nobilitatis illas esse ponunt esse creatori.

¶ Cause que induxerunt Aristotelem et alios ad ponendum nouem intelligentias atque destructio positionis eorum.

Capitulum tertium.

Cause vero que induxerunt Aristotelem ad ponendum nouem intelligentias fuerunt nouem motus nouem celorum mobilium. Posuit enim celis illis animas mouentes eos ⁊ animabus illis animata intelligibilia abstracta substantias scilicet intelligentes ac perfectissimas fruētes iugiter perfectionē earum ⁊ querentes amore vehementissimo: ⁊ desiderio ardentissimo assimilari eisdē: ⁊ et assimilare eis celos huiusmodi

perfectione. Perfectionem vero istam intellexit ꝛ di
xit completam actualitatem in eis per quam nichil
haberent in potentia: sed totum qđ ad earum perfe-
ctionem pertineret (prout eis possibile erat) semper
haberent in actu qualis merito videri potest status
glorie animarum nostrarum cum totū quod ad glo-
riam earū pertinet in actu presentialiter obtinebūt
nihil nouū in futuro sperantes aut desiderantes qđ
ad gloriam earū. Hac igitur de causa posuit cōtinua
reuolutione moueri celos ab animabus suis: ꝛ hoc
est: quoniam situs posuit perfectiones quasdam esse
partibus celorum: quemadmodum loca sua natura-
lia corporibus natura mobilibus.

¶ Quia igitur celorum partes non possunt haberē
simul omnes situs huiusmodi: videlicet: quia nō pos
sunt omnes simul esse super hanc partem terre: est au
tem vnicuiqꝫ illarū potētialitas ad vnūquēqꝫ sitū, ꝯdu
xit vnaqꝫ aīa celorū hanc potētialitatē vnicuiqꝫ par
tium celi sui ea velocitate quā potest ꝛ eo modo: quō
possibile est: supplens pro successione: ꝛ perficiens
potentialitatem vnicuiqꝫ partium celi sui huiusmodi
actu post actum: quoniam actus huiusmodi poten-
tialitatum simul omnes esse non possunt. Nulla enī
pars celi potest esse simul super omnes partes terre
superpositione directa. Et propter hoc acquiritur
eis huiusmodi super primo modo per successionum
ꝛ renouationem. Intende ꝛ intellige quia error iste
non solum multipliciter ridiculosus est: sed etiam im
possibilis patet quia beatitas nulla est alicui parti
cuiuscunqꝫ celorum ex quocunqꝫ huiusmodi situum:
superpositionum: nec etiam ex omnibus si omnes si-
mul haberet. Inutiliter igitur eis queruntur huius-
modi situs quare ociosus est motus iste ꝛ superua-
cuus. ¶ Amplius. Situs per hoc quod est situs: id ē
superpositio corporis vnius super aliud nihil ponit
vtilitatis superpositio nisi propter aliō illud intendat
(quemadmodum accidit de pugnantibus ꝛ belligā-
tibus) quia alta superpositō super hostes prodest su
perpositis multipliciter: scilicet ad prospiciendum
quid agant hostes suppositi vel ad iactenda saxa vel
tela vel alia que nocere possint in eos. Nulli autem
parti celi huiusmodi situ vel superpositione aliquid
aliud acquiritur. In nullo igitur melius est ei huius-
modi situ: superuacue igitur acquiritur. Quod si di
xerit quia ī hoc ei melius est ex huiusmodi situ: quia
potentialitas quam habebat ad illum per eum per
ficitur: dico quia simpliciter per huiusmodi actum a
lius actus vel perfectio non minus bona destruitur
quoniam acquirendo situm istum perdidit eque bo-
num: ꝛ ita recidit in eque malam potētialitatem siue
imperfectionem. Perinde igitur est ac si nihil ei ad-
deretur: cum tantum admittat quātum ei acquiritur
Manifestum igitur est in nullo melius est ei ex acces
su huiusmodi situs ꝙ esset ante.

¶ Amplius cum per vnam reuolutionem acquisiue
rit omnes situs ꝛ eque eos perdiderit non plus pro-
dest ei illa reuolutio ꝙ noceat simpliciter ergo est in
utilis. ¶ Amplius. Si posuerimus ꝙ omnes huius-
modi situs sil' habeat vnaqueqꝫ pars cuiuscunqꝫ celi
Queritur que vtilitas est ex his partibus celorum
dicet Aristoteles reuera: quia pfectio antedicte po-
tentialitatis. Interrogo igitur Aristotelem in hoc ī
quo male erat alicui ex huiusmodi partibus per ca-
rentiam cuiuscunqꝫ ex omnibus huiusmodi sitibus.

Non enim male est alicui ex corporibus inferioribus
per hoc ꝙ est in omni loco in quo possibile est ipsum
esse: tunc enim natura ipsius aduerteret ipm ab om-
ni loco ꝛ impelleret in omnem locum. quemadmo-
dum anime celorum: secundū ipm faciunt de partib'
ipsorum. ¶ Amplius. Natura declinat proprium sub
iectum ꝛ fugere facit ab oī loco in quo male est ei: ꝛ a
uertit ipsum a malo potentialitatis huiusmodi. In-
clinat autem ipsum ꝛ impellit in locum in quo bene
sit ei. Ubi autem bene est ei ibi facit ipsum quiesce-
re. Male igitur est vnicuiqꝫ parti celorum in quocun
qꝫ situ sit cum multo plus sit vnicuiqꝫ potentialitatꝫ
ex carentia omnium aliorum situum ꝙ actualitatis
ex vna. ¶ Amplius. Unumquodqꝫ corporum natura-
lium que sub circulo lune sunt contentum vnico suo
loco naturali nec potentialitas quam habent huius-
modi corpora cōgit ea fugere a locis naturalibus.
Quomodo igitur non vnaqueqꝫ pars vniuscuiusqꝫ
celorum contenta erit vt situ vnico: ita vt non cogat
eam potentialitas quam habet ad alios tanta velo
citate festinare ad illos. ¶ Amplius. motus ab aliquo
ꝛ motus ad illud contrarij sunt: sicut fuga ꝛ insequu
tio. Non sunt igitur vnius: ꝛ eiusdem simul. Secun-
dum autem potentiam istam vnaqueqꝫ pars cuius-
cunqꝫ celorum mouetur: ad vnumquemqꝫ situm hu-
iusmodi ꝛ ab illo simul. Et illam insequitur ꝛ fugit
ab illo simul. Totus igitur motus vniuscuiusqꝫ re-
uolutionum huiusmodi equaliter est insequutio om
nium illorum situum ꝛ fuga ab illis. Quare totus
motus vniuscuiusqꝫ celorum est sibi ipsi contrarius:
ꝛ propter hoc erit sibiipsi aliud contrarium.

¶ Amplius. Non omnis carentia atqꝫ omnis poten
tialitas perfectibilis est actu vel habitu propter quā
oporteat esse motum. Et si enim potentialitas sit ti-
bi ad tenendam vel habendam festucam vnam opor
tet vt mouearis ad hoc vel motu spirituali: qui est
desiderium vel motu locali qui est apprehētio festu-
ce vel motu corporis tui apprehendendum illam.

¶ Causa autem in hoc manifesta est vtilitas: vel in-
utilitas festuce: maioris autem stultitie esse mouerī
ad illā vtroqꝫ motuū pditorū. si stati ꝯtinuo dimittere
cogereris ꝛ excutē manū tuā ab illa. Quia igiē euidē
ter sic se habent in huiusmodi sitibus: cum ꝛ nihil vti
litatis afferant partibus celorum acquirentib' eos.
Nec etiam malum potentialitatis minuant: quomo
do debet esse vna ex vtilitatibus vniuscuiusqꝫ motus.
Et insuper acquisiti ꝛ nece ssitate continuo admit-
tantur stultitiosum est: in acquisitionem ipsorum in-
tendere ꝛ ridiculosum tā nobilia illa corpora conti-
nua repetitione ꝛ amissione ipsorū laborare. Exem
plum etiā stultitie ipsi' in omni auaro est euidentis
simum qui cum amore diuitiarum ꝛ passionum insi
pientissime totus ardeat. Nulla tamen insania aua-
ritie ad hoc induci posset vt acquirere vellet pecuni-
am quam acquirendo amitteret vel quod mirabili'
est cuius acquisitio amissio eiusdem esset.

¶ Et illusionem tantum non acquisitionē reputaret
quemadmodum si ei pecunia in saccum pertusū da
retur aut in manibus posita ponendo inde afferretur
aut si cui daretur ciuitas ita vt transeundo eam cur
su velocissimo acquireret ꝛ simul illam eodem tran-
situ amitteret acquisitio huiusmodi amissio simul es-
set. Nemo adeo desipere potest quando non magis
illusionē quando acquisitionem donationem huius-

modi reputaret. ¶ Et quoniam multa in prima parte tractatus istius per me iam audiuistis transferam me ad alia que ibi non dixi.

¶ Destructio errorum aristotelis et aliorum ponentium animas celis mouentes eas propter hoc quod amant inferiores intelligentias et illis assimilari intendunt. Ca. iiij.

Dico igitur postquam animas celis posuit aristoteles quod amare possint huiusmodi substantias nobilissimas spoliatas a materia: et eius appendentiis atque condicionibus: posuit eis ex necessitate intellectum valde nobilem. Non enim intellectu huiusmodi intelligunt anime ille intelligentias vniuersaliter quin potius singulariter. Si enim intelligerent eas vniuersaliter quemadmodum cum tu intelligis hominem intentione speciei (id est inquantum hominem) reuera nondum intelligis socratem: aut platonem. Et eodem modo si amas hominem in eadem intentione vel consideratione: nondum propter hoc amas socratem aut platonem. Quare si ita esset apud animas istas vt per modum vniuersalem siue communem intelligerent: et amarent: non autem hanc: vel illam. quare non haberet vnaqueque earum amatum proprium intelligentiam: scilicet propriam: sed omnibus eis esset amatum vnum commune: videlicet intelligentia simpliciter: non hec autem vel illa. Non igitur essent motus multi diuersati abinuicem nouem celis: sed vnus et idem omnibus: quoniam ex vna et eadem causa non diuersata videlicet ex intellectu vno et amore vno vniuersali. Quemadmodum si multi homines deberent moueri ex intellectu hominis inquantum homo et ex amore ipsius in eadem intentione vel ratione non esset diuersitas motus apud eos ex causa vna et eadem.

¶ Amplius vnaqueque animarum illarum intelligendo pulchritudinem et perfectionem intelligentie sue amat eam et querit ei assimilari secundum istam opinionem. Et assimilare etiam celum suum. Cum igitur vnaqueque intelligentiarum omnino immobilis sit et quietissima. mobilitas autem et immobilitas contrarie sint: et contrarietas sit dissimilitudo et differentia completa et maxima (sic alibi didicisti). Maxime igitur secundum eos est dissimilitudo vt dissimilatio et hoc ignorare non possunt anime ille scienter igitur errant anime ille querentes per contrarietatem assimulationem: vel similitudinem: inter ea in quibus est ipsa contrarietas. ¶ Amplius. Si omnino immobilis vel facerent vel permitterent esse corpora celorum suorum: tunc vera esset assimilatio qualem esse possibile est inter substantias naturaliter tam dissimiles. ¶ Amplius. Intelligentie ipse nec mouent neque mouentur. Nisi forte dicat quemadmodum amata mouent amatores suos siue amatoria illa. Si igitur anime ille quas celis posuerunt nec mouerent nec mouerentur assimilate essent intelligentiis suis: multo magis quam sit. In hoc enim discrepant ab eis: quod mouerent sic corpora sua. magis igitur pertinet ad perfectionem eius non mouere corpora celorum vllo motuum: quam mouere ea quocunque modo. Quare hoc eligere debuerunt potius quam illud: si libere fuit eis eligere per voluntatem quod eorum perfectionem iuuaret: si vero fuit eis liberum mouent quod igitur celos suos voluntarie: quare non querunt voluntarie perfectionem huiusmodi assimulationis: neque amore etiam mouent eosdem cum omnis motus qui ex amore est voluntarius sit et liber. ¶ Amplius. Vnaqueque istarum animarum aut intelligit solam intelligentiam que est proprium amatum eius aut intelligit cum ea alias aut aliquas earum. et non refert quantum ad intentionem meam: in hoc an concedat hoc aduersarius de omnibus an de aliquibus. Quoniam eodem modo procedit ratiocinatio mea: vtrumlibet horum dixerit. ¶ Quod si dixerit quia non intelligit vnaqueque animarum istarum intelligentiam que est proprium amatum eius. Longe igitur nobilior est intellectus noster etiam in ista miseria quam intellectus earum: nunc liber sit et expeditus ad intelligenda omnia intelligibilia.

¶ Amplius. Angustia istius miserie: nec etiam cadit in aliquem ex sensibus nostris: licet omnes sensus particulares sint et particularia sola siue singularia apprehendant. quanto magis igitur impossibile est ipsam cadere in intellectum quem constat esse incomparabiliter maioris amplitudinis et capacitatis.

¶ Quod dixit quoniam vehementia amoris illum in suo amato figit: et detinet illigatum prohibens ipsum aliud cogitare vel intelligere. Iuxta miseriam que inuenitur in animabus humanis que interdum amore peruerso sic capiuntur et illaqueantur vt aliud cogitare non valeant: quam amata sua.

¶ Dico quoniam amor huiusmodi peruersus est: quemadmodum et amores animarum nostrarum quos dixi: propter hoc enim peruersi sunt atque praui amores huiusmodi. Quoniam auertant animas a creatore: et prohibent respicere illum. Quapropter et vertere faciem ad illum. Quare dorsum habent ad creatorem: et faciem ad amata sua anime quecunque sic amant: qua dispositione nihil peruersius manifestum est.

¶ Amor igitur huiusmodi vitium pessimum est: creatori intolerabiliter iniuriosum atque contumeliosum. Si vero dixerit quia vnaqueque huiusmodi intelligit omnes intelligentias. Manifestum autem est quoniam inter illas multa est diuersitas multiplexque differentia quantum ad perfectiones et nobilitates earum. Quanto enim similiores sunt primo perfecto (quod est creator sublimis ac benedictus) tanto perfectiores sunt atque nobiliores et desiderabilioris pulchritudinis.

¶ Aut igitur amant eas anime celorum per electionem liberam et amorem gratuitum: aut ex causa aliqua trahitur vnaqueque et inclinatur in amorem proprie intelligentie. Si sic necesse igitur est ne vnaqueque animarum huiusmodi amet omnes illas intelligentias Et aliam magis alia iuxta differentias et comparationes perfectionum et pulchritudinum ipsarum.

¶ Erit igitur vnaqueque intelligentiarum amatum vniuscuiusque animarum istarum iuxta comparationes et differentias predictas. Quare prima intelligentia cum sit in prima vltimitate perfectionis et pulchritudinis inter intelligentias erit in vltimitate amoris inter eas. Et erit vnicuique animarum celestium desiderium assimulationis ad illam in vltimitate intentionis. Et de aliis curret res secundum gradus: ordines et comparationes antedictas. Non erit igitur vnicuique animarum illarum proprium amatum: ac solitarium: cum vnaqueque illarum omnes intelligentias amet communiter pro modo et mensura perfectionis et pulchritudinis sue. Neque erit etiam alicui earum desiderium: aut intentio assimulationis singulariter fixa in aliqua earum: et hoc idem manifeste est vide

re in animabus nostris cum bene composite fuerint. Amāt enim ipsa amabilia iuxta differētias ⁊ grad⁹ atq; dignitates amabilium videlicet ita vt maiori amore digna magis diligant. Et equali equaliter: ⁊ minori minus. ¶ Ubi autem aliter se habent: causa in hoc est peruersitas ⁊ in ipso. Et hoc est de per se notis apud intelligentes. Quia igitur ponētibus animas huiusmodi nefas est ponere eis peruersitatem aut inompositionem quamcumq; necesse habent ponere eas compositissimas ⁊ ordinatissimas compositione et ordine virtutum. Quare in parte ista tanto ordinatius tantoq; rectius eas se habere necesse ē ꝙ animas nostras: quanto ipsas ab omni corruptione: atq; peruersitate illas elegantiores esse manifestum est.

¶ Neq; enī in animas nostras bene compositas cadere possibile est huiusmodi peruersitatem: videlicet vt in amore ⁊ desiderio assimilationis sue preferant minus amabilia minusq; imitatione digna magis amabilibus ⁊ imitatione dignioribus. ⁊ hoc ipsum est euidenter videre in omni genere artificum: scriptorum: pictorum: sculptorum. ⁊ omnium aliorum: nullus enī de hoc genere hominum deteriora exempla sibi ad imitandū proponit in operib⁹ suis ad effigiandum. Quare igitur possibile erit vt vl' vna animarum illarum non sibi preponant ⁊ eligat exēplar imitatione: ⁊ assimilatione dignissimum si liberum ⁊ possibile est et de exemplaribus eligere quodcunq; voluerit. ¶ Manifestum igitur est consequens eē ex his vnā quāq; animarum istarum intendere amore fortissimo et desiderio vehementi assimilationis sue in primam intelligentiam vel singulariē: vl' maxime. Quod si dixerit q: nō est nō liber sic eligē: multo igitur infeliciores sunt multoq; miserabili⁹ angustate atq; depresse ꝙ anime nostre: etiam in statu presentis miserie existentes. Nulli enim animarum nostrarū inflicta vel indicta est ista necessitas: vt non possit imitari quamcunq; ex melioribus ⁊ sanctioribus animarum: vel etiam angelis si eos illi videre concessum ē.

¶ Quod si dixerit amorez huiusmodi animarum naturalem esse intelligentijs suis: ⁊ ipsum desiderū assimilandi eis similiter naturale. ¶ Dico q si intelligit naturale id est necessarium vel seruile. quemadmodum predixi tibi in precedentibus nō adiuuatur per hoc. natura enim vel naturalitas nec peruertit: nec deprauat amorem: vl' desiderium: aloquin amor creatoris ⁊ voluntas essent i vltimitate peruersitatis: ⁊ prauitatis: cum sit in vltimitate naturalitatis vt pote essentiales ipsi creatori: ⁊ nullo modo eidem aduentitie: vel acquisite: vel etiam contracte.

¶ Amplius declaratum est tibi per me i tractatu de virtutibus voluntatem omnem in quocunq; vel vbicunq; vel cuiuscunq; sic esse de necessitate liberrimaz ⁊ a violentia ⁊ coactione immunissimā. Uoluntas igitur in huiusmodi animaruz libera est. Quapropter hec lectio quam dixi libera est eisdem. ¶ Si vero dixerit quod vnaqueq; animarum istarum intelligentiam a qua creata est fixum habet intellectum: et desiderium sue assimulationis: quemadmodū ⁊ apud nos se hz quia filij in patrum mores maxime intendūt ⁊ eos maxime imitantur. ¶ Respondeo in hoc quia reuera hoc faciunt filij dum adhuc paruuli sunt. Cum autem adulti fuerint: prouectiq; etatis et et eruditi sapientia atq; moribus bonis compositi: venerantur vnumquodq; sancte imitationis exemplar ⁊ imitantur magis ac magis quos maioribus

Filij p[ar]e[n]tes imitantur.

virtutibus preditos esse conspexerint. ¶ Quod si dixerit: quia naturalis est imitatio filiorum ad patres id est naturalis similitudo quantum ad corpora. hoc quidem plerumq; verum est ⁊ multotiens accidit ecōtrario: ⁊ causam per me alibi didicisti

Qr filij nō sp sequūtur pentes in moribus.

¶ In moribus autem frequēter multa dissimilitudo ⁊ contrarietas est inter filios ⁊ parentes. non enī parentes in hoc parentes sunt filiorum: in hoc est quantum ad mores: ⁊ virtutes: vel vitia; neq; quantum ad aliquas dispositiones animarum. ¶ Causa autem in hoc est quoniam totum quod transfunditur a parentibus in filios per generationem de corporibus eorum exit: atq; deciditur. Nihil autem ab animabus vel ex animabus eorū in corpora vel in animas traducitur: ⁊ credo me tibi hoc alibi declaratiōe certissima declarasse. ¶ Si vero dixerit q vnicuiq; animarum prelata est intelligētia propria vt doctor: seu rector aut exemplar: ⁊ propter hoc in eam ex ordinatione creatoris singulariter ⁊ solitarie intendere: nō autem ex necessitate nature: que seruitus est: aut seruilitas: vt sepius audiuisti. ¶ Respōdeo in hoc quia huiusmodi artatio non congruit bonitati creatoris: nec etiam bonitati intelligentie: vt euitatur etiam si hoc posset de licentia creatoris: nemo enim bonus discipulus qui proficere magis possit apud alium vel alios adiscit magisterio vel doctrine alicuius magistri: vel prohibet ipsum ab alijs discere vel audire: sed nec aliquis bonus magister singulariter: ⁊ solitarie sibi vendicare vult nunq̄ discipulos quando apud alios magistros: magis proficere parati sunt. Et si quis hoc facit: vl' fecit: vel questuarius est atq; venalis magisteri vel zelo malo atq; inuidia peruersus.

De malo doctore.

¶ Destructio precedentis erroris per alias probationes. Ca. v.

Non modicam autem admirationem habet amor iste quem ponūt animabus celorum. Amor enim omnis aut inquisitor est vtilitatis in amatum: aut in amātē: aut voluptatis: aut alicui⁹ aliorum que desiderijs inquiruntur. ¶ Qui autem est inquisitor vtilitatis apud amantem: nec leuis amor est in amatum nec apud philosophos adhuc proprie amor nominatus ē. Sed potius negociatio: ⁊ venalitas. Exiguum enim valde ⁊ exile est amicitiam extimare vel intorquere ad calculos: sicut ait quidam ex philosophis latinorum: si igitur amor animarum in intelligentias suas est intentionis huiusmodi manifestum est eam esse non vnī amorem: sed magis negociationem amoris falsa specie obunbratam. ¶ Presertim si perfectio quam intendunt anime iste fluit ab intelligentijs super eas. Et si propter huiusmodi influentiam amant eas: non enim refert an spiritualis an temporalis sit. ¶ Utilitas in precio amoris emitur: non refert enim quantum ad amoris falsitatem: quia eq̄ falsus est amor hinc ⁊ inde. ¶ Amplius si istam perfectionem influunt intelligentie super animas huiusmodi intendentes eas sibi assimilare assimilationem quam dicunt que vtilitas est ipsis intelligentijs in assimulatione huiusmodi vel ipsis animabus: quid deperiret intelligentijs si motum huiusmodi vel virtutem mouendi eo motu nō influeret super animas illas: presertim cum animabus illis nihil nisi labor mouendi ⁊ reuoluēdi assidue tā ingētia corpa accrescere videat. Manifestū est tibi q: nemo nrm vellet

super animam suam vel super animam equi vel asini sui fieri vl' q̄cunqꝫ intelligentiarū vel etiam ab ipso creatore. ¶ Forte super molēdinum tuum vel rotam quantūcūqꝫ cuius assidue rotatio seu reuolutio tibi vtilis eēt hoc merito velle posses. Et si hāc vtilitatē prestarent hominibus intelligentie: merito laudarētur ab eis ⁊ honorarentur actiōibus gratiarum. Ipse vero anime celorum ex ista inquietissima vertigine corporum suorum qđ cōsequūtur vel acquirūt nisi laborem inutilem ⁊ vt ita dicatur nugatorium.

¶ Amplius quid aliud videri possunt anime celorū reuolutiones ipsorum indefessa continuatione facientes nisi equi vel asini ad molam molendinariam reuoluēdam positi: nisi ꝙ equi ⁊ asini euidenti vtilitati hominum laborē molendinarie reuolutionis sustinent. Anime vero ille nullius vtilitati. Neqꝫ enim ex hodierna reuolutione melius est in aliquo alicui celorum vel partibus eius ꝙ̄ si quieuisset toto tempore reuolutionis illius: nec alicui alii quicꝙ̄ ex illa vtilitatis accreuit nisi forte diem velut lumen: ⁊ calorem: ceterasqꝫ dispositiones huiusmodi mundo inferiori inde habundantius aduenisse. ¶ Hoc autem ipsi pertinacissime negant dicentes ꝙ si propter huiusmodi vtilitates mouerentur celi: tunc res viliores essent cause rerum nobiliorum: ⁊ res nobiliores seruirent vilioribus: hoc est celestes terrenis. ¶ Dixerunt autem hoc non attendentes neqꝫ vidētes ꝙ pastores qui vtiqꝫ homines sunt seruiunt ouibus ⁊ capris seruitio multiplici custodie scilicet ⁊ regiminis pastoralis. ¶ Reges etiam ⁊ principes atqꝫ rectores spirituales subditis suis pene innumerabilibus seruitiis seruiunt. ¶ Quod si dixerit quia pastores seruiendo animalibus sibi ipsis ⁊ dominis suis seruiūt in custodia ⁊ regimine animalium sic necesse habet dicere ipsas animas celorum seruire vel sibi ipsis: vel sibi ipsis dominantibus aut dominanti: qui eis officiū huiusmodi seruitutis iniunxit. Sibi ipsis aūt eas non seruire in hoc manifestum est: cum nihil eis vtilitatis perueniat ex dispositionibus prenominatis: quas operantur in mundo inferiori. Quare vel virtutibus que eis prosunt in hoc seruiunt. ⁊ in illis creatori benedicto si recte intendunt: sic reges ⁊ principes in gubernationibus regnorum ⁊ principalium si recte intendunt non sibi sed creatori seruiunt. ¶ Et etiam si male atqꝫ peruerse intendunt officia sua in questum auaritie aut vanitatem superbie intorquentes: creatori seruiunt nescientes quorum malis atqꝫ peruersitatibus ipse optime vtitur: eliciēs ex illis vtilitates multiplices atqꝫ magnificas sicut in tractatu precedenti didicisti. ¶ Non est igitur incōueniens res meliores seruire vilioribus quando in eis creatori seruiunt. Nec vile potest esse seruitium vl' officium aut indignum dignitate cuiuscunqꝫ vel quantumlibet excellentis ꝙ creator iniunxit: vel si eidem placuerit. nihil enim est possibile creature cuiusqꝫ quod ab iniunctione vel obedientia creatoris exemptum sit. Et illō fieri non oporteat si creator ipsum faciendum iniunxerit vel quicunqꝫ ex ministris creatoris illud precepit ex parte ⁊ nomine ipsius.

¶ Qđ anime celorum finaliter non querunt nec amant intelligentias: cum solus creator propter se q̄rendus sit ⁊ amandus. Ca. vi.

Reminisci quoqꝫ debes eorum que audiuisti i tractatu de virtutibus videlicꝫ ꝙ creator finis est omnium rectarum intentionū voluntatum: ⁊ operationum. Et quoniam finis alius non est ponendus nec in alio sistendum ē. ¶ Omne enī aliud via debet esse ad ipsum ⁊ gressus ⁊ vie quedam sunt virtutes ⁊ naturales habitus atqꝫ dispositiones: gressus vero operationes siue spirituales sint siue corporales. Nihil igitur est querendū propter se vel amandū finaliter ꝓpter se pōt creatorem: nec ista quando dicunt perfectionem animarum celestium querenda est ab eis vel ab alio quocūqꝫ propter se tantum ⁊ finaliter. ¶ Aut igitur male q̄ritur ⁊ intentione non recta: aut queritur propter finem illum vltimum qui est vt dixi creator sublimis ⁊ bñdictus. Hoc igitur dixisse debuerunt scilicet ꝙ anime celorum propter creatorem finaliter mouent sic corpora celorum suorum. Quod non potest intelligi nisi vno istorum motorum. videlicet vel quoniam placet creatori vel vt placeant creatori: vel quoniam inde magnificatur aut glorificatur creator.

¶ Et auicēna hoc videt̄ sensisse cum dixit: quia motus celorum motus est obedientie dei altissimi. Mouent igitur anime iste celos suos ⁊ obedientia dei altissimi: siue qua ita placet deo altissimo quod idem est. Non est igitur causa motus desiderium perfectionis siue assimulationis ad intelligentias suas. Forsitan autem propter hoc nō est necesse ponere animas esse celis: cum sine animabus etiam in quocunqꝫ genere motus obedire necesse habēt celi deo altissimo. ¶ Amplius. Omnium perfectionem nobilissima et substantiis intelligatiombus atqꝫ rationalibus congruentissima est perfectio que ex sapientia ⁊ bonitate consistit. Et propter hāc nec perfectio est nec pars perfectionis. Et ista cum completa fuerit completione sua vltima nec indigentiam potentialitatē nec carentiam vllā alicuius boni desiderabilis patitur in suo perfecto. Cum igitur ponant: ⁊ sequaces eius animas istas perfectas perfectiōe sua vltima necesse est vt remoueant ab eis omnem carentiam cuiuscunqꝫ boni desiderabilis. Quare ⁊ oē desideriū cū desiderium semper sit cum carentia eius cuiusmodi desideratur. Non enī posuerunt eas perfectibiles alaꝝ nr̄aꝝ. Non est igiẗ eis hmōi desideriū qđ eis posuerūt. ¶ Amplius. Nō possunt eas ponere nisi in statu glorie quemadmodum nec angelos. Status autem glorie nihil habet imperfectionis aut carentie: sed desiderii cuiuscunqꝫ rei non habite. ¶ Amp̄. Desiderium istud quod desiderāt sit assimilari intelligētiis suis ⁊ celos suos. Sicut impossibile est ipleri. ¶ Impossibile enim est vt potentialitas que est in partibus celorum ad vnumquemqꝫ situū prenominatorum educatur ad actum totaliter ⁊ simul. impossibile enim ē omnes partes celorum simul obtinere omnes huiusmodi situs. Aliter autem potentialitas habet totaliter educi non potest in actum. Quare impossibile est vt dixi potentialitas illa totaliter educatur in actū ita vt non remaneat maxima pars eius. Quare remanet maxima pars desiderii antedicti. Desiderium huiusmodi semper habet afflictionem desiderantis. Et quanto maius fuerit desiderium: tanto maior afflictio ex ipso apud desiderantem. ¶ In continua igitur afflictione est anime celorum ⁊ in continua miseria ⁊ huiusmodi desiderio. Judiciū autem huiusmodi afflictionis ex vehementi ardore desiderii istius

est velocitas motus ipsorum per quam cognantur eousqꝫ assequi perfectionem istam vt ipsi ponunt. Et quoniam nõ cessat desiderium huiusmodi. Sicut quoniam non minuitur motus non minuitur desiderium. ¶ Amplius. Quoniam desiderium omne fames spiritualis est. Motus vero quo fames huiusmodi satiari vel impleri queritur: sicut cursus ē animalis esurientis ad cibum Et sicut leonis vehementer esurientis predam quam videt saltus ad ipsam. Et sicut volatus aquile vel vulturis in id quod esurit erit necessario motus celorum: sicut rapidissim⁹ cursus huiusmodi animalium ad ea que vehemēter esuriunt. ¶ Desiderium vero vniuscuiusqꝫ animarū celestium sicut fames est validissima: licet spiritualis. ¶ Quemadmodum igitur cursus vel saltus leonis ad predam non est nisi ꝙdiu ē fames ardorqꝫ appetitus prede. Cessat autem aprehensa preda ⁊ deuorata sic necesse est fame validissima ⁊ insatiabili continue affligi animas celorum cum cõtinu⁹ sit mot⁹ eorum in ea que tanto ardore appetunt. Et quia inꝙcessit motus eorum vt ipsi ponũt: necesse est vnꝙ cessare famem huiusmodi. ¶ Amplius. Cū fames omnis ⁊ omne desiderium sit in satietatem ⁊ propter illam necesse est satietatem huiusmodi non esse impossibili prohibitam ab illa. Quare et possibilem prouenire ad illam siue assequi eandem ipam famem esse necesse est. Alioquin frustra esset: aut non esset nisi in tormentum ipsius esurientis. ¶ Quare non naturalis esset sed infernalis: sicut se habet desiderijs infernalibus quorum nullum ibi impleri possibile est. Omniū eñ desiderabilium cõsecratio creatoris iusticia ⁊ ordinatione ab illis qui in inferno erunt: erunt perpetuo ꝓhibita. Quare manifestum est huiusmodi desideria in animabus celorum penalia tātum esse aut superuacua. ¶ Attende autem diligenter exemplum ꝙ ponam tibi de animab⁹ famelicis ad escam toto precipitio festinantibus: quoniam conuenientissimum est desiderijs ⁊ motibus celorum. ¶ Attende quia cibus cuius sumptio nec famē minuit nec confortat sumentem aut aliter adiuuat omnino inutilis est sic ⁊ assecutio desiderati que nihil horum trium ꝓstat assequēti illud ex necessitate omnino inutilis est. Quare omnino inutilis est vnicuiqꝫ celorum talis assequutio situum: cum manifestum sit nullum istorum per ipsam acquiri celorum partib⁹. Et neqꝫ etiam per ipsam delectatio acquiritur. Si eñ hoc eēt acquireretur ⁊ tristitia ex amissione. quia igitur simul sunt ⁊ finite acquisitio vniuscuiusqꝫ illorum ⁊ amissio ipsius simul ex necessitate fierent in animabus celorum gaudium ⁊ tristitia essent simul ⁊ perpetuo anime ille i gaudio continuo atqꝫ tristitia vel in statu mixto ex istis duabus.

¶ Qꝫ anime celorum non intendunt vt celum in sitibus renouetur: vel vt renouatio continuetur. Ca. viii.

Quod si dixerit qꝛ non est intentio vel desiderium animarum celestium ad hũc statum vel illum: sed ad renouationem situum continuam siue ad continuationem renouationum. Et in ista renouatione vel continuatione que vtilitas est. ¶ Amplius. aut ē ex motibus celorū aliquis naturalis aut non sic aut iste quo mouetur circularis scꝫ aut alius si iste superuacuum igitur est desiderium ⁊ intentio animarum celestium circa motum istum. Cum illum nature per semetipam efficiat: quemadmodum ⁊ in corporibus animalium euidenter se habet qꝛsi nature ipsoꝝ mouerēt ea motibus quibus moueant ab animab⁹ suis superuacua esset intentio ⁊ ociosum desiderium animarum ipsorum ad istos motus: quod si alius motus est celis naturalis: erit igitur iste eidem ⁊ violentus quare non erit eis perfectio cum omne violentū sit potius in lesionem ⁊ destructionem ei cui irrogat violentia: ꝙ in perfectionem. ¶ Amplius si iste motus est violentus: quies igitur opposita erit eidē naturalis. quies autem omnis naturalis perfectio est quiescentis propter quod ⁊ illam querit per motum omne quod naturaliter mobile ⁊ quiescibile est. Motus igitur non erit perfectio celestium corporum: impossibile eñ est duo contraria perfectionis esse eiusdem. Quare renouatio situum que indubitanter nõ est nisi motus circularis non erit perfectio corporuꝫ illorum. Si vero nullus ex motibus naturalis ē huiusmodi corporib⁹ qui asseruit ⁊ putauit se declarasse declaratione vtilissima omne corpus habere motum naturalem. Et delectatio eius est hec ⁊ applicabo eam corporibus celestibus. ¶ Dico igitur quia si cessarent intentiones ⁊ desideria animarum celestiū per quas mouent corpora celorum: aut mouerentur corpora huiusmodi aut non mouerētur per semetipsa. Si dixerit quia mouerentur ⁊ non mouerentur ꝛ tunc ab animabus: mouerentur igitur a naturis proprijs quare naturaliter hñt motus. Si vero non mouerentur cum eis nulla violētia īferretur que illa detineret vbi sunt vel sicut sunt: quiescerent igitur per semetipsa vbi sunt. quare non abstraherētur inde nisi per violentiam. omne autem qꝺ nõ abstrahitur ab aliquo loco vel situ nisi per violētiam naturaliter redit per semetipsaꝫ ad locum illum. Quare reditus ad locum illum est ei naturalis: sicut exit⁹ ab illo violentus. Habent igitur corpora celorum motus naturales. Et per eandem viam est tibi ostēdere de alijs. ¶ Amplius iuxta positionem istam desideriū est animabus celestibus assimulandi proprijs intelligētijs in huiusmodi perfectione vt totum ꝙ habent impossibilia habeant in actu: quemadmodum ipse intelligentie quatenus eis ipossibile est: de perfectiõibus autem spiritualibus que sunt animarum ipsarum ꝑse non possunt negare assertores hui⁹ opinionis quādo eis habeāt anime celorum ad similitudinem ⁊ exemplar intelligentiarum ipsarum. Hee autem perfectiones non sunt nisi scientiarum ⁊ virtutum huiusmodi substantijs conuenientium. Qualiter igitur ex his perfectionibus influunt in corpora sua rationes istas continuas ⁊ inquietudines circulationum istarum cum econtrario se habeant in animabus nostris que tanto maiores ⁊ nobiliores obtinuerunt ꝑfectiones huiusmodi tanto minus curant de motib⁹ corporum ⁊ de alijs corporalibus.

Quoniam potius ament quietem corporum ⁊ ipso motu se impediri ab omnibus intentionibus perfectionem suarum se sentiunt. ¶ Amplius cuꝫ complete fuerint huiusmodi perfectiones in eis ipsoruꝫ corporum suorum: ⁊ omnium corporalium obliuiscuntur: ⁊ quasi rapte in sublime earum a corporum omnino sollicitudinibus suspenduntur. Qualiter igitur in animabus celorum nõ multo fortius: hec possunt perfectiones earum tam nobiles tāqꝫ sublimes vt eas in sua amata totaliter eleuantes ⁊ rapientes ⁊ omnino figentes in illas ad sollicitudinē corporum

suorum illas prohibeant. Presertim a tanta sollici
tudine qua tanta moles tam ingentium corporũ tan
ta velocitate reuoluunt. Apparet vtiq; in animabus
nostris cum in amata sua corporalia vehementer ra-
piuntur: vt non desinant mouere corpora sua ple-
rumq; quãdo potius ea moueant ad amata sua vel
motibus qui saltationes ⁊ gesticulationes dicũtur.
Et hi motus sunt expressiones quedam vel potius
eruptiones internorum gaudiorum siue iocundita-
tum: fiũt ⁊ isti motus ad auditum modulationũ musi
carum. Et respondet per illos qua possibile est: qui-
etia vocibus vel sonis qui audiuntur. cum vero ve-
hementius huiusmodi amor inarserit fiunt motus i
ordinationes: paulatimq; minuitur compositio ⁊ or
do eorum donec omnino deficiat: ⁊ tunc adeo in com
positi: ⁊ inordinati motus efficiuntur huiusmodi: vt
magis insanientium ⁊ rabie exagitatorum ꝙ homi-
num rationalium videantur. Et procedit amoris isti
us corporalis ardor: ⁊ vehemẽtia vsq; ad spacium
⁊ defectum cordis. Nouissime vero vsq; ad mortem
corporis inualescit. ¶ Quia igitur animas celorum
beatissimas ponere necesse habent: quicunq; eas po
nunt: necesse est vt eas raptas ⁊ fixas i amata sua po
nant: atq; suspẽsas ab intentionibus ⁊ desiderijs mo
tuum ⁊ aliorum corporalium. Et omnino nõ curan-
tes nec cogitantes de his nisi forte attribuere velint
eis statum glorie de quo audiuisti in precedente tra-
ctatu. Ille eñ status non vult prohibere animas hu
manas a motu corporum suorum si vel necessarius
pant ⁊ propter hoc est sermo iste eorum est ac si diceret ꝙ faber
ferrarius intelligendo vel imaginando gladium fabricet dola
brum aut econtrario. Cum sicut predixi ex forma intellecta vel
imaginata apud artificem fit ex necessitate sua forma quam dat
vel imprimit. Irrationabilius etiam longe est quod dixerunt de
creatione forme corporalis ipsius celi. Et hoc est quoniam longe
distantioris similitudinis ac maioris discrepantie est
ad omne id quod est apud intelligentiam ꝙ ipsa materia
celi. Et propter hoc multo minus esse potuit ab ima
ginatione: vel intellectu cuiuscumꝗ quod esset apud
intelligentiam. cum omnis forma impressa per intellectum aut
imaginationem aut artem necessario similis sit forme que est in
intellectu vel imaginatione imprimentis adhuc autem de crea
tione materie ipsius celi manifestum est per hac eandem viam
mirum improbabiliter atꝗ inopinabiliter eos opinatos fuisse
Causa autem in hoc est quia ipsa materia propter informitatem

effectus necessario similis sue cause nota.

suam nõ potuit habere apd intelligentiam formã si bi similem: necesse aũt est vt sit tibi omne quod est per intellectum aut imaginatiõem in habere esse iuxta similitudinem forme ex cuius intellectu vel imagina tione est. Quapropter non fuit possibile per hãc viã materiã exire a prima intelligentia. ¶ Amplius. Cuz iam declaratum sit tibi per me in rebus et substantiis immaterialibus possibilitatem non esse aliud nisi potentiam cause efficientis illius. Intellectus igitur possibilitatis seu apud intelligentiam primã non fuit nisi intellectus potentie creatoris. Potentia aũt creatoris nec minus est nec aliud q̃ ipse nec aliud defectus vel potentie apud ipz esse possibile est quare ex intellectu potentie ipsius non fuit possibile aliud imperfectum vel quod in potentia tantum existat exire nec dignum aut decẽs fuit vt minus perfectum esset quod exibat ex intellectu potentie ipsius q̃ quod exibat ex intellectu essentie ipsius cum nullo modoz vel minor vel minus perfecta esset potentia ipsius q̃ essentia eiusdem. ¶ Amplius. Potentia creatoris: potentia tantum actiua est: et influens solũmodo: nullo aũt mõ passiua vel receptibilis siue recipiẽs qualẽ materiã est esse potentiã materie et ipam materiam receptibilem tantum et ex nullo modorũ ipam esse agentem vel influentem per intellectũ: igitur potentie primi non debuit exire materia ab intelligentia prima imo potius substantia actiua et influens.

¶ Quod intellectus nihil sit possibilitatis nisi potentia effectiua eorum et quod nihil possunt creare intelligẽdo creatorẽ vel aliõ de se ipis. Ca. xxvi.

Quod autez possibilitas i huiusmodi substantiis hoc est in materialibus nihil sit nisi potentia actiua vel effectiua eorum: hoc est ex qua vel a qua ipe sunt per modum effectionis declarabitur tibi euidẽter: et facile cum intellexeris aliquam ex huiusmodi substantiis non esse. Exempli aũt gratia nominetur aliqua ex illa a: dico igiẽ q: possibilitas q̃ a est possibilis esse nõ est aliud in a vl apd a cũ a nondũ est i eo enim q̃ nondum est non est possibile aliud esse: qd vere sit. Quare potentia qua est possibilis esse secundum veritatem nihil est: cuz non sit in a nec in aliquo ex parte a hoc est nec in materia ipius a cuz a immateriale sit nec in aliquo alio ex parte a cũ nihil sit adhuc omnino ex parte a. igitur omnino nihil est huiusmodi possibilitas cum non habeat vbi sit ex parte a. Aut erit p se hoc est sine subiecto: quod est impossibile aut erit in ipsa causa efficiente ipsius a: i causa autem efficiente non potentia nisi effectiua ipsius a aut alia actiua: hoc autem est dicere quia potentia qua creabilis est a: a creatore anteq̃ creatur non est nisi potentia qua ipse creator potens est creare a: sicut et potentia qua potest intelligi quod nondum est: non est aliud in illo vel apud illud: cum in illo vel apud illud: quod nondum est: nihil esse possit adhuc. Sed est tantum potentia intellectiua que est solummodo in eo vel apud illum qui potest intelligere illud. Et eodem modo se habere de opinabili et opinatiuo et de laudabili et laudatio et de similibus maxime q̃ apprehensiones aut passiones q̃ sunt ex apetitibus significant. Et declaraui tibi hoc multis viis in tractatu singulari de predicationibus et modis predicandi. Qua idem in omnibus huiusmodi: et in exemplo proposito: et in illis similibus predicatur per modum actionis et per modum passionis. Et per modum potentie et possibilitatis. ¶ Quemadmodum cum dicitur aliquid amare aliud: et illud ab ipso vtro q̃ verbo actiuo scilicet atq̃ passiuo predicatur solus amor qui non est nisi in amante et apud ipsum. Similiter cum dicitur socrates cognoscere aliquid et illud cognosci ab illo ipo vna cognitio numero et sola que est in socrate solo et apud illum solũ predicatur vtrõ q: hoc est vtroq̃ verbo: hoc est actiuo videlicet atq̃ passiuo. ¶ Amplius intellectus in eo quod intelligens non est agens in rem intelligentem. Neq̃ etiaz in aliud neq̃ enim videre agere est et aristoteles in tractatibus suis intelligere quodãmodo pati et quodam pati dicere consueuit. Et communiter formas intelligibiles in speculo nostri intellectus a rebus intellectis resultantes seu relucentes passiones vocare quemadmodum in libro perihermenias dixit: q: voces sunt note eorum que sunt in anima passionez. Intelligens igitur per hoc q: est itelligens. Et sciẽs per hoc q: est sciens: magis est patiens secundum aristotelem atq̃ recipiens: q̃ agens vel influens: vel saltem habens aliud apud se: nec in creatorem bene dictum alius sermonis istius huiusmodi intentionẽ extendat: vel in aliquam ex substantiis immaterialibus nobilibus abstractis de quibus aristoteli et sequacibus suis non est visum q: aliud recipiant. Cuz posuerint eas ab eterno in omnibus perfectionibus suis fuisse. Et nihil eis de nouo vnq̃ aduenisse vel aduenturum fore. Iste autem sermo vel opinio non liberat eos vel facit effugere quin intelligere aut scire sit vel pati siue recipere vel habere aliquid apud se videlicet scientiam vel intellectum. Quare generaliter verum est q: sciens vel intelligens per intentiones scientie aut intelligentie: hoc per modum q̃ est sciens vel intelligens non est agens vel influens in aliõ. ¶ Vane igiẽ et falso posuerũt primã itelligẽtiã vel quãcunq̃ aliarũ per modũ quo erãt intelligens hoc est per suũ intelligere aliud vel creare vel agere. ¶ Amplius si intelligẽs vel sciens ex intentione sciẽtis vel intelligentis esset agens vel influens: potius hoc esset in rem scitam vel intellectam q̃ in aliquam aliam. Si enim videns hominem vel aliquid aliud per hoc q: videns esset agens vel influens influentiã quancũq̃: dignum esset et magis debit vt per hmõi visionem vel visum esset agens in hominẽ vel illuens in ipsum q̃ in aliquid aliud. Et si non esset agẽs vel influens per visionem in rem visam: multo minus hoc esset in quodcunq̃ aliud. Tu aũt audiuisti positiões eoz. Et legis i eis manifeste quia nulla intelligẽtia aliquid causauit vel creauit nisi intelligendo se vel aliquid eorũ que sua sũt vt suã actualitatẽ: seu potẽtialitatẽ aut ipsũ creatorẽ. Nec dixerũt aliquã eaz in aliquid horum hoc est in aliquam rerum intellectarum aliquid egisse vel influxisse. Sed quẽadmodũ quis diceret artificẽ opatorẽ quẽcunq̃ intellígitudo vel imaginatudo archã fabricasse põtẽ oĩno ad fabricationẽ arche nec aduenientem nec ptinẽtẽ. ¶ Amplius Ignorasse eos apparet q: in omni operatore qui per artem vel sapientiam operatur artem eẽ tantam sicut lucernam et non operari eam aliud: sed ostendere solummodo: quid vel qualiter operandus sit: quemadmodum visus se habet ad gressum: i quo nihil operatur per modum effectionis: sed tñ ostendit viam et vie discrimina: voluntas autem gressum imperat: virtus autem gressibilis que est in pedibus: et tibiis aliisq̃ membris gressum adiuuantibus illuz

Qui potẽtia sit vide.

Q: intelligere non ẽ agere.

efficit vel perficit. Cum igitur intelligere in quocunq̄ gradu nobilitatis vel excellentie sit nec plus sit ad quamcunq̄ intelligētis operationum q̄ videre eiusdem manifestum: ꝙ nulla intelligentiarum ex intelligere suo per modum effectionis aliud operatur: vel operata est. Quare nec prima intelligentia secundā: nec secunda tertiā: ⁊ sic de aliis nec intelligentia agēs animas nostras per suum intelligere: vel creauit: vel aliomodo causauit per modum effectionis vt dixi.

¶ Ex his apparet tibi quod per artem operari: vel ex arte artificem aliquid facere per modum effectionis nunq̄ apud nos vere ac proprie dicit. Quod autem lex christianorum artem creatoris vocat eiusdē filium Et ex illo ⁊ per illum omnia facta esse vel fuisse docet ⁊ predicat proculdubio verissime hō: facit Et hoc iam declaratum est tibi per me q2 ars hec nō solum ars est: sed etiam verbum ⁊ imperium omnipotentissimi dei patris cui obediunt ea que non sunt non minus quam que sunt: sicut audiuisti apud quēdam ex prophetis hebreorum qui dicit: ꝙ ipse vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt. ¶ Amplius. Intelligentia agens cum causat aliquam ex animab⁹ aut causat eam intelligendo creatorem: aut intelligendo semetip̄m aut intelligendo aliud de se ipsa iuxta modum quem posuerunt aliis intelligentiis: si dixerit q2 intelligendo creatorem: ex hoc igitur intellectu vel itelligere debet causari alia intelligentia sicut ipsi dixerunt dixerunt de aliis intelligētiis alioquin quā causam diuersitatis assignare hic poterunt: nisi forsam hic dicant ꝙ intellectus creatoris est apud alias intelligentias sublimior atq̄ nobilior ⁊ propter hoc sublimiores atq̄ nobiliores sunt ex eo effect⁹ q̄ sint ex intellectu creatoris qui est apud intelligentiam agentem. Dico ī hoc ꝙ recte dicant secundum positionem istam. Uerum quia proportionales sunt semper cause similes suis causatis cum cause non differant nisi secundum magis ⁊ minus vt ipsi ponunt. Necesse habent ponere causata eorum non differre nisi per modum eundem: ⁊ hoc est secundum magis ⁊ minus tantum. Quoniam igitur intellectus q̄ intelligentia agens intelligit creatorem nō differt ab intellectibus quibus alie intelligentie intelligunt ipsum: nisi secundum magis ⁊ minus. Non differrēt effectus qui sunt ex huiusmodi intellectibus nisi p modum eundem. Causatum igitur quo erit ab intelligētia agente ex intellectu quo intelligit primum: videlicet creatorem erit eiusdem speciei: cum similiter existentibus causatis ab aliis intelligentiis: erit igitur intelligentia. Ipsi autem dicunt ꝙ ab intelligentia agente non causatur substantia aliqua nobilis: preter q̄ anime nostre. Qd si dixerit: quia intelligendo seipsam causat animas nostras intelligentia agens: quēadmodum alie intelligentie intelligēdo se ipsas causant animas celorum vel causauerunt. Consequens est per eandē viam vt anime nostre omnino differāt ab animabus celestibus: nisi per modum quo intellectus huiusmodi ⁊ intellecta: non different igitur specie: sed secundum magis ⁊ minus: quasi gradibus tantum nobilitatis ⁊ sublimitantis atq̄ perfectionis. *[margin: Apparēter arguit.]*

Manifestum autem est hoc esse impossibile cum anime celorum ⁊ naturaliter perfecte sunt: ⁊ longe dissimilium operationum ad operationem animarū nostrarum. ¶ Judicat etiam magnitudinem diuersitatis istius magnitudo diuersitatis corporum celestiū: ⁊ corporum nostrorum qua differunt abinuicem tam genere q̄ figura: q̄ motu. Et in figura atq̄ motu: et etiam genere differre manifestum est eis quoq̄ qui ī rebus naturalibus pauce exercitationis sunt manifestum est figuras corporum animalium pro diuersitate animarum diuersitas esse: interdum etiam ⁊ cōplexiones. Quod si quis obiiciat de leone ⁊ cane: q2 corpora eorum similis figurationis esse videntur: licet specie manifeste differant. Respondeo in hoc: q2 non satis considerauit figuras corporis leonis ⁊ canis: qui hoc dixit Et maxime in vnguibus ⁊ dentib⁹ nec sermo Aristotelis quo dixit ī libro suo de animalibus: ꝙ leo intus est canis: ⁊ canis intus est leo cogit nos concedere canem ⁊ leonem specie idem esse: hoc enim magis secundum figuram interiorem leonis ⁊ canis dixit q̄ secundum naturā. Quod apparet euidentet ex alio eiusdem sermone in eodem libro: quo dixit quia ex ossib⁹ leonis īuicē collisis ignis excilitur. Nō sic aūt ex ossibus canis. Apparet ⁊ eadem diuersitas inter animas eorumdem animalium ex naturali ferocitate ⁊ rabie ac feritate leonis ⁊ habitatione eiusdem seorsum ab hominibus. Et ex naturali mansuetudine canum atq̄ custodia ⁊ adulatiōe multiplici q̄ seruitio: necnon inseparabili eorum cohabitione ab hominibus. Causa autem in huiusmodi ē quoniam naturalia omnia omnibus indiuiduis eiusdē speciei semper conuenientia sunt. *[margin: De leone ⁊ cane.]*

¶ Qd intelligentia agens intelligendo nō causat animas nostras nec intelligentia prima secundā nec aliquid aliud. Ca. xxvii.

Si vero dixerit ꝙ intelligentia agēs aliud aliquid intelligendo de se causat animas nostras: sequitur ipsum eadem inconuenientia que in precedentibus circa intelligentias alias audiuisti. ¶ Amplius. Nō est dubiū secundum positionem istam quin vnum: ⁊ idem: ⁊ eodem mō intelligendo causet omnes animas nostras. Unde igitur in eis tanta dissimilitudo tantaq̄ diuersitas tam multa deniq̄ artium officiorum ⁊ omnium generum operationum non solum varietas: sed etiā repugnantia ⁊ contrarietas. ¶ Amplius. Cum nūq̄ cessauerit nūq̄ cesset vel cessatur⁹ sit intellectus creatoris apud intelligentiam primam. Nec intellectus sui ipsius apud eandem: ⁊ ad hunc modum se habeat de aliis intellectib⁹. hoc est de intellectu sue actualitatis: ⁊ intellectu sue passibilitatis. Nunq̄ igit debent cessare actiones siue alteriusmodi causationis effectus: que ex huiusmodi itelligibilibus sunt. Erit igitur continua ⁊ eterna vnaqueq̄ causationum huiusmodi: quare nō vna sola intelligētia causata erit ab illa: sed infinite per intellectum creatoris. Et ad hunc modum se habere debet de aliis intellectibus ⁊ causatis ipsorum. Si eni ex vno intellectu quo intelligentia prima intellexerit creatorem per horam vnā aut diem vnum processit intelligentia secunda: cum eiusdem perfectiōis atq̄ virtutis equalisq̄ per oīa sit intellectus ipsius de creatore in quacunq̄ hora vel die alia necesse est vt ex illo simpliciter procedat itelligentia alia. Ut quid eni ociosus ⁊ vacuus ab equali: ⁊ simili effectu ⁊ equalis ⁊ similis alterius hōre vel diei intellectus apud eandem intelligentiam: nisi forte quis dicat quia illa prima causatione vel generatione: seu etiam creatione totam virtutem suam omnino explicuit: ⁊ effudit prima intelligentia. Et propter hoc inepta ⁊ impotens effecta est vlterius crea *[margin: Uide rōdēcatiōnem.]*

re vel aliter causare siue generare: quemadmodum manifestum est in quibusdam animabꝰ se habere ꝓpter quod determinatus est eis ⁊ numerus generationum: ⁊ tempus generandi. Impossibile autem est apud virtutes intellectiuam ita se habere. In animabus namq; ita se habet propter debilitatem virtutꝭ generatiue: quam efficit frequentia generandi apud intelligentiam autem primam vel quamcunq; aliaꝝ non habet locum debilitatio vel alteriusmodi defectio. ¶ Amplius. Uirtus intellectiua omnis ex intellectu creatoris confortat̃ atq; perficitur si est augmẽti receptibilis ex illo adaugetur. ¶ Amplius. Ipsuꝫ intelligere itelligẽtie p̄me nec minuit̃: nec deficit: nec vllum genus recipit detrimimenti. Quapropter stat continue in virtute sua: atq; perfectione illesum per omnia. Aut igitur nunꝙ̄ ex illo siue per illum ẽ aliqua intelligentia: aut incessant̃ ⁊ ex eo fluunt infinite intelligentie: vna post aliam. Huiusmodi autem exẽplum est in fonte indeficientis per omnia copiositatꝭ ⁊ diminutionis nullo modorum receptibilis. Ibi eñ quemadmodum stat in eadem virtute ⁊ perfectione absq; vllo modorum diminutionis copositas fontꝭ: sic infinite perseuerantia redundant ex eo emanationes absq; numero ⁊ termino: nullo modo igitur pōt esse sola intelligentia secunda. ¶ Amp̄. Omnis virtꝰ intellectiua ex suo intelligibili nouissimo: ⁊ maximo illuminatur cognitione ipsius. Et inflamatur amore ipsius. ⁊ iste due sunt prime influentie illius super illam. Ex his vero duabus influentiis: consequenter emanant ex illa operationes seruitutis: atq; seruitiorum quibus huiusmodi intellectio ⁊ amato vel placere si cognoscit: aut quarum debitorẽ se reputat erga huiusmodi cognitum ⁊ amatum. Et hoc non habet instantiam nisi: vbi intelligentem huiusmodi substantiam prauitas aliqua peruertit. Manifestũ igit̃ est tibi ꝙ ex huiusmodi amore ⁊ cognitione procedũt laudes ⁊ gratiarum actiones ⁊ placita obsequia apud huiusmodi cognitum ⁊ amatuꝫ. nullo mō ꝟo ex his duabus influentiis vel impregnatur: vel alio modo recipit huiusmodi cognitor ⁊ amator vt ex eo procedat substantia intelligens. Nisi forte per modum meriti vel gratie: quemadmodũ narratur in lege hebreorum: ⁊ in lege christianorum de aliquibus: in quibus adeo sibi complacuit creator videns vt cum essent steriles daret eis etiam in etate filios. Non est autem sic apud intelligentiam primam secundũ opinionem istorum: apud quos de gratia vel merito nulla est in parte ista mansio: vel etiam cogitatus. Sũt ⁊ alie influentie in animabus nostris ex intellectu: et cognitione creatoris: videlicet timor: honor ⁊ reuerẽtia atq; sanctitas: qua ipsius honoribus ⁊ cultum totaliter se adiũiunt: nisi alicuius corruptionis peruersitas eas ab his auerterit.

Qz ex cognitõe creatoris aĩe nr̃e illuminant̃.

De influẽtiis ex cognitiõe dei.

¶ Quod intelligẽtia prima naturali processione non exiuit a creatore: nec secunda a prima.

Ca. xxviii.

Nota.

Uod si dixerit iuxta sententiam eoruꝫ ꝙ nature virtus est simile ex simili ꝓcreari: ⁊ producere. Et propter hec cum intelligentia prima naturali processione ꝓcedit a creatore: transfundit̃ in eam a creatore virtus creandi similem sibi substantiam. Quemadmodum a luce solis transfunditur in lumen quod ex ea procedit virtus causandi simile lumen. Et ita donec veniatur ad vltimum receptibile luminis.

¶ Respondeo ad hoc: ⁊ dico ꝙ non omne qđ est apud gignentem transfunditur in genitũ generaliter: quoniam nec omne quod est apud gignentem decet: aut possibile est habere genitum: ⁊ hoc docet euidenter fides ⁊ doctrina christianorũ in primo genitore ⁊ primo genito. Et primo donatore ⁊ primo dono: sicut ĩ prima parte mysterii istius didicisti. Dico etiam ꝙ prima intelligentia non exiuit a creatore per moduꝫ quem dicunt: hoc est naturali processione. imo liberalissima creatione ⁊ beneplacita electione. Addo insuper quia multa: per modum quo fas est dici multitudinem apud creatorem multa sunt apud ipsum que non sunt transibilia ĩ creaturas vel communicabilia ipsius. Et ex his vnum est omnipotentia: ⁊ aliud est dominatio vniuersalis: quorum neutrorum vel decet: vel possibile est creaturam aliquam habere: sunt ⁊ alia plurima huiusmodi que per temetipsum videre tibi facillimum est. ¶ Amplꝰ. Si naturali operatione vt isti qui homines ponere videntur secunda intelligentia exiuit a prima. Iam autem audiuisti apđ Aristotelem quia natura operatur per modum seruientis. Omnis autem operatio huiusmodi ab alio est ⁊ per modum imperantis. Creatio igitur intelligentie secunde a creatore ipso est secundum opinionem istorum per modum imperantis. ¶ Amplius. Seruiens per modum seruientis nihil potest in operatione per se (operatione dico) quam per modũ istũ operatur. Nec eñ potest desistere ab ea per semetipꝫ nec accelerare eã nec addere aut minuere quicꝙ̄ eidem totaliter igitur ꝯsistit huiusmodi operatio: hoc est quantum ad suum esse aut suum non esse ꝗ̄tũ ad suum accelerari ⁊ suum retardari: ⁊ ꝗ̄tum ad omnia alia que eius sunt in beneplacito imperantis: illi igitur soli est ⁊ attribuenda: ⁊ imputanda: hoc: ⁊ hoc ipsum: nos velut interpretãtes nature seruitutẽ ⁊ creatoris imperium super naturã in motibus nostris seruamꝰ. Illi soli gratias agentes de seruorũ suorũ obsequiis: quorum solo beneplacito ⁊ mandato nobis prestat̃. Sic ⁊ mittentibus munera nō ea nobis deferentibus regratiamur: ⁊ eisdem solis nos debitores ⁊ obnoxios pro huiusmodi muneribus vel obsequiis reputamus. Totam igitur creationem suam creatori soli debet intelligentia secunda: ⁊ nihil omnino ipsius intelligentie prime. Qz si dixerit quia intelligẽtia prima creauit vel aliter causauit intelligentiam secundam imperio creatoris: ⁊ hoc fecit voluntarie ⁊ non coacte. Dico in hoc: quia iam confitetur ꝙ hoc dixit: non naturali operatione intelligentiam secundam exiuisse a prima. Sicut nec operatio volũtaria a seruo exit: per modum nature vel etiam seruitutꝭ. Manifestum insuper etiam est quia voluntaria nobis munera ab aliis nobis omissa deferentibꝰ munera non attribuimus vel imputamus. Presertim cuꝫ voluntatem deferentium sola voluntas mittentis ađ ea deferẽda nobis inclinauerit vel induxerit. Q̄d fas est ac conuenientissimum sentire de vnaquaq; intelligentia secundum eos: qui eas tanta precellentia nobilitatis ⁊ perfectionis extollunt. Nihil eñ de eis rectius: aut magnificẽtiꝰ sentiri potest ꝙ̄ eas inulnimate subiectionis ⁊ seruitutis esse subditas creatori.

Comparatione argumentum.

¶ Quod modis vel intentionibus dicatur nomen creationis.

¶ Capitulum. xxix.

Debes autem scire quia verbum creādi et nomen creationis cum transfert ad vulgare hyspanicum pene eiusdem intentionis et significationis eū verbo generationis vel natiuitatis vnde apud hyspanos creatus de domo aliqua (hoc est stirpe vel familia) dicitur qui de ea vel natus vel genitus est. Non autem ista intētione deus altissimus creator communiter dicitur: nec creatio: qui poti⁹ creatio singularis ē operatio creatoris: quia solo beneplacito voluntatis sue absqꝫ vllo medio vel vinculo largitur esse cui voluerit. Et ꝑ modum istum vel intentionem non dicitur creare nisi substantias incorporeas siue incorporales exceptꝭ solis celestibus. Alie em̄ generant: et per actiones et passiones multosqꝫ conflictus agentium et patientiū generantur. Celi vero et alia celestia corpora creata sunt per modum predictum et intentionem. De quattuor autem elementis manifestum est: quia secundū partem incessanter generantur et corrumpuntur: et si non secundum totalitatem suā primorum vero et si concedat homines generare homines alios: et homines esse generatores hominū. non tamen creare recipit homines: homines alios aut hoīes creatores eē hominū aliorum. Abhorret etiam audire tanꝙ impium atqꝫ nepharium verbū creandem de omni alio a creatore nisi translata significatione et intentione. Quemadmodū apud gentem eandem creari dicunt reges vł sacerdotes. Nō indubitāter longe alia intētione dicitur. hec igitur operatio vez creationis secūdum hanc intentionem creatori appropriata ē apud gentem istam: in ista intentione: et nominatione. Et quemadmodum dicit ibi de quibusdam aliis: virtus eius et ipsa non transfunduntur a creatore qui creaturam aliquam nec communicatur alicui.

Nō creare nulli cōmunicatur.

¶ Remuneratio mirabilium virtutum quorundam animalium. Ca. xxx.


Conueniens autem est vt in hoc capitulo reminiscaris virtutum atqꝫ substantiarū intelligentium etiā sentientiū que extra seipsos: et corpora quibus coniūctovł colligate sunt operantur impressiones mirabiles. Uerum tamen nullam inuenies que substantia sibi similem vel inse vel extra se generet aut creat Et ex isto genere (sicut alibi dixi tibi) est piscis qui vocatur torpedū qui tangentes manum solo attactu sui adeo torpidam efficit: vt nihil illa hora omnino operare posset. Et ꝙ est mirabilius. Si lancea quantecūqꝫ longitudinis tangatur eundē torporem in manu tangentis non dico in lancea operatur. ¶ Ex his est piscis qui ethinus nominatur qui adherens exteri⁹ fundo nauis: quamcūqꝫ maxime et quantocūqꝫ flatu vel impulsi ventorum agitate eam stare cogit imobilem. Ex his est et vasilicus solo visu hoīem (vt dicit) interficiēs. Ex his ē vir vel mulier ꝗcunqꝫ oculos fascinentes si creditur sermonib⁹ vulgarib⁹. Et maxime mulierum vetularum. Ex his est lupus (si credit verbis hominum) dicentium. ꝙ si prius viderit hominē ꝙ videatur ad ipso ipsum natu raliter raucum facit Preuisus autem in homine hoc in eum minime operatur. Sunt et alia innumera hmōi que libri de secretis: et mirabilibus animalium virtutibus continent. Horum igitur tibi rememorationem faciam ne forte ipsorum exemplo in opinione creationis aut generationis quas imponunt intelligentiis inducaris.

Nota de natura cuiusdā piscis.

Quod est dicere ne propter hoc ꝙ intelligentias ponunt incomparabiliter nobiliorum: ac maiorum virtutum ꝙ sint anime animalium prenominatorum. Cogi te credas ad opinandum vel concedendum huiusmodi creationes: quas eis imponunt posse debeant intelligentie cum audiueris iam sepius animas canum et aranearum multas posse que non possunt anime nostre: licet nobilitate atqꝫ perfectiōe sint eis naturaliter incomparabiles. ¶ Uulgare autem exemplum est in ferro et auro: ferrum manifestum est multa posse que nō potest aurum. Sic et auris potest qd non potest oculus: cum sit oculus aure multo nobilior. Et de his suppetit tibi exemplorum innumerabilis multitudo.

¶ Determinatio contradictionis: et Aristotelis de mundo architipo. Ca. xxxi.

Post hec autem reuertens ad ptradictiōnem platonis et Aristotelis determinabo eam tibi. Et narrabo veritatem communem in quam omnes leges consentiunt. Et cui attestantur eloquia ꝓphetarum. Dico ergo in primis quia creator est veritas ꝑ semetipsum et apud semetipsum. Et recissime ac cōuenientissime nominatur primus: verus. Est etiā veritas ad vniuersum quod ab ipso creatum vel cōditum et ordinatū est: ordine pulcherrimo: et ipsum vniuersum est vmbra vanissima ac tenuissima ad ipsum ꝯcomparatione ipius. Et hoc insinuauit auencebrō in sermōe suo: ꝙ dixit ꝙ creature erexerint se ad creatorem: et fecerunt ei vmbram. Expositio autem intētionis mee. In sermone vmbre est hec videlꝫ quia cū consideraueris immensitatē et sublimitatem creatorꝭ in omnibus ꝑdicatiōib⁹: et singulis que munificentiā eius innuunt vt curam et gloriam: inuenies manifeste easdem predicationes cum ad vniuersum vel ei⁹ partes referūtur nō significare nisi vmbras exiguas et nutus atqꝫ vestigia et signa per modica eorum que significant apud creatorē: cum de ipso dicunt: exempli gratia attende diligenter intentionem potentis et potentie cum creator potens dicitur vel eius potētia nominatur. Considera similiter intentiones eorūdē nominum: cum aliqua creatura potens dicitur: aut eius potentia nominatur: et compara potētiam creatoris ad potentiam creature: et videbis manifeste qꝛ potentia creature ad potentiam creatoris non est digna vt nominetur potentia: sed signum vel vestigiū per modicum illius: cum sit impressa ab illa. Non ei est comparatio inter illas qualis cogitari potest inter fontem copiosissimum indeficienter redundantissimum ad vnum ex guttis totius aque illius: abyssi vel maris: ad stillam per modicam totius aque sue propter multas causas. Harum prima hec est quia: videlicꝫ vtrumqꝫ aqua dicitur et hoc vniuoce secūdū vnā et candem intentionem: tota aqua ex hmōi fonte manans et vnaqueqꝫ gutta ipsius aqua dicitur. Sic et tota abyss⁹ siue mare: et vnaꝗqꝫ stilla ipsi⁹. Nō sic autem se habꝫ in creatoris potētia et cuiuscunqꝫ creature potentia. ¶ Secunda quia quelibꝫ stilla vł gutta totius fontalis emanationis pars ē illius. Similiter et quelibet stilla vel gutta abyssi vł maris pars eiusdē est. Non sic autem est inter potētiam creature quamcunqꝫ et quantumcunqꝫ: et potētiam creatoris: et vez vt hec pars illius sit: vł etiam aliquid comparabile ad illam. ¶ Tertia causa stille vł gutte in aliquo numero aggregate seu cōgregate aliquid compara

bile: hoc est aliquam aquam comparabilē in magnitudine totali emanationi predicte aut toti abysso indubitanter constituere possunt: vł etiā equalē aquā Tota enī abyssus magna ex finitis numero guttꝭ eq̄libus cōstituta ē. Et sicut alibi didicisti nulla magnitudo aggregata ē ex infinitis tantis sui generis verbi gratia. Nulla linea ex infinitis tantis lineis: nulla superficies ex infinitis tantis supficiebus. Nullū corpus ex infinitis tantis corporibus quacunq̄ quantitate demōstrata. Cum autē aggregaueris in imaginatione tua vel intellectu omnes: omnium creaturarum ꝛ singularum potentias. Et cogitaueris aggregatum ex illis tanq̄ potētiam vnam omnium: aut potentiam vniuersi tota hec sic aggregata potentia non erit aliquid comparabile ad potentiam creatoris: declaratio vero huius est. Quoniam si intelleris vel vniuersa esse infinita: vł huiusmodi potentiā aggregatam ex infinitis: siue multiplicatam neutra infinitas etiam ad punctum: scilicꝫ horum poterit resistere potētie creatoris iuxta hunc modum considera sapientiam creatoris ad vnamquāq̄ aliarum sapiētiarum: ꝛ aggregatam infinitatem ex illis: ꝛ inuenies vnamquamq̄ illam: ꝛ etiam infinitatem aggregatam ex illis non esse aliquid comparabile ad sapientiam creatoris. Sic se habꝫ de bonitate creationis ꝛ de aliis bonitatibus: sic de suauitate ꝛ aliis suauitatibus: de largitate ꝛ aliis largitatibus: de pulchritudine eius: ꝛ de aliis pulchritudinibus de magnitudine: altitudine: nobilitate: ꝛ de omnibus aliis quorum predicationes nobis vt diri magnificentiam siue excellentiā creatoris vtcūq̄ inuūt: ꝛ ad creaturas ꝓ sue exiguitatis congruentia referuntur. Cum his autē comparationibus ꝛ considerationibus attende diligenter veras impositiones ꝛ ꝓprias significationes hominum: ꝛ videbis euidenter ꝙ nullum nomen coloris proprie nominat colorē, aut denominat nisi purum ꝛ immixtum suo contrario: quemadmodum nec albedo nominat colorē: nisi purum a nigredine: nec album denominat ꝓprie ac vere nisi ꝙ puram ꝛ īmixtam nigredini albedinem participat. Et ꝓpter hoc dixit Aristoteles quoniā alba dicunt: quedam q̄ nihil de albare videntur intēdens indubitanter ꝙ nulla ratione albe dicerētur si vł modica ī eis admixtio nigredinis appareret. Quare manifestum ē per errorem aut ignorantiam nominatiōis in talibus ꝛ denominationes fieri. Nomē igitur potentie vera impositione ꝛ propria significatione non nominat: nisi potentiam puram vsq̄quaq̄ ab impotentia: ꝛ eidē omnino immixtam. Iuxta hunc modum ꝛ potēs nō denominat nisi habentem vere rationis potentiam ꝛ per hanc viam currit res in ente ꝛ entitate: in vero ꝛ veritate: bono ꝛ bonitate: pulchro ꝛ pulchritudine sapiente ꝛ sapientia: alto: ꝛ altitudine: nobili ꝛ nobilitate. Manifestum igiẗ est ex his: ꝛ per hec: q̄ vere ꝛ ꝓprie significationes huiusmodi predicationū soli creatori conueniunt: aliis autem non applicantur nisi equiuoce ꝛ secundum quid vel ad aliquid vł qualem ꝛ longissime distantem a creatore similitudinē. Quantum igitur ad huiusmodi nominationes ꝛ denominationes veritates (vt iradicaẗ) sunt apud creatorem. In creatore autem sole similitudīes huiusmodi veritatum: iuxta modum quo similitudines inter creatorem ꝛ creaturas esse possibile est ꝛ conueniēs cogitari.

Primi pn̄ci pij p̄dicato.

Nolb⁹ ꝓre b⁹ vtitur.

¶ Destructio erroris platonis de hoc qđ posuit denominatiōes creatoris non fieri per veritatem: sꝫ tantum per similitudinem. Ca. xxxi.

Verum plato vltra q̄ oporteret: ꝛ veritas exigeret extēdit huiusmodi similitudines ꝛ expressit in sermonibus suis in libro quē timeum nominauit. Quoniā nominationes creaturarum omnes per similitudinē tantum fiunt: ex nulla earum per virtutem. vnde nec verum: terram: nec verum ignem: nec veram aquam: aut verum aerem in mundo sensibili esse patenter asseruit: non attendens ꝙ multe nominatiōes sunt de creaturis: que nulla comparatiōe vł similitudine ad creatorem dicuntur. Non eī terra nominata est terra: quēadmodum bonum nec denominata est nigra: quemadmodū bona: neq̄ corporalis aut fex elementorum quemadmodum creatura: aut opus creatoris: similiter non sic nominata est materia terrestrium corporꝫ aut habitatio hominū ꝛ animalium gressibilium: de quibus nominatiōib⁹ manifestum est ꝙ per se nihil innuunt quod ad creatorē pertineat. ¶ Hec igiẗ ꝛ similes nominationes sunt creaturis secundum suum esse ꝛ veritatem ꝛ secundum ꝓprias dispositiōes suas absq̄ vlla comparatione ꝛ respectu ad creatorē. si eīn vera terreitas aut igneitas vera non esset ī mūdo isto sensibili nec vera terra: nec verus ignis esset ī eodē. non est igitur vera terra hic aut ver⁹ ignis. Tamen necesse est concedere platonem de terra que est ī hoc mundo sensibili ꝙ vel est aliquid in veritate siue secundū veritatem: vel nihil: quod si ē aliquid secundum veritatē cum ei nomina posuerim⁹ redibit plato ex necessitate in idipsum quod negauerat: si eīn nominetur terra cōcedet igitur ex necessitate terram secundum veritatem esse in mundo sensibili: ꝛ verā terram esse hanc quā videmus in eodem: si vero nō placeat ei vt terram eā nominem⁹ noiet eam a vel b. Et eadem questio erit vtrum verum a sit in hoc mundo sensibili. Quia igitur necesse habꝫ recipere verum a esse in mundo hoc cogetur ex necessitate concedere veritatē a esse hic: non solum similitudinem illius.

Vide sentē tia platonis

¶ Amplius. Quid responderet plato interrogatus an verus plato esset ipe: qui ita opinabaẗ. Et hoc an veritas platonis esset in ipso ꝛ apud mundum istum sensibilem. Si vero respondet quia reuera ipse ē verus plato ꝛ veritas platonis ꝛ ī ipso ꝛ apud mundū istum. Qualiter effugeret vt nō similiter cōfiteri cogeretur: ꝛ veram terram hanc esse ꝛ veritatem eius ī mundo isto esset. ¶ Et si diceret se non esse verū platonem nec veritatē platonis in eo esse secūdum similitudinem quandā solum veri platonis se esse: verū autē platonem apud mundum eē specierum. Nec vera igitur indiuidua siue particularia sunt in mundo isto sensibili: quod est dicere nec veri homines: nec veri equi aut veri asini. Quare nec vere mund⁹ ille sensibilis est: nec verus mundus. Consequēs igitur ē nihil eē omnino in mundo isto sensibili secundum veritatem. Ipsumq̄ mundum similiter nihil eē in veritate siue secundum veritatem. Quod eīn nihil est in veritate: nihil ē similiter. Et vere nihil. Nec volo vti contra eū illo sermone Aristotelis quo dixit in libro methaphisicorum q̄ vnumquodq̄ sic se habꝫ ad veritatē sicut ad eē. Propter hoc quoniam aduersarius non est testis idoneus contra aliquem. ¶ Amplius. Saltem similitudo terre apud mundum istum ē: ꝛ si non veritas secundum platonē. Et hec similitudo nō facit eam sine vere essentialiter terram: sed solummodo

terreum. Similiter dicet quia apud istam terram nõ
est vera corporeitas: sed similitudo que similiter non
facit eam vere corpus: sed tantum corporeũ. Neces-
se igitur habꝫ tandem venire ad hoc: vt neqꝫ vere sub
stantia sic nec essentialiter. Sed neqꝫ aliquid aliud.
Quare neqꝫ vere neqꝫ eẽntialiter aliquid erit. Et ad
hunc modum se habet res in vnoquoqꝫ aliorum. Ni-
hil igitur erit vere aut essentialiter de omnibꝰ singu-
laribus: seu particularibus. ¶ Quod si dixeris quia
hoc est esse terre: scꝫ esse terreũ. Similiter ⁊ esse ignis
vel esse igneum non est nisi eẽ igneum. Et hoc modo
se habꝫ res in omnibus aliis huiusmodi p̄dicabilibꝰ.
Manifestum autẽ est quia terreum ⁊ igneum nõ di-
cunt quid neqꝫ predicãtur in eo quod quid est. Nihil
igitur p̄dicatur apud nos hoc est in mundo isto: vel
potest predicari in quid. Quare nihil est quid nec ali
quid est diffinibile cum non sit dicere de aliquo quid
hoc est. ¶ Amp̄. Veritas ⁊ verum semper simul sunt
sicut albedo ⁊ album. Et ad hunc modũ de aliis ver-
Quã nõ distingunt veri- bi gratia veritas humanitas: ibi verus hoc modo ⁊
tas ⁊ verũ. ibi solum modo veri homines. Sicut vbi vera albe-
do ibi solummodo vera alba apud mundum igitur
specierum solummodo sunt veri homines ⁊ veri equi
⁊ vera omnia alia. Quare vera individua seu parti
cularia omnia apud mundum illum sunt. Et nullum
apud nos hoc est in mundo isto. Manifestum est ti-
bi ex his quarꝫ rerũ veritas ⁊ cuiusmodi v̄itas apud
creatorem sit. Et quarum rerum similitudines apud
nos hoc est in mundo isto sint. ¶ Deinde quarum re-
rum veritates apud nos sint. Similitudines vero so
le apud creatorem. Et hoc apparet ex ipsa cõmuni-
catione seu cõmunione nominationũ cõmunione i q̄
qualem dixi tibi que revera equivocatiõis est ⁊ non
vniuocationis hoc est vnius rationis apud nos. Si-
militudo vero sola apud creatorem. Intellige auteꝫ
similitudinem eo modo quo p̄dixi tibi: vcꝫ eo modo
quo exemplar similitudo est exempli. Quemadmo-
dum vides quia revera domus extra est scꝫ que vide
tur foris oculis corporeis ⁊ que edificatur essentiali
ter ex lignis ⁊ lapidibus. Similitudo v̄o ⁊ exẽplar
illius intus est sive intra hoc est in mẽte artificis. Vi
des etiã quia nomẽ domus impositũ est ei qđ extra
est. Extra inq̄ mentem artificis ⁊ nullo modorum im
positum est ei quod est apud artificem sive in mente
ipsius sed ei soli impositum est. Et illud solum nomi
nat quod foris videtur qđ est: scꝫ habitatio ⁊ recepta
culum hominum. Nullo modorũ autem nominat ali
quid quid sit apud artificẽ. Nec alius hominum hu-
iusmodi exemplar unq̄ domum vocare ausus est ni
si per abusionem intolerabilem. ¶ Iuxta hunc modũ
terra est nomen eius quod est apud nos ⁊ videtur. ⁊
nullo modorum alicuius quid sit apud creatorem vł
in mente ipsius nec alius hominum adhuc vocavit
terram vel ignem vel aquam nisi que sunt apud nos
⁊ videntur.

¶ Destructio erroris platonis de hoc quod po-
suit veritatem particularium rerum esse in mundo
archetipo. Ca.xxxiij.

Cum autem itentius cõsideraveris inser
mones platonis apparebit tibi mani-
feste impossibilitas eorum.
¶ Primum autem quoniam exemplar
nec vere nec proprie dici potest veritas
exẽpli. Veritas ei vniuscuiusqꝫ rei non est nisi vł sub
stantia vel essentia sive esse ipsius. Et hoc ẽ qđ ratio
sive diffinitio explicat. Hoc autem est residuum a to-
ta circumuestione accedentium. Manifestum autem
est qđ nullo istorum modorum exemplar est veritas
exempli: sed neqꝫ res veritas signi sui vere vel ꝓprie
dici põt: dicit quidem veritas rei apđ illud vł in illo
esse: apud vel in quo est ratio seu diffinitio. Et cui no
men primo ac principalr̄ impositum est: quẽadmo-
dum apparet in homine atqꝫ eius pictura sive ima-
gine. Nam homini qui est animal rationale gressibi
le bipes nomen hominis impositum est principale
atqꝫ primo. Et apud ip̄m ⁊ in ipso est tota ratio seu
diffinitio hec quam posui. Et ip̄e est qui vere ac pro
prie atqꝫ singulariter. i. solus ẽ verus homo pictura
vero vel imago ipsius nullo modorum dicitur verꝰ
homo: dicitur tamẽ homo sed equivoce sicut audivi
sti apud Aristot. mundus igitur archetipus sive ex-
emplaris nullo modorum est veritas rerum particu Logice quĩ
larium hoc est nullo modorũ est vel substantia vel es- platonẽ di-
sentia vel esse illarum nisi quis per abusionẽ intolle sputat.
rabilem dicere velit omnem imaginem ad cuius si-
militudinẽ imago alia facta fuit veritatem esse illiꝰ.
¶ Amp̄. Aut intellexit plato species dum dixit mun-
dum specierꝫ exemplar eẽ mundum istius sensibilis:
atqꝫ particularium quas dicimus predicari de pluri
bus differentibus numero in eo quod quid est. Aut
intellexit rerum similitudines sive ydeas sive imagi
nes rerum exẽplares. Sꝫ si iuxta priorẽ intentionẽ
contradicit huic sermoni ipsemet plato evidẽtur in
libro suo quẽ nominavit Timeum dicens qꝫ non hoc
quod est apud nos terra nostra: sed terreũ. nec ignis
verus est qui apud nos est. sed igneum verbi gratia.
Terra ⁊ verus ignis non p̄dicantur de his que apud
nos sunt essentialr̄: sive in eo quod quid ẽ. Secundũ
ip̄m platonem: cum ipsemet in p̄dicto sermone suo
removeat verum ignẽ ⁊ veram terram: ab his q̄ apđ
nos sunt. Amp̄. Huiusmodi species totum est esse in
dividuorꝫ: ⁊ quicquid enĩ habꝫ socrates preter hoīeꝫ
(hoc est p̄terea ex q̄bus ẽ hõ) accedit eidẽ id vero qđ
hꝫ residuum ab accidentibus est totum esse ipsius q̄
re totum esse ipsiꝰ est ipsa species. vcꝫ hec species
homo: sicut dicitur vel p̄dicatur de ip̄o. Cum dicitur
socrates est homo. Quia igitur totum esse individuo
rum omniũ i ip̄is individuis ẽ ⁊ non extra manifestũ
est huiusmodi species individuis suis: sive singularis
bus totaliter esse ⁊ non extra. ¶ Amp̄. Vbi vniuscu-
iusqꝫ veritas ibi est ip̄m ⁊ econtrario. Quare si veri
tas terre ⁊ veritas ignis apud mundum exemplarẽ
sive archetipum sunt: necesse est verum ignem ⁊ verã
terram esse apud ip̄m: huiusmodi mirabilia incõve-
nientia sequuntur. Primum quidẽ quoniam verus
ignis non erit corpus: similiter nec vera terra. Qua
re corpus non erit genus ad ignem ⁊ terram: verum
inq̄ ignem: ⁊ veram terram. ¶ Amp̄. Verum corpꝰ
secundum hoc non erit apud mundum istum: sed ar-
chetipum. Et eodemmodo sequitur vt nec vera sub-
stantia sit apud mundum istum. Quare nec verũ ac-
cidens per eandem rationem: ⁊ ita nihil verum erit
in mundo isto particularium. Quare nec verus sol:
nec vera luna: nec verus socrates: aut verus plato:
similiter nec verus calor: nec vera frigiditas: quare
nec vere calidum: nec vere frigidum apud nos ẽ ali-
quid. Vbi autem est vera frigiditas ibi est ⁊ vere fri Cõtra pla-
gidum: similiter vbi verus calor ibi ⁊ vere calidum: tonẽ bñ di-
vere igit̄ calidum ⁊ vere frigidum in mundo solo ar sputat.
chetipo sunt: ⁊ p eandem viam vere album ⁊ vere ni

grum: quare vere visibilia ⁊ vere tangibilia: in solo illo sunt: ⁊ ꝓpter hoc vere sensibilia: quare ⁊ vere particularia: apud illum solum sunt. ipse igitur est vere mundus particulariũ solus. ¶ Amp. Si vera albedo apud ipsum solum est: quomodo vera albedo est: quod nihil est vere album vel etiam album. Manifestum autem est secundum sententiam platonis in mundo intelligibili nihil esse sensibile: quare neq; album neq; nigrum: nec calidum nec frigidum: nec molle: nec durum: quare veritas qualitatum sensibilium non ē ibi cum vere sensibilia non sunt ibi. ¶ Amp. Secundum hoc non est apud nos veritas motus: sed in mundo archetipo. ipse autem ponit ipm̄ quietissimum immobilem eternum. ¶ Amp. Cū veritas vniuscuiusq; rei sit esse ipsius: quodammodo eius ratio vel diffinitio explicat: nihil est diffinibile eorū que in mundo isto sūt. hoc est nihil eorum habet rationem vel diffinitiones explicantē eius esse. Et ꝓpter hoc nihil eorum habebit esse creatum siue causatum: cum omne huiusmodi esse sit inexplicabile: ⁊ ita nihil eorum que sunt in mundo isto habebit: omne autē quod habȝ non esse non est. Quare nihil erit omnium eorum que i mundo isto sunt. ¶ Amplius. Cum plato ponere nō possit mundū illū nisi impartibilē non potest in eo ponere aliquid quod habet trinā dimensionem. In impartibili eñ non potest poni trina dimētio: nec aliquid habens triniam dimentionem. ¶ Amp. Vera terra que ibi est: nec frigida est: nec sicca: nec grauis siue ponderosa. Huiusmodi eñ dispositiones non habēt locum in mundo intelligibili. Quomodo igitur vera terra est terra illa que nullam istarum dispositionum hȝ. ¶ Amp. Quomodo terra est. de aqua nō non potest fieri vel vas vnum fictile vel latercul us vnus.

¶ Amp. Terra illa vel est vno numero ⁊ singularis vel non. si sic eodem mō se hȝ ⁊ de igne ⁊ de vno quoq; aliorum. Quare quicqd est in mundo archetipo vnū numero est: ⁊ singulare siue particulare. Est igit mūdus ille particularium siue singularium: ⁊ omnia illa exemplaria que apud illum sunt singularia: siue particularia sunt. Quare ad exemplar singularium siue particularium facta sunt omnia q̄ sunt in mūdo isto. ¶ Amp. Terra illa vel est composita atq; partibilis: vel est simplex ⁊ impartibilis. Quod si simplex ⁊ impartibilis: quomodo vera aut verum corpus. Si vero composita ⁊ diuisibilis semper vt sit: vel grauis: vel leuis. Quare ⁊ sensibilis: ⁊ ꝓpter hoc per omnia similis terre que apud nos est. ¶ Amp. Secūdū hoc erit etiam in loco eodē modo: per eandē viam oportebit eos idem dicere de igne ⁊ de aliis corporib⁹ mundi istius sensibilis. Quare mundus archetipus non erit nisi aliter mundus sensibilis siue sensibilis similis huic. Manifestum igitur est per hec ⁊ alia que p̄cesserunt: platonē non intellexisse hoc quod dixit de mūdo archetipo. de speciebꝰ quā de indiuiduis: vel singu gularibus in eo quod quid p̄dicantur. Illas eñ esse necesse est ⁊ in singularibus suis ⁊ cum singularib⁹. Ubi eñ socrates est: necesse est esse hominem. Et vbi homo est necesse est eē aliquem hominē. de ydeis igitur siue formis exterioribus que in mente creatoris eternaliter sunt intellexit sermones suos.

Quid itellexerit plato p mundū archetipum.

¶ Alia destructio erroris platonis de hoc quod posuit deitatem exterioris ⁊ extra non differre essentialiter. Ca. xxiiii.

Ad hoc autem vel per abusionem intollerabilem locutus est: vel erravit euidenter q̄ nomina terre ⁊ ignis ⁊ alia similia dixit non p̄dicari secūdum veritatem de corporibus que sunt apud nos: neq; per essentiam: sed per similitudinem tantum. Cum dubium esse non possit alicui intelligenti huiusmodi nomina essentialia esse. Et veri nominis nomina esse: Non denominationes: aut agnominationes: atq; instituta esse ad declarandas rerum essentias siue substantias: non aut similitudines aut alias dispositiones seu comparationes ex sicut p̄dictum ē tibi. ¶ Amp. Nec platoni nec alii vnq̄ dubium esse potuit omne exemplar ⁊ suum exemplum quodcunq; duo esse secundum veritatem: siue essentialiter: quemadmodum causam ⁊ effectum suū similiter prius ⁊ posterius: de quibus manifestum q̄ cum ad se inuicē referuntur impossibile est vt dicant de eodem: in hoc eñ comparatiōe siue consideratione contraria sunt: quare impossibile manifestum est: terram que apud nos est ⁊ terram exemplarem: verū cuius ista exēplum est vnius esse veritatis aut essentie: quia igitur vtraq; est secundum veritatē necesse ē illas esse duas: ⁊ duarum esse: atq; duarū veritatum. Cum vnumquodq; se habeat ad esse sicut ad veritatem: prout audiuisti apud Aristotelem in libro methaphisicorum: ⁊ sicut per semetipm̄ hoc manifeste verum est: quoniā veritas vniuscuiusq; rei est eius esse ⁊ ecōuerso. Manifestum igitur est mundū istum corporeum verum mundum esse ⁊ verum habere esse non similitudinarum tantum. Et sicut p̄dixi tibi nomina partium mundi istius non sunt nomina similitudinū neq; denominationes aut agnominatiōes imposite ab accidentibus: sed sunt nomina veri nominis ⁊ vere nominationis. nominantia que sunt vere ⁊ essentialiter. Et propter hoc essentialia nomina sunt imposita rebus ad nominandū eas quod vere atq; essētialiter sunt: sicut sol luna terra vel aliorum huiusmodi vnumquodq;. Et huiusmodi nominatiōes proprie sunt eis secundum istas intentiones: nec vllo mō secūdum eas transferuntur ad creatorem: vel ad spirituales ⁊ abstractas substātias: sed magis per similitudinem aliquam quemadmodū apud prophetas sol iustitie ⁊ sol intelligentie interdum nominatur. Cause autem ꝓpter quas hoc fiat manifeste sunt ibi: terra vero siue cum dicitur apud ꝓphetas terra viuentiū siue etiam cum dicitur in lege hebreorum terra manans lacte ⁊ melle. iuxta similitudines acceptas a prophetarum ⁊ philosophorum sermonibus per nonnullas similitudines accepitur: ipse eñ. i. creator est velut patria ⁊ vrbs quedam sanctorum angelorum: et sanctarum animarum in eodem beate viuētium. Est ⁊ tanq̄ regio delitiis spiritualibus affluentissima de qua torrens voluptatis: ⁊ fluenta delitiarum spiritualium per emanationes in omnes exercitus militiarum spiritualium incessanter: ⁊ indeficienter inundant. Terra igitur ex similitudine habitationis que hitatio per noiatoꝝ ciuiū. Lacte vero ⁊ melle manās ex redundantia predictarum delitiarum. hoc autem ⁊ similia nota sunt exercitatis in sermonibus ꝓphetarum.

Quid sit vera terra.

¶ Quod nominationes quedam que secundū veritatem exactissimam conueniunt creatori creaturis communicantur. Capitulum. xxv.


¶ Debes autem scire q̄ fuerunt qui dicerent causam deprauationis primorum peccatorum fuisse naturalem mutabilitatem seu defectibilitatem ipsorum quā philosophi vocant possibilitatem seu potentialitatem. ¶ Quod autem induxit eos in hoc induxit etiam in errorem pernitiosiorem quo opinati sunt gloriam animarum post corpora vel hominum: vel etiam sanctorum angelorum non posse esse perhennem. Quoniam naturalis mutabilitas pro eo q̄ naturalis est vel essentialis nō potest auferri ab ipsis. ꝛ propter hoc neq̄ effectꝰ eiꝰ perpetuo: ꝛ hic effectus est mutatio. Quare non est possibile vt eis visum est quin quandoq̄ in quocunq̄ statu sint vel future sint ab eo demutentur in alium. Quare a statu glorie necessario quandoq̄ in alium mutabuntur. Non autem in equalem vel superiorem. In superiorem quidam non quoniam non est possibile statu glorie alium esse superiorem. In equalem vero vel similem nec est possibilis mutatio ꝛ etiam superflua esset cum nichil haberet meliorationis. In similem vero alibi vidicisti non posse esse mutationem vt ab albo in album Erit igitur secundum hunc errorem in deterius et contrarium: sicut in peccantibus angelis ꝛ hominibus iam factum fuisse manifestum est qui a bono in malum ꝛ a statu bonitatis in prauitatē malicie demutati sunt.

¶ Amplius. substantiam aliquā perpetuo manere in potentialitate sua quantum ad quamcunq̄ ipsius operationem visum est eis impossibile esse. Mutabilitas autem est potentia ꝛ amittendi iam habitum et acquirendi qđ nōdum habetur. Cum igitur sit naturalis ista potentia in omnibus substantijs nobilibus ꝛ separatis: necesse est ipsam aliquando educi de potentialitate sua in actum: et de perfectiōe sua ad perfectionem. Quicquid igitur in se naturaliter mutabile est: necesse est vt et quādoq̄ mutetur. Quare cum substantie omnes intelligētes naturaliter mutabiles sint: necesse ē eas quandoq̄ mutari. Quapropter et ab ipso statu glorie necesse est eas aliq̄n mutari seu mutādas esse. Ita ꝫ sermonē platōis atq̄ suiꝫ de hac re. vcꝫ

ꝙ mutabilitas in substantiis nobilibus naturalis. Hic eñ est sermo ipsius in libro suo quē thimeum vocauit ex psona creatoris loquēs ad deos etiam deoꝝ. Dñi deoꝝ inqt opa mea vos estis natura quidam dissolubiles: me autē sic volente indissolubiles. ¶ Amplius. mutabilitas ⁊ immutabilitas cōtrarie sunt ⁊ ẜm ideꝫ. Mutabilitas autē naturalis est in oībus hmōi substantiis ⁊ inseparabilis ab ipsis. Impossibile igiᷣ est vt imutabilitas adueniat ipsis. Si eñ adueniret aliquo tēpore cū contraria mutabilitas separari nō possit ab illis: esset simul cū illa i eisdē. Qd si dixerit qꝛ mutabilitas nālis sue nature: ⁊ immutabilitas grē seu glorie non sunt adinuicē ɔtrarie neqꝫ etiam repugnantes. Videᷣ eadē rōne posse dicere ꝙ albedo naturalis qualis est in niue vel cigno ⁊ nigredo aduēticia nō sunt cōtrarie: necesse hūt ɔcedere ꝙ possunt esse in eodeꝫ ẜm idē. Alteram eñ alteraꝫ nō repellit: sic nec cōtrarietas nec repugnātia est inter eas. Intēde igiᷣ ⁊ scito ser. nonē istū erroneū esse: ⁊ destructionē ei⁹ esse multiplicē. In pmis qꝛ mutabilitas ista non est tm̄ ẜm amissionē aut acqsitionē coꝝ q̄ accidunt vel aduenīūt substātiis post completā essentiā: sed etiam abesse in non esse: ⁊ etiam a non esse in esse. Alioquin intentio imutabilitatis solius esset creatoris benedicti qui nec ante esse inesse vel abesse. in non esse nunqꝫ mutabilis esse potuit. Falso igitur eam ponerent vel supponerent in huiusmodi substantiis vel in quacunqꝫ alia re. Quare ex falso fundamento atqꝫ positione inducti sunt in errorē istum. Ipse etiam pmissus sermo platonis euidenter hanc intentionem insinuat: videlicet de mutabilitate ab esse in non esse. Si igitur valida est ratio eorum prior vꝫ quia huiusmodi potentia necesse est vt quandoqꝫ educatur ad actum mutationis. consequens est ex necessitate sit vnāquāqꝫ substantiam aliquando mutari ab esse in non esse ẜm ipsos: ⁊ anime igitur nostre mortales erunt: ⁊ ipse substātie oēs nobiles de quibus mihi sermo totū ¶ Amplius. iam alibi didicisti ꝙ mutatio corporum continua ⁊ ex necessitate non subita. Quare defectio celorum ⁊ corporum vniuersorum celestium paulatim fieret donec perueniret ad extremum defectus. Tu autēꝫ scis quia nichil defectionis apparet in eis vel apparuit cum iam per tot milia annorum durauerit. Quod si appropinquarent ipsi nō esse per naturalem istam defectibilitatem. apparet enim in tot milibus annorum propinquiora facta esse sue defectioni: aliquatenus: hoc autem non est verum.

¶ Amplius. si per tot milia annorum prohibita est mutabilitas naturalis in huiusmodi corporib⁹ virtute ipsorum: nec apparet virtutem huiusmodi in aliquo debilitatam neqꝫ virtutem mutabilitatis in aliquo confortatam: ita vt vel fortior sit hec q̄ ab initio fuerit vel illa in aliquo debilior nec lassitudo apud alterutram earum locum habeat: necesse est ⁊ in tanto numero annoꝝ vtrāqꝫ q̄ntum

Q; mutabilitas nō ē potētia. in eis est similiter se habere. Quare sicut virtus celorum prohibet potentiam mutabilitatis istius ⁊ phibuit per tot milia annorum ab illo effectu suo q̄ est mutatio de esse in non esse. Sic sufficiet ⁊ prohibere illam absqꝫ debilitatione sua ⁊ lassitudine per totidem sequentium annorum milia: ⁊ ita est necesse vt hoc sufficiat in infinitum. Est igitur perpetua corporum huiusmodi duratio seu perhennis. Ad hoc vero quid dicere potuisse videntur qꝛ naturalis mutabilitas non recipit immutabilitatem propter contrarietatem vel repugnantiam quam habet ad ipsam. Respondeo quia potentialitas non repellit actum. Nec imperfectio perfectionem: immo desiderat eam ⁊ obtentam quemadmodum femina marem amplectitur: sicut dixit Aristoteles de materia ad formam in libro auditus. ¶ Amplius. in omni genere rerum vbi potētialitas habet locum querit ipsa res exire de malo potentialitatis. Et propter hoc Aristoteles i prenoīato libro suo posuit potētialitatē propter malū impotētialitatis atqꝫ carētie pncipiū mot⁹ naturalis. Nō eñ actū vel pfectionē sibi ɔueniētē solū modo q̄rit oē qđ mouetᷣ: sꝫ etiā naturalr fugit malū potētialitatis ⁊ carētie vt ponderosum in aere nō solum intēdit p motum acqsitionē loci sibi cōgruentis nature sue. sed etiam malum carentie illius et locum incongruentem sibi atqꝫ contrarium effugere. ¶ Amplius. Nulli dat vel dedit vnqꝫ natura virtutem vel principiū ad destructionē sui ipsius: neqꝫ vlla natura intēdit in destructionem ppriꝫ subiecti qꝛ tūc intēderet in destructionē ppriā cū nō saluetᷣ natura vnāqꝫ nisi in proprio subiecto. ¶ Amplius. ipsum nō esse manifestum est nihil esse. ad nihilū autē nec aliqđ tēdit naturaliter/ nec principium vel virtutē hꝫ ad illud. Nullum igiᷣ esse naturale principium est ad nō esse vel destructionē ipsius esse in quocūqꝫ gn̄e rerum. siᷣr neqꝫ ad nō habere: neqꝫ ad amittere aliqđ per se. Quare nec mutabilitas principium est naturale: nec virtus vllo modoꝝ. siᷣr neqꝫ defectibilitas neqꝫ mortalitas. Sꝫ magꝫ defect⁹ ṽtutꝫ atqꝫ potētie ɔseruatiue ipsi⁹ esse ⁊ defēdētis illđ a lesiōib⁹ neqꝫ posse nō eē aut posse destrui. ex potētia vł ṽtute ē. Alioquin q̄ ipotētissima sunt: necesse esset esse potētissima: hoc est potētiis refertissima. Si eñ posse mori: posse destrui: posse mutilari: posse vulnerari: posse capi: posse ligari: essent ex potētiis. posse igiᷣ capere in quācūqꝫ miseriaꝫ vel molestie vel carētie esset ex potētia. Cum sint igiᷣ innumerabiles lesiones atqꝫ alie miserie ⁊ innūerabiles amissiones in quas potest cadere hominum vnusqꝫqꝫ. impotētissimus esset ipse ex necessitate potentiis plenissimus: ⁊ propter hoc potētissimus. quō igiᷣ esset impotētissimus. Declaratuꝫ igitur ē tibi per hec: qꝛ mutabilitas: nec virtus: nec potētia est. sed potius virtutis ⁊ potentie defectus. Qđ si etiam esset potētia aliquo modo non propter hoc necesse esset eam aliquando exire in actum. Nullus eñ hominum est q̄ nō habeat potentiam vt fiat vel sit rex. Manifestum autem est tibi ⁊ omni aliī cui aliquid potest esse manifestum paucissimas ex tot potentiis exire in effectum huiusmodi. Patens igitur est eos errasse qui mutabilitatem seu defectibilitatem esse potentiam posuerunt. ¶ Amplius. secundum hoc mors naturalis esset vnicuiqꝫ mortalium. Naturalia autem ea quib⁹ naturalia sunt naturaliter non fugiunt neqꝫ contraria illis naturaliter appetunt. In genere vero humano manifestum est oīs hoīes ⁊ mortē naturalr fugere ⁊ vitā atqꝫ stabilitatē ei⁹ naturalr amare. Quare mors contra naturam humanam est naturaliter atqꝫ inimica eidem. Et vite stabilitas naturalis ⁊ amica

ipsi. ¶ Quod si dixerit quis quia interdum homines mortem desiderant ꝛ nonnulli eorum semetipsos occidunt. Respondeo qꝛ desiderium hmōi naturale nō est: tedio viuē li per se sꝫ magis infortuniorum tedio aut aliarum molestiarū qualia sunt incommoda senectutis ab ipsa natura pene extorti ꝛ ex plurimo sui inuoluntarii: ꝛ declaratū est tibi p me hoc in tractatu alio vbi patefactū est tibi vnde mors ꝛ qꝛ plaga est humano gñi iusto iudicio creationis illata.

¶ Qꝛ nō est mirāda deprauatio ꝛ casus malignorum spirituum: cum scientia inflet ꝛ superbire faciat.

Capitulum .cxiii.

Ost hec autē tētabo vt tollā ate adnumerationes hoim qbus admirarī casū siue depriuationē substantiarum quas malignorum spiritus ꝛ dyabolos iam tres leges nominant. Prima igitur adnumerationis eorum est preminēs illa ꝛ preclara sapiētia naturalis qua eos naturaliter preditos fuisse iam nosti qualiter indunt homines tāta in eis sapiētia tātā stultitiā vel potius insaniam supbie ab eis nō repulit: immo qꝫ numerabilius esse videt qualiter illam admisit. Nō igit nām supbie nō nouerūt: ꝛ ipsam ꝯsuetudinē sciētie nō attēdūt. ꝓpter qḋ sapiētissimus ille ꝛ doctor xpianorum euidēter dixit qꝛ scia inflat: ex quo sequit qꝛ ꝛ maior magis. Scia igit inflationē quasi de cōsuetudine parit supbie. Nō igitur mirabile debꝫ videri cuiqꝫ si scia illa licet preminēs ꝛ sciētiis hūanis incomparabilis supbiam nō repulit aut etiam admisit cū de consuetudine eam gignere habeat ꝛ natiue: ꝛ tāto magis atqꝫ maior est quāto maiorē ipsam esse cōtigerit. Idē dico de virtutibus iam naturalibus ꝛ tota bonitate natiua ꝛ de oībus preminētiis: qꝛ prouocare ꝛ gignere consueuerunt supbiam fm oīno partes ipsius quas debes ex aliis reminisci. Nec mirum si ex virtutibus naturalibus atqꝫ scia ꝗt cūqꝫ nobilibus processit supbia qñ ex virtutibus gře q longe prestantiores sunt ꝛ supbie magis incomparabiliter aduersant interdum orit. Multi enim de sanctitatis eminētia in supbiam elati ꝛ eleuati sunt. Nō autē maior abusio i grãtiōe vicior inueniri pōt qꝫ qꝫ supbia ex ipso ꝯtrario suo nascat: hoc ē ex virtute humilitatis. Nō eñ nulli de ipsa humilitate sua superbia intumuerunt. Addo etiam qꝛ de ipsa morte sua viuiscit supbia ꝛ resurgit. Et interdum de ipsa victoria qua victa est victorē suum vincit gnitiosius: ꝛ de ipsa deiectiōe sua dānabilius eleuat. Nō eñ dubitādum est tibi nōnullos ex hoc in inanē gloriam ꝛ eleuatos fuisse: ꝛ adhuc etiam eleuandos qꝫ supbiam in seipsis vicerant: ꝛ ipsam deiectā atqꝫ ꝓstratam supbiā de ipsa deiectiōe ꝛ ꝓstratiōe sua vires maiores resumpsisse ꝯtra victores suos se altius erexisse. Accidit ꝛ singulariter in vicio supbie qꝫ i nullo rex aliarum gñe reperitur: vꝫ vt cōtrariū suū diligat. spēnīqꝫ suā atqꝫ silitudinē totis studiis ac viribus ꝓsequat. Humilitatē eī diligit oīs supbus in alio a se. Supbiā vero alienā implacabiliter implacabiliterqꝫ ꝓsequit: ꝛ cās horum p me alibi didicisti. Nō mireris igit si preter ꝯsuetudinē rex naturaliuꝫ ꝛ ꝯtra nature ordinē. pma est nata supbia qꝫ

vides tā prodigiose tāqꝫ monstruose quotidie oriri. Cuius abusiones si scruteris p singula incredibilia ꝓ parebūt tibi eiusdē monstra. cum eñ pōdus spūale sit supbia. eleuat tñ in altum supbiētē ꝛ non minus mōstruose seu abusiue de hmōi pondere spūaliter mouetur in sursum. Pōdus istā dico quoniā principium est casus sicut dixit sapiens in sermone suo quam initium omnis peccati supbia. Peccatum autem omne casus spiritualis est quare principium descensus spūalis. Hec autem est verissima ratio seu diffinitio ponderis spūalis quēadmodum principium descēsus corporalis diffinitio est ponderis corporalis. Qꝛ si ipm supbiā intimius ac profūdius cognoueris. videbis eam monstrum horrificum: ꝛ ipm supbum ꝓdigium ridiculosissimum iuxta sermonē cuiusdam sapiētis q dixit. Si videres vnū murē diponentē aliis muribus vel etiā dñari volētē nunqd risū cōtineres: aut si vnū asinū regē eē volētē aliorum asinorum. qd diceres. cū aūt volueris ꝯmagiam supbiā intimius atqꝫ ꝓfundius: inuenires ipm ydolatrā simul ꝛ ydolum sui ipsius. ꝛ videbis ipsum nō solū velle adorari ꝛ coli tāqꝫ deus ꝛ diis ab hoibus: sꝫ etiam adorātē ꝛ colētē se. Ita vt quēadmodum veri dei cultores adorāt ꝛ colūt ipm laudātes ꝛ bñdicētes: ꝛ bona q hñt vel faciūt eidē attribuētes: sic ꝛ ipse hec oīa sibi impendit. Non mireris igitur si tam prodigiosum monstrū tā monstrifice seu monstruose nascitur. Presertim cum ipsum tam crebro nasci videas inter tot humilitatis presidia vbi tot et tanta sunt quorum minimum extinguere ꝛ suffocare ipsam sufficiens est si hōs bene vteretur superbiens. Quis enim enumeret miserias humanas a parte animorum in ipsis: ꝛ que a parte corporum in eisdem. deinde ipsam mortem ꝛ ad extremum terrificum iudicium creatoris ꝛ venturam dominationem: ꝛ hec omnia pugnant contra superbiam. Pugnant etiam lingue detractorum contumelie ꝛ iniurie persequentium irrisiones ꝛ cachinni: ꝛ omne genus illusionis vilipēdentium ac vilificantium. Hec igitur omnia sunt velut exercitus armatus contra superbiam: ꝛ velut apotheca copiosissima contra morbum superbie: ꝛ velut presidia humilitatis armantia ac defendētia eam contra superbiam. ꝛ ipsam animam humanam contra hostem tam noxium munientia. Nec tamen adhuc prohibetur vel repellitur tantis presidiis eousqꝫ superbia vt non solum non oriatur in maiori parte humani generis: sed nec etiam vt nō sepissime sicut tibi dictum est ꝛ mortua reuiuiscat: ꝛ prostrata resurgat. Attende etiam ꝛ illud quia vehementi admirationi est virtus humilitatis in magnatibus in regibus atqꝫ principibus. Et causa huiusmodi adnumerationis est credulitas difficultatis qua credūt potestatiuas istas sublimitates difficillime posse pati virtutem humilitatis. Et ipsam superbiam comitem earum pene inseparabilē opinantur. licet tot sint presidia totqꝫ adiutoria humilitati in ipsis tot quot nocumenta atqꝫ impedimēta superbie in eisdem. Cum igitur hec tanta ꝛ tot presidia humilitati defuerint in substantiis de qbus agitur: ꝛ nulla de omnibus huiusmodi nocumētis vel impedimentis habuit supbia in eisdē. Eminētie vero lōge pstantiores atqꝫ sublimiores omnibus regalibus ꝛ imperialibus excellentiis fuerint iste de qbus agit substātiis sublata merito videri debꝫ

ois annumeratio circa supbiaȝ eaꝝ. Qð si dixerit
qꝛ rõcinatio ista ad hoc deducit vt cum eādē cām
supbiēdi habuerint substātie p̄meq̄ nō silr supbie-
rūt: ꝛ propter hoc silis apud eas seq̄ debuit effect⁹
Jam rñdi tibi sup hoc qꝛ liberā volūtas nō hȝ cāȝ
necessariā vel cogētē q̄n potius in libertate ei⁹ est
vt applicet velle suū cui voluerit: ꝛ auertat a q̄ vo-
luerit. Intellige autē hic nō duo velle esse ex neces-
sitate in hmōi applicationibus: qꝛ fm hoc cogere-
mur ꝛ infinita ibi ꝓcedere. Nō eñ dꝛ volūtarie ali-
q̄s velle aliq̄d solum q̄ vult se velle illð: sȝ simplr
q̄ vult illud. Et hoc est ꝓpter volūtatis libertateȝ
q̄ nullā cogi patit̄ ad volēdum. Et etiā ꝓpter hoc
iuxta vsum loquēdi certissimum: qꝛ nō facit aliq̄d
ꝑ q̄ velle illð auertat̄ ab ipso. ꝛ hic est modus q̄ dꝛ
ad seruum delinquētē tu vis verberari q̄m nec fa-
cit aliq̄d ꝑ qð declinet ꝟbera: ꝛ insup facit q̄ aliq̄d
faceret volēs ꝟberari. Caue igit̄ in hūs ꝛ hmōi: ꝛ
aduerte qꝛ nō est solūmodo volūtarium qð est voli
tum: sȝ etiā q̄cq̄d ex volūtate est libere. Si eñ hoc
esset aut velle nō esset volūtarium: aut precederēt
ip̄m infinite volūtatis ordinate cause efficiētes ip-
sius. Si eñ velle esset volitum alio velle q̄ȝ ipsum
sit: ꝛ illð alið velle silr esset volitum alio velle. ꝛ ꝑ
hāc viā curreret res in infinitū. Jam autē destru-
cta est tibi infinitas causaꝝ ꝛ stabilit⁹ stat⁹ eaꝝ. Ma-
nifestum igit̄ est qꝛ non necesse oē velle volitū esse
vel volūtariū nisi fm intētiones quas dixi: vez li-
bere a volūtate causari. s. nō ꝑ coactionē aut ꝑ cō-
pulsionē. Interdum tñ ꝯtingit velle vere ac ꝓprie
volitum esse: ꝛ hoc alio velle q̄ȝ ip̄m sit quēadmo-
duȝ aliq̄s debilitatā habēs vim appetitiuā ꝛ oīno
nō hñs appetitū sumēdi cibum excitat ip̄m appe-
titum ꝛ ꝓcurat. In eo ḡ verum est q̄ ipse appetit
appetitū sibi: ꝛ verū est q̄ appetit⁹ apud ip̄m appe-
tit̄: ꝛ desiderium hmōi desiderat̄: ꝛ duo sunt ibi ap
petit⁹: ꝛ duo desideria. Sic ꝛ multi timētes se nō
amare aut timere creatorē ꝓut deceret ꝛ deberēt
volētes ip̄m amare sic: vez ꝛ vt eos deceret ꝛ debe
rēt conant̄ vt possunt ꝓuocare ꝛ attēdere in se hu
iusmodi amorē: silr ꝛ incutere sibi hmōi timorem.
Hic ergo vides duos amores diuersos alterum:
vez q̄ q̄rit̄ q̄m nō haberi timet̄: ꝛ alteꝝ quo ille q̄ri-
tur q̄ modum q̄rētē ad q̄rēdum illum. Et hanc di-
uersitatē ostēdit tibi sermo ille ꝓphetic⁹ quo dixit
sctūs ꝛ sapiēs ille propheta hebreoꝝ. Concupiuit
aīa mea desiderare iustificatiōes tuas in omni tem
pore. In hoc eñ q̄ dixit concupiuit ꝛ desiderare:
duo desideria euidenter expressit. Alteꝝ ꝑ ꝟbum
concupiuit: alteꝝ ꝑ verbum desiderare: alterū vez
concupiscebat desiderare ꝓculdubio ꝛ habebat ꝛ
se habere sciebat. Ip̄m ꝟo desiderare qð ꝯcupisce
bat vel nō habebat vel se hr̄e nesciebat. Nemo eñ
ꝯcupiscit q̄ habere hoc cognoscit. Cōtingit tñ in-
terdum vt aliquē q̄rere qð hȝ: ꝛ desiderare q̄ȝ vez
se istud habere ignorat. Stat igit̄ ꝑ hec que iam di
cta sunt infinitas hec. Stat inq̄ȝ actu nō autē po-
tētia. de quoꝝ eñ velle nihil prohibet q̄n possibile
sit alio velle ip̄m esse volitum ꝛ ꝓcuratum. Vnū-
q̄dq̄ȝ igit̄ singuloꝝ infinitatis hmōi ꝑ se ip̄m pos-
sibile est. Infinitas tñ tota simul īpossibilis quem
admodum de motrico r̄ndet Aristoles in libro de
gñatiōe ꝛ corruptiōe vez quia possibilis est cuiusli
bet partis ꝯtinui diuisio per se vniuersitatis auteȝ
partium siue infinitatis: tota simul diuisio impos-
sibilis. ꝛ silr se hȝ in causis q̄busdam efficientibus
Verbi gr̄a. de quolibet homine gñato possibile est
q̄ ipse gñet alium: ꝛ de gñato ab illo silr q̄ generet
alium: ꝛ de tertio q̄ generet quartum: ꝛ ita in infi-
nitum. Singula igitur istius infinitatis ꝑ se possi-
bilia sunt: ipsa tñ infinitas in sua vniuersalitate im
possibilis est. Et in duobus oppositis contingen-
tibus manifestum est de vtroq̄ȝ quia esse verū pos-
sibile est. verum vtrūq̄ȝ esse verū in sua vniuersalita
te seu coniunctione nō est possibile.

¶ Q; primus angelus fuit creatus cuȝ sciē
tia quantā poterat habere: non autē aīe nr̄e.
Caplm. cxiii.

Ost hec autē expediaȝ te ꝛ me
prout erit mihi possibile iuxta
promissum de questione illa q̄
querebatur in precedentibus
de primis peccantibus substā
tiis an possent proficere scien
tia. Jam igitur audiuisti sen-
tentiam Aristotelis super hoc qui posuit eas esse
immutabiles ꝛ impassibiles. Ex quo manifeste cō
sequens est eas creatas fuisse limitate receptibili-
tatis ita vez vt non possent vel plura vel maiora a
creatore vel aliunde recipere quam ab initio sue
creationis receperint. Quare necesse est virtutes
intellectiuas ipsarum angustiores minusq̄ȝ capa-
ces fuisse q̄ȝ nostras cum nostre receptibiles crea-
te fuerint quantecūq̄ȝ scientie naturalis: ꝛ insuper
scientiarum gratuitarum quales sunt prophetici
splendores ꝛ intellectus sanctus ꝛ contemplati-
uus ꝛ alique alie. ¶ Amplius. primam intelligen
tiam nobilissimam esse secundum positionē ipsius
manifestum est: ꝛ propter hoc sapientia ꝛ virtuti-
bus naturalibus prestantissimā. Alias ꝟo fm gra
dus inferioritatum suarum ꝛ ordinum sapientia
ꝛ virtutibus minores esse. Quare vel minores esse
multitudine seu numero scitorum vel ipsa clarita-
te ac nobilitate sciē. Quod si numero cognitoruȝ:
manifestuȝ est eas omnia illa que desunt perfectio
ni scientie sue: vel per reuelationeȝ: vel per doctri
nam posse addiscere atq̄ȝ cognoscere cum necesse
sit ea intelligibilia esse cum sint intellecta apud pri
mam intelligentiam. Et cum vnum ex principiis
huius sapientialis ac diuinalis scientie sit omne
qð est intelligibile esse: ꝛ ꝓpter hoc nihil sit non in
telligibile. ¶ Amplius. virtus intellectiua est su
per omne intelligibile: quēadmodum ꝛ sensitiua
super omne sensibile. Omni igitur virtuti intelle-
ctiue intelligibilia sunt illa: aut igitur non est com
pleta perfectio virtutis intellectiue apud alias in
telligētias: aut cognitio istarum non deest eisdem.
Aristoteles ꝟo posuit completā esse ꝑfectionē scie
naturalis ꝛ ꝟtutū naturaliū apð ip̄as. ¶ Amplı⁹
nihil ē itelligibile qð nō ꝑ doctrinā aut reuelatio-
nē cadere possit i ꝟtutē itellectiuā nostrā atq̄ȝ co-
gnitionē: quāto forti⁹ igit̄ i cognitionē substantia
rū hmōi. ¶ Amplı⁹. si in primis impressionib⁹ et
principiis doctrinaꝝ atq̄ȝ disciplinaꝝ q̄ sunt apud
animas nostras vsq̄ȝ philosophando proficiunt
anime nostre in tanta obscuritate tātisq̄ȝ philoso-
phādi impedimētis proficiunt vt pene nichil in-
uentum vel cognitum de intelligibilibus totius

vniuersitatis relictū sit a philosophis. Quō non potius habitātes in luce pme substātie ⁊ ab omni impedimēto ⁊ difficultate philosophādi liberrime etiā absq3 natiui luminis scia: ⁊ absq3 etiā desu p irradiatiōe alia: ⁊ absq3 etiā doctrina nō oīa intelligibilia inuenerūt si ex hīs q̄ enumeraui pficere nō potuerūt / vel etiā modo nō possunt. quō et eisdem aīe humane in philosophicis eousq3 pfecerunt. de mutabilitate ƀo earum in deteri⁹ iā3 facta iā3 satisfeci tibi in hīs q̄ precesserunt. ¶ Ampli⁹ ipse vsus siue ↄsuetudo malignandi ex necessitate auget astutiā ipsa3: hoc eīn manifestum est i aīab⁹ humanis. Hoīes eīn malignatiōibus assueti ipsa hmōi assuetudine astutiores efficiunt ad malignādum. Quō igit̄ vel qua de cā phibite erunt prime peccatrices substātie vt nō possint in sua insidiositate atq3 versutia crescere. Presertim cum incessanter videam⁹ an audiam⁹ easdē nouis ⁊ hacten⁹ inauditis insidiis hoīes seducere atq3 subuertere: ⁊ innoua easdē flagitia atq3 stupēda inducere. An forte creatoris bonitas malignitatē eo3 compressit atq3 frenauit vsq3 modo vt eos nō pmitteret tāta ac talia mala suggere hoībus: qō vtiq3 verisimile dici posset p parte. Uix eīn inueniunt̄ vicia vl' peccata in hoībus quo3 similia nō precesserūt in eisdem. ppter qō dixi p parte. Nō eīn improbabiliter neq3 impie credit̄ eā esse circa hoīes diuine pietatis sollicitudinē vt malignos spūs nō pmittat totis malignitatis sue conatib⁹ seuire in hoīes cum ⁊ ipsos inuicē sibi inimicātes hoīes a mutuis nocumētis reprimat ⁊ compescat. ¶ Amplius. cu3 oēs isti primi pctōres nō sint pares etiā nunc astutia vel malicia. quō phibētur minores a maiorib⁹ de astutiis malignitatis addiscere q̄ ignorāt. Presertim cum maiores p minores tāq3 sibi subditos ⁊ ministros innumeras sue malignitatis fraudes exerceāt. ¶ Ampli⁹. qs ignorat omnē affectiōe3 siue bona sit siue mala ad ea q̄ ad ipsam ptinēt exacuere ⁊ quodāmodo vt ita dicat̄ docere. Cui⁹ exēplum posui tibi vnū in auaricia q̄ alias simplicissimas mētes ad exqrēda lucra ⁊ ad vias ei⁹ excogitādas icredibilr̄ exacuit ⁊ dirigit. Sic ⁊ turpis amor se h3 erga turpē amatorem docēs ipm̄ excogitare vias q̄b⁹ obtineat qō amor suggerit: hoc est vl' amasiā ipsam vel delitias amatorias. ¶ Amplius. sic verum est iuxta sermonē Aristotelis qr virtus est omni arte certior ⁊ melior. Sic ⁊ q̄ malicia omni astutia certior ac nequior sic dubium esse nō d3. quare sicut virtus scīētiā illuminat circa ea q̄ ad doctrinā ptinēt quēadmodum iusticia scīētiā iuris. Sic ⁊ malicia ipsam malignādi astutiā circa ea q̄ malignitatis sunt illuminat. Quare si crescat malicia necesse est vt ⁊ ipsa crescat malignādi astutia. hoc eīn mō ⁊ circa virtutes se h3 ve3 vt eis crescētibus oē lumē salutaris atq3 moralis scie crescat i aīab⁹ i q̄b⁹ ipse virtutes crescūt. Q3 aūt crescat dyabolica malicia icessāter: li3 hoc habeat sermo pphetic⁹ tā apud gētē hebreo3 q̄3 apud gētem xpianoru3 quo sermone dictum est supbia eo3 q̄ te oderūt ascēdit semp. Tum ex hoc q̄ regna eo3 hoc est multitudines malorum ac puersorum hominum: ⁊ q̄nq3 decreuisse in immēsum noscunt̄: ⁊ quādoq3 similiter creuisse videlicet prout pestis ydolatrie vel extirpabatur vel puagabat̄. Amātes eīn dñationē necesse est ⁊ dolore cum eis vel auferi̅ vel minuitur: ⁊ gaudere cū eā vel recuperāt vl' acqrūt: ⁊ huiusmōdi dolores ⁊ gaudia maiores ⁊ minores esse p quātitate āpliate vel detruncate dñationis. Nulli autē dubium est quin acquisitio huiusmodi dominationis mala sit atq3 culpabilis: similiter ⁊ gaudia quo ex illa sunt. Eodē modo se h3 ⁊ de doloribus qui sunt ex amissione illarum. Quia igitur ↄtinue sunt hec apud illos: manifestum est eos continue ⁊ semper se nouis pctīs ⁊ nouis malicie opibus implicare: quare ⁊ deteriores siue peiores fieri.

Q3 maligni spūs nō pmittūtur a deo tota malignitate sua seuire i hoīes.

Quō maligni spūs ↄtinue nouis pctīs peccāt.

¶ Amplius. ptinacia crescit ex mora: magis eīn ptinax est qui pertinax est p annum q̄3 qui per diem. Quare pertinacia eorum seu contumacia crescit incessanter: ⁊ ideo malicia. ¶ Amplius. quis dubitat eos incessanter insistere seductionibus ⁊ subuersionibus hominum. Deinde ludificationibus ⁊ magicis opibus que per eos fiunt iugiter inseruire. Quemadmodum igitur ex frequenter male agere crescit malicia in hominibus: sic necesse est fieri ⁊ apud illos. Presertim cum tāte renouationes ⁊ malorum operum ⁊ malarum dispositionu3 seu passionum in eis euidenter fieri appareāt. Si igitur crescit eorum malicia incessanter: necesse est vt crescat ⁊ eorum astutia ex eadem assuetudine stud.orum malignitatis. ¶ Amplius. cu3 apd eos sint principatus ⁊ potestates: noua missa mala incessanter eis imperāt nouas malicias semper eis suggerunt. quomodo non incessanter ⁊ noua mala addiscūt cum ⁊ nouis eis suggestionibus principum suorum ⁊ noua faciendi experientia reuelentur.

¶ De cognitiōe quā hñt maligni spūs de inuocatiōib⁹ ⁊ sacrificiis eisdē oblat3 ⁊ de gaudio ipso3. cū aliq̄̃ exēplis ad hec pulcherrime deductis.

Capitlm. cxviij.

Ex hīs igit̄ manifestu3 est eos particularia siue singularia incessanter addiscere: singularia inq̄3 tā hominum q̄3 reru3 aliaru3. Non tāq3 ceci alieno ducatu ad illos veniunt qui eos inuocāt vel tāq3 surdi aliena interpretatione cognoscunt inuocationes que eis fiunt. Et silr̄ se h3 de sacrificiis q̄ immolātur eisdē. Euidētissimū autē est de statuis vel ydolis in quibus responsa dare vidētur: vbi ⁊ interrogātes singulariter nosse ⁊ interrogatiōes singulas: necnō ⁊ rñsiones suas cognoscere quodāmō dubitari non pōt. Alioqn qualr̄ rñdere possēt ad quēcūq3 eas. Manifestū autē est a sensu ⁊ expimētis innumeris ipsos ⁊ ad ipsos ⁊ ad interrogatiōes singulas ad q̄s rñdēt singulariter rñdere: ⁊ ipsos q̄b⁹ rñdēt singulariter expsseq3 distiguere. Et de hīs apd gētē xpianoꝝ innumerabilia legere potes i libris narrationū ⁊ miraculoꝝ suoꝝ: ⁊ i ipsa lege ⁊ legis coꝝ latorē expsse nominās: ⁊ de ipso ↄq̄runt̄ q̄ eos pderet venerit ante tēpus. Et cū clamarēt exiītes ab hoībus coacti vel phibiti eiecti p ipm̄. Clamarēt inq̄3 ipm̄ esse christu3 qr ipse nō sinebat eos loq̄ de hoc. Postq̄3 igit̄ patefactū ē eos re3 pticularium pticulares cognitiōes acq̄rere q̄l3 mō multiplicē q3 varietatē passionū doloris ⁊ gaudij timoris ⁊ cupiditatis ire ⁊ inuidie in eis icessāter fieri. similiter amo

Q3 maligni spūs singlr̄ cog scūt iuocatiōes ⁊ sacrificia q̄ eis offerūt

ris τ odij. Declaratū est əñter eaꝝ τ astutias τ ma=
lignitates augeri posse: τ etiam augeri quotidie.

Q; dubiū est verū demões gaudere possit

Scito aūt q; quod dixi de gaudio apud eos nō est
indubitate certitudinis. Utrum eñ gaudeāt vel
etiā gaudere possint ex quacunq; causa q̄stionem
hʒ cuius nodos atq; difficultates in sequentibus
dissoluere intendo. ℭ Amplius. cū dicat aristote=
les se obtinuisse spiritū q̄ descendit ad eū de celo
veneris: de cuius obtentu et familiaritate gloriat⁹
est. qualiter sentire potuisse videri. pōt hmōi spiri
tum non cognouisse ip̄m: cū esset ei familiarissi=
mus: τ iussionibus suis obedientissimus. Simili
ter τ iussiones eiusdē: q̄b⁹ promptissime ip̄m obe
dientem fuisse dicebat aristoteles: qualr nō agno
scebat. Agnoscebat igiƗ τ ip̄m aristoteles singula

De spiritu quē aristo. habuit sibi familiarem

riter: τ oēs iussiones seu p̄ceptiones quas ad euꝫ
faciebat. Alioquin quō ad ip̄m singulariter nō in
telligebat. Eodēmodo se hʒ de oībus operib⁹ ma
li τ consulte descendere potuit potius q̄ʒ ad aliuꝫ
et iussionibus singularib⁹ eius quo modo singula
riter obediebat si eas singulariter non itelligebat
eodē mō se hʒ de oībus operibus maleficis que p
eos sine ministerio eorū fiunt. Aut eñ ipsa opera
singulariter τ singillatim itellectu conspiciūt: aut
operanƗ illa i tenebris: τ velut clausis oculis aut
tanq̄ʒ ceci cū euidēter ponant intellectū in singu
laribus siue q̄ꝫtū ad singularia cetū. quēadmoduꝫ
seorsum in vniuersalibus τ abstractis nō dubitant

Q; sensus non p̄cipit nisi singularia.

esse penit⁹ non videntē. Et p̄pter hoc nec de ip̄is
nec in ipsis nec circa ipsa quicq̄ʒ operari valentē
vel aliquē p ipsum: aut s̄m ip̄ʒ. Presertim cū nec
apprehendi possibile sit talia sensu aut p ipsum.
ℭ Amplius. nulli intelligenti dubiū est de vno=
quoq; q̄ vexatur a demonio quin singulariter ve=
xetur ab illo. Quod si sp̄us hmōi malignus vexat
iussi⁹ τ ignorans et ip̄am vexationē et ipsum quē
vexat. Cum et ipsa vexatio singulare sit atq; sen=
sibile: et ipse silr q̄ vexatur. operaƗ igiƗ hic quē=
admodū et operari cogit ip̄m quē vexat. et inten
do velut insan⁹ τ nesciens quid agat. Insania au
tem et similes passiones p̄cul sunt ab hmōi substā
tijs etiā s̄m errorē istū. Per modū istum apparet
enormitas hoim istorū ex spiritib⁹ p̄phetarū hoc
est qui vel in p̄phetis loquebanƗ: vel p quos ipsi
p̄phete illuminati p̄dicebant et p̄nunciabant vel
futura vel alia occulta hoib⁹. Ubi manifestū est
spiritus ipsos loquutos fuisse p̄phetis: cum hu=
iusmodi reuelatio locutio sit itellectualis: nisi for
te p signa aut figuras facta fuerit. Horum autem
interp̄etatio locutionē spiritualē requirit. Alio=
quin nec ipsi sp̄us scirēt: vel que vel quib⁹ loq̄bā=
tur vel ipsi p̄phete: vtrūq; aūt absurdissimum est.

De successione pentapolim.

ℭ Amplius. qualiter verū est qō cōtinet ip̄a nar
ratio p̄phetica in primo legis hebreoꝝ de angelis
q̄ venerūt ad subuertēdā infelicē illā τ maledictaꝫ
pentapolim. Qualiter ad illā potius q̄ʒ ad alia lo=
ca declinauerūt: si nō cognoscebant illā: nisi in vlī
Ex intellectu eñ vlis non est poti⁹ descensus in
vnū indiuiduum illi⁹ vlis q̄ʒ in aliud. quēadmodū
ex intellectu quo intelligiƗ homo: hoc est in vlī nō
potius descēdere in socratē q̄ʒ in platonē. ℭ Am
plius. nec aliquo modo ex est descensus intellectus
circa speciem cū descensus ei⁹ non sit nisi appre=
hensio. Omne aūt lumē virtutis intellectiue om=
nisq; cognitio ipsi⁹ terminaƗ in speciēꝫ postq̄ʒ siue
circa quam non sunt nisi particularia siue singula
ria q̄ oīa abscondita sunt τ inuisibilia τ intellectui
s̄m ipsos: et tenebre vel tenebrosa q̄ꝫtum ad ip̄m.
Singularitas eñ regio tenebrarum est q̄ꝫtum ad
intellectum vel tenebrositas. lumen aūt seu lumi
nositas aut regio luminis q̄ꝫtuꝫ ad sensum: sic ab=
stractio et vlītas lumen est τ regio luminis q̄ꝫtuꝫ
ad intellectuꝫ. regio s̄o tenebrarū τ tenebrositas
q̄ꝫtum ad sensum apud illos: cū itellectum ponāt
q̄ꝫtum ad singularia τ sensibilia prorsus cecū. pos=
sent et alia ad destruendam erroris istius absurdi=
tatem adduci: qō facere sup̄sedeo: q̄m ista ad hoc
sufficiunt euidenter: interim igitur ad presens ti=
bi determinata sint hec.

ℭ De p̄fectione dictarū substantiarū τ de sciētijs
eisdem: ac aīalibus inherētibus: que oīa resoluit
a deo optimo p̄uenire.

ℭ Capitulum. ccv.

Uoniam autē substātie pri
me nobiles q̄ remāserunt i
puritate natiue naturalis bo=
nitatis sue modis oīb⁹ pre
ferende sunt eis que in ma=
liciam deprauate ex alto stā
tu illi⁹ ceciderunt. Reuer=
tar ad p̄sequendū ea que re
stant de ipsis: et ea q̄b⁹ adiu
uaberis ad itelligendas et ymaginādas p̄fectōes
et pulcritudines ipsarū de quib⁹ nōnulla in p̄cedē
tibus audiuisti. ex quib⁹ hoc videlicet q; nomināƗ
secula itelligibilia specula clarissima sp̄ualia mē
tes sapientia naturali τ bonitate p̄fecte substan=
tie nobiles separate intelligentie nude seu spolia=
te: videlicet a materijs τ materialib⁹ appendicijs

De sciētijs innatis et hūane naturali.

sunt additionib⁹: q̄ sunt gn̄atio τ corruptio: cetere
q; p̄mutationes quarū principium est natura cor=
poralis. Et in illa prima nominatione qua noīate
sunt a philosophis secula intelligibilia. caueto ne
intelligas eā esse amplitudinē eorū vt oīm et sin=
gulorum et substātie et actiones et passiones que
in mundo isto sunt vel fuerūt vel futura sunt: vel
fiunt vel facta sunt vel facienda sunt. Descriptio
nes τ ordines in eis appareant vel resultent. Et
iam audiuisti in precedentibus q; natiua seu natu=
ralis luminis scientia nō est nec esse potest eorū q̄
supra vel contra naturā vel sunt vel fiunt. Audiui
sti etiam q; hmōi scientia nihil superfluum vel ocio
sum hʒ. Qualis est scientia numeri guttarū plu=
uiarum aut arene maris: ostendi tibi hoc p ipsas
scientias. sꝫ tñ scientie dicende sunt naturaliter in
ditas vel impressas aīalibus ex quib⁹ sunt p quas
nihil cognoscunt naturaliter: nisi qō p̄fert ad vitā
eorū cōseruandā atq; p̄pagandam: quēadmoduꝫ
pica nouit vtiq; nidū suū compingere ex ramuscu
lis τ frustulis lignorū. Lapides aūt quadrare vel
sculpere non nouit: neq; de arte geometrica aliq̄d
videlicet neq; quadrare circulū: neq; āgulos mē=
surare: videlicet vtrū recti vel obtusi vel acuti sint
et ad hunc modum se hʒ de aranea τ de alijs q̄bus
lumina naturalium quarūdā scientiaruꝫ quedam
videntur indita lumina vel impressa. Eorum igiƗ
dūtaxat scientia hmōi substantijs est a creatore na
turaliter insita vel innata quoq; cognitio ad regē=
dam vitam ipsarum τ dirigendas operationes ne
cessarias et cōuenienс est. Tūc aūt tem bene regiƗ

vita earum ꝛ operationes recte ꝛ laudabiles sunt cum ꝛ creatori in oibꝰ honorifice et i se decore atq; decentes ꝛ aliis vtiles siue benefice sunt. Et intendo aliis quibus videlicet ex ipsa naturali institutione vel ex noua creatoris iniunctiõe: siue consulendo: siue adiuuando siue defendendo: ꝛ noticia artando prodesse deberet. Et partẽ vtilitatũ istarum ipso natiuo lũine sciẽtie huiusmodi in semet ipsis agnoscunt. Pars vero hec sola superiori illuminatione siue reuelatione innotescit eisdem. Causa autem in hoc est. Quoniam maiora ac prestantiora beneficia q̃ sint ipsa naturalia dona largitur creator hoibus ministerio earum quales sunt annunciationes ꝛ reuelationes de his q̃ ptinent ad reparationẽ ꝛ glorificationẽ hoim. Et pene de oibus que continet fides xpianorũ. Illa eñ non nisi diuinis oraculis seu reuelationibꝰ innotescere vnq̃ potuerunt: nec nisi miraculis suaderi cõitati hoim. In ipsa etiam gubernatione totius humani generis ꝛ rerũ hũanarum innũerabilia sunt abscondita que non nisi p reuelationem creatoris cognoscuntur: quales sunt euẽtus bellorum. Videlicet victorie et earũ contraria. euentus nauigationum: negociationũ: peregrinationũ: similiter ꝛ euentus federationũ ꝛ amicicitarũ. Et generaliter oẽs euentus quos vsualiter vocant hoies fortuitos aut casuales. Hec ꝛ hmõi non nisi pphetico spiritu aut diuina reuelatione talia cognoscuntur etiam ab ipsis angelis sanctis. Quod aũt mali talia interdũ p̃dicere vel prediuinare videntur. ex supernis reuelationibus est vel ex cõiecturis. Cũ eñ creatoris iustissimo iudicio malignis spiritibꝰ vexandi tradunẽ aliqui homines. hoc eis ex ea reuelatione innotescit qua eis dicitur hoc. Et limitatur eis ipsa vexatio atq; potestas restringit: vt non vexent eis p sue malignitatis voto seu desiderio: sed pro creatoris pmissione ꝛ arbitrio. Et huius exemplum euidens est: ꝛ etiã testimoniũ in libro apud gentẽ hebreorũ ꝛ gentem xpianorũ notissimo de scõ illo ac sapiente qui noiatus est iob. De quo in eiusdẽ nois libro legitur ipe creator dixisse ad satham. ecce oia que habet i manu tua sũt Verũtamen aiam illius serua. nec mirum si peccatores angeli multa ex coniecturis p̃nunciẽt de bellorum euentibus q̃si exercitati in bellis milites ex ipsa arte ꝛ peritia pugnandi p̃gnoscunt victorias vel suas vel hostium. Et hoc ex ipso modo appropinquandi ad prelium. et ex ipsa ordinatione vel inordinatione acierũ ꝛ dispositione p̃liantiũ. Et ex ipso etiam initio conflictus sic ex ipsa arte medicine medici imminentes mortes vel sanationes infirmantium plerũq; cognoscunt ꝛ predicũt interdum autem in hoc ipso poterunt deficere et errare inueniũtur. Ex eis etiã q̃ p̃cesserũt non debz tibi videri incredibile apud tam bonos q̃ malos angelos p tam longas tamq; multiplices experiẽtias tantasq; ꝛ tot cognitiones reuelationũ generari in eis solercias ꝛ puidẽtias inueniendi ꝛ deprehendendi multa de futuris: ꝛ etiam de p̃sentibus q̃ alꝭ occulta essent eisdem. Cum apud homines manifestum sit rerum ꝛ negociorum experiẽtũs diu exercitatos hmõi solercijs ꝛ prouidentijs p̃ditos esse. propter quod ꝛ in dandis cõsiliis prepollent aliis sapientibus ꝛ frequentius ab hoibꝰ consuluntur. Iuxta verbum cuiusdã ex philosophis latinorum quo dixit quia sapiens ex paruis magna: ex paucis multa: ex propinquis remota perpendit.

Q; nõ omnia futura sciũt angeli scti.

De modo sciendi per cõiecturas.

Q; quidẽ milites cognoscũt victorias ex materia applicãdi ad prelium.

Nota dictũ philosophi

Q; noue sciẽtie de rebus particularibus possint fieri. ꝛ q̃ nõ ois passio similis est agenti.

Capitulum. cxvii.

Rerum qualiter noue scientie rerum particularum ac sensibilium in eis fiant questionem habet non paruam determinatam difficilem. A rebus eñ sensibilibus ꝛ materialibus nihil recipere videntur cum nec passibiles esse videantur ab illis. neq; eñ aie nře a rebus sensibilibꝰ aliqua reciperent nisi p organa sensuum venirẽt ad illas passiões ab ipsis: sic neq; passiões huiusmodi aliquid operarentur in aiabus nostris: nisi ipsa organa huius alligata essent eisdem. Iudiciũ autem huius est q̃ postq̃ exute ꝛ separate sunt a corporibus nihil patiunẽ vel recipiunt ex passionibꝰ corporum. siue eñ frustratim concedanẽ corpora nostra siue exurenẽ nihil de hmõi puenit ad animas nostras cũ fuerint ab ipsis execute. Sicut veracissime legis xpianorum lator in ipsa sua lege euidẽter ostendit dicens. Nolite timere eos q̃ occidũt corpus ꝛ ampliꝰ nõ habent quid faciant. Faciẽs nos intelligere apte: q2 nihil doloris vel tormẽti preter mortẽ corporis iferre possũt occisores corporum aiabus nřis post corporũ mortẽ. Quanto minus igitur a rebus sensibilibus nulla passio vel impressio contingere potest ad substantias separatas. Et qm̃ manifesta est tibi q̃stio hec ꝛ rõcinationes q̃ circa eã vel sunt vel esse possunt. Expediam me ꝛ te absq; vltimiori ptractione. Dico igitur q2 apud gentem xpianorũ vel etiam quoscũq; alios qui ponunt vel credunt aias humanas cruciandas esse ante resumptionẽ vel resurrectionẽ corporũ in gehenna siue in igne gehennali. iuxta predicte legis latoris sermonẽ non reputant multum mirabile si ab aliis rebus sensibilibus hic patiantur substantie separate ꝛ incorporales. Presertim passionibus q̃ eas non ledant q̃n potiꝰ adiuuant erudiant ꝛ illuminant. Modus autẽ patiẽdi et recipiendi non solũ in eis admirabilis est: et inuentu difficilis: sed etiã in virtutibus intellectiuis aiarum nostrarum. Non eñ videẽ vis intellectiua nostra materiales formas recipere sicut sensus. Et fortassis nec recipit. Causa aũt in hoc est: q2 sensus recipiẽdo calorẽ siue passionẽ ex calido calidus fit: nec intelligendo colorẽ coloratꝰ quare vel non recipit vt dixi. quẽadmodũ sensus vel oĩno non recipit. quẽadmodũ quid ex sapientibꝰ xpianorũ dixit. Et fuit sermo eiꝰ: q2 intellectꝰ excitatus p sensũ mira agilitate format sibi in seipso formas intelligibiles. Non eñ arbitrabaẽ passionem ex calore vel colorem per se exeuntem posse esse nisi calorem vel colorem. quarũ manifeste impossibilis ꝛ insusceptibilis est intellectus. Verũtamen iam nosti ex aliis q̃ non est necesse passionem generaliter assimilari agenti. hanc eñ assimilationem phibet ꝛ elongatio ab agente et irreceptibilitas patientis. Vides eñ q2 ex aia non mota exit motus tam sui corporis q̃ sepe etiã aliorũ. Et ab adamante oĩno in moto localiter ꝛ totaliẽ descente exit motus fieri ad ipm: sic ex vino ebrie-

De alligatiõe corporum ad animas n fas.

Quõ aia format i se aias intelligibiles.

Q; nõ omnis passio similis est agenti.

tas ꝛ ex specie muliebri ꝯcupiscētia q̄ dicit̄ amor
et iterdum ardor vehementissimus libidinis: nisi
forte qs dicere audeat ꝙ amor hmōi seu concupis
scētia non est nisi ipsa species seu pulcritudo mu
liebris ꝓfunde infixa sunt intimata in anima con
cupiscentis. De quo aliqua audiuisti in eis q̄ ꝓces
serunt. Verū cum attenderis istas dissimilitudi
nes agentium ꝛ passionū que ex illis sūt et appre
hensiones nūerabiles quasdā de quibus mentio
nem tibi faciam. non miraberis diuersitatē hanc.
Quod eñ est in virtute intellectiua nostra a reb⁹
sensibilibus vel specie vel etiā genere scientia est
nihil tñ ꝙ sit in rebus sensibilib⁹ vel specie vel etiā
genere scientia. Ista igit̄ diuersitas ꝛ ꝓpter elon
gationem rerū sensibilium a virtute intellectiua
partum est. Presertim vo ꝓpter spiritualitatē vir
tutis intellectiue q̄ ꝓhibet eam a receptione for
maꝝ materialium ꝛ passionum similiū illis. Et est
hmōi diuersitatis causa euidentior in creatore et
creaturis. Nulla eñ ex dispositionibus donis vel
passionibus q̄ de influentia ꝛ largitate creatoris
descendunt sup ipsas hꝫ conuenientiam vel silitu
dinem vel speciei vel generis vel etiā ꝓdicamenti
cum aliquo eorū que sunt apud creatorē videlicet
nec esse quod est defluxum a creatore in creaturas
est eiusdē ꝓdicamenti cum ipso esse creatoris: nec
bonitas cum bonitate: nec sapientia cū sapientia.
nec virtus cū virtute: nec pulcritudo cū pulcritu
dine creatoris. Quelibet eñ rerū creatarū q̄ntum
cunqꝫ propinqua sublimitate sua et nobilitate vi
deatur creatori. in infinitum tamen remota est ab
eo. et distans ab eodem distantia infinita: cuius di
stātie exēpla sunt q̄ ponā. hec autē sunt ifinita mi
noritas siue minoritatis icōparabilitas. Non eñ
dicendum est nec dici vere potest de quacunqꝫ ex
creaturis ꝙ duplo vel triplo: minor est eius potē
tia q̄ potentia creatoris: vel ꝙ si cresceret in cen
tuplum vel milletuplum ꝑueniret ad equalitatē
potentie creatoris: ꝛ ita in infinitū. Atqꝫ eodē mō
de sapientia bonitate ꝛ pulcritudine q̄ntumcunqꝫ
sublimis atqꝫ nobilis creature. Non eñ est cogi
tare numerum vel mensuram cui⁹ additione ꝑue
nire possit ad equalitatē earū dispositionū que per
ante dicta nomina significant̄ de creatore. Opor
tet igitur tibi euidenter infinitas distātie siue mi
noritatis ꝛ elongationis quā dixi esse causam di
uersitatis atqꝫ dissimilitudinis inter virtutes agē
tes et passiones quas imprimunt. Neqꝫ etiam ti
bi ꝑ vias istas infinitas ꝛ immensitas creatoris. et
insup excellentia illa quo dixit eum auicenne sup
finitum ꝛ infinitum: sup ꝑfectum ꝛ impfectū: sup
completum ꝛ diminutū. Iam eñ alibi didicisti: qꝛ
aggregatū ex infinitis sue speciei vel sui generis
necesse est esse infinitum. queadmodū lineā rectā
ex infinitis tantis lineis rectis aggregatam neces
se est infinitam esse in quantacunqꝫ quantitate po
natur vnumquodqꝫ hmōi aggregatorū. Et itēdo
siue in magnitudie digitali siue īq̄ntūlibet minori
quantitate ponant̄ aggregata illa. Hoc aūt est di
cere: qꝛ si linea recta quecuqꝫ vel etiā curua sit ag
gregata ex infinitis lineis digitalis longitudinis
necesse est ipsam esse infinite longitudinis. et ad
hunc modum se habet de ceteris magnitudinib⁹
ex infinitis tātis sue speciei vel sue manerie i qua
cunqꝫ parua quantitate aggregatis. Declaratum

nāqꝫ est declarationib⁹ multis demōstratiuis nec
lineā aggregatam esse ex punctis nec supficieꝫ ex
lineis nec corpus ex supficieb⁹: sed omne ꝯtinuū
ex sue speciei continuis esse cōpositū. Et propter
hoc oēm partē continui continuam esse. Ideoqꝫ
oē continuum in infinitas partes diuisibile esse.
Reuertar igit̄ ad id i quo eram hūs ita positꝫ. Et
dicam qꝛ si sunt substantie alique infinite. queād
modū opinatus est aristoteles ꝛ sequaces eius de
intelligentijs nudis quas posuerunt. Cum mani
festum sit creatorē esse infinita supeminentia sup
illas manifestum est ipm esse sup infinitū ꝛ plusq̄
infinitum. Si vo nulla est substātia infinita: tamē
hanc passionē recipit intellectus noster ꝛ ymagi
natio vt intelligatur aliqua substantia ifinita tam
potentia q̄ sapientia q̄ bonitate. Et ne videar ex
consensu vel gratia vt ita dicatur istud a te obtine
re tanq̄ ꝓbationes in parte ista mihi nō suppetāt
tēptabo istud a te ꝓbationib⁹ extorquere. Dico igi
tur qꝛ bona que sunt glorie sup oēm ꝓportionem
meliora sunt et maiora bonis nature ꝛ etiā gratie.
Et iam declaraui tibi qꝛ virtutes ꝛ potentie corpo
rum glorificatorū in infinitū maiores ꝛ fortiores
sunt virtutib⁹ ꝛ potentijs corpoꝝ nostrorū misero
rum: hoc est in ꝓsentis vite miseria constitutaruꝫ.
Manifestū eñ est impassibilitatem ipsorū in infi
nitum maiorem ac fortiorem esse virtute vel forti
tudine quacunqꝫ ꝛ q̄ntumcūqꝫ quā hic habēt. Qd
euidenter apparet ex ipsis virtutibus ꝛ potentijs
eorum a quibus tam facile ledunt̄ atqꝫ destruunt̄
hic corpora nostra q̄ in statu illo future impassibi
litatis nihil lesionis oīno eisdē iferre poterūt. Si
eñ esset cōparatio ipassibilitatis illi⁹ ad virtuteꝫ
quantācunqꝫ corporis humani in presenti mise
ria constituti esset ex necessitate ꝛ lesionis ad lesio
nem. Et intendo qꝛ si tanta ꝑcussio tanti gladij tā
tam lesionē inferret hic humano corpori iuxta cō
parationem seu ꝓportionē ipassibilitatis illi⁹ ad
huius virtutē ad aucta dicta ꝑcussio tantā lesionē
inferret vel tanto minorē quanto dicta virtus in
passibilitate minor esset. Verbigratia. si impassi
bilitas milletuplo maior eget dicta virtute ꝓsen
ti. milletuplicata percussio eiusdem gladij tātam
lesionem inferret corpori glorificato aut i eadem
q̄ntitate manens ipsa ꝑcussio milletuplo minoreꝫ
Manifestum est aūt qꝛ oīno nullam inferre potest
quācūqꝫ ad aucta vel milletuplata virtus glorifi
cato corpori lesiōe. Eodē mō est rōcinari de igne
queadmodū si diceret̄ qꝛ si tātus ignis tñ calefa
cere sufficit humanū corpus hic milletuplus tā
tumdem illud calefacere sufficere in statu impas
sibilitatis. Cū ipassibilitas milletuplo tñ magis
resisteret: atqꝫ milletuplo tātū magis ꝓhiberet ab
eo calefactionem. Relinquit̄ ergo ex necessitate
vt cū q̄ntumlibet maior ignis resistente impossibi
litate i ipm nihil possit in statu illo. nullā prorsus
esse ꝓportionē impassibilitatis illius ad quantā
cunqꝫ virtutem corporis humani in ꝓsenti mise
ria existentis. Ex alijs etiam nosse debes: qꝛ puri
ad mixtum non est ꝓportio: sic autē se habent ad i
nicem impassibilitas ꝛ virtus q̄cunqꝫ lesibilis aut
destructibilis sicut purum ꝛ mixtū. Impassibili
tas eñ est virtus vel potentia pura nō habens ad
mixtionē impotentie. Lesibilitas aūt oīs impotē
tia est sicut didicisti apud librū ꝓdicamētorꝫ aristo.

Qꝫ oē con
tinuū ex cō
tinuis ē cō
positum.

Qꝫ si esset
ifinitū de⁹
eēt sup illō

Qꝫ bona
glie super
oēm ꝓpor
tionē meli
ora sunt bo
nis gr̄e et
nature.

Qꝫ nulla
est ꝓportio
corpis hu
mani ad i
passibilita
tem corpo
ruꝫ glorifi
catorum.

Nulla vir
tus corpis
hūani i ꝓn
ti vita exi
stentis pōt
ꝯtra ipassi
bilitatē cor
porū glori
ficatorum.

Quare omnis virtus vel potētia lesibilis vel destructibilis est sicut mixta vel immixtū ex potentia vel virtute ꝛ impotentia vel īfirmitate. Quare nulla ꝓportio est impassibilitatꝭ illius ad q̄tūcunq̄ virtutē siue potentiam: de qua hic agitur.

¶ Amplius difficultatis ad impassibilitatē nulla est ꝓportio. Manifestū eī est impassibilitatē infinitā esse: nulla potētia siue finita siue īfinita sit vīcibilē vel superabilem. Difficultas autē vīcibilꝭ est: ꝛ si nō facile. Et quis nō parua virtute. Quare manifestum est potentiam quācunq̄ corporalē que non faciat corpus in quo est nisi difficile passibile aut lesibile in infinitum minorem esse seu minus fortē īpassibilitate q̄ oē corpus in quo est vel futura est facit impassibiliter non solum lesibile sꝫ etiā passibile. Potētia aūt naturalis sicut docuit te aristoteles in p̄dicto libro suo qualitas est efficiens subiectum suū difficile pati. Et ꝑpter hoc multo fortius facit ip̄m difficile ledi. Eodemmō est ratiocinari de virtute corporum glorificatorū qua penetratiua sunt oim aliorꝫ corporū absq̄ vlla resistentia: absq̄ vlla difficultate vel etiam resistendi potentia. Si eñ neq̄ ad quātūlibet modicum quantacunq̄ duricies vel depressitas seu q̄libet alia potentia vel fortitudo corporū non glorificatorum resistere potest virtuti glorificatorūꝫ vt ꝑ ea non transeant aut ea nō intrāt. Manifestum est fortiorem esse virtutem cui absq̄ vlla resistentia vel retardatione sui motus cedunt q̄ sit illa q̄ cedunt. Quod si volueris de ipsa agilitate hoc est virtute motiua ipsorꝫ: silr̄ negociari. Inuenies eā similiter in infinitum maiorē qualibet virtute motiua corporum aliorū. Presertim si verum est ꝙ ī ꝑcedentibus tēptaui. videlicet ꝙ subito ꝛ nō per sucessionē siue ꝑ temp⁹ se transferant quo voluerint. quēadmoduꝫ eñ nulla ē ꝓportio tēporis ad tempus vt ita dicaꝝ: sic non est ꝓportio mot⁹ ad motum. Et ne calūpnieris ꝙ temp⁹ voco ipsum nunc. Hmōi eñ calūpnie pueriles sunt ꝛ ridiculose ꝛ philosophos penitus indecentes. Et cum aliis incommodis ab inquisitione ꝛ acquisitione veritatis impediunt ꝛ ꝓhibent imbecilles. Quia igitur subito hoc est sub ipso nunc transeunt q̄tacunq̄ voluerint spacia cū corpora nostra glorificata fuerint. alia vero corpora non nisi in tp̄e q̄tumcunq̄ paruum spacium. Alia inq̄ corpora nō glorificata pertransire non possunt. Qꝛ igiꝝ manifestū est virtutes mouentes ꝓportionales esse motib⁹ suis ꝛ spaciis ꝑut aristote. in libro suo phisicorū declarauit. Manifestū est virtutē motiuam qua spacium aliquod in infinito minori tp̄e transitur ea ꝑ quam idem spacium nisi in tp̄e in infinitum maiori transitu non potest in infinitum maiorem esse.

Corp⁹ glorificatum quō mouetur.

Ost hec autē ꝯueniens est vt aggrediar q̄stiones q̄ oriuntur nobis circa hoc ex sermonib⁹ prophetarum: ꝛ ex narratiōib⁹ hystoriarꝫ quas omnis lex recipit. Hꝫ siqđem lex ꝛ doctrina xp̄ianoꝝ totā multitudinē malorum angeloꝝ de celo vltimo merito sue deprauationis deiectā ac ꝓfugatā in inferiorem partē aeris. Et hec est pars caliginosa quam venti ꝛ nubes ceteraq; q̄ in sublimis ḡnant᷑ vt niues/ ꝛ grādines/ ꝛ pluuie/ ꝛ fulgura occupant. Hꝫ insup eadem lex ꝛ doctrina eos ꝓhibitos ꝑpetuo ꝛ tāq; damnatos exilio ꝑpetuo a reuersione ꝛ ascēsione in celum illud a quo sic deiecti sunt. Hiis igit᷑ ita se habētibus q̄liter stabit sermo quē dixit sanctus ꝛ sapiens iobꝫ qꝛ quadam die cum essent filii dei coram dño affuit etiam ꝛ Sathā. Si eñ filii dei hoc est sancti ꝛ beati angeli in celo illo vltio sunt mansione perpetua. Sathā autē ꝑpetuo exilio dānatus absq; vlla spe reuersionis inde eiectus est. Qualiter affuit cuꝫ filiis dei coram dño. Quō affuit ibi Sathan. Scito igit᷑ qꝛ q̄dam hebreoꝝ opinati sunt virum istum sanctum. s. Iob nūq; fuisse in ꝟitate: sꝫ fuisse tm̄ exēpluꝫ ꝛ parabolam ꝓpositā hoībus ad intelligēdam creatoris ꝓuidētiā ꝛ curā circa hoīes: ꝛ hui⁹ parabole vocant᷑ vsualr argumēta apđ rethores et oratores. Argumētū eñ est ꝫm eos res ficta ꝛ non facta q̄ tm̄ fieri potuit. Veꝝ nō sic effugiunt qm̄ micheas vn⁹ ex pphetis eoꝝ dixit se vidisse deuꝫ ꝛ omnē exercitū celi circa eū: ꝛ audiuisse ipm̄ dicentē. Quis decipiet mihi regē Achab. Et surrexit spiritus in medio dicēs. Et decipiā regē Achab. Et ero spūs mēdax in ore oīm: ꝛ in ore oīm ꝓphetarū. Erat q̄dā inter eos q̄b⁹ cōmuniter interrogatio illa creatoris ꝓponi videbat᷑. Aut ascēderat ad locū habitatiōis sctōꝝ ac btōꝝ angeloꝝ. Aut illi descēderēt ad locū aliū vbi ista ostēsa sunt ꝓphete Michee. Vtrūq; autē inconueniēs est manifestū vꝫ ꝛ creatorē descēdisse de habitaculo illo excelso ꝛ gloriā oīs exercit⁹ sui illđ adduxisse vt loq̄retur illi spūi mēdacii: ꝛ illū spūm in habitaculo illo admissum fuisse. Propter hoc ꝛ multa hmōi necesse habes exercitat⁹ esse nō mediocriter in expositiōib⁹ ꝛ intellectib⁹ eloq̄oꝝ ꝓphetaꝝ. Scito igit᷑ qꝛ vbicūq; sit Sathā semꝑ est corā dño: hoc est dicere in ꝯspectu in oculis. Et intēdo vtrūq; istorum nō aliđ esse q̄ in clarissima visione ꝛ lucidissimo intuitu creatoris. Et ꝫm intellectū istū nō cogeris/ vel in celo/ vel in alio loco aggregatos fuisse beatissimos ac sctōs angelos: ꝛ Sathā cum eis inibi fuisse. et intellect⁹ iste est ꝫm planū lr̄e. Scito etiā qꝛ distātia locoꝝ nō detrahit aliq̄d p̄ñtie q̄ntum ad creatorē: nec ꝓpinq̄tas aliq̄d addit eidē. Et intendo qꝛ nec illa facit vt aliq̄d min⁹ presens sit creatori: nec illa magis sicut neq; magis notū aut min⁹. Debes etiā in hmōi reb⁹ attēdere qꝛ q̄dam fiūt in visione q̄ reuera nō fiūt ꝫm rē ꝛ ꝟitatē: sꝫ fieri vidētur. Et ꝓpt᷑ hoc nullo modoꝝ ꝯñs est vt qđ videt ꝓpheta seu visuꝫ est ei fieri in visione qꝛ ꝓpter hoc sit vel fiat in re et ꝟitate. Plerūq; eñ adducti sibi vident᷑ ꝓphete ab vna regione in aliā cū omnino nō moueant᷑. et vident᷑ eis eq̄ et quadrige cum nec equi veri nec quadrige sint: sꝫ signa tm̄ et ymagines ostēdentes ex figuris suis et aliis designatiōibus que ventura sunt vel alia occulta: q̄ tm̄ expediat scire hominibus vel q̄ faciēda vel cauēda sint eisdeꝫ. Vñ et ꝓphete nominati sunt quasi ꝓuidentes hominibus et videntes ꝓ eis. Attende igit᷑ in visionibus ꝓphetaꝝ q̄ fiant in visione: nec tm̄ fiant simplr̄ sicut dixi tibi de adductiōe ꝓphete in regionē aliā. Qđ ꝟo de spū mēdacii audiuisti iuxta planū lr̄e rectissime itelligi pōt sicut illđ qđ dictū est filii dei corā dño. Quēadmodū eñ corā dño sunt ꝫbē iste vbicūq; sint q̄cūq; mō alicubi eē dicant᷑: corā dño sꝫ sunt. sic et assistūt ei sp̄ vbicūq; esse dicant᷑. Et hic est sermo ꝓphete isti⁹ scđi: vꝫ deū et omnē exercitū celi assistērē ei. Nec icōueniēter de exercitu celi itelligi pōt eē spūs ille mēdacii. Vel qꝛ idē fuerit añq; malicia sua deprauat⁹ idē corrueret. et frequētissim⁹ vsus hꝫ loquētiū noīare et res et hoīes ex hoc qꝛ fuerūt vel hūerūt. Multi eñ dicti sūt reges vel ꝑncipes regnoꝝ atq; ꝑui... etiā qrum ꝑ tātos hr̄e desierūt: et ēt post q̄ mortui fuer̄t. Scito tm̄ qꝛ nō cogit planū ꝫmōis illi⁹ vt ꝯcedat spm̄ mēdacii fuisse de exercitu celi. hic ē eñ ꝫmo. Egress⁹ ē aūt spūs: et stetit corā dño. Iā aūt exposui tibi q̄d sit itellect⁹ ei⁹ qđ ē corā dño. Posset tm̄ itelligi totuꝫ factū fuisse i visiōe vt signet᷑ toto hmōi facto spūm illū mēdacii ꝑtātē accepisse decipiēdi regē illū: et illudēdi sic ꝓphetꝫ eiusdē mādatib⁹: et nō habuisse eā nisi ex ꝑmissiōe creatoris. in q̄ voluit creator ꝫñdict⁹ firmari credulitatē hoīꝫ de ꝓuidētia sua ꝛ cura circa hoīes et res hūanas. cū eñ ipꝫ mali spūs illi⁹ deceptionē et ꝓphetaꝝ illoꝝ illusionē se sciēte et ꝑmittēte hoc facto docuit. Quāto i fortꝫ igit᷑ de bōis hoc ē sentiēdū. vꝫ qꝛ ex magnificētissima munificētia ei⁹ ad hoīes veniāt. De malis ꝟo qꝛ ex rōe

nabilissima iustissimaq eiusdē pmissiōe hoc est eo
rōnabilissime ac iustissime pmittēte hoīes tēptēt
aut vexēt vt fiant solertes intelligentes instructi.
¶ Nec demones i plib⁹ locis apparēt sicut lares
penates dn̄a habundia hellequi. ⁊c. de aliis mlt̄;

¶ Capitulum.cxlix.

Um aūt doctrina xp̄ianoꝝ euidenter
habeat et sciētia sapiētū coꝝ expresse-
rit q in aere isto inferiori in q̄ pnoiate
mutatiōes fiūt: sic habitatio demonū
lz carceralis vsq ad diē iudicij: i quo
cū cultorib⁹ suis ⁊ imitatorib⁹ suis detrudēdi sunt
in locū suppliciorū: q̄ cōiter inferi⁹ noiatur q̄stio-
nes oriunt̄ philosophātib⁹ multe de hoc. Primū
q̄ si habitatio illa est eis carcer qual'r inde tā libe
re vt videt̄ ⁊ in tanta multitudine egrediuntur.
¶ Ampli⁹. aliq̄n hmōi spūs totā terrā occupaue
rūt. partim i tēplis siue delubris: partim i statuis
et aliis receptaculis: partim i domib⁹ cōib⁹. vnde
qdā coꝝ lares vocati sunt: partim i penetralib⁹
domoꝝ ppter qd ⁊ alii penates dicti sunt. alii i or-
tis vbi ⁊ colebāt. alii i limitib⁹ agroꝝ. alii i siluis
siue nemorib⁹. alii i fluminib⁹. alii circa fontes: sz
et in oībus locis amenis colebant̄: ⁊ rn̄sa dabant
cultorib⁹ suis. Plurimi v̄o i hoīb⁹ vel i hūs quos
vexabāt vel i qb⁹ seu p quos loquebant̄: vel pau-
cissimi igit̄ i loco hitatiōis illi⁹ remanebāt v'l mul
titudo coꝝ est incredibilis nūerositas. Preterea
de icubis ⁊ ioculatorib⁹: ⁊ de aliis q̄ multi ex hoi-
bus familiares se exhibebant: sicut dixi tibi supra
de illo de cui⁹ familiaritate aristote. se iactāt. pro-
pter hoc ego dixi q liberū videnk habuisse egressū
a loco illo: ⁊ adhuc etiā hꝫe cū ad inuocatiōes ma
gorum ⁊ nigromāticoꝝ veniūt. Quid aūt dicā de
ope maioris circuli ⁊ de opere etiā minoris: i qb⁹
tāta multitudo coꝝ atq vbi ⁊ quattuor reges ipo-
rū a quattuor mūdi ptib⁹ cū exercitib⁹ inn̄erabili-
bus suis puenire dicūt̄: sz ⁊ de exercitib⁹ noctur-
nis: quos alii hellequin: alii exercitū antiquum
vocāt. quid de fatis siue de fatab⁹. qd de dn̄ab⁹ no
cturnis: quarū principē dn̄am habundiā siue sa-
tiam vocāt ab habūdātia. s. ⁊ sacietate: quā i domi
bus q̄s frequētāt largiri eā credūt: maxime mu-
lieres q̄a vilib⁹ delirametis itēdūt. cū hec oīa si qd
v̄itatis hīnt maxie maligni spūs eē videant̄. quō
ligati vel incarcerati videri pñt q̄ tātis exercitib⁹
et agminib⁹ discurrere tā longe lateq videt̄. i ma
rib⁹ etiā atq eorūdē nō minima multitudo. quid
v̄o sentiēdū sit de deo plutone ⁊ toto regno ei⁹ cui
vulg⁹ vt ait poeta qdā latin⁹ innumerū fabulaba
tur. an totū figmētū poeticū est qd de regno eius
poete fabulati sunt: aut si veritas subest. proculdu
bio etiā in regno ei⁹ ⁊ hitatiōe est innūerabilis tar
tareoꝝ ciuiū multitudo. qualiter igit̄ oēs illi ma
ligni spūs incarcerati i loco antedicto detineri vi
deri pñt. quanta quoq libertate atq licētia si illic
hitāt inde egrediant̄. Apparet euidēter ex hoc q
ipsa lex xp̄ianoꝝ hꝫ expresse i vno videlz hoīe vnā
legionē ipoꝝ ihitasse. legiōis aūt nūer⁹ est sex mi-
lia sexcēti: sexagita sex. magna igit̄ ē eis libertas
exeūdi de carcere hmōi. q̄n ad vexationē vni⁹ soli⁹
hois tāta multitudo descēdēs inde puenit. ¶ Am
pli⁹. fabula illa gētis hebreeꝝ manifeste ptradicit
huic incarcerationi. Narrāt q̄ppe inter alia fabu-
losa quēdā ex regib⁹ suis sapiētia indubitanter fa

De numero legiōis.

mosissimū totā vniuersitatē hmōi spūum in vascu
lo vno vitreo religasse reclusos. postmodū aūt fra
cto nescio quo casu hmōi vasculo eos inde exiuisse.
in qua igit̄ ptāte vel v̄tute potuit rex ille carce
rē creatoris aperuisse: et vincula qb⁹ religati spūs
hmōi tenebant̄ inibi vel soluere potuit vel disru-
pere. ¶ Ampli⁹. quō ipsimet nō potuerūt hmōi
vasculū frāgere cū iter eos null⁹ sit q̄ nō maiora ⁊
fortiora incōparabiliter possit q̄ vel etiā puer se-
ptem annoꝝ carcerē illū vitreū frangere nō pua-
leat. q̄s denique nisi intellectu carēs corpore etiā
lz solidissimo hoc est ferreo vel adamantino sub-
stantias spūales retineri non posse ignorat.
Nec spūs maligni (⁊ si in aliis locis appareant)
inferiorē aeris sedē hitāt. Quot q legiones singu
li ordies angeloꝝ ptineant. deq tentationibus
ab ipis pmissiōe diuina aliis factis. ¶ Caplm. cl.

Euertar igit̄ ⁊ dicā q̄ doctrina xp̄ia
noꝝ nullā dz hꝫe apud te de v̄itate
sua dubitationem: nec mouere te dz
multitudo quocūq loco vel regione
apparētiū demonum. Et reuera nō
mouebit si psideraueris vniuersam multitudinē
ipsoꝝ. Nec si reminisceris sermonis ei⁹ q̄ dixit quia
tot legiones sunt in vnoquoq ordine substātiaꝝ
abstractarū quot substātie sunt in vna legiōe. Ap-
parebit idubitāter tibi i vnoquoq ordinū esse sex
milia ⁊ sexcentas ⁊ sexagintasex legiōes substātia
rū hmōi. quantā v̄o ptē toti⁹ terre occupare pote-
rūt sex legiōes. psertim cū vna hmōi substātiarū
in multis regionib⁹ coleret̄ ⁊ colat̄ etiā adhuc vel
etiā i vno regno toto. ppter qd ⁊ appollo delphi-
cus a delphos insula: et phiticus a locis culture
sue ⁊ veneratiōis sue dict⁹ est. Magn⁹ eīm nūerus
est vnicuiq sex legionū. Esto aūt q pcedat̄ ipro-
bitati disputantiū i pte ista sexagita legiōes ⁊ sex
dispersas esse p mūdū istū iferiorē: ⁊ pmissas esse
illudere hoībus ⁊ vexare eos atq tēptare iuxta be
neplacitū creatoris nō habebūt qd calūpnientur
Addo etiā adhuc: q̄ ⁊ vn⁹ malignoꝝ spūum suf-
ficit ludificationib⁹ ⁊ vexationib⁹ vni⁹ regiōis v'l
etiā regni. cū possibile sit ei atq liberrimū se trans
ferre subito quocūq voluerit et pñtiam suā inibi
exhibere: nisi hoc diuine puidētie ⁊ bonitatis vir
tus phibuerit q̄ nō pmittit hmōi spūs seuire i ho
mines iuxta desideriū sue malignitatis: ⁊ de hoc
feci tibi in superiorib⁹ mētionē videlz cū loquerer
de sctis angelis regnoꝝ rectorib⁹. Faciā autē te
scire qd dico in tractatu singulari de motib⁹ ⁊ va
latib⁹ vel si quo alio noīe noiant̄ hmōi substātiarū
debes etiā attēdere in hoc qd ⁊ apud gentē xp̄ia-
noꝝ vn⁹ ex sctis: quos ppter dei altissimi honorē
et gl'iam venerant̄ in multis regionibus ⁊ regnis
tēpla hꝫ ⁊ statuas ⁊ picturas: aliasq sui honoris
memorias. Verū quā ob causaz legio vna vel q̄r
puenerit ad vexationē vni⁹ hois puenies ē vt apiā
tibi hic. Scito igit̄ q̄ sicut iā audiuisti nō ē liberū
malignis spiritib⁹ seuire i hoīes p malignitatis
sue volūtate. cū autē libēter vexaret legio illa v'l
totā vniuersitatē hoīm vel multos de illa: nō ē tñ
pmissa vexare nisi vnū: sz neq i illū data ē ei ptās
p voto seuicie sue. Nisi sic fo ē: q̄ multi ex hōib⁹
fuerat vel al's multis gn̄ib⁹ pctōꝝ creatorē offē-
derat. et pp hoc multi i ptātē limitatā: tñ vt pre-
dixi dat⁹ est. hec eīm ē creatoris bñdicti iusticia vt

Quot sunt legiōes in vnoquoq ordie angelorum.

Quare legio vna cōuenerit ad vexationes vni⁹ hois.

illos habeãt mali hoies tortores q̃s habuerũt cri-
minũ suggestores. Et propter hoc ꝙ creatorez de
seruerũt hoc est horũ seruiciũ seruicio creatoris p̄-
posuerũt maliciã eoꝝ sentiãt p tormẽta post q̃ cre
dere noluerũt: aq̃ recedere cõtẽpserũt: ⁊ ad creato
rem redire: et adherere cõtẽpnẽtes: ⁊ cũ ita retri-
buatur eis: ⁊ hic nisi ad modicũ crimina vindican
tur: prudentibus iudicatur ꝙ huiusmodi retribu-
tio complenda est in die vltionis ac plene retribu
tionis: nec enim frustra aut vane sermo sapiẽ scri-
ptus est quo dicitur. Per que peccat quis per hec
et torquetur. ¶ Quod ꝟo queritur qualiter de il-
la carcerali habitatione aeris huc venire permitti
manifestum debet esse tibi ex hĩs que audiuisti de
cura et prouidentia atq̃ gubernatiõe dei altissimi
qua nõ veniunt in hanc habitationem nostrã nisi
ex permissione creatoris qui interdũ iustissime iu-
dicio suo permittit eos vexare homines propter
peccata sua ⁊ vicia sicut de hĩs qui blasphemãt eũ
sepe visuz est distorqueri ora eorũ ⁊ linguas parali
si ligari labia igne sacro exuri: et innũerabilia hu-
iusmodi. Ipsi etiã visi sunt a demonibus arripi et
cruciatibus itollerabilibus ab ipsis necari. de hĩs
aũt doceberis aliqua ex libris et historiis hebreo-
rum. Plurima vero et memoria ac narratione di
gnissima ex doctrinis et narrationibus xp̄ianorũ
et quia illusiones et deceptiones pene grauissime
sunt hominũ quis hoc stultis non videatur: iustis
sima dei ifliguntur interdũ hominibus: et eadem
iusticia tradãtur hoies ministris penarũ huiusmo
di taliter puniẽdi. Ex hac ergo iusticia manifestũ
est ad illudendos et decipiendos homines dei iu-
dicio de carcerali illa quã dixi habitatione demo-
nes venire permitti: ⁊ similiter se hꝫ de oibus ali-
is peccatis in que suggestionibꝰ demonũ decepti
hoies se precipitant. Debes etiã scire quia inten-
tio creatoris nunq̃ est in hoc vt malũ fiat vel per-
ueniat. Intentio vero diabolica finaliter semper
est ad hoc propter quod fraudatur diabolus desi-
derio suo in oibus qui tentationibus eiꝰ atq̃ sug-
gestionibus resistunt viriliter. ¶ In quo et adiu-
uãtur a creatore vt eas vicant ab eodẽ postmodũ
coronãdi: caute igiꝶ ac circũspecte intelligere de
bes sermones hmõi qbꝰ dicũtur maligni spũs iu-
sto iudicio a creatore permitti venire ad ludifican
dos vel decipiendos hoies: nullius enim opatõis
vel intentionis/ vel voluntatis creatoris/ finis est

Qualr̄ itelligiꝶ ꝙ deꝰ iustissime pmittit ꝙ mali spũs decipiant spũs.

malũ culpabile seu peccatum. Quare nõ est pmis-
sio creatoris vel dimissio demonum ad hunc finez
vez vt vel ipsi decipiãt/ vel decipiãtur hoies. Sed
hic est finis ꝯuenientissimꝰ intẽtiõis eiꝰ in hoc siue p
missionis/ siue dimissionis. s. vt impleaꝶ decor ⁊ or
do diuine iusticie ⁊ ire iustissime ipsiꝰ qm̃ dignum
⁊ iustum est vt sentiant dignissimeq̃ ac iustissime
illam sentiunt q̃ eã iniquitatibus suis ꝓuocãt. Et
intelligo dignissime atq̃ iustissime ac si dicerẽ ƀm
exigẽtiam vel ꝯgruẽtiã meritoꝝ: ⁊ iaz dixi tibi mul

Qz aliqd iniq̃ fit ab aliq̃ vt ab hoie vel de mone: ⁊ tñ iustissime p mittiꝶ fieri a deo.

ta de hĩs in tractatibus aliĩs. Manifestũ est plerũ-
q̃ accidere vt ⁊ inique fiat aliqd: ⁊ adeo tñ finaꝶ iu
stissime fieri ꝙ igiꝶ ꝓbanꝶ ꝙ exercentur ꝙ vincunt
⁊ ꝙ multis modis suggestionibus ⁊ tẽtatiõibꝰ dya
bolicis meliores efficiunꝶ viri boni ex ꝓuidentia
diuina ⁊ bonitate est directe causalr̄ ⁊ p intẽtionez
Qz aũt mali inde peccant ⁊ corruunt: nõ de pmis-
sione eius est causalr̄ causalitate ꝓpria vt nullo mo
doꝝ imputãdum vel attribuẽdum ei sit vel ꝙ mali
vel deteriores inde fiãt q̃ eis. i. demonibus consen
tiunt vel nõ resistunt: nisi illo modo improꝑissimo
quo apud communiter disputãtes vsualiter dr̄ cã
sine qua reuera cũ nisi pmitteret talia nõ fierent.
Sic ꝗ dictum est de pmissione. i. eo pmittẽte: non
tñ mouẽte vel operãte/ vel quolꝫ modoꝝ adiuuan
te vt mala hm oi fiant. Perfecta eñ causa sugge-
stionis ⁊ tentationis apud demones est: videlicet
ipsa malignitas eoꝝ: sic ⁊ pfecta cã ruine ⁊ deterio
ratiõis est apud eos q̃ suggestioni ⁊ tẽtatiõi ꝯsen-
tiunt resistere nõ volẽtes. De reclusione ꝟo vniuer
sali demonum qua regẽ quẽdam suuz fecisse fabu
lanꝶ iudei. Nõ aliũ hic dicẽdum video nisi ꝙ aliis
eorũdẽ fabulis adnumereꝶ. Q̃q̃ autẽ ex precedẽti
bus manifestum esse tibi debeat vasis etiã adamã
tinis teneri nõ posse spũales substãtias in sequenti
bus. Etiam intẽdo facere te scire q̃ sint qbus liga
ri vel religari possint hmõi substãtie. vbi ⁊ alia au-
dies de erroribus hoim q̃ talia vel crederũt vł cre-
dere suggesserunt. De exercitibus ꝟo nocturnis:
⁊ de hĩs q̃ fiunt in opibus q̃ dicunꝶ maior circulꝰ
⁊ minor q̃tum ꝯuenit p̄nti tractatui hoc est caplo
qđ modo ꝓsequor ⁊ pertracto. Dico qz nõ cogeris cõ
cedere vel credere exercitus hmõi veros esse: vel
etiã si veri essent ꝙ essẽt ex hmõi substãtiis. nõ oia
eñ q̃ sic videnꝶ a videntibus vera esse necesse est: si
cut neq̃ ea q̃ videnꝶ a somniãtibꝰ raptis aut alias
mẽte alienatis: hoc autẽ est qm̃ multa de hmõi in
visione tñ fiunt. Nõ autẽ in re vel ꝟitate: ⁊ hoc do
ceberis in sequẽtibus. Attẽdendum quoq̃ tibi est
qz nec veri equi/ nec veri equites esse possunt/ nec
vera arma habere cum nec corporei sint. Hoc aũt
euidenter atq̃ ex hoc qz nec corpora retinent/ nec
ab eis retinenꝶ/ nec eis obsistunt/ nec ab ipsis obsi-
stitur illis. ⁊ conati sunt hoies interdum retinere
eos funibus ⁊ trabibus obiectis. Illi ꝟo noctur-
ni exercitus omnia illa trãsibãt tãq̃ ventũ aut ina
ne: sꝫ nec gladiis nec malleis nũq̃ vulnerari potu
erunt: immo tãq̃ ventus ⁊ inane excipiebãt eos.
Nõ si qs dixerit hmõi exercitus corpora habere
aerea: dꝫ reminisci eoꝝ q̃ in precedentibus p me cõ
tra hoc didicisti. Et qm̃ hoc incedenter tibi dicta
sunt. Expecta patienter donec perueniam ordine
suo ad capitulum singulare ꝙ de hmõi visis similibꝰ
in sequentibus scribam tibi.

¶ Qz in celis stellis aut circulo obliquo (et
si inferiora ab illis regantur) nulli sunt angeli aut
habitatores: ⁊ ea q̃ ab ipsis hic inferiꝰ fiunt ab an-
gelis fieri negantur.

Caplm̃. cli.

Nec illud huc pretereundũ est
ꝙ multos in q̃stionẽ ⁊ dubita-
tionẽ adduxit: vez ꝙ cum ter-
ra habeat animãtia inhabitã-
tia illam: ac si diceretur habi-
tatores ꝓprios ⁊ ꝯuenientes si
bi: vez reptilia ⁊ innumerabi-
lia iumenta ⁊ bestias/ necnõ et
hoies: vñ ⁊ vsualiter habitato
res vocanꝶ. Siłr aqua ⁊ in maribus ⁊ fluminibus/
in lacubus/ stagnis: ⁊ paludibus habitatiões ma-
nifeste ꝓprias habeat. Eodẽ modo ⁊ aer volucres
. s. ⁊ volatilia q̃ etiã habitacula sua in aere compin
gunt vel edificãt. Cur non ⁊ ignis habitatores p-

Inqriꝶ q̃re ignis et celi stelle nõ habeãt habitatores cũ mlti po suerint eis habitatores.

prios habebit. similiter ipsi celi ⁊ planete atq; stel le quarum vnaqueq; latissima regio est. qualiter et qua de causa habitatoribus ⁊ incolis naturis su is conuenientibus priuati erunt. Quomodo inq̄unt tam nobiles regiones vacuas ⁊ quasi solitudi nes et deserta habitationi ineptissima derelinq̄t creator optimus atq; largissimus. ¶ Amplius. salamandra ⁊ si qđ est similis nature aliud animal habitationi videt̄ ꝓpriam habere in igne. qualiter autē non habebit ignis conuenientē sibi multitu dinem generum diuersorum ⁊ specierum aīaliū: quēadmodum ⁊ aqua. cum contraria equalia ⁊ de gnitate ⁊ aliīs naturaliter esse debere videantur. Magistri vero ymaginum ⁊ magistri p̄stigiorum po suerunt singulis celis habitatores suos: ⁊ singu lis planetis. et noīauerunt de habitatoribus hu iusmodi de circulo: scʒ lune quinquaginta: et de circulo veneris alios quinquaginta: ⁊ dixerūt eos ministrantes circulis illis. Posuerunt siliter an gelos ministrantes duodecim signis: ⁊ alios quo rum nomina in libris eorū nō legi. Aristoteles vero sicut audiuisti in p̄cedentibus iactauit se ꝙ apud ipsum descēdisset spirit⁹ de celo veneris: sʒ ⁊ choz grecus in libro quem scripsit de cultu veneris di xit quandā stationem cultus illi⁹ obtinere ab ipsa venere colentem septem qui illi ⁊ veneri seruient

Quod qdā posuerunt hītatores in celis ⁊ planetis.

Quomodo inquiunt terram que velut fex est ⁊ vi lissimū omniū elementoꝝ: omniumq; corpoꝝ mū di magnoꝝ ignobilissimum ⁊ in vltimitate parui tatis ad magnitudinē celi: qđ est dicere velut pun ctus. ornauit creator tam multiplici tamq; deco ra varietate aīalium in eadem habitantium. celuʒ vero p̄clarissimū oīm vero corpoꝝ mundi magnoruʒ maximuʒ ac nobilissimū quasi vastam solitudinē nec vnius animalis habitatione dignat⁹ est q̄n po tius fecit illud inhabitabile: q̄m si habitabile fecis set impleuisset aut eius habitabilitas ociosa fuis set. Dico igit̄ q̄ considerare debet in hiīs causas habitationis ⁊ essendi in locis: ⁊ iam audiuisti in p̄cedentib⁹ q̄ causa essendi in loco est natura per quam naturaliter inquirunt illum ⁊ quiescunt in illo: ⁊ hec est cōmunis omnibus corporibus infe rioris id est sublunaris mundi: ⁊ causa hec non est apud substantias spūales abstractas. Scđa causa est aīalibus ⁊ vegetabilib⁹ nutrimentum ⁊ vict⁹. Propter hoc eñ pisces in aquis sunt: q̄ inde est eis nutrimentum ⁊ victus: ⁊ inde cibant̄. et causa ista siliter non est apud substantias de quibus agi tur cum alimentis corporalibus nō indigeant vl lo modorum: sed neq; ipsi celi aut celestia corpo ra sunt sicut vel pascue cibādis aut nutriēdis ani malibus vel plantis vel etiam herbas esse cum ce li contingant seinuicem. Quapropter hmōi plā te ⁊ herbe vel facerent diuisionem sectionis ī cor poribus celoꝝ cum eis cederent corpora celorum vel si eis non cederent obtemperentur a radicib⁹ suis vel penitus eradicarent̄. Et de corpore qđē lune manifestum est ꝙ nec herbas nec plantas ha beat cum vno modo semꝑ sit: nisi forte quis dicat ver esse perpetuum apud ipsam. Iam autē didici sti de vegetabilibus qualiter generantur ⁊ nutriū tur. et q̄m cibantur a parte radicum suarum ⁊ sug eas attrahunt ⁊ exuggūt nutrimentum a corpore in quo infixe sunt. quare necesse esset corpus lune esse corruptibile ſm partem: ad min⁹. necesse eñ

De cā essēdi in loco.

Quod nō sint angeli ī celis vel stellis.

esset corrumpi quicquid de eo vegetabilia eidem infixa sibi attraherent ⁊ in nutrimentum suū assu merent. deberent etiam in eclipsi lune aliquid de hu iusmodi vegetabile apparere. vtrum tota lune su perficies atq; ſm vnum modum in eclipsi ei⁹ vni uersali: quare ſm hoc tota esset sicut nemus dep̄s sissimum aut esset in parte nemus: in parte vero ca rens coloribus. et appareret ista diuersitas in sup̄fi cie corporis ipsius. Sol autē ⁊ stelle omnes si ar bores aut plantas haberent non lucerēt omnino sicut lucere vident̄: videlicet luce continua et nō interpolata seu tenebris mixta. lumen quoq; eius in superficie terre appareret sic ⁊ nō ꝯtinuū. Ter tia causa essendi in loco quibusdam est exercitiuʒ alicuius officii: quēadmodum speculatori in spe cula et rectori nauis in naue et sacerdotibus cau sa essendi in templis sunt officiorum suoꝝ exerci tia videlicet cultura ⁊ seruitia creatoris. hoc autē fingere non possunt in celis vel signis vel stellis. nulla eñ officia vel ministeria angelorum locum corporalem requirunt cum vires eorum siue virtu tes spirituales vere sint ⁊ omnino abstracte a cor poribus ⁊ operationes eorum non sint nisi sicut in telligere seu cognoscere ⁊ velle sicut sepe audiui sti. et he seorsum a corpore perfectissime exercent̄ atq; p̄ficiunt̄: non igit̄ ꝓpter operationes aliq̄s vel officia in celis vel planetis vel stellis oportet esse substantias aliquas spirituales abstractas. qđ dico propter eos qui eis aīas ponūt ⁊ eos esse exi stimant animatos. de eoꝝ vero ꝙ ponunt angelos mi nistrantes signis aut planetis aut circulis facile est tibi videre q̄ erronee q̄ꝗ; absurde hoc ponant cum enim angelice substantie abstracte longe no biliores sint q̄ substātie quelibet corporales. Et ꝓpter hoc q̄ planete vel stelle vel signa manifeste indignum est ⁊ lex ipsa nature istud nō patit̄ et vt sint ministre illarum vel etiā ministrent eisdē: qđ si dixerit quia actores animaliuʒ atq; custodes in comparabiliter digniores aīalibus ministrāt illis et ministri sunt eoꝝ in pascendo ⁊ custodiendo il la non recte instat. qđ eñ faciunt aīalibus: ꝓpter seipsos faciunt hoīes: ⁊ ꝓpter hoc pascūt anima lia sibimetipsis ⁊ custodiunt sibimetipsis non ani malibus ipsis. Quare ꝓprie ⁊ vere sibiipsis impen dunt hoīes hmōi seruicia seu ministeria ⁊ nō ani malibus: ⁊ idem oportebit te videre in similibus. ¶ Amplius qualia seruitia seu ministeria impen dūt signis vel circulis vel stellis hmōi angeli nū q̄ parant eis cibos aut lectos sternūt: nunquid ve stiunt aut calciant eos nunq̄ discurrunt in varias legationes missi ab eis. in quoquidem difficillimū aliquid verisimile fingere. Quod si q̄s diceret q̄ cum circulus signoꝝ regat mundum inferiorē re gimen istud ⁊ gubernationem administrat et effi cit per angelos hmōi. quanto ꝓbabili⁹ diceret an gelos istos mundū sublunarem regere ꝑ signa ipa Spirituales nāq; substantie corporalib⁹ vel tāq̄ instrumentis vel tanq̄ aliīs adiumētis vtūt̄ sicut anime nostre corporibus suis ⁊ mēbris ⁊ aliīs eti am instrumentis forinsecis ad exteriores opera tiones quēadmodum securi ⁊ dolabra: econtrario autem in toto vniuerso non inuenitur corporalis substantia vti spirituali. neq; habere eam eousq; subditam: et vt ministeria ipsius debeat nomina ri. ¶ Amplı⁹. vnumquodq; signoꝝ vel est mortu

Quod nō sint substātie separate in signis ministrātes eis.

Quod q̄uis mūd⁹ īferior regat̄ circulo signorum: tamē circul⁹ ille nō facit h⁹ ministerio angeloꝝ.

um id est vita carens vel est viui sive vivens. qd si mortuum est iuxta dictum modū nec regimen nec gubernationem alteri⁹ ullo modoꝝ congruit ei: nec etiam est possibilis eidem. quod si vivū ē vnū quodqꝫ ipsorum manifestū est qꝫ nō est aial: sꝫ ps animalis tm̄. pars eni celi est stellarum fixarū vnū quodqꝫ signorū: pars dico corporeitatis ꝛ cōtinuitatis ipsius. Verū: nulli dubium est partes aialiū nichil regere: cum nec seipsas regere sufficiāt qn potiꝰ a suis totis regūt. nullo sibi proꝛsus regimie suo vel sue partis cuiuscunqꝫ vel relicto vel commisso. tu etiam vides in rebus oibus qꝫ nō partibus vel cuiqꝫ earum deputantur vnqꝫ ministri. Nanc eni ministrarent eisdem cum servitia nec cognoscerent nec averterent. vides etiā qm ipsi qui ministrant calciamēta dñis suis nō dicunt se servire pedibus aut tibijs ipsoꝝ: sicut neqꝫ i coꝝ q̄tū cunqꝫ paꝝ intelligentis hois ascendit vt diceret pedē regis dñari vel imperare calciamenti aut dis calcianti se. Si vo dixerit quis qꝫ hmōi angeli ministrant signis in motibꝰ eorum: ꝛ hoc q̄ frivolū ꝫ sit q̄ꝫ vanū ex multis manifestū facile tibi fiet. cū eni iam tibi declaratum sit aīs nec signa nec stellas aut planetas moveri proꝛsus motibus: sꝫ motibus celorum in quibus fixi sunt: ꝛ hoc est dicere motibus partium in totis suis. manifestum est tibi cum hoc qꝫ motꝰ vnus est totius ꝛ partiū: ꝛ propter hoc ab vno motore. ¶ Amplius. si vere celi aialia sunt quēadmodum aristoteles ꝛ eius sequaces posuerunt. Ab vno autē motore movet̄ vnū quodqꝫ animal cū oibꝰ partibus suis moveret̄ igit̄ vnumquodqꝫ celoꝝ ab anima sua: similiter ꝛ partes ipsius ab eadem. ¶ Amplꝰ. si posueris cessare angelos illos a motibus signorū. nō ꝑpter hoc necesse est vt aia celi stellarū fixarum cesset a motu quo revolvit illud revolutione cōpleta in spacio vigintiquattuoꝛ hoꝛarum. Impossibile autē est vt moveat ipm qn moveat omnes eiusdē ptes quacunqꝫ eni parte quiescente necesse est desere totum celuꝫ aut scissuram partis illius ꝛ residui. quod si dixerit qꝫ non possunt cessare angeli illi a motu quo movēt signa qn necesse sit ꝛ ipsam animam celi illiꝰ a motu suo quo movet celum cessare: tūc necesse est vt moveāt ipm celum eodē motu ipsi ꝛ aia illiꝰ aut diverso. vtrūqꝫ aūt hoꝝ manifeste ipossibile est. si eni motū quē opat̄ aia illa sufficienter conant̄ iteꝝ efficere angeli hmōi supuacuus est ꝛ oino inutilis intentio ꝛ conatꝰ eoꝝ. eodem modo est rōcinari de aia ipsiꝰ celi. qꝫ vo diverso motu moveāt ipm celū ipossibile esse p me tam tibi alibi patefactum est. qualr eni declaratiōe demōstrativa feci te scire i pcedētibus ipossibile esse quodcunqꝫ corpus moveri diversis motibus.

¶ Qꝫ ad velocitatē motuum celestiū nō requirūtur angeli ipsis celis coadsistentes.

Qꝫ ꝑpter motꝰ signorum nō sūt ponēd ī angeli i celis.

¶ Capitulum. cliij.



Si autem dixerit qꝫ angeli isti non movent celū neqꝫ signa motu novo: sed adiuvant velocitatē motus eiusdē quasi non satis velociter moveret̄ nisi ipsi velocitati suum adiutorium adhiberent: ꝛ hoc iterum nō nisi vanissime dici potest. Manifestum est enim qꝫ creatoꝛ vnicuiqꝫ mobilium sive sint mobilia voluntarie: sive sint mobilia naturalr̄ dedit virtutes motivas sufficientes ad motꝰ cōvenientes eisdē ꝛ cōgruentes naturis coꝝ: quēadmodū vides in yrundinibꝰ qbꝰ dedit volatū ꝛ volandi virtutē: q̄ sufficit ad acquisitionē virtꝰ earuꝫ: similiter ꝛ leporibꝰ levitatē pedū ad effugium ꝛ evasionē captionis: non quidē ab oibus aialibus qm ꝛ q̄busdā aliis ꝛ quibusdā canibus ꝛ tigribus: ꝛ aquilis longe maioꝛem velocitatē dedit: ꝑpter qđ ꝛ eos capiunt. Qualiter igitur ꝛ ipsis celis nō ꝓvidit sapiētissimus ꝛ optimus creatoꝛ virtutes q̄ sufficerent ad motus ꝯvenientes ipsis celis. ¶ Amplꝰ. hmōi angeli nō adiuvant velocitatē celoꝝ impingendo vel trahendo cū iste operationes nō fiant nisi corpoꝛa vel corpoꝛalia instrumenta: ipsi aūt incorporei sint adiumentum igit̄ qđ p̄stant celis in parte ista spūale tm̄ est: hoc autē esse nō potest nisi vel intelligere vel velle imperare maioꝛitatē motꝰ: qđ si esset manifestū est: qꝫ tunc non ipsi ministrarent signis: sed potiꝰ imperarent. Per hāc eandē viam destrui pōt si quis dixerit eos in hoc ministrare signis q̄tū ad motum: qꝫ tēptant ipm a supfluitate vel diminutate velocitatis: ꝛ hoc etiam alia via destrui pōt. Si eni aīe celoꝝ p semetipsas nō possēt motuū celorum velocitatē vel vehementiam moderari non esset volūtariꝰ motus earū ullo modo: sed esset vel naturalis vel brutalis. naturalis aūt nō potest esse nimius vel supfluus: ꝛ hoc est qm natura nec supflue quicq̄ nec diminute vnqꝫ aliquid opatur cum oīa agat put ei ab ipso creatoꝛe cōstitutū est: nec in potestate habeat vel aliud vel aliter opari: sicut eni sepiꝰ audivisti ipsa opat̄ p modum servientis vel potius p modū servi limitatū mādatum hñtis limitatione. s. intransgressibili. de brutali quoqꝫ aia non opoꝛtet doceri te qn quadā necessitate moveat ꝛ non libera voluntate. Et quia īpetu passionū ita ferātur bruta aialia ꝛ quasi rapiantur post ꝯcupiscētias suas vel repellant̄ timoribus. nullo modo aūt refrenarent se vel moderātur aut detrahunt̄: sed potiꝰ vt dixi repellū t̄ quasi vi ꝛ impetu necessario ꝛ nō libertate. Ignobiles igit̄ essēt valde aīe celoꝝ si brutales essent ꝛ motꝰ coꝝ non essent rationabiles sed ꝑcipites ꝛ inconsiderati: sed ꝛ ipse creatoꝛ oino improvide ꝛ insipienter tam nobilia ac sublimia tam in nobilibus aialibus cōmisisset aut cecidisset. qualiter autēꝫ celis q̄ vtiqꝫ aialia bruta essent ƀm hoc totius sublunaris mūdi gubernationē ꝛ oim aialium tam brutoꝛum q̄ hoim creatoꝛū sapientissimus ꝛ optimꝰ tradidisset: nec eni vni ex asinis alius asinus regēdus vnqꝫ creditus est vel commissus. quanto foꝛtius igitur nec homines nec res humane celestibus illis: ꝛ tm̄ brutis aialibus tradende ad regendum a sapientissimo optimoqꝫ creatoꝛe nō fuerūt ex ꝑpter hoc nec tradite sunt. Manifestū igit̄ est ex hꝭs qꝫ non ꝑpter exercenda aliqua officia vel ministeria substantie abstracte alique in superius illis regionibus constitute sunt.

Qꝫ nō sūt ponēdi angeli ī celis vt adiuvāt velocitatē motuū ipsorum.

Qꝫ aīe celoꝝ nō sūt nec debent dici brutales.

¶ An promissionibus angeli boni sibi iniuncta servitia distrahant. deqꝫ angelis hominibus apparentibus: necnon ꝛ de quodam familiari spiritu ipsi aristoteli.

¶ Capitulū. cliiij.

D id vero q magistri ymaginum atq pstigiorum deceptissimi posuerunt. respondendū est q: boni z sancti angeli nullis inuocationibus: nullis suggestionibus aut pmissionibus nullis donis aut oblationibus vnq deserunt iniuncta vel imposita sibi a creatore officia vel ab aliis quibuscunq qui eis legitime imperent et iure dominentur eisdem. Quapropter frustra inuocari eos docēt. frustra eis offerri sacrificia ppter hoc vt ad seruiendum inuocatoribus suis veniant ppositis sibi seruicijs derelictis. Q; si mali sunt hmōi angeli sicut ex hoc manifeste apparet q creatoris honorem et gloriā in se transferri suadent hoībus vel insanissima auiditate inanis glorie vel isanissima malignitatis z nequitie odiositate ipsorum hoīm quos tantis creatoris offensis ab eodem euertere non debet alicui intelligenti dubiū esse quin mentiri patissimi sint eis quibus tam vehementer inimicantur. Quare manifestum est eis mendaciter istud hoībus suggessisse videlz hītationē sibi esse in celis vt p hoc faciliꝰ eisdē de deitate vl' diuinitate quā se hr̄e sep' mētiti sunt crederet̄ sic et de ministerio vel ministratione signorum falsum suggesserunt vt hoīes ad eoꝝ seruicium et ad ydolatriā stellarum et celoꝝ atq circuloꝝ p hmōi mendacium inclinarent. non dz igitur mirum videri tibi si mētitus est aliquis de neq spiritibꝰ aristoteles dicens se ad eum de celo veneris descēdisse cum sacrificio agni capistrati z aliis hmōi sacrificio nephario ritu adhibitis. hoc ipse aristoteles scripserit esse factum. neq eñ mentiri veritus est q ydolatriam suggere z sacrilegū sacrificium recipe nō expauit. ppter quod nō parū admiranda est cecitas z decipiētia eoꝝ q tantā maliciam hmōi spirituum vel non viderunt vel videntes eis crediderunt. Quod si forte dicat sacrificiū illud immolasse aristotelem veneri. et ppter hoc obtinuisse ab ea spiritū antedictū ad se mitti dico q: istud videt̄ absurdius. Primo: q: cū venus corporalis substātia sit siue aiata omnino indignum z indecens est et nature nullo modorum tollerabile vt ipsa speret z diıetur substantiis abstractis mere spūalibus cum ille longe nobiliores atq potentiores sint q substantie corporales. Secūdo: q: longe propinquiores ac viciniores sunt deitati seu diuinitati q ipsa venus esse possit. hoc autē est ppter spiritualitatem atq nobilitatē z pfectionē suā ppter q̄s nullo modoꝝ indigēt corpore. nullo modoꝝ igit̄ conueniens est vt hmōi substantie seruiant substantiis corporalibus: sed z de signis sicut predixi nullo modo ɔueniens esse pōt vt eis seruiant q partes vt dixi sint celi stellati q z si esset aial. ipsa tñ signa aialia esse nō possēt. partes eñ aialiū aialia esse impossibile est. quanto vo modo z quanta causa est aliquid in aliquo ad pfectionem. z exinde est ei plurimus decor z ornatꝰ: quēadmodū aia est in corpore z visus in oculo: z inde est ipsi corpori et oculo plurimus decor et ornatꝰ. Iste vo modus et causa nullo modo conueniens est hmōi substantiis cum ex eis non sit pfectio celis aut stellis. nō eñ animant vel viuificant eas: siue eñ inanimati siue animati: nec animant̄ nec viuificantur ab eis cum sint abstracte substantie et a corporibus separate: maxime fm eos q celos aiatos ponunt z stellas similiter. Dico etiā q neq ad ornatū in celis possunt esse hmōi substantie: spūalia eñ abstracta non possunt esse ornatui apud semetipsa corporeis aut corporalibus substantiis. cum neq applicationem neq coniunctionē aliquā habeant ad illas. ¶ Amplius. ornatꝰ ille aut corporalis esset aut spūalis: et corporalis q̇dē eē nō potest si per se hoc est per ipsas essentias suas z nō p aliud. pstāt illū hmōi substantie: z intelligo suas p essentias. hoc est ipsa earū applicatione: vt anulus digito z anulo gēma: non tñ negandū est substātias spūales multiplices ornatus pstare interdū templis i quibus apparent: z in aliis locis sicut in pcedentibus audiuisti. de fulgoribus z odoribꝰ qbꝰ eas illustrasse z tēpla z alia loca sepe visum est: et credo q adhuc istud facere non desistunt. Verū isti ornatus nec essentia earum sunt nec ab eis essentialr̄ exeunt vel effulgent: spūalē vo ornatū pstare non possunt celestibꝰ corporibꝰ. qm̄ nec illius receptibilia sunt. Q; si cōsiderauerís alias causas essendi in loco: z p singulas currens inuenies nullā earum conuenientem esse pdictis substantiis: neq eñ sunt ibi vt custodes aut defensores cū nichil vel celos impugnet vel insidietur eisdē: neq sunt ibi vt thesauri ad custodiam ne rapiant̄ neq vt captiui q custodiant̄ ne effugiant neq vt militie exercituum z cōgregatoꝝ z pparatorū ad bellū. cuz apud hmōi substātias neq arma neq bella locū habeant. Quod si qs dixerit quia in sermonibus pphetarū vocātur z militie celi: z celestes exercitus non te conturbet istud qm̄ sermones hmōi nō cogunt te vt cōcedas pphetas hoc intellexisse de aliquo celoꝝ mobilium: nec etiā ille sermo eiusdē ex prophetis hebreorum arguit gētē hebreorum seruisse omni militie celi vel sermo quo phibet̄ adorare militiā celi etiā cogit ad hoc cum militia celi i vtroq sermone euidēter itelligatur sol z luna z stelle q̄ z alias intentiones eius qd est militia celi audiueris in eis q pcesserūt. Aggregata igit̄ rōcinatiōe ex oibꝰ q ad hoc inducta sunt. hic manifestū est tibi nullam esse cām q debere faciat substātias angelicas esse in celis vel stellis aut i signis aut planetis: sz neq aliqs fructꝰ neq vtilitas vlla ex earū esse in illis inueniri pōt. Patefactum ergo est tibi p hec z alia quedā q pcesserunt q: nō sunt ibi vllo modoꝝ: z q: se ibi esse mali angeli mentiti sunt hoībus vt eos in cultū z venerationem suam inducerēt z vt seipsos deos esse per hoc credibilius suaderent. habes aūt qstionē cur et in multis desertis locis z in mōtibꝰ sepe appareant nullā aliā ludificationē exercentes q hoīes videant aut cognoscāt qua de causa inibi sūt. In hoc ergo ad pn̄s aliud dicēdū nō video nisi q ipa apparitio eoꝝ nō modica ludificatio est cum puocatio magna sit ad hoc vt cōsulant̄ vel requirant̄. Et ppter hoc vis z appropinquatio ad illusiones et deceptiones hoīm quoꝝ puitas ad familiaritatem eoꝝ manifesta est. hmōi eñ apparitiones curiosis z malignā astuciam hmōi spūum ignorātibus puocatio vehemens est ad collocutiōes ipsorum z familiaritatem conquerendam.

Q; pmissionibꝰ boni āgeli nō deserūt iniuncta sibi seruitia.

Q; angeli q apparent hoībꝰ p inuocatiōes sūt mali: p qd vel vn̄ hec apparent.

Q; demō aristo. mētitus ē se esse de celo veneris sacrificauit ari.

Q; venus stella non misit p p sacrificiū sibi oblatum spm̄ aristoteli.

Q; angeli si ponerēt̄ i celis non aiarēt eos nec ornarent.

Q; dicta pphetarū de militia celi nō itelligūt̄ de celis mobilibus.

¶ Propter quid demon dictus asmo-
deus in quodam deserto superioris egy
pti ab an gelo raphaele ligat⁹ extiterit.

¶ Capitulum.cliiij.

Uod si q̄s querit qualiter ar
changelus raphael religa-
uit demonez noie asmode-
um in deserto supioris egy-
pti: ⁊ qua de causa mutauit
ei carcerem i quo fuerat cū
aliīs. videlicet carceralē illā
habitationē aeris: de qua se
pe audiuisti. Dico q̄ expedi
ens ⁊ ꝑutile fuit vt firmaret̄ credulitas de ip̄o bo
norum angelorum ⁊ malorum esse ⁊ de potestate
bonorum angelorum sup̄ malos. Dico quia si re-
misisset archangelus raphael demoniū illud ad
carcerem pristinū aeris scz occulta esset illa icar-
ceratio nec roboraret credulitatem hanc: ⁊ verisi
mile est ip̄m demonium dare plerūq̄ sue religatio
nis indicia certa: hoc eñ in aliīs simili ter religa-
tis leges si mihi credideris i narrationib⁹ miracu
lorum que sunt apud gentē xp̄ianorum. Q̄ꝫ totū
fit ad firmandā credulitatē antedictam ⁊ fidē de
oīpotentia creatoris ⁊ cura q̄d circa hoīes et res
humanas. De hoc quoq̄ q̄d in lege sarracenoruz
legitur de haroz ⁊ maroz q̄ in antro quodam i ba
bilone incarcerati sunt. q̄d ⁊ mercurius magus in
libro veneris qui est par libri septem planetarum
rememorat: scito fabulā esse mēdacissimā ꝑpter
multas causas. Primo: q̄ sicut ibi dicit quasi de
insciencia arguerūt deū seculoruz. Scd̄o: q̄ con-
cupiscentia libidinosa dicit eos ibidem peccasse ⁊
eousq̄ ꝯcupiscentia hmōi exarsisse vt negare pa-
rati essent dn̄m seculorum. Tertio: q̄ expresse af
firmat illos dn̄o seculoꝝ seruiuisse mille septuagi
ta annis. ex quo consequens est non oēs malos an
gelos simul cecidisse eos oēs ꝑ supbiam: cum di-
cat istos cecidisse ꝑ libidinis cōcupiscentiā ⁊ apo
stasiam atq̄ ydolatriam vtpote qui vt ipse testat̄
parati fuerunt dn̄m seculoꝝ negare ⁊ venerē solā
absq̄ participe adorare cum in angelicā substātiā
concupiscentia hmōi cadere non possit. concupi-
scentia eñ ꝑpria ⁊ virtuti generatiue corporalis
quam impossibile est esse in abstractis substantijs
impossibile igitur fuit eos peccare concupiscētia
libidinis. Quod si dixerit quis q̄ ipsam virtutem
generatiuam assumpserint cū ipsis corporib⁹ non
effugiet quin cum oporteat confiteri ⁊ de aliīs vi-
ribus aīalibus similiter. Quapropter cogetur ex
necessitate ipsos sanctos fuisse hoīes vt autē an-
gelus homo fiat non minus impossibile q̄ꝫ ange-
lum hominem fieri.

Q̄ꝫ fabula est haroz ⁊ maroz fuerūt incarcerati in babilone.

¶ Quales sint mores substantiarū ab-
stractarum ⁊ de motu impartibilium et
de lucis operatione cum hic que sub eq̄-
noctiali habitantibus accidunt.

¶ Capitulum.clv.

De motib⁹ substātiarū abstractaꝝ.

Ostq̄ autē compleui sermo
nem istum de vbi substātiarū
istaruz ꝓut mihi possibile fuit
ex largitione creatoris: ⁊ ꝓut
occupatiōes ⁊ alia impedimē
ta ꝑmiserūt aggrediar sermo-
nem de motibus qui apparēt
in eis et qui etiam in vtraq̄ lege xp̄ianorum etiā
hebreorum attribuuntur eis. Incipiā igit̄ ⁊ dicā
q̄ iam dixit aristoteles in libro suo quem vocauit
auditum: q̄ motus est exitus a potentia in actum
continuus ⁊ non subitus: ⁊ intellige actū non mo
tum ip̄m: sed ad cuius acquisitio ꝑ motū intendit̄
Alioquin esset motus in motum omnē ⁊ ita infi-
nitum cum a potentia mouendi in actum mouen
di exitus esset motus. In quē similiter exit⁹ a po
tentia sua esset alius motus ⁊ in illū sīr exit⁹ a po
tentia sua esset tertius motus ⁊ ſm hunc modum
iret res in infinitum. Quapropter necesse eēt con
sequenter vt omnē motum p̄cederent infiniti mo
tus: ⁊ ꝑpter hoc infinita mota cum vnū impossi-
bile sit infinitis motibus moueri hanc infinitionē
motus corporalis sol⁹. Apparebit etiā consequē
ter cū ꝑscrutate consideraueris apparebit tibi li-
quido ipsam esse diffinitionem motus corporalis
solius apparebit etiam consequenter tibi imparti
bile non posse moueri motu hmōi hoc est cōtinuo
et hoc iam declarauit aristoteles i eodē libro. ego
autē addam tibi hic declarationes faciles ⁊ mani
festas atq̄ huic tractatui conuenientes. Dico igi
tur q̄ oīs dispositio q̄ est vel esse potest in substan-
tia impartibili impartibilis est ꝑtitione continui-
tatis: alioquin nō esset tota in impartibili quin po
tius minimum sui haberet in impartibili: ⁊ pluri
mum ymo totum: videlicet totalitatem essentie
sue haberet extra illud: ⁊ ꝑpter hoc totalitas ei⁹
esset extra proprium subiectum nullā oīno ꝑtem
sui habens in illo: sed solū punctum quēadmodū
quantitas continua non potest dici esse in puncto
Manifestū igitur est ꝑ hoc: q̄ ꝑtibilis dispositio
partibilitate ꝯtinuitatꝫ non pōt esse dispositio im
partibilis. In id aūt est motus vniuscuiusq̄ mo-
ti q̄ est vera ac ꝑpria dispositio illius. Impossibi
le igitur est motū impartibilis esse in dispositionē
impartibilem partitione hmōi: q̄ igitur oīs mo-
tus est cuiuscunq̄ moti est in aliquam dispositio-
nem vt acquiratur illi ⁊ omnis dispositio subiecti
impartibilis vel partibilis est. quod iam remoui
vel impartibilis erit ex necessitate omnis motus
hmōi substantie in dispositionem impartibilē: sed
oīs dispositio impartibilis acquiritur ex necessita
te subito ⁊ non ꝑ partes neq̄ ꝑ ꝯtinuitatē succes-
siones cū partes non habeat. Nihil aūt aliud est
exitus a potentia in actū q̄ꝫ acquisitio dispositiōis
quare oīs exitus a potentia in actuz hoc est dispo
sitionem impartibilem hoc est subitus et non con
tinuus. Iuxta hanc viam facile declarari tibi pōt
q̄ dispositionis predicto modo partibilis conti-
nua est ⁊ successiua non subita acquisitio. dico acq̄
sitio que motus est iam enim declaraui tibi in pri-
ma parte tractatus istius de vniuerso q̄ acquisitio
forme celi primum acquisitio corporeitatis eius su
bita fuit ⁊ non continua q̄m fuit creatio ⁊ non ge
neratio: ⁊ sic dico de dispositionibus oib⁹ p̄dicto
modo partibilib⁹ q̄ sunt opa immediata creatoris
videlicet q̄ sunt ꝑ creationē tm̄ q̄ acquisitio earū
subita est non continua: nec te conturbet error eo
rum qui opinati sunt operationem lucis subitam
esse ⁊ non continuam. Hoc eñ visum est eis ꝑpt
velocitatez ipsius ꝑpter quod apparet eis q̄ cito
sol in hortu est tam cito i oppositum ei⁹ q̄dcuq̄ re
motuz sit ab eo lumine eius relucere hoc autē im-

Q̄ꝫ impartibile nō pōt moueri motu ꝯtinuo.

Q̄ꝫ opatio lucis nō sit subito.

possibile esse multis vīis cognosces si ꝯsiderationem ī hoc feceris. Mutatio em̄ a tenebris in lucē si fieret ī instāti necesse esset vt in illo instanti ipm̄ qđ trāsmutat̄ a tenebris in lucē vel eēt tenebratū tm̄ vel luīatū tm̄ vel vtrūq₃ sil'. vtrūq₃ aūt sil' illud eē īpossibile est . ꝙ si tenebratū tm̄ nūdū igit̄ esset saltē incepta mutatio cū se hēret eodē mō prorsus vt prius: si vō luīatū tm̄ esset: igit̄ ꝑfecta totalr̄ ꝛ cōpleta mutatio: quare tūc nō mutaret̄ cū esset oīno mutatū quēadmodū nō intrat domū q̄ totꝰ irꝰ est nec exit eā q̄ totꝰ extra est nec acq̄rit aliq̄d qđ iā totū hȝ nec amittit illđ quo iā totaliter caret: sȝ iā illud totū amisit. ¶ Ampliꝰ cū splēdor ille a sole emicās totū ꝑtrāseat ꝛ ꝑcurrat aera quē totū illuminat necesse est vt priꝰ partē ꝑtranseat q̄₃ totum et p̄sertim cū ꝑs lumiāta partē sibi ꝯtinuā illuminet ꝛ illa aliā donec ꝑueniat̄ ad finē luīs necesse est vnāquāq₃ ꝑtiū priꝰ hēre lumē ī effectu q̄₃ gñare lumen aliud. Ut em̄ generet vel agat aliq̄d quodcunq₃ generātū ꝛ agētū necesse est ipm̄ esse priꝰ in effectu. ¶ Ampliꝰ. manifestū est lumen tenuari ac minorari ꝑ elongationē a luce ex qua emicat donec adnichiletur: alioqui virtꝰ lucis quācunq₃ parue esset infinitā: cū posset in infinitam opationem hoc est in infinitā illuminationē. Si em̄ aer esset infinitus quacunq₃ modica posset vt totā illuminationē illiꝰ necesse igit̄ est ꝑ ꝯtinuā hmōi attenuationē tandē venire ad cōsumptionē ꝛ adnichilationē ipsiꝰ. manifestū igit̄ est fortitudis maioris esse lumen in partibꝰ viciniorībꝰ ipsi soli q̄re et fortius motꝰ: ꝛ ꝓpter hoc velocioris. quanto igit̄ ꝓpinquiꝰ est lumen a sole emicās ipsi soli tāto fortioris ac velocioris est motꝰ: ꝛ q̄nto elōgatiꝰ tanto minoris ac debilioris virtutis. quapropter tanto tardioris ac remissioris motꝰ. Impossibile aūt est vt mota eodē tp̄e vel puncto tp̄is idē spaciū vel equalia spacia trāseūtia inequalis motus sint quapropter manifestū est de luminibꝰ inequalibꝰ ꝙ impossibile est ꝙ equalis velocitatis sint in illuminando seu emicādo qđ est corpus lumiabile ꝑcurrendo. Esset aūt necesse si subito qđ est ī pūcto tp̄is vnūquodq₃ lumē totū corpꝰ qđ illumiat ꝑcurreret. Idē em̄ spaciū vel equalia spacia vno puncto tp̄is ꝑtrāsirēt: ꝛ hec est ratio equalis motꝰ ¶ Ampliꝰ. in calore manifestū ē ꝙ nō subita est immutatio ab ipō ī ꝯtrariū nec ecōuerso: ꝛ hoc apparet ꝑ augmētū siue intensionē ipsius q̄ est arsio vel cōbustio. De qbꝰ manifestū est ꝙ nō subite sūt neq₃ in pūcto tp̄is ꝑficiūt̄. Oē em̄ qđ ardet vel cōburitur articulatim et successione cōtinua ardet vel cōburit̄: quapropter in calefactiōe ꝛ etiā in tepefactiōe eodē mō se hēre necesse est. In sonis q₃₃ hoc eundē est. prius em̄ videbis ꝑcussionē mallei vel alterꝰ instrumēti ꝑfici q̄₃ ꝑueniat ad te sonus hmōi ꝑcussiōis qđ si fueris supra ripā lati fluminis et in opposita ripa fiat sonora ꝑcussio sēsibilis apparebit tibi distātia inter ꝑcussionē istā et sonum eiusdē. nimis igit̄ crediderūt oculis suis ꝛ visui suo hoīes hmōi. Mirū aūt est si nō credūt solē bipedalis magnitudinis esse tm̄ cum visus hoc testificet̄: similiter ꝛ si nō credūt lumia sole multo maiorē esse ꝛ stellarū atq₃ planetarū vnāquāq₃ quomodo credent multo maiorē esse terra tota cōtra testimoniū visus sui. an vō credent declaratiōibꝰ demōstratiuis q̄ sup hoc iam inuente ꝛ scripte sūt a pilosophis. in hīs igit̄ ꝛ multis aliīs philosophia humanis cōsulit erroribꝰ. Debes etiam hic reminisci qualiter declaratū est in motu spere celestis ꝙ habitantibꝰ hoībꝰ sub equinoctiali alter colurorū orit̄ in instanti siue subito: ꝛ q̄m ortꝰ eius siue ascensio sup orizonta non hȝ morā vel successionē. Oia em̄ puncta q̄ sunt immediate circūferētie ipsius a parte orientali simul emergūt sup orizonta p̄dictū ꝛ ꝓpter hoc ortꝰ oīm illorū vel ascēsio non est plus q̄₃ ortꝰ vnꝰ ex eis. Unius aūt punctus ortus vel eleuatio sup orizonta in instanti ex necessitate ꝑficit̄. Silr̄ oīa puncta q̄ sunt imediate eiusdē coluri orientali simul eleuant̄ sup orizōta: quare tota illa medietas. Et ꝓpter hoc necesse est vt reliqua medietas videlicet occidētalis tota simul ꝛ subito occidat: non aūt ita est de equinoctiali apud illos habitatores et hoc est q̄m ꝛ ascendit sup orizonta non totꝰ sil' neq₃ aliqua ps illius sed neq₃ aliq̄s ortꝰ neq₃ etiā duo aliqua pūcta ipsius. qđ aūt dixi de coluro nō est nisi ꝓpter hoc q̄m colurꝰ nec hȝ spissitudinē neq₃ aliā dimēsionem ī ꝑte illa videlȝ ascēsionis sue: sed solā suꝑficialē tenuitatē de qua manifestū est tibi q̄ntum ad ascēsionem sue spissitudinis cū illā non habeat nec morari pōt nec extendere ascēsionē ipsius in morulam q̄ntūcūq₃ paruā: nec in aliquo vllo modo qđ excedat punctū tp̄is. Illi vō rōni quā induxi de illuīatione et tenebratione: videlicet an luminatus an tenebrosus sit aer q̄n mutatur a luīe in tenebras non est necesse ꝙ illi innitaris: qꝛ in impartibilibꝰ et spiritualibus mutationibus te induceret in errorem: nec s̄m vnā rationem dr̄ mutatio in corpalibus ꝛ spūalibus: ꝛ equiuocatio ista latet multos imperitos. et ꝓpter hoc cogūt̄ interdū cōcedere spūales mutationes cōtinuas ꝛ non subitas esse.

Q̄ȝ hītātibus sub eq̄noctiali alter colurorum orit̄ in instanti.

Scd̄a vō declaratio ꝙ impartibilia non mouent̄ vel mutant̄ mutatiōe ꝑtibili ꝑtitione ꝯtinuitatis est qꝛ cū ꝯsideraueris dispositiones substātiarum īꝑtibilū īuenies eas īꝑtibiles ꝑtitiōe hmōi.

Scd̄a declaratio ꝙ īꝑtibilia nō mouēt̄ motu partibili.

¶ Q̄ȝ nō habeāt vnitatē ꝯtinuitatis scie mathematice: ꝛ ꝙ mutatiōes āgelorꝫ nullo admiclo fiūt

¶ Capitulum.clvi.

Post hec igitur reuertar ad id in quo eram. et dicam: quia cum tot tamque mirabiles influentie descendant a fonte primo vniuersali super aias brutales. quomodo non multo plures longeque mirabiles descendant ab eodem fonte super istas sublimes longeque nobiliores longe receptibiliores magnificarum et mirificarum influentiarum substantias. Et licet in viribus apprehensiuis earum inueniatur interdum equalitas aut inequalitas: non propter hoc tamen similem equalitatem aut inequalitatem in virtutibus motiuis earundem semper necesse est inueniri: et de hoc multa exempla posita sunt tibi: et iam nosti exemplis precedentibus: quia non cogunt iste preeminentie vt debeas concedere diuersitatem secundum speciem in substantiis de quibus agitur: quemadmodum apparet tibi in canibus qui prediti sunt et preminent aliis sagacitati venandi et astucia deprehendendi latrones: tamen propter huiusmodi preminentias non diuersantur a quibuscunque aliis diuersitate que est secundum speciem nec vllo modorum verisimile est vt ciuitas illa seu aula aggregatione diuersarum multitudinum secundum speciem repleta sit et aggregatus illarum militiarum exercitus qualiter potest credi ex substantiis siue militibus secundum speciem diuersitatis cum societas illorum sit in vltimitate pacis et dilectionis: quam diuersitas secundum speciem pati non potest. Quis enim credat non multo maiorem esse absque vlla comparatione pacem ac dilectionem inter

hoies optime dispositos q̄ inter hoies et alterius speciei aialia. Quod si dixerit quis quia inter hoies qui glorificandi sunt cū in consortiū beatoꝝ illoꝝ spūum assumpti fuerit: et inter illos spūs nō erit ullo modoꝝ maior societas siue vnitas pacis et dilectionis q̄ inter hoies illos: licet manifestum sit ipsos hoies glorificandos diuersos esse s̄m speciem ab hmōi spiritibus. Respondeo in hoc q2 societas et equalitas glorie in vtrisq̄ phibebit ipedimentum et diminutionem societatis et dilectionis q̄ alias pstaret hmōi diuersitas quēadmodū contingit plerūq̄ q2 nulla propinquitate sibi inuicem attinentes hoies ex conuictu vel alia societate nō minus se inuicem diligunt q̄ multi qui inuicem sunt fratres.

Q2 dilectio ex societate causatur.

¶ Q2 alique denominationes sunt communes deo et angelis: similiter de vario modo presentandi se creatori.

¶ Capitulum.clxxxi.

Et q̄m nominationes angelorum et archangelorum designationes tm̄ sunt officioꝝ exteriorum et q̄ exercentur in alios nihil de substātialibus aut naturalibus substantiarū hmōi nos scire facientes septem ordinum aliorū cognominationes solercius et perscrutatius tibi cogitāde sunt. Noiationes eīm ille proprie creatoris esse videntur et hmōi substantiis eadem largitate qua et influentie donoꝝ et gratiarum ab ipso creatore cōicate quēadmodū enim ipse primus propheta et legis hebreoꝝ lator dixit Deus noster ignis consumens est: et alius iterum propheta non est qui se abscondat a calore eius. sic veracissime si hoc vsus loquendi haberet seraphi diceretur cum sit in se totus id est pure ardens et incendium aliorum que incensibilia sunt et calefaciens eorum que calefactibilia sunt calore huiusmodi qui est calor spiritualis id est amor: et iste ardor siue igneitas in ipso vel apud ipsum nō est nisi bonitas et pulcritudo ipsius quibus intendit amore suo eos qui proximi sunt ei: et propter hoc tota illa ciuitas glorie ipsius ardet ardore incogitabili ardore scilicet dilectionis ipsius ad ardorē vix tepor dicendus est amor q̄tūcunq̄ fortis aut vehemens quo in vita ista diligitur: et istam differentiam fecit nos intelligere alius ex prophetis hebreorum dicens. Viuit dominus cuius ignis in syon et caminus in hierusalez pculdubio ignē vocans dilectionem qua creator in hac vita diligitur a dilectis et electis suis. Caminum ṽo illam qua in statu glorie illius diligitur. Ipse ṽo creator in se et apud se fornax est viuifica ac spiritualis ardoris fornax inq̄ icogitabilis immensitatis: ex qua creaturarū vniuersitas tota calet. Calet eīm quicquid calefacere possint creature ex minimis earum et ignobilioribus hoc est ex sensibilib⁹ manifestum est. Quis eīm non videat quātum ardeāt auari et cupidi et aliis viciis laborantes homines: ardent inq̄ amore creaturarum sensibilium. hic igitur ardor et hmōi inflammatio manifestum iudicium est caloris quo calent creature sensibiles

Q2 nomiatio seraphi ꝯgruit pr̄i et filio.

amatores suos taliter inflammantes. Quod si dixerit quis quia non est hoc ex calore quo caleant: sed ex peruersitate est male amantium. nemo tamen dubitat quin creature omnes ipsa bonitate et pulcritudine sua amabiles sint et amores flammas apte nate et potentes accendere in cordibus eas prudenter et recte considerantium: et hoc est quod vocam⁹ i eis calorem quo calēt et virtutem calefaciendi qua calefaciūt inspectores et consideratores suos. ex quo duo tibi manifesta esse debent: videlicet q̄ immensa sit q̄tq̄ incogitabilis fornax siue caminus bonitas et pulcritudo creatoris ex qua omnia sic calent: et cuius vestigia sunt omnes calores huiusmodi. Neq̄ enim bonitates et pulcritudines creaturarum aliud sunt q̄ vestigia permodica bonitatis et pulcritudinis creatoris. Secundo manifestum est tibi ex hoc q̄ vehemens sit ardor amoris in eum eorum qui non solum e proximo ei sunt: sed totaliter in eo et ex illo igniti: quēadmodum ferrum candēs ex igne. Vides igitur quia quibusdam incendium se exhibet bonitate sua et pulcritudine creator inflammans eos et igniens et dixi. Et hij sunt sancti ac beati spiritus et anime humane que in consortium glorie ipsorum iam assumpte sunt: quibusdam vero calorē tm̄ se exhibet videlicet dilectis et electis suis quos in vita ista p cōgruētia psentis status amore suo calefacit atq̄ viuificat. Alio autez modo sicut iam dixi nulla ex creaturis absconditur a calore eius. Omnes enim calide sunt calore ipsi⁹ hoc est cōsideratores et inspectores suos calefacere vt supra dictū est apte nate sunt: et hoc non est aliud dicere nisi q̄ ipsa pulcritudie sua et bonitate amabiles sunt et amorem sui ingerentes naturaliter spectatoribus et consideratoribus suis. Rectū autem et sanctum amorem recte pieq̄ considerantibus ipsas: ita vt per eas non solum amabilis creator benedictus appareat sz etiam ametur per eas non autem propter eas: hoc enim est amoris peruersitas. Ipse enim propter creatorem diligēde sunt ad quem cognoscendum diligendum et venerandum multipliciter adiuuant recte sancteq̄ philosophantes. Vie namq̄ sunt eis ad ipsuz cognoscendum diligendum et venerandū. Et propter ipsum sunt quoniam ipse est finis vltimus et vnicus earum Quapropter eis vtendum est vt viis quibus et per quas venitur ad ipsum nullo modorum autem abutendum est creatore videlicet vt ipsa via habeatur ad ipsas et ille finis ad ipsum qd indubitanter facit qui propter eas et non per eas diligit creatorem. Propositio enim que est propter designatiua est finis siue finalitas. Illa vero que est per designatiua est vie et medicationis. Isto quoq̄ modo calendi siue caloris tanto vehementius calet ordo seraphin creaturis sensibilibus quanto pure et diuine pulcritudinis et bonitatis habundantiorem expressioremq̄ similitudinem accepit: et hoc est dicere quia tanto amabiliores sunt sua ipsa pulcritudine et bonitate substanticille q̄ de ordine seraphin sunt q̄ creature quecūq̄ sensibiles quāto donis illis duob⁹ antedictis ppē suis decorate qd aūt iocūditatis quid sāctarū spiritualium que deliciarū habeant aspectus earum et alloquia. Et omnis oīmodo appropinquatio earum ad hoies illi soli norunt quibus datum ē hoc

Q2 creature igerunt amorez sui ꝯsiderādo.

sentire et earũ frequentia gloriari: Apparet autẽ et hoc ex lege hebreorũ ꝛ sermonibus prophetarum: et potissimum ex narrationib⁹ miraculorum et exemplis sanctorũ q̃ apud gentẽ xp̃ianorũ ueniũtur. Apparet etiã ex cõparatione sensibilium ad sp̃ualia. si tñ aliqua cõparatio est pulcritudinis et voluntatis sensibiliũ ad pulcritudinẽ ꝛ bonitatem sp̃uales. si eñ qḋ nullaten⁹ tibi dubitandũ est sup oẽm cõparationem maiores sunt pulcritudo et bonitas sp̃uales pulcritudie ꝛ bonitate sensibilibus. et hec due vtrinq̧ hoc est in vtrisq̧ creaturis hoc est in sp̃ualib⁹ ꝛ sẽsibilib⁹ simul sumpte sũt ipsa amabilitas earum erit amabilitas sp̃ualiũ sup oẽm ꝑparationẽ maior amabilitate sensibiliũ. q̃re sp̃uales substantie incõparabiliter magis amabiles sunt substantijs sensibilibus: ꝛ ꝓpter hoc euidenter incomparabiliter calentiores siue calidiores calore hm̃oi. Scito ꝛ cum hũs q̃ ꝑcesserũt q̃ lex ꝛ doctrina xp̃ianoꝝ expresse hʒ q: ipse de⁹ caritas est id est gratia dilectio qua diligit: nõ eñ aliено vel vllo modorum aduentitio calore calet in ea que diligit: sed proprio ꝛ essentiali ꝛ in vltimitate gratie gratuito. Quod si seraphin ex officio intendens intelligit ipse dei filius et legis lator xp̃ianorum istud officium se suscepisse confitetur euidenter dum dicit in eadem lege ignem veni mittere in terram et quid volo nisi vt accendat. Ex isto igit officio seraphin rectissime itelligitur ipse creator benedictus: ꝛ primo sicut p̃dixi ex ipsa vltimitate pulcritudinis ꝛ bonitatis sue ex quib⁹ est fornax et caminus incogitabilis ardoris oẽs illas sp̃uales milicias exercituũ antedictorum flammas et igneus vt audiuisti. ꝓpter qḋ celũ vltimũ empireum noĩatum non immerito forsitan q̃s existimet. Empireum eñ valde igneum ꝛ ignitum interpretatur. Ardet eñ totum celũ illud ardoribus incogitabilis suauitatis queadmodũ clibanus succensus cuius substantia nequaq̄ ardet: sed ligna in eo posita: sic non ipsa substantia celi empirei ardẽte: sed illi sancti et deo dilecti exercit⁹ q̃ i eo collocati sũt. Verissime igit dicit ardẽs queadmodũ predixi sicut clibanus succẽsus. Debes hic reminisci q̧ quidã ex ꝓphetis hebreoꝝ ipsum sathã inter lapides ignitos fuisse dixit. Intelligens proculdubio lapides ignitos illos sanctos ac beatos sp̃ũs: non q̧ tunc igniti essent illa sancto ac suauissimo ardore amoris qui pars potissima glorie illius est: sed ardore potius naturalis amoris q̃ tanto in eis erat ardentior q̃to ꝛ maiora beneficia et magis se a creatore accepisse cognoscebant. nihilominus tñ q̧ dr̃ ignites ad aliḋ tp̃s referri conuenienter ꝛ recte potest sub hoc intellectu inter lapides ignitos fuisti hoc est q̃ nunc igniti sunt: recte eñ intelligit inter lapides ignitos fuisse qui vel inter eos qui igniti erant vel qui nunc igniti sunt fuit. et qm̃ oẽs illi sp̃ũs qui de ordine seraphin sũt rectissima fortissimaq̧ dilectiõe creatorẽ diligũt necesse est vt gloriam eius totis studijs ac viribus querant. quare qm̃ pars potissima glorie ipsius est dilectio qua ipse diligitur necesse est eos tota diligentia intendere ad hoc vt creator ab alijs prout dignum et iustũ est diligatur. quare necesse est eos inuitare et prouocare ad dilectionem creatoris ꝛ inducere modis quib⁹ eis possibile est ad hoc vel homines vel angelos etiam si talibus indiguerit

De⁹ est caritas.

Quõ itelligitur seraphin fuisse inter lapides ignitos.

adiumentis. Hoc autẽ est apud eos tanq̄ ex officio intẽdere alios amore creatoris. Manifestum igitur est p hoc q̧ toti ordini seraphin cõgruit ex officio dilectionis qua creatorem diligunt intẽdere alios ad id ipsum. Jam igit declaratũ est tibi p me q: duob⁹ modis cõgruit creatori noĩatio seraphin videlicet tam ex natura q̃ ex officio. et ex natura quidem duobus modis. Ardet eñ in se queadmodum fornax aut camin⁹ sp̃ualis aut viuifici amoris. Ardet etiã in alios quos ipsemet se diligere testatur i sermonibus ꝓphetarum et nihilominus intendit ex inire dignationis officio suscepto quo dixit se venisse ignem mittere in terram ꝛ adiecit quid volo nisi vt attendatur. tribus ꝟo modis congruit ipsis sanctis ac beatis spiritibus qui in ordine seraphin cõstituti sũt: ꝛ istos modos nõ est necesse vt repetam tibi.

Q̧ officiũ seraphi est itẽdere amore creatoris.

¶ Quare cherubin supra seraphin non descenderunt: ꝛ quomodo angeli eiusdem ordinis dicãtur iure quales: deq̧ causalitate dilectionis dei.

¶ Capitulum. clxxxi.

Nominatio ꝟo seraphin cherubin qua plenitudo scientie vel fusio sapientie intelligitur in primis ꝛ maxime congruit seu cõpetit creatori et appropiate sicut audiuisti dei filio. Sanctis ꝟo ac beatissimis spiritibus qui beate in illo ordine quem cherubin nominant ex habundantissima influentia sapientialis luminis ex lumine primo. et p hanc cõicata est ei denominatio ista ab ipso fonte luminis plenissimo ac redundãtissimo. Quod si quis dicat sicut in p̃cedentibus audiuisti q: non minori influẽtia inundauit super seraphin fons luminis. Hũs q̃ sup hoc i p̃cedentibus dixi adijcio nunc quia nihil ꝓhibet aliquibus luminibus scientie vel sapientie illustratos esse cherubin q̃ tñ sup seraphin nõ descenderũt. multi eñ sunt atq̧ immensi ꝛ inscrutabiles thesauri sapientie creatoris et potuit aliq̧bus ex illis ditere cherubin quibus ex causa q̃ apd ipm̃ est non placuit ditare seraphin vel nõ coniq̧ queadmodũ manifestum est cum et fecisse et facere adhuc in hoĩbus. non eñ easdem artes vel scientias vel eadem artificia oĩbus largitur ꝫ neq̧ illis quib⁹ eadẽ tribuit equalia vult esse. Non eñ oẽs eandem scientiam vel idem artificium habentes in illa vel in illo equales sunt sic se habet ꝛ de virtutibus oĩbusq̧ donis quibus gen⁹ humanum ornat ac pficit. Verisimile igit est alicui⁹ preclare ac p̃minentis sapientie donatum fuisse cherubin quo forsitan non est donatũ seraphin. sed ꝫ datum eñ suũ p̃bet illem diligentibus se. nec põt quisq̧ conqueri sibi factam iniuriam si non tm̃ ei datum est de lumine scientie vel sapientie q̃tũ alicui alij queadmodũ luna conqueri non põt q̧ nõ tantum luminis ei q̃tum datum est soli: nec stella mercurij conqueri potest nisi iniustissime q̧ nõ ita splendet vt stella veneris. mensurauit igitur creator dona sua beneplacito sue optime ac liberrime voluntatis sic forsitan ꝛ de seraphin videat alicui alicuius amoris priuilegio obtinuisse nomen ardoris et incendij. vnus enim ardor amoris sancti zelus est rectitudinis quo multi ex dei electis ꝛ di

Q̧ cherubin ꝛ seraphin aliq̧bus lumib⁹ sapie fuẽt illustrati q̃ re nõ descẽderũt sup seraphin.

lectis aliis non minoribus p̄minere videnť. Non
eñ necesse est vt quicunq̧ maior est zelator dei ma
ior sit ⁊ amicus ipsius qm̄ i aliis amoris ramis po
test alius esse p̄stantior. Magis eñ amicus videť
interdum qui magis amico compatiť: ⁊ magis at
q̧ libentius miseriam eius aut supportat aut con
solatur eo qui irrogatam amico iniuriam alicui⁹
vindicat. Plerūq̧ etiā ex ꝓpensione beneficētie
magis amici iudicanť. Nonnunq̄ etiā ex negligē
tia vel sustinentia dāpnoꝝ que ꝓ amicis incurrūt
iuxta sermonem sapientis quo dictum est qui ne
gligit dāpnū ꝓpter amicū hic iustus est. hec autē
oīa induxi tibi vt itelliges sermonē sancti ac sapiē
tis istius qui dixit ordines eiusdē ierarchie equa
les esse. quēadmodū eñ p̄eminētia i vno dono vel
arte vel artificio equalitatē in bonitate vel i ami
citia vt dixi non ꝓhibet apud hoīes: sic forsitā ne
q̧ ibi: q2 qđ minus h3 vnus ordo in aliquo donoꝝ
suppletur ei in p̄eminentia doni alterius: sicut q̄
minus h3 in zelo rectitudinis suppleť ei in ꝓpen
sione ⁊ amplitudine cōpassiōis. Nihil ꝓhibet igi
tur ordinem seraphin ⁊ ordinem cherubin equa
les esse in totalitate sue ꝑfectionis ⁊ multiplices
inequalitates habere atq̧ p̄eminentias siue diffe
rentias in partibus illius. hoc etiā iste sanctus ⁊ sa
piens dixit: q2 in ipsis eiusdem ordinis spiritibus
multiplex est inequalitas. Inter ipsos ꝓ primos
tres ordines q̄tum ad totalitates suas equalitas
et adduxit exemplū de vna et eadem aīa humana.
dicens: q2 in ipsa q̄tu3 ad vires ⁊ ꝑfectiones suas
iuenitur multiplex iequalitas: ⁊ ꝓpter hoc visum
est ei non posse mirandū si in vno ⁊ eodem ordine
in quo innumerabilia milia beatorum spirituum
sunt inueniť multiplex differentia et inequalitas
nec habet paruā admirationē ista inequalitas que
ponitur in partibus ad inuicē. In totis autē equa
litas. Qualiter eñ eiusdem ordinis sunt si inequa
les sunt. Et rñdeo in hoc q2 non oēs eiusdē exer
citus bellatores equalis fortitudinis aut dignita
tis esse necesse est: sed neq̧ eiusdem aciei: sic neq̧
stellas eiusdem signi aut eiusdē altitudinis a terra
equales esse oportet. l3 eiusdē ordinis sunt in situ
et positione sua. alia eñ differt ab alia i claritate ⁊
quantitate ⁊ forsitan in virtute si virtus est eis iux
ta positionem astronomoꝝ: cuius exēpla tibi sunt
pre oculis. Vix enim in aliqua constellatione ha
bente plures stellas q̄ quatuor inueniuntur tres
equales splendore vel magnitudine: q̄uis q̄ eiusde3
ordinis sint in altitudine id est in elōgatione sua a
terra vel a medio celi quod est mediū mundi. si qs
autē dicere voluerit q2 sapientia cherubin non mi
nor est neq̧ minus accepta creatori q̄ caritas se
raphin. quēadmodum sapientia filii non est minor
vllo modoꝝ q̄ caritas spiritussancti siue q̄ est spi
ritussanctus ⁊ q2 quēadmodū se h3 veritas ad ve
ritatem: sic similitudo ad similitudinē vel exēplū
ad exēplum siue signaculū ad signaculum. Et ꝓ
pter hoc cū seraphin ⁊ cherubin spiritussancti ⁊ fi
lii ymagines quedam ⁊ signacula expressissime si
militudinis illorū sint necesse est vt sicut est equa
litas veritatis ad veritatem id est sapientie que est
filius ad caritatem que est spiritussanct⁹ sic sapiē
tie qua illustrat⁹ est cherubin ad caritatem qua ar
det seraphin necesse est equalitatem esse per oīa.
Non improbo sermonē istū q̄uis apud nos longe

Q; magis sit amici.

Qualiter stat q̄ āgeli inequales sint eiusde3 ordis.

aliter sit. hoc autē est qm̄ sapientia apud cherubin
siue in illo non solum bina est: sed etiam vita. vita
inq̄ beata beatitudine cōpleta: ⁊ ꝓpter hoc actus
in vltimitate ꝑfectionis sue. Apud nos autem est
habitus sopitus seu dormiens excitatione ⁊ euigi
latione indigens ad hoc vt exeat in actū suu3 hoc
est vt operetur operationem suam: ⁊ est fortissima
et inseparabilis vnio siue vnitio intellect⁹ ipsorū
cherubin ad primū ⁊ sapientiale lumē. Apud nos
autem non sit qn̄ potius ad modū tenuis aspersio
luminis illius ꝓpter multiplices tenebras quib⁹
inuoluimur ⁊ desipiētiā palati cordis nr̄i: qua de
febre originalis corruptionis icessāter nobis bo
na vel male sapiūt vel minus bona q̄ bonitas eo
rum requirat. Quod si dixerit quis ipsam carita
tem similiter se habere apud nos ꝓpter eandē cau
sam desipientie sc3 spūalis quā ex naturali corre
ctione vt p̄dixi patimur. Respondeo in hoc: quia
caritas qua in hac vita creatorē diligimus: l3 pe
ne torpor sit ⁊ quasi modicus igniculus cōparatio
ne ꝑfectione quā ne dicam in beatissimis ac san
ctissimis seraphin: sed etia3 in aīabus humanis iā
glorificatis et habet ⁊ habitura est immediata: ta
men est ad ip̄m creatorem: ⁊ incedo imediatione3
istā siue coniunctionē absq̧ medio q̄ ea siue ꝑ eam
creator benedict⁹ hic diligitur: ⁊ intendo q2 ꝑ se
metipsum. Quapropter mens hūana dilectione
hm̄ōi vnitur ei quasi ad nudū ⁊ non sub operimen
to neq̧ ꝑ semetipsas cognoscunť hic nisi a rarissi
mis atq̧ paucissimis et eximio splendore ꝓpheti
co illustratis: sicut diciť in lege hebreoꝝ de quodā
ꝓpheta: q2 deū facie ad faciē videbat et ei nō ꝑ vi
siones ⁊ sompnia loquebať: ⁊ de aliis qbusdam in
vtraq̧ lege hebreoꝝ: sc3 ⁊ xp̄ianorū scriptum est:
sed egregius iste splendet rarissimorū vt dixi atq̧
paucissimorū etiā ꝓphetarū est. Creator autē be
dictus nō videť hic ꝑ se neq̧ ad nudum: sed quasi
sub operimento ⁊ nube vniuersi: quēadmodu3 sc3
sub nube densissima ⁊ sicut aīa humana non vide
tur neq̧ cognosciť ad nudū in corpore: s3 sub ope
rimento corporis ꝑ motū ⁊ alias opationes quas
exercet in illo ⁊ ꝑ illud quodammodo videť atq̧
cognosciť sic creator sublimis ꝑ ip̄am mundi gu
bernationē atq̧ ꝑ apparitiones qbus mundū ad
ministrat ⁊ regit itelligibiliter cognosciť hoc mō
forsitan diceret aliquis substantiam q̄ sustinet decē
p̄dicamenta sub operimento ⁊ circūuestione acci
dentiu3 sensibiliū videri vel cognosci: ⁊ de hūs exē
plis sunt sermones autentici multi in legib⁹ p̄di
ctis in lege q̄ppe xp̄ianoru3 ⁊ doctrina p̄cipua ar
denter legiť: q2 videm⁹ nunc ꝑ speculu3 i enigma
te tunc aūt hoc est in statu glīe videbim⁹ facie ad
faciem. ⁊ ali⁹ iterum sermo in libro eodem inuisi
bilia dei ꝑ ea q̄ facta sunt visibilia intellecta qđ est
dicere intus lecta conspiciunť: sempiterna quoq̧
virtus ei⁹ atq̧ diuinitas: ⁊ alius iterum sermo de
hoc est videbimus eum sicuti est creatorē sc3 non
est igitur mirādū si melior est caritas qua creator
a sanctis ⁊ electis suis in hac vita diligiť: quez sa
pientia qua ab eisdem in eadē vita cognosciť eo q̄
q̧ approximet seq̧ ipsa diligentes ip̄m absq̧ me
dio ei contingat ⁊ viuat: p̄dicta aūt sapientia q̄si
foris stans ad fores si creaturarū siue pro foribus
ad ip̄m nullatenus attingat. Adiuuať aūt sermo
iste ꝓbatione vt videri tibi potest valida ⁊ irrefra

Q; apud nos caritas ⁊ dilectio mag; accepta est deo q̄ scia

gabili quã dixi tibi ponã hic. si eñ non minus bea
ti aut minoris glorie erit in statu illo ꝑfectionis
vltime vis nostra apprehensiua nobilis aut vires
si duas vis ponere motiuas videlicet cõcupiscibil'
et irascibilis superiores quales igiť erunt beitudi
nes virium istarum quare sapientia illa vltima scꝫ
illuminationis non minor futura est ꝙ caritas il-
lius vltimi ac supremi ardoris. ¶ Amplius. cum
non minor sit vllo modorꝫ pulcritudo ac luminosi
tas ꝙ bonitas eiusdẽ neqꝫ minor aut minus cõue-
niens cõiũctio visus interioris nostri ad illam ꝙ
virtutes nostre concupiscibilis nobilis ad bonita
tem ipsius. non minor igiť erit delectatio nec mi-
nus gaudium vllo modorꝫ p̄dicte nostre virtutis
apprehensiue ꝙ p̄dicte motiue quare nec minor.
manifestum igiť est tibi ex his qꝛ nihil ꝓhibet sa-
pientiam cherubin equalem esse caritati siue dele
ctationi qꝛ ardet seraphin nec minor est alterius
applicatio siue cõiunctio siue vnio spũalis et gſe
alterius ad creatorem ꝙ alterius.

¶ De ratione denoĩationis seu cogno
minationis ꝛ designationis thronorꝫ.

¶ Capitulum. clxxxiii.

Thronorũ ꝟo cognominatio
designatio ẽ stabilissime qe-
tis et regalis magnificẽtie
seu glorie quibus sedet fir-
miter ꝛ imperturbabiliter ĩ
ipsis sanctissimis spiritibus
qui throni cognominati sũt
Hds enim est in regali glo-
ria ꝛ magnificentia creato-
ris tantuꝫ gaudiũ: tamqꝫ pacata quies vt eñ in-
ster sedis aut throni portare videanť. intuentes
eñ ipm regem dominantissimũ seculorum in re-
gali gloria sua q̃ non est ei vllo modorũ aduẽticia
sed natiua et essentialis. non gaudere non glori-
ri incogitabiliter vllatenus possunt nullatenus ei-
dem insepabilit' incõcupiscibiliter non adherere
et subseruire: non eñ parua gloria est regem suũ
in tanto decore ꝛ gloria incessanter videri: p̄serti
ab eis qui eũ incogitabiliter diligunt qui ei seruire
verisimile ac beatissime regnare esse lucidissime
cognoscunt qui regi ab eodẽ gloriã supmundanã
et inestimabilem esse sciunt. et ꝓpter hoc de ptã-
te eius regia et de regali eiusdẽ ipsius gloria sup
oẽm nostrã estimationem ꝛ cogitatuꝫ gloriantur.
Propter hec igiť eis sedẽ ꝛ decore regio ac glo-
ria quiescere merito diciť rex dominatissimus rex
seculorũ oim. Ponať autẽ exẽplum tertiũ istorũ
sanctissimorꝫ ordinũ in tribus puellis: quarũ ma-
trem noui ꝛ fratrẽ vnũ. Prima earũ mirabiliter
gaudebat de potestate creatoris. Secunda de sa-
pientia illius. Tertia de bonitate ipsius. et incre-
dibiliter sibi complacebant in illis. quid ergo mi
rum si tres illi beatissimi ordines ex sensu et frui
tione creatoris gaudent ꝛ gloriaň sibiqꝫ cousqꝫ
complacent in illis vt inde ꝛ luminosi ꝛ gloriosi
sint qñ tres ille puelle ex tenui adumbrateqꝫ con
sideratione illarum tanto gaudio ꝑfundebantur
Et iam dixi tibi qꝛ potestas creatoris non est con-
sideranda vel recogitanda vel in formis siue ma
terialis vel irrationabilis quin potius viua sapiẽ
tia luminosissimaqꝫ ꝛ ꝑ modum omnẽ in vltimi-
tate formalitatis decora. quapropter nullo modo
rum minus verificans thronos sanctissimos: qui
appropinquata intentione ei adherent atqꝫ supserui
unt: eamqꝫ intuentur ꝙ bonitas beatissimos se-
raphin aliqua sapientia luminosissimos cherubi.
Hec igitur de tribus ordinibus istis ꝛ cognomina
tionibus eorum infra dicta tibi fu. t iuxta possibi
litatem meam.

¶ De duabus denoĩationibus cherubin
scꝫ et seraphin primis additis: ꝛ quare
isti ordines dicanť pennati ꝛ occulati.

¶ Capitulum. clxxxiiii.

Alias quoqꝫ nominationes du-
as abiecit duobus primis ordi-
nibus. theologus iste vocans che
rubin ꝛ seraphin oculosos atqꝫ
pennosos ordines: quas indu-
bitanter a prophetis hebreorũ
accipere potuit vel etiã accepit
plena eñ oculis ante ꝛ retro atqꝫ intus ꝛ foris scri-
psit aĩalia quedam ex ꝓphetis hebreorꝫ. oculi aũt
autẽ nõ possunt intelligi ĩ sanctissimis ac beatissi
mis spiritibus nisi indita vel insita eidem sapientia
lia lumina. et multo magis ꝓprie ac vere lumina
et multo magis ꝓprie ac vere lumia eius oculi di
cenda sunt ꝙ instrumenta videndi si ad causam vi
dẽdi ꝑ se respexit ꝓpheta corporaliter. magis eñ
ꝓprie videmus visu ꝙ occulati sic ꝛ huius luminibus
magis vidẽt ꝛ magis ꝓprie visione spũali p̄noiari
spũs ꝙ nos videamus oculis visiõe corporali. Sci
to scdo qꝛ lumia ista siue nature sint siue glorie ma
gis infixa sunt eis ꝛ magis inseparabiliter adhe-
rentia: hoc est longe difficilius separabilia ꝙ oculi
corporalis a nobis ꝛ conuenienter oculosi ꝛ pleni
oculis dicti sunt cherubin ꝓpter plenitudineꝫ lu
minum istorũ ꝙ ipsa eorꝫ cognominatio sonat ex-
presse ante ꝟo ꝛ retro plena oculis dicta sũt pro-
pter plenitudinẽ sapientialis cognitionis eorũ qꝫ
sunt ante id est spũalium et eternorꝫ: ꝛ eorꝫ q̃ sunt
retro id est corporalium ꝛ tpaliũ vel eorũ que sunt
ante id est querenda vel eligenda. et eorum que
sunt retro est relinquenda vel postponenda iuxta
hunc modum plena oculis intus et foris propter
plenitudinem scientialium luminum quibus ad luci
dum intuentur iteriora ꝛ exteriora ꝛ sunt spũalia
et tẽporalia vel interiora sua hoc est naturalia sua si
ue essentialia ꝛ exteriora sua hoc est aduẽticia a fo
ris ex prelarga beneficia creatoris sibi aduenticia
Et intendo qd in se vel ex se sint ꝛ quid ĩ se vel ex
se habeant plene cognoscentia quidqꝫ imo. Iteꝫ
et ex quanta ꝛ qualia ex munificentia creatoris ac
ceperint iugiter considerantia iuxta hanc viã itel
ligere debes illud qd dicitur ĩ circuitu plena ocu-
lis hec enim plenitudo nõ est nisi luminositas cir
cũspectionis qua ea q̃ supra ipsa sunt ꝛ post ea et
circa ipsa circũspecte cõsiderant aĩalia illa beatis-
sima. Et qualiter erga vnũquodqꝫ illorũ se habe-
re debeant qualiter illis vel frui illa oporteat sa-
pientialiter pleneqꝫ cognoscũt. Quod si quis cir
cuitum istum oculorꝫ eorꝫ p̄sentium et futurorum
circũspectionem intelligat eorum inq̃ p̄teritorum
atqꝫ futurorũ ꝛ p̄sentium quorꝫ sapientiali cogni-
tione illustrata sunt itelligať nõ est errare putãdo

¶ Qꝫ non solum duo ordines cherubi
et seraphin pennosi ꝛ oculosi dicuntur:
verumetiam ceteri. Cap. clxxxv.

PEnnosos vero ordines sublimes illos sp̄us q̄ de ordine seraphin sunt vocasse videt iste sāct⁹ ꝛ sapiēs ꝛ accepisse hoc ex sermone ꝓphete q̄ dixit q꞉ seraphin stabat supra tēpluz sex ale vni ꝛ sex ale alteri: ꝛ q꞉ duab⁹ velabant faciē eius et duab⁹ velabant pedes eius ꝛ duab⁹ volabant: et ex simili ꝙ ali⁹ propheta dicit ꝙ vnū duab⁹ alis corpus suū tegebat et alterum similiter velabat. Sciendū tñ est tibi q꞉ iste sanct⁹ ꝓpheta illa criminalia noīat cherubin: ꝛ ꝓpter hoc nō soli seraphin pennosi ordies intelligendi sunt q̄n poti⁹ si diligenter cōsideres omnes ille sublimes substantie pēnose sunt et etiam oculose licet ista duo ordinib⁹ seraphin ꝛ cherubin appropriata quadā significatione attribuātur. penne eñ in eis intelligi non possunt nisi dona virtutū et grārū quib⁹ absq꞉ omni terreno fulcimēto ꝛ āminiculo stant in sublimi beatitudinis sue. hoc eñ est ꝓpria virtus vna siue proprietas ex multis virtutib⁹ ꝛ ꝓprietatibus. penne aūt sublimes sunt ī eis virtutes ꝛ gratie antedicte ꝛ ad terrena ꝛ īferiora ꝑ se nullaten⁹ intendentes: neq꞉ inclinabiles inclinatione qua declinēt huius sp̄us a sublimitate felicitatis sue. Quis eñ interdum ad exteriora vel inferiora officia iussu creatoris veniant ab initio tamen ꝛ sublimi ſpe contemplatiōis sue nec exeūt nec recedūt: ꝛ hoc declarabit tibi in sequentib⁹. alioquin inestimabile detrimētum seu dāpnū ex iussu creatoris ꝛ obedientie sue bono incurrerent quotiens huc mittunt si felicitas illoꝝ et ad gloriā vel ad momentū interpellaret. Quod apparet ex sermone ꝓphete dicētis ad ip̄m creatorē q꞉ melior est dies vna in atrijs tuis sup milia in quo sermone intellexit sup infinita milia dierū aliorum. Causa autē in hoc est q̄m nō est comparatio felicitatis diei vni⁹ glorie illius ad quodcunq꞉ milia felicitatis vite p̄sentis. et hoc iam declaratum est tibi per me etiam generaliter bonorū presentiū ab bona illa future glorie nullam oīno esse comparationem. Quod si vni⁹ diei glorie illi⁹ ad milia presentis quantecūq꞉ felicitatis non est cōparatio ergo nec vnius hore glorie illius ad quodcunq꞉ infinita milia p̄sentis felicitatis: si eñ vni⁹ hore esset comparatio ad illam cum vniuscuiusq꞉ hore addicere suum comparatio certa sic esset ꝛ vnius diei ad eandem. Omniū eñ duoꝝ adinuicē comparabilium siue proportionem adinuicē habentium si alterius est proportio ad quodcūq꞉ tertium erit: ꝛ reliqui ad idem tertiuz eodemmodo se habet et de quacunq꞉ particula quantacunq꞉ igitur particula diei interrumpet gloria vniuscuiusq꞉ ex istis sanctis ac beatis spiritibus inestimabilis dampnum seu detrimentum glorie illi⁹ incurreret. Et propter hoc incogitabiliter dampnificarentur pariter absq꞉ miserabiliter illi qui cōtinue cum hominibus commorantur: quēadmodum illi in sermonibus prophetarum pricipes regionū atq꞉ ꝓuinciarum vocati sunt. Taceo de hijs q̄ assidue cū homines sint familiaritate iocundissima siue custodia saluberrima de quib⁹ audies in eis q̄ dicentur tibi post hec.

¶ Q꞉ virtutes ꝛ dona substātiarū huiusmodi recte penne siue ale triplici ratione vocate sunt.

¶ Capitulum. clxxxvi.

REuertar aūt ad id in quo erā: et dicam. q꞉ virtutes ꝛ dona substātiarū hui⁹ recte penne nomīate sunt siue ale. Primū ꝓpter sustentatiuā vt dixi. deinde ꝓpter vim velocissime motiuā. Est eñ volat⁹ apud nos in aīalib⁹ velocissim⁹. Tertio ꝓpter pluritatē siue equalitatē q̄ naturaliter inuenitur in alis. non eñ sic est in pedibus aut in manibus etiā nostris. Dextera enim manus in hoībus et dextrum brachiuz fortitudine et agilitate excedūt sinistram manum ꝛ sinistrū brachium: fere in oībus hominibus. In paucissimis eñ econtrario inuenitur. Quarto ꝓpter societatem que est alis adinuicē in operatiōe sua. nō eñ mouet volatile cuius est altera sine altera: et ita se habebunt in virtutibus et dictis hm̄ōi substantiarum q꞉ societas est pax absq꞉ vlla rebellione et resistentia est inter eas: omnes seinuicem adiuuant tanq̄ consortes fidelissimi in motibus et operationibus suis.

¶ Q꞉ assignatio hm̄ōi pennarū a prophetis varie enarrātia nihil aliud est q̄ veritatis figuratio seu virtutum earum declaratio.

¶ Capitulū. clxxxvij.

NEc te conturbent antedicti sermones ꝓphetarū qb⁹ pene contrarie operationes attribute sunt alis ꝛ pēnis. volatio eñ ꝛ volatus antedicti contrarie sibiinuicem esse vīdentur opationes ꝛ alter eorum non facit mentionē expressam de volatu aīaliū illorum s꞉ insinuationē modicū tñ audiebā inquit sonū alarū quasi sonū aquarū multaꝝ. in quo īsinuat indubitāter motū alarū. ¶ Amplius. ambulasse dicit aīalia illa. cū ambularent īquit aīalia. Scito igit ꝙ in visione fiebant ista. in cuius expositione sapientissimi hebreoꝝ laborauerūt nec adhuc cā inuenisse eos puenit ad me. Silr ꝛ alteri⁹ ꝓphete narratio qua dixit: q꞉ duab⁹ alis velabāt faciē creatoris ꝛ duab⁹ velabant pedes ei⁹ duab⁹ aūt volabant. ¶ Amplius. iste posuit sex alas vtriq꞉ seraphim euidenter. Iste aūt nō posuit cherubin nisi duas. iterum posuit vtriq꞉ cherubin corp⁹ de quibus constat q꞉ incorporei spirit⁹ sunt et corpora non habētes. Apparet igitur tibi quia sermones isti sermones visiōis sunt ꝛ figurati veritatē ipsam rerū ꝛ est s̄m planum suum nullatenus designantes per similitudines ꝛ figuras longe aliud q̄ s̄m planum significantes. Ego vero non intendo tibi in hoc tractatu exponere visiones illas: quia grandem atq꞉ ꝓfundum ꝛ sup possibilitatē meaz tractatū exquirūt. Adiuuabo te tamen ad hoc vt nōnullum ingressum habeas ad ista que tam profunda tamq꞉ obscuritate nobis clausa videntur: et ex magna parte sunt. Dico igitur quia scd̄m vltimam intelligentiam suam inter sermones nō est contrarietas ꝓphetarum istorum: s꞉ s̄m planū cō

trarij videant sapientum autē hebreoꝝ opinio est
eandē veritatem subesse duab⁹ visionibus illis.et
idem videlicet sub diuersis signis ꝓphetas illos.
Manifestum enim est tibi spūales substantias nec
alas habere nec corpora neqꝫ pedes cum tñ alter
istorum dicat eorum pedem pedes recti : ꝛ planta
pedis eoꝝ quasi planta pedis vituli nec dubitan-
dum est tibi ipsos ꝓphetas hoc sciuisse: sed aliud
ꝙ scḋm planum suum figure ille continerent eis-
dem per eius figuras figuratum fuisse.

¶ Quot modis et quibus de causis il-
le beatissime substantie ex deo exire: ꝛ in
eundem reflecti seu redire intelligūtur
et de ratione cōicatiōis dn̄ationum in-
ter se ad dei honorem et seruitium dedi
catarum.

¶ Capitulum.clxxxviij.

ORdini ṗo t:ronorum adiecit ḃm co-
gnitionem vocans illum dei seruum
seraphin igneum ꝛ cherubin lumino
sum ꝓpter antedictas causas. Ordi-
nem vero thronoꝝ deiferū attendēs
intentionem throni ꝛ officiū p qḋ est
thronus ꝛ hoc est portare vel supportare sedentes
cuius nōnullum exēplū inuenitur apud nos. Por
tari eñ se faciunt siue supportari a familiarib⁹ su
is interdum reges magni apud nos: ꝛ hoc nō nisi
ad infirmitat; subsidiū nec ꝓpter casus siue cadē
di metum: sed poti⁹ ad honoris obsequiū sic verisi
mile est ꝓpter aliquem ita cogitare fas est hui⁹ fa-
mulatum thronos ꝛ deiferos p̄dictos p̄dictum or
dinem noīatum cherubin quoqꝫ dei nidum ex ali-
qua precellentia vt p̄dixi qua vel deum vel ex deo
sublimi⁹ videt. hoc est sicut ante dictū est ex aliquo
sapientiali lumine quo ceteris p̄fulget. Hec igit
sunt noīationes quibus nos voluit ꝙtū satis fuit
facere cognoscere ordines illos sacratissimos sa-
piens ꝛ sanctus ille. Sacros aūt principatus siue
ierarchias oēs ordines noīat : non propter pote-
statiua officia que habēt subditos sed qui īter sub
stantias creaturas principatū nobilitatis obtinēt
Et intendo principatū eminentiā siue supeminē-
tiam eiusdē. ꝓphetā ṗo qui visionem rotarū scri-
psit easdē substantias rotas intellexisse non īpro-
babiliter forsitan neqꝫ inconuenienter opinabit
aliquis. Si qs naturā earū pscrutatius cōsideret
videbit eam spūaliter eam circularem atqꝫ rota-
bilem. intentio eñ circuli est exitus ab vno et re-
uersio seu reflexio ad ipm. Tales aūt nate sunt be
atissime ille substantie vt totū qḋ sunt sicut ex deo
exeunt totū reflectant in eūdem. et intendo in re-
uersione seu reflexione ista totalē cōuersionem ad
ipsum. totam eñ ꝙ sunt totūqꝫ ꝙ habent ab eo et
ad ipm et sunt et habent. ꝛ quēadmodum eñ re-
ctitudo est exitus pur⁹ id est sine retrocessione seu
reuersione totaliter rotunditas exitus est cū tota
li reuersione. Vocate aūt sunt iste rote volubiles
audiente ꝓpheta sicut iste testatur qꝛ oēs mot⁹ ea
rum spūalis resolutio est ꝛ reuersio ad ipm princi-
pium a quo operant: et hoc est ḃm duos modos:
videlicet ḃm intentionē: ꝛ hoc est dicere qm̄ sicut
ab ipso siue ex ipso creatore totaliter operātur sic
et ꝓpter ipm. Secundo p virtutes gratitudinis
sicut eñ totum ꝛ qḋ sunt ꝛ qḋ habēt ex gratuita bo
nitate creatoris ꝛ sunt ꝛ habent: sic totum p virtu
tem gratitudinis et attribuunt ꝛ p gratiarum iu-
gem actionem seu collaudationem totū in ipsum
reflectūt siue refundūt. Potest ꝛ tertio modo ro-
tunditas seu circulatio ista itelligi videlicet i hoc
qꝛ totū qḋ sunt totūqꝫ qḋ habēt non sibiipsis sunt
vl sibiipsis amāt: sed creatori benedictio cui totū
sunt qḋ sunt ꝛ totū viuunt qḋ viuūt. In nullo aūt
sibi scientes hoc esse rapinam dāpnabilez si qcqꝫ
de toto eo quid sunt vel qḋ habent sibi appropria-
rent vel suum esse qḋlibet nroꝝ arbitrarent. Cū
eñ totum sciunt se debere creatori totū eidē red-
dunt nō solum attribuendo illi: sed etiā totū con-
uertendo in obsequia honoris ꝛ glorie illi⁹: fur est
et raptor est oīs qui qḋ debet suum dicit vel vtitur
tanqꝫ suo. Cogita igit diligenter in sermone hoc
ꝙ rote iste audiende de ꝓpheta vocate sunt volubi
les non solum nate sic volui vt dixi: sed etiam p to
tam illam hoc est p totā influentiam donorum et
gratiarū quibus a creatore illustrate sunt a creato
re et replete incessabili reuolutione rotate. Quod
si rotas istas celos corporales mobiles quis intel
ligere conat⁹ fuerit occurrent ei difficultates dif
ficilime explicabiles. et forsitan nullo modo intel
ligibiles cū rotis istis oculos posuerunt. q̄ enim
oculi celis istis confingi possunt nisi forsan quis
existimet eos aīalia esse ꝛ aīabus nobilissimis aīa-
tos esse: animasqꝫ istas oculis eoꝝ intelligere vo-
luit. quō ergo rote iste intelligentur quattuor. Cū
iam declaratum sit celos mobiles plures esse ꝙ
quattuor. et iterum qualiter intelligetur rota esse i
medio rote iuxta sermonē ꝓphete isti⁹: qḋ eñ ce-
lorum mobilium dici pōt in medio esse celi alicui⁹
Si ṗo hoc ipm qs mihi obiciat quemō videlicet
aliquis ex huius spiritib⁹ possit esse in medio ali-
cuius alterius. Reminisci debes qꝛ iā feci te sci-
re hoc declaratione q̄ fuit mihi possibile. Remini
sci etiam debes sermonis sapientis quo dixit quia
in sapientia est spūs sapientie q̄ oēs capiat spirit⁹
intelligibiles. qualiter autē capiat eos si illos nō
continet ꝛ intra ipm non sunt. ꝛ qm̄ sicut iam di-
xi tibi non suscepi exponendo visionez illam neqꝫ
aliam. Reuertar ad id in quo eram ꝛ prosequar
capitulū istud de sanctissimis istis ac beatissimis
substantijs: ꝛ dicā qꝛ dn̄atio ꝛ dom⁹ noīatio ē pro-
pria sublimitatis ꝛ p̄cellentie creatoris. Cōicata
aūt est ꝙto ordini ex ea cā quā p̄tegi tibi videlicet
qꝛ i eis p̄fulget euidētius ꝙ in ceteris ordinibus
hoc aūt est vel ꝓpter altissimā subiectionē ipsoꝝ
qua apparent in vltimitate subiectionis eiusdem
esse subiecti vel qm̄ ad illa manifestandam videli-
cet dn̄ationē creatoris spūaliter intendūt vel quia
dn̄ationis neqꝫ rem neqꝫ nomen in alijs ferūt qn
ꝙtum p̄mittunt vtrūqꝫ ab hoibus alijs extermi-
nant: excludunt tanqꝫ nomen ipsius dn̄i ꝛ dn̄atio
nis ꝛ res ipsa vtriusqꝫ in alio ferenda non sit ac si
sit grauissima iniuria et contumelia creatoris oī
igne ꝛ gladio psequenda quēadmodum igit i ipsa
lege xp̄ianoꝝ legit. quia qui se humiliat exaltabit
sic et iste ordo beatissim⁹ altissima humilitate sub
iectionis obtinet nomen ꝛ honorē dn̄ationis. ve-
risimile nāqꝫ dn̄ari in oī substantia intelligite nō
est nisi verissime ac perfectissime dn̄o seculorum
subiectum esse. quēadmodū enimuero est sermo
sapientis quo dixit. qui timet deū vere trepidabit
ipso eñ timore dei ab oībus alijs secur⁹ est sit per-

fecta subiectione ad eundem ab oībus aliꝭs subie
ctionibus a deo liber est vt nihil in eo possint ꝗcū
ꝗ alia q̃ntum ad subiectionē. nō eñ dnari querūt
sanctissime ille substantie cuiꝗ earū substātiarum
ꝗ deo voluntarie seruiunt qn potiꝰ oibus subserui
re patissime. Propter hanc igr̄ subiectionē nobi
lissimam adeo venerabiles effecti sunt ꝛ dn̄atio=
nes nominentur apud nos etiā vsitatissimū ē ꝑso=
nas venerabiles dn̄os vocare. Iuxta modū istum
principes ꝛ principatus creatoris sunt ꝓprie sed
ꝑ p̄fatū moduȝ qnto ordini attribute ꝗ eousꝗ ab
eo solo se regi gaudent ꝛ gloriant̄ adeo dei princi
patum sup̱ se diligūt: ꝛ illū dilatari ꝛ extēdi i alios
cupiunt ꝛ q̃ntum eis ꝑmittit̄ vel iniungit̄ enitun=
tur vt nouē principatus dei non immerito obtine
ant quasi ab eo qḋ in se ꝛ maxime diligunt ꝛ maxi
me obtinent: ꝛ etiā aliꝭs capiunt nomen istud ha=
bentes: sic potestas cum ꝓprietatē excellentie so
li creatori conueniat q̃ꝫ essentialiter per se in sextū
ordinem bonoꝝ spirituum translatū est. ipse enim
solus est vere ꝛ essentialiter potestas ab oīm potē
tia difficultate ꝓhibitione ꝛ impedimēto in vlti=
mitate elongationis longe contra quem nihil re=
bellare nihil erigere se nisi ad gloriā ꝛ victoriam
ipsius pōt noīationē igitur istā huic ordini sexto
videlicet cōicant: qꝛ contra omnē rebellionem cō
tra omne qḋ aduersus ip̄m extollitur ordinē istuȝ
adeo potentem efficit vt neꝗ resistere ei valeat:
neꝗ ex aduerso stare. ipsi etiā hoīes ꝗ potestates
apud nos dicunt̄ ad hoc vtiꝗ constituti sunt vt
inimicos rei publice vel cōprimēt vel exteriant vi
ribus et armis nec dubitandū est tibi quin potesta
tem creatoris icogitabiliter diligant: ꝛ supra quā
cogitare possumus de eodem gloriant̄. Virtꝰ qꝫ
non est tibi dubiū qn propria et essentialis noīa=
tio creatoris sic p̄sertim sm̄ intentionē p̄sentē cū
ipse sit qui facit mirabilia solꝰ. hanc ergo noīatio
nem septimo ordini cōicant: quem ea virtuositate
extulit vt dici vt ministerio coꝝ operet̄ opera ad=
miratione dignissima ꝗ vsualiter miracula nomi
nantur quibus virtꝰ eiꝰ singularis ostendit̄ et ipsi
ꝑ quos talia fiūt ministri eius fidelissimi apparēt
ꝓpter qḋ et eis creditur ꝛ obeditur in hꝭs que ad
gloriam ꝑtinent creatoris. Isti ergo septem ordi=
nes noīationum suarum has vident̄ habere cau=
sas ꝛ rōnes q̃ntum ad p̄sens capio. Si q̃s autē di=
xerit qꝛ in omī palatio regali seu cōitatu regio in
ueniuntur ꝑsone honorabiles quarū alie vocant̄
purpurati alie togati alie anulati alie fibulati alie
mitrati et ꝓ varietate dignitatū ab ipsis ornamē=
tis suis q̄bus ꝓpter dignitates huius decorātur
sic in p̄clara aula illa que ciuitate regis ꝛ dn̄atoris
seculorum oīm ꝓ varietate dignitatū ꝛ officiorū
noīationibus huiꝰ designauit beatos illos ꝛ subli
mes spūs ille qui illuc raptus ꝑ visionem illos co
gnouit quēadmodū etiā magistratꝰ et seniores po
puli scribe et iudices ceterorumꝗ officioruȝ ꝛ di
gnitatum hoīes noibus officiorum et ipsorum of
ficiorum varietate apud nos distinguuntur et di=
uersantur sic ꝛ ibi.

¶ Qꝫ angelorum ꝛ archangelorū duo
sunt ordines sm̄ qḋ ad maiora aut mino=
ra nuncia seu officia dei diriguntur.

¶ Capitulum. clxxxix.

Verum angelorū ꝛ archange
lorum qualiter duos ordines
esse possint. q̄stionem habet
Et primo: qm̄ neꝗ angeli
neꝗ archāgeli sunt nisi ma=
iores nuncij vel minores. et
oēs isti vident̄ esse de aliꝭs or
dinibus queȝ inde videntur
mitti: quēadmodum vnꝰ ex
ꝓphetis dixit. qꝛ volauit ad me vnꝰ de seraphin ꝛ
tetigit labia mea. ¶ Ampliꝰ. archāgelꝰ raphael
dixit de seipso qꝛ ipse erat vnus de septem ꝗ astāt
ante deū quo sermone indubitanter insinuat̄ ip̄m
esse de maioribus ac superioribus. ¶ Amplius.
sm̄ legē ac fidem xp̄ianoꝝ cum verus dei filius et
verus deus missum se totiens dixerit in mundū
quali cōitatu credendus est venisse in mundū. nū=
quid de solis inferioribus ordinibus ꝛ ignobilibꝰ
comites habere voluit. ¶ Ampliꝰ. qui rex ꝓficis=
cens ad maxima regni sui negocia non maiores
ac sapientiores domus sue secū ducit. manifestuȝ
aūt est qꝛ de superioribus ordinibus sunt maiores
et sapientiores inter hmōi spūs. Consequens igi
tur est illum de ordinibꝰ suis congruentem glorie
sue: et qui docent honorē suum inde cōitatum as=
sumpsisse. Qḋ si dixerit quis qꝛ ad humilia venit
ad humilitatem scꝫ in semetipso exhibiturus mi=
noratus etiā ab angelis apparuit: ꝛ ꝓpter hoc pō
pam illam regalis cōitatus habere voluit. Respō
deo in hoc: qꝛ aduentus eiꝰ in mundū nō fuit nisi
nature humane susceptio. et in eodem ipsius ap=
paritio. omnes aūt ordines militiarum suarū p̄sto
et erant ei ad explendum omne voluntatis sue be
neplacitum. Cū igit̄ de aduentu eius in munduȝ
et aduentu beatissimorum illoꝝ spūum quis loq̄
tur equiuoce ꝓculdubio de illis loquitur. nullus
eñ illoꝝ vnq̄ꝫ sic venit et hō fieret neꝗ hoc opor=
tuit vel humani generis saluti vtile vel expediēs
fuit qḋ si eos sic venire voluisset magis cōitatum
hoīm q̃ꝫ beatissimoꝝ illorum spūum adduxisset.
¶ Ampliꝰ. cuȝ huius spiritibus mitti voluit aut
cui illoꝝ in parte ista pepercit qm̄ nec etiā hoc ca=
rissimo vnigenito suo parcere voluit quin cū mit=
teret quandoꝗ hoc humane reparationis nego=
cium hoc requireret ꝓpter qḋ ip̄m filium miserat
Dubitandū igitur non est quin frequenter cōita=
tum mittant̄ ꝛ veniant huc de sublimibus illis or
dinibus multa milia vide ꝛ in libris hebreorū ap=
paruisse leguntur in specie magni ꝛ innumerabil̄
exercitꝰ armatoꝝ. ille quoꝗ tres qui i specie triū
viroꝝ venisse dicunt̄ in lege hebreoꝝ ad subuertē
dam sodomā ꝛ gomorrā qualiter videri possint de
inferioribus cū illos solos comites habere volue
rit et elegerit in illo stupendo opere subuersionis
ciuitatis illarum. ¶ Ampliꝰ. illi quibꝰ regna cre
dita ꝛ cōmissa sunt quis existimet non de maiori=
bus ac p̄cellentioribus esse. cui videt̄ michael de
minoribus istis militibus esse cui regnum iudeoꝝ
credendum regendum et cōmissum est. Quod si
vt apparet de sermonibꝰ ꝓphetarum de tota vni=
uersitate hoīm sibi elegant ꝛ matrimonio spūali
gentem illam sibi sponsam ꝛ vxoreȝ copulauerat
cui videat̄ non de maximis esse archangelis ille
cui tam carum creatori regnum creditum erat et
cōmissum ad gubernandū. quis rex maxima sua

bona minimis seruis suis regere credit aut committit: maxima enim sua maximis seruis suis reges credere. et comitem consueuerunt: minoribꝰ vero minora. ¶ Tu etiam audiuisti in antecedentibus ex lege christianorum: quia omnes sunt administratorij spiritus missi in ministerium ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis propter hoc visum est quibusdam ex theologicis doctoribus quia de omnibus ordinibus mittit creator in hūc mundum. Et hoc ex predicto sermone astruere se confidunt. adiuuantur etiam in hoc ex illo sermone prophetico quo dictum est. Qui facit angelos suos spiritus ⁊ ministros suos flammam ignis vel ignem vrentem. ipsos inquā̄ spiritus hoc est sublimes ac spirituales substantias facit angelos suos id est nūcios suos: ⁊ hoc non facit in se quando misit eos ad annunciandum aliquid. qđ autem et sequitur et ministros suos flammam ignis vel ignē vrētem ad seraphin specialiter pertinere videtur. ¶ Est ergo intellectꝰ huius sermonis quia illos de seraphin qui sunt flamma ignis vel ignis vrēs sicut in p̄cedētibꝰ audiuisti facit ministros suos: ⁊ hoc non nisi facere tūc intelligenti potest, cū eos mittit ad ministeria aliqua propter vtilitatem hominum vel etiam aliqualiter de sublimibus substantijs istis quod apparet ex prophetico illo sermone quo dictum est: quia seraphin clamabant alterum ad alterum: ac si diceretur quia seraphin annunciabant aliqua de secretis que habebant alterum ad alterum. et ista annunciatio clamor dicta est: quia omnis vox seraphin indubitanter clamor est non vocalis: sed spiritualis. ¶ Quod enim clamor est in voce corporali: hoc est euidentia et intelligibilitas in voce spirituali. sicut enim clamor vocem facit audibilem: sic euidētia illius annunciationis faciebat eā itelligibiliter eis qbꝰ fiebat vel quoniam clamor alta vox accipitur seraphin clamare alterum ad alterum dicta sunt quoniam de altis ac profundissimis alterum annunciabat ad alterum. ¶ Aggregata ratiocinatione videri potest ex premissis: quia cum creator benedictus omnes spiritus sublimes illos angelos suos facit. similiter facit et archangelos suos dum eos ad maiora et principalia nuncianda dirigit ⁊ transmittit. angeli igitur et archangeli ex alijs ordinibꝰ sunt assumpti ad principales et minores annunciationes non videntur igitur ordines esse per se. ¶ Amplius. si septem prenominati ordines ad omnes annunciationes peragendas sufficiunt et creatori et illis quibus faciende sunt vt quid propter illas duo inferiores ordines constituti sunt. aut igitur superuacui sunt aut omnino non sunt.

¶ Qꝫ ad ornatum dei altissimi multi angelorum ordines iuxta ipsius voluntatem cognominantur ⁊ ordinantur sm̄ officiorum diuersitatem.

¶ Capitulū .xc.

nis ꝑdicti q̄ dictū ē bñdictio ꝛ claritas ꝛc. huiꝰ sint
creatori. i. illa ei esse volumꝰ ꝛ amamꝰ. ꝛ hoc iterꝑ=
tationē nō tāꝗ ea nō habeat illa nec obstāt eadem/
iterꝑtanꝛ qn potiꝰ gaudere ꝛ gratulari si insinuant
tātis ac talibꝰ bonis illiꝰ. Tertiū earūdē offiñ ē ma
gnificare qđ i seipsis ꝛ ꝙtū ad seipsas nisi magni=
tudinē seu imēsitatē creatoris ꝑdicto mō clamore
ꝙtū ad alias vero eiusdē glie ꝯsortes sbās magnifi=
care creatorē nō ē nisi illū eisdē ꝑdicare vel q̄quō i=
sinuare. nihil eñ ꝓhibet vnāquāq; sbāꝝ i se ꝛ apud
se magnū ꝛ imēsuz cognoscere ꝛ hr̄e: ꝙtū ad alias
vero nō ē nisi hoc ipz eisdez mō qlz nūciare vel inote
scere. Quartū aūt officiū ē ipz glificare. ꝛ qm̄ glia
sicut alibi didicisti non ē nisi clare sublimiter ꝛ late
bōa ipsiꝰ ꝑdicare. Clara qdā est fama creatoris ꝓ=
pter nobilitatꝭ ipsiꝰ ꝑstātā. Claritudo eñ ꝛ clari=
tas ad nobilitatē apđ nos referunꝛ. vñ ꝛ clarissimi
vocari solēt q̄ i ꝑmo ordīe nobilitatꝭ erāt q̄ vero i se
cūdo expectabiles: q̄ autē i tertio ꝛ supmo illustro=
res: ꝛ hic ē honoris ꝛ dignitatꝭ regie gradꝰ ꝓpriꝰ.
Quare soli reges illustores vocanꝛ. vltra eñ regiā
celsitudinē nō ē gradꝰ aliꝰ nobilitatꝭ. sublis vero dr fa=
ma ꝓpter supeminētiā altitudīs creatoris quā in
cōꝑabilr supeminet vniuersis ꝛ singulis. Eodem
mō ꝛ bōa sua q̄ itelligo potētiā/sapiētiā/bonitatē/
pulchritudinē/ꝛ hmōi q̄ de ipso ꝓpter semetipsuz
dicunꝛ. hec eñ oīa i vltimitate supeminētie ꝛ nobi=
bus suꝑlatiuis de eodē dicunꝛ. qꝓpter nō subli=
miter laudaꝛ cū potēs ꝛ sapiēs aut bonꝰ simplr dr
sȝ tñ potētissimꝰ/aut sapiētissimꝰ/aut optimꝰ voca
tur vltimitatē siqdē supeminētie ipsiꝰ sole suꝑlatie
noīatōes vtcūq; designāt: sȝ neq; ille neq; alie pla
ne ꝛ vt est i enarrationē illiꝰ qppe deficiūt oēs lin=
gue ꝛ ꝯsequiꝛ cū loq̄la neq; cogitatꝰ sicut alibi didi
cisti ꝑ benignitate igiꝛ ac deꝑssione nr̄i itellectꝰ: ꝛ
etiā oīs alteriꝰ itellectꝰ creati dixi hoc qꝛ suꝑlatiuis
noīatiōibꝰ laudaꝛ sublimiter quoꝝ intellectꝰ ꝛ repu
tat sublima q̄ hmōi noīatiōibꝰ designanꝛ ꝙꝗ iesfa
bilr ꝓcul ab vltitate sue altitudinis ꝛ laudabilita=
tis. Lata vero ꝓpter vniuersalē ꝑuagationē q̄ replet
oīa. nō solū vocibꝰ hoīm: sȝ resonātia creatoris oīs
Oēs ei creaꝛ latitudies eiꝰ resonāt ꝛ ꝑdicāt audi
re spūalr hoc est intelligere valētibꝰ ꝛ tāto veriꝰ ac
magnificētiꝰ ipm̄ laudat vniuersitas creaturarum
ꝙto vitas eius maior sua designatiōe exigua. Et itē
do qꝛ opa magnifica maiora sunt laus artificis ac
verior ꝙ voces opa ꝑdicātiū. ꝓpter qđ ꝓphete he=
breoꝝ verissime dixerūt. Operit celos glia eiꝰ ꝛ lau=
dibꝰ eiꝰ plena est terra: ꝛ plena est terra glia eiꝰ. et
iterꝝ. Celi enarrāt gloriā dei. ꝛ opa manuū eiꝰ annū
ciat firmamētū nō alijs vtiq; vocibꝰ ꝙ ostēsiōe miri

Tertiū officium.

Quartum officium.

ficētie ꝛ pulchritudinis sue. Merito igiꝛ gēs xp̄ia
noꝝ cātat i laudibꝰ eiꝰ. Quē terra pōthꝰ ethera co=
lūt/adorāt/ꝑdicāt/trinā regētē machinā claustrū
marie baiulat. Ista igiꝛ ꝑdicatio creaturaꝝ vni
uersaꝝ fama seu famositas est creatoris. nō solū la
ta vniuersali ꝑuagatiōe: sȝ etiā clara dū ꝑcellētiaȝ
nobilitatꝭ ipsiꝰ ꝑ eā innotescit cūctis audiētibꝰ au=
ditiōe spūali. Et etiā sublimis qm̄ vltimitas altitu
dinis creatoris tātis vocibꝰ tantisq; testimonijs in
totalitate vniuersi clamaꝛ glorificaꝛ. igiꝛ sublimes
atq; beate substātie dum vocibꝰ antedictis famam
eiꝰ clarā/sublimē ꝛ latā clamare nō cessant. glorifi
care eñ creatorē nō est aliud ꝙ gloriā eius. Cuius
diffinitiōes iam audiuisti vel in seipso recognosce
re vel nunciare. Hec igiꝛ quattuor officia sunt bea
tissimis spiritibꝰ in seipsis ad creatorē: ad quosdaȝ
vero eoꝝ vt ad nos inꝙtum ad annunciationē vel
ꝑtinēt vel respiciunt vel officijs hmōi deseruiꝛ par
tum aliqbꝰ eoꝝ: ꝛ partum hoībus.

Prosequiꝛ magis diffuse officia seu serui=
cia ipsorum spūum nobis ab eisdem prestita. ꝛ cur
deus beluarum ad nos accessum patiatur finali=
ter enodat.

Caplm. ccviij.

Is ergo ita determinatꝭ incī
piā ꝓseq̄ officia q̄bus deser=
uiāt hoībꝰ. ꝛ horū ꝑmū offiñ
est istruēdi ꝑ qđ reuelāt hoī=
bus dei bn̄placita vel māda=
ta ꝛ leges atq; ea q̄ ad ipsas
ꝛ leges ꝛ earum obseruātiaȝ
ꝑtinēt quemadmodum sunt
promissiones ꝛ cōminatōnes
creatoris. In lege namq; xp̄ianorum expresse legi
tur: qꝛ lex hebreorum ordinata fuit per angelos in
manu mediatoris. qualiter autem fiunt instructio=
nes ꝛ reuelationes iste animabus hominum iam
declaratum est tibi in eis que precesserunt. Efful=
gere siqdem faciunt in humanis animabus signis
viuis ꝛ luminosissimis. Et hoc precepto creatoris
ꝛ libera voluntate propria res quarum noticia vel
necessaria vel salutaris est hominibus. nec mirum
tibi videri debet sicut predixi si per naturā signa et
viua ꝛ vera luminosissima ꝛ effulgētie iste fiunt in
animabus nostris quando per innaturalia signa ꝛ
minoris atq; debilioris incomparabiliter signifi=
cationis: necnon ꝛ multum remotiora ab animabꝰ
nostris fiunt in eisdeȝ. hoc igitur tibi non est neces
sarium vt repetaȝ. Quapropter transeo ad sensuȝ
huiusmodi eorūdem officium. dico igitur quia illđ
est interpellare ꝛ orare pro nobis. Cui officio quis=
dam addiderunt officium presentandi orationes
nostras ꝛ vota quod vtiq; valde simpliciter ꝛ circū
specte dictum videtur. Insinuat igitur huiusmo=
di sermo non aliter venire ante deum orationes no
stras ꝛ vota nisi beatissimis illis spiritibus presen=
tantibus. quod manifestuȝ est impossibile esse: nul
li enim hominum intelligentium dubium esse po=
test. Creatorem priuum videre ꝛ cognoscere que
cunq; vel a nobis: vel in nobis fiant. Et mediatio
ne presentationis vel oblationis huiusmodi illuȝ
nullo modo indigere. Deinde cuiusmodi p̄ñtatio
vel oblatio, erit hic ridiculosa qppe ꝛ suꝑuacua ite
ratio. preterea nostrarū erit huiusmodi vel oblatio
vel presentatio: cum antēꝙ ipsa fiat verumetiam

Q r angeli nō p̄ñtant orones nostras deo.

preces nostre ꝛ vota ante creatorē. Si enim petitio quā q̄s offert regi alicui post modū offerret eidem nullo addito vel mutato īdubitāter ridiculose ꝛ su peruacue hoc faceret. necesse igit̄ est ab offerētibus ꝛ p̄ n̄tātibus angelis sctis orōnes n̄ras deo ꝛ vota deo altissimo aliq̄d addi eis q̄d exaudibiliores eas efficiat. hoc aūt nō est nisi īterpellatio ipsoꝝ vł aliō adiutoriū. pcurator nāq̄ȝ vel mediator si fauorē vł grāȝ habuerit ī ꝯspectu iudicis adiuuat pculdubio ꝛ pmouet ipsaȝ petitionē quā porrigit: sic etiā ple rūq̄ȝ apō nos vt petitio q̄ de manu vel ore offeren tis a iudice nō recipit̄ ab intercessore vel de manu ipius aut ore gratiose accipiat̄. q̄d est dicere manu ipsiꝰ petitio scripta ad exauditioneȝ suscipit̄. q̄ꝛ ad vocē ipsiꝰ petitū ꝯcedit̄ nō solū mō cū vox rogātis īpetrat: sȝ etiā manus porrigētis. satis eīn rogat vt ait sapiēs q̄ cās rogādi īsinuat. silr ꝛ nō minꝰ effica citer desideriū obtinēdi īsinuat nō ītercedit īterdū q̄ȝ si voce vel petitiōe illō exp̄meret. Manifestū aūt est q̄ꝛ q̄ petitionē manu porrigit vel ad recipiēdā il lā manꝰ extēdit desideriū obtinēdū insinuat: ꝛ vnꝰ ex pphet̄ hebreoꝝ dixit desideriū cordis coꝝ audi uit auris tua. Et iteꝝ al. ō desideriū cordis coꝝ iu stis dabit̄. Orōibꝰ igit̄ n̄ris cordis ꝛ vocis p multū ad d ūt angeli scti. Et hoc ē fauore suo vel grā q̄s obti nēt ī ꝯspectu altissimi. nō solū orādo vel petēdo: sȝ etiā fauēdo vel porrigēdo. Amore eīn ipsoꝝ plerū q̄ȝ nobis tribuit̄ q̄d petimꝰ. ꝛ etiā q̄n̄q̄ȝ q̄d nō peti mꝰ ipsi nobis īpetrāt p semetipsos namq̄ȝ nobis dor miētibꝰ ꝛ torpore vel negligētia ab orōne vł ab aliis bōis cessātibꝰ ipsi p nobis vigilāt orātes. ꝛ grās p nobis largitori bonoꝝ oīȝ referētes nūq̄ȝ ei dormiūt sublimes ille v̄tutes sȝ semp vigilāt. Et q̄ꝛ neq̄ȝ las situdo neq̄ȝ alīꝰ hmōi defectꝰ locū hȝ apō ipsos si cut nūq̄ȝ a creatoris laudibꝰ cessāt neq̄ȝ ab aliis sa cris officiis. ex q̄ ꝯr̄ter manifestū ē q̄ multa nobis merent̄ ꝛ īpetrāt q̄ meritis n̄ris nullatenꝰ obtinere mꝰ sctissimi q̄ppe sunt ꝛ creatori acceptissimi spūa lisq̄ȝ rethorice peritissimi oratores q̄propter grosi tate tāta digni sunt obtīere q̄cq̄d petūt. Impossi bile aūt est denegari eis a benignissimo largissimo q̄ȝ largitore bonoꝝ oīȝ vt pote oībꝰ q̄ petūt dignis ꝛ eadē digne petētibꝰ. Manifestū igit̄ est ex hiis q̄ꝛ nobis merent̄ ꝛ īpetrāt q̄cūq̄ȝ p nobis petāt: neq̄ȝ eīn possibile ē sapiētissimos sctissimosq̄ȝ aliq̄d pe tere vel mihi īdignū vel īdigne. vtrū v̄o sibimetip sis aliq̄d merean̄t vel mereri possint q̄d fuit non vnq̄ȝ apō sacros docto. In q̄ facile ē tibi videre q̄ꝛ si nobis mereri possint. Et sibi gaudiū q̄d ē eis vel esse pōt de iustificatiōe vel sctificatiōe n̄ra. Iā aūt declarauit legislator xp̄ianoꝝ q̄ꝛ gaudiū ē eis sup vno pctōre penitētiā agēte. declarauit inq̄ȝ īdubi tabili ꝛ irrefragabili testimonio suo: q̄ꝛ igit̄ meritis suis nobis obtinēt p̄n̄te grām seu iustificatiōis ī q̄ est gaudiū asſdictū meritis suis īdubitāter obtinēt gaudiū illō. Nō si dixerit q̄s q̄ꝛ si intēderēt p meri ta sua obtinere gaudiū illō ꝛ referrēt orōnes suas ad illō vt sic orarēt ꝛ peterēt. Opēs ꝛ misericors deꝰ iustifica peccatorē illū ꝛ fac nos gaudere de penitē tia vel iustificatiōe illiꝰ vel si dicerēt vt nos gaudea mꝰ de iustificatiōe ipsiꝰ si inq̄ȝ ita ītēderēt ꝛ dicerēt tūc merito mererent̄. Dico ī hoc q̄ꝛ iaȝ declaratus est tibi p me: q̄ꝛ obsequiū q̄to magis gratis magis īpēsuȝ fuerit tāto magis ē meritoriū: magisq̄ȝ retri butiōis obligatoriū. quāto aūtē plꝰ ītēdit̄ ī p̄miū vł mercedē: tāto minꝰ gratis īpēdit̄. tāto minꝰ igit̄ est merito. q̄re si oīno ī p̄miū nō ītēdit̄ vel etiā vel co gitat̄ de p̄mio illo ab angelis sctis. nō minꝰ ppter hoc illō mererent̄ q̄n potiꝰ veriꝰ rectiusq̄ȝ q̄d appa ret ex rōne seu diffinitiōe meriti q̄ ē hec meritū est obsequiū gratis īpēsuȝ retributiōis obligatorium. Cui igitur magis conuenit hec ratio magis con uenit ꝛ nomen meriti. Quare q̄to magis gratis impensum est obsequium tanto magis habēdū est ꝛ dicēdū ē meritū. Et ppter hoc q̄to īpēsione ob sequii ītēdit̄ p̄miū nec de illo etiā cogitat̄ tāto re ctiꝰ veriꝰ q̄ȝ ꝛ hn̄dū ꝛ dicēdū est meritoriū sic īpēsū obsequm. ¶ Si q̄s autē q̄rat qualr erant p nobis vel p q̄buscūq̄ȝ aliis btīssime iste substātie. R̄ūdē dum est q̄ꝛ p̄riis desideriis ꝛ petitiōibꝰ spūalibꝰ. Et iaȝ dixi tibi aliās q̄ꝛ petitio spūalis multū distat a desiderio. desideriū eīn p hoc q̄d ē desideriū non re spicit ī rē desideratā. petitio v̄o ē intētio respiciēs in ip̄m datorē ad me dādū ip̄m seu īducēdū ad dā dū rē petitā. Et ē aliꝰ modꝰ. i. alia īcliātio cū q̄ pe titio ꝛ desideriū. Et desideriū q̄dē p hoc desideriū cadit in sbās nō ītelligentes: petitio v̄o non.

¶ Ampliꝰ. petitio p hoc q̄d est petitio ītēdit ī con cessionē seu donationē rei petite ꝛ est inq̄sitio ppe ꝯcessiōis seu donatiōis hmōi. desideriū v̄o p se est nulla: hoc ē: ē ī rē desideratā Est eīn petitio p se et hoc est absq̄ȝ medio ī ꝯcessionē rei desiderate. Cō cessio aūt vel donatio via est ad obtinēdū rē deside ratā: ī ꝯcessionē aūt seu donationē huiꝰ rei est peti tio p hoc q̄d est petitio. Desideriū aūt p hoc q̄d ē de sideriū nō est in hmōi via: alioq̄n nō caderet ī aīas brutales. Hec autē oīa de differentia. s. petitionis spūalis ꝛ desiderii dixi tibi hic ppter breuitatē ītel lectus ꝛ leuitatē assertiōis q̄cūq̄ȝ hoīm q̄ leuissi mi sunt ad iudicādū de rebꝰ ad q̄s nō attigit intel lectus eoruȝ. q̄s eīn nō videat q̄ꝛ petitio nec de ma nifestis īpossibilis est nec de rebus desperatis. de siderium autem est de vtrisq̄ȝ: multa nāq̄ȝ desidera musq̄ nullatenus obtinere posse nō putamꝰ. nul la enim petimus que impossibiliꝰ esse sciamus vel obtentos nos esse desperamus. Et hec est paten tissima differentia inter desiderium ꝛ petitionem spūalem. ¶ Amplius. petitio ꝛ ꝯsiliabilis est ꝛ de siderabilis: nec aliter vnq̄ȝ erit ab hoīe rōnabiliam plus iusta vel iniusta dr̄ semp: nullū autem istoruȝ cōuenit per se desiderio. declarata igit̄ est tibi per hoc multiplex differentia inter petitionem spūa lem ꝛ desiderium.

Nota differentiam inter petitionē ꝛ desiderium.

¶ Q̄ꝛ angeli deseruiunt hominibus regen do ꝛ gubernando eos atq̄ȝ interpellando ad illis pro eis.

Capitulum. cclx.

Tertium officium q̄ hoībus deseruiunt angeli sancti, ē re gimē seu gubernatio n̄ra. cu ius multe sunt partes p̄ter p̄ dicta officia. nō eīn dubitas q̄n instructio seu reuelatio si militer ꝛ interpellatio p no bis ad regimen et guberna tionē n̄raȝ ptinēāt instruēdo ppē q̄ppe nos ꝛ orationibꝰ suis obtinendo nobis bona ꝛ auertēdo a nobis mala regunt nos angeli

sancti. de hijs igitur duobus expediui te et me: propter
quod transeo ad alia officia earum que pertinent ad
regimē vt dixi et gubernationē nostram. huiusmodi igitur pri-
mā partē pono defensionē secundum liberationē tertiā cu-
stodiā. Dico igitur quia defensionē huius impēdūt angeli
sancti contra omnia que nocēt vel nocere possūt nobis primū cō-
tra malignos spūs. Et hoc faciūt arcēdo eos et dif
fugādo a nobis: et interdū etiā religādo sicut legitur
in libris hebreorum de archāgelo Raphaele quod religa
uit demonē noīe hasmodeus in deserto superioris egy-
pti. quibus autē vel quibuslibet vīculis hoc fecerit in sequēti
bus tibi patefaciā vt potero si deus voluit. Et in narra
tionibus miraculorum gētis xpianorum innūerabilia pene
leguntur de huiusmodi religationibus. Secūdo defensionē no
bis prestāt contra hoīes nobis nocere volētes atque co-
nantes. nō solū arripiēdo eos: sed etiā interficiēdo.
Et sicut dixi tibi in libris miraculorum illorum de istis
arreptionibus et interfectionibus multū est tibi copia exē
plorum: multi nāque ex persecutoribus xpianorum arrepti fue
rūt a demonibus. Et illi per hoc liberati arreptōes nō
nisi permissione aut precepto sanctōrum angelorum nullatenus
facere potuissent. Interdū etiā ipsi beatissimi san
ctissimique angeli per semetipsos nephartos hoīes in-
terfecisse sciuntur vt liberantur innocētes et sancti. Cuius
vnū exēplū euidēs est de filio prefecti cuiusdā vrbis
Rome qui violēta oppressiōe sacratissima quādā vir
ginē xpianā polluere attētabat ab āgelo sanctō inter
fectus est quod miraculū adeo celebre fuit vt nō solum
toti vrbi Rome que totius orbis monarchiā eo tpe ob
tinebat innotuerit: sed etiā multis post modum tpibus
ipsa virgie in multa gloria post mortē suā multotiēs ap
parēdo famosum effectū est. ¶ Cōtra quoque ipsas be
stias defensionē nobis multiplicē prestāt angeli sancti
sicut in eisdē libris plura legere potes a leonibus quip
pe et serpētibus atque drachonibus terrificis. Et in lege
hebreorum in eisdem libris narrationū liberatos inue
nies hoīes sanctōs per beatissimos angelos dei altissimi
notissimū quippe miraculū est illud quod sub rege babi-
lone nabuchodonosor prophā quidā hebreorum de medio
leonū liberatus est. Cū fame validissima laborarent
leones de quibus nō est dubiū quin a sanctis angelis prohibi-
ti fuerūt nocere prophete. Et huiusmodi prohibitionibus quod
multotiēs facte fuerūt ab angelis sanctis ad bestias
remitte in libro illos. Et quod missi fuerit angeli sancti
ad liberādos viros sanctōs in prenominatis libris inuenies
Quarto defēsionē prestāt hoībus āgeli contra ipsa ele
mēta sicut dixit ipse prophā. quia descēdit āgelus dñi de
celo et excussit flāmā ignis de fornace. Et medium
fornacis quasi vētū flātē. vbi etiā legis exēplū de inter
fectiōe eorum qui ipsum prophetam persequebantur. ipsi enim ipsi
met testatus est: quia flāma fornacis intēdit ministros re
gis qui eā incēdebāt. Quinto contra semetipsos ipsi bo
ni angeli prestāt nobis defen. sicut apud eūdē prophe
tā legitur de principe persarum qui resisterat aliū archangelo
satagēti pro liberatiōe ppli hebreorum. Ille nouēs prin
ceps persarum econtrario allegabat pro regno suo. s. re
gno persarum ac si liberatio ppli illius fieret in derogatio-
nē vel detrimētū regni persarum. Et de hac defensione
manifestū est quod facta nō fuit disceptatiōe que esset vi
ribus seu per vires. hic enim modus disceptādi vez qui viri
bus exercetur vt ait quidā philosophus magister beluinus
est quam humanus. quanto minus igitur docet sanctissimos ac
beatissimos āgelos. Et hoc contra se inuicē contra ma
los siquidē angelos nō est dubiū quin vtantur fortis-
sima disceptatiōe dum eos ligant et incarcerēt sicut

predixi tibi. Et intēdo istam disceptationē non ideo
fortissimam esse: quia ista sit eis a malignis spiritibus
resistētia vel rebellio nisi sola volūtate. subiectissimi
enim sunt bonis spiritibus ac beatis: nec est eis ptās con
tra eos in aliquo rebellare. fortissimā igitur istā discepta
tionē dixique et ex magna valde fortitudine est qua predi
cti sunt beatissimi spūs. Et magna est valde districtio
atque penalitas qua eos et carceribus includūt et vīculis
distrigūt quod si quis quesierit que sint huiusmodi vīcula vel car-
ceres. Cū nec corporalibus carceribus teneri natura-
liter: nec corporalibus vīculis arceri valeāt. Dico in
hoc quia dei beneplacitū et sanctōrum angelorum iussu sola virtu
te sue imperiositatis hoc faciūt. quod enim instrumētis corpora-
libus faciūt substātie spūales corporalibus cōiūcte et alligate hoc
faciūt substātie iste nobiles virtutū suarum sola perfectiōe. Et
multo amplius. i. ampliora atque magnificētiora. sicut enim
in precedētibus audiuisti indigen. instrumētorum de imperfe-
ctiōe est virtutū quibus illa deseruiūt. quare perfectiōe sua tam
supplentur huiusmodi virtutibus vez abstractis et absolutis instru
mētis huiusmodi indigent. sed etiā additur multa mirabiliū ope
rū mirifica prestātia et hoc cogit nō tā perfectio et liber-
tas per quā instrumētis huiusmodi nō indigēt: sed etiā ipa na-
turalis earum nobilitas. Et debes hoc scire quia nō est
parua similitudo huiusmodi substāntiarum ad creatorē bñdictū in perfe
ctiōe et virtuositate. quēadmodū igitur vides creatorē
bñdictū virtuositate sua oīpotētissima oīa coherce-
re. et hoc solo imperio optime volūtatis sue: ita vt nichil
vltra vel progredi vel circa sistere possint quam ipse vni-
cuique creaturarum prescripsit: sic oēs beati spūs sūt virtu
te. lz incōparabiliter dissimili eiusdem virtutis inequalitate
predicti sunt vt substātiās sibi sine lege et ordine nature siue
iusto dei iudicio imperiositatis sue districtiōe coherceāt
Et intendo substantias sibi ea ordine nature et lege
quibus naturaliter impetrant quemadmodum superio
res spūs inferioribus. iusto vero iudicio intelligo
subiectos esse tanquam in penam damnationis omnes
malignos spūs omnibus sanctis ac beatis. Cla-
ruit etiā experimentis innumerabilibus multis dei
electis et dilectis hominibus malignos spūs sub-
ditos fuisse et iussis eorum per omnia obediuisse. Ex
eodem etiam ordine diuine iusticie gehennali. igi-
tur subiecti sunt et effecti possibiles ab eodem. quid
igitur mirum si subiecti omnimoda seruitute iustis
simo creatoris iudicio effecti sunt sanctis ac bea-
tis spiritibus quando etiam ex isto tartareis carce
ribus et flammis iustissime subesse cogentur vel co
gendi sunt. ¶ Amplius. Quemadmodum leges
creatoris quasi vincula sunt vniuersis creaturis te
nentia eas ne vltra eas vel supra eas quicquam naturali
ter possint: sic beneplacitum creatoris et iussa eius
que per sanctos angelos malignis spiritibus in-
notescunt quasi vincula fortissima malignos spiri
tus retinent et prohibent ne vltra huiusmodi ius-
sa aliquid possint. non est igitur mirum si benepla-
citum creatoris per se velut ligatos tenet atque co-
hercet malignos spiritus. Cum vniuersum tanta
fortitudine tantaque districtione retineat constrin-
gat. quare quemadmodum creator benedictus ad
tenendum et retinendum alijs ligaturis et cathenis
non indiget quam imperiosissima omnipotentia virtu-
tis sue. sic nec sancti ac beati spiritus alijs vel car-
ceribus vel vinculis indigent ad cohercendos de
mones quam fortissima virtute imperiositatis sue. pre
sertim cum ad hoc beneplacitum creatoris accesse
rit vel saltem non discrepauerit. hoc inquam dico

eos posse ex virtuositate ipositatis sue.multo aut̄
forti⁹si nouū ex nouo iussu creatoris ptātē accepe
rint quēadmodum apud nos fieri ꝯsueuit:qꝫ presi
des ꝓuinciaꝝ ꝛ multa possunt semꝑ ꝑ se ꝛ de mul-
tis nouā ptātē accipiūt nouaqꝫ missa:nouaqꝫ mā-
data.Et cū ipsis mādatis interdum etiā ptātē no-
uā ꝑ pristina nō amissa.

¶ Qꝫ a sctis ꝓphetꝭ imo ꝛ ab ipsis philoso-
phis cognitū est hmōi custodie munus.

Caplm.ccx.

Ec qm eousqꝫ ꝑuenit inuesti-
gatio ista:ꝛ iaꝫ dixeri quosdaꝫ
ex beatissimis istis spiritib⁹re
ctores esse et gubernatores
conueniēs est vt faciā te sci-
re qualr̄ istud inuētū est. Di-
co igiꝭ qꝫ istud innotuit hoi-
bus ꝑ ꝓphetas hebreoruꝫ qui-
bus de⁹mlta reuelauit de mi-
sterijs ꝯsiliū sui ꝛ primum qdem ꝑ eosdem genti he-
breoꝝ:ꝛ deinde gēti xp̄ianoꝝ apud vnū igiꝭ ex ꝓ
phetꝭ illis legiꝭ expsse de ꝓncipe psaꝝ ꝛ ꝓncipe gre
coꝝ atqꝫ Michaele archāgelo q ibidē insinuaꝭ pri
ceps esse gētis hebreoꝝ.apud autē aliū cui⁹libros
libris ꝓphetaꝝ annumat gēs xp̄ianoꝝ.legiꝭ de crea
tore qꝫ in vnāquāqꝫ gētē preposuit rectorē.Et ite
rum in.v.libro legis hebreoꝝ legiꝭ de eodem crea
tore iuxta qndaꝫ trāslationē cōstituit terminos ꝓ-
phetaꝝ iuxta numeꝝ filioꝝ dei. Plato vero ꝛ pla-
tonici oēs ex doctrina hoc ipm senserūt.vcꝫ ꝙ bo
nis ac beatis spiritib⁹credita esset ꝛ commissa ge-
neris humani gubernatio ꝛ cura.Gens autē xp̄ia
noꝝ ex ipo testimonio legislatoris sue credidit vni
cuiqꝫ hoim vnū bonū spm assignatū a creatore:ita
eni legiꝭ i lege ipsoꝝ de paruulis angelis indꝫ eoꝝ
semꝑ vident faciē patris.Et paruulis igiꝭ ꝛ adul-
tis dati vel assignati sunt angeli boni a pře miarū:
nec solū testimonijs ꝓphetaꝝ credibile est hoc.sed
etiā ꝓbatiōib⁹quā fidē idubitatā sibi facere de illo
sufficiāt.Et pmū qdē qꝫ naturalis est pietas ꝛ dile
ctio i hoib⁹ad inuicē naturalisqꝫ amor honestatis ꝛ
cōpositiōis vite ꝑ quē vnusqsqꝫ pr̄ familias ad hoc
intēdit vt cōponanꭍ mores ꝛ decoreꭍ vita familie
sue i foris ecoꝝ.Etiā ostēdit hāc pietatē ꝛ dilectio-
nē mou:s eos atqꝫ corripiēs a vicijs ꝛ pctis qb⁹de
formanꭍ mores hoim ꝛ vita turbaꭍ.Et nemo du-
bitauit adhuc qn hoc ꝛ bonū sit ꝛ deo altissimo pla
cito.q̄to forti⁹igiꭍ i sctis ac btissimis āgelis ē ista
naturalis pietas atqꝫ dilectio.Et etiā tāto maior
qꝫ i hoib⁹qꝫto nobilitas eoꝝ adhuc ꝛ alia bona:alia
oīa expeditior ē atqꝫ potior qꝫ ipi hoies i misia vite
pntis:sic igiꭍ natura humana.In ista depssione et
misia hoies bonos a correctiōe ꝛ gubernatōe hoiꝫ
quo ad possibile est abstinere nō patiꭍ qꝫto magꝭ no
bilissimū illoꝝ bonoꝝ angeloꝝ natura ex icōpabili
ter maiori pietate atqꝫ dilectōe mirabilissimos ho
mines suis ꝯsilijs ꝛ auxilijs alijsqꝫ oib⁹ad guberna-
tionē eoꝝ ptinētib⁹carere nō sinet. ¶ Amplius.si
intm pñt apd hoies naturalis pietas atqꝫ dilectio
vt quēadmodū pdixi aliū alijs ꝯsulāt/aliū alios adiu
uāt:aliūqꝫ officiū regiminis ipēdāt qꝫto magis hoc po
tuerūt pietas glie ac dilectio vt bti ac scti angeli in
tāta miseria ac desolatiōe deesse noluit hoib⁹.

¶ Amplius.si iusticia est nec miserū facit:nec mi
serū deserit:nulla igiꭍ erit iusticia sctōꝝ ac btōꝝ an
geloꝝ si curā nō gerāt hoiꝫ. ¶ Ampli⁹.q erit eoꝝ
pietas si vidētes gen⁹hūanū i faucib⁹ꝛ dētib⁹mali
gnoꝝ spūuꝫ ꝛ eos capere inde nō curāt.Qd si dixe
rit qs qꝫ reuera ea ē ꝛ tāta ē bōitas āgeloꝝ sctōꝝ:si
ue sit nature siue glie ꝙ pati essent oēꝫ curā bōi re-
giminis ipēdere nisi hec ꝓhibitio creatoris ipediret
Rñdeo i hoc:qꝫ smo iste valde errone⁹est qm si ita
esset lōge maior esset creatoris crudelitas ea q pie
tatꝭ sunt ꝓhibētꝭ ꝛ ipediētꝭ qꝫ ipsoꝝ.Cā aūt i hoc ē
qm maior ē crudelitas bōa auferre qꝫ eadē nō ꝯfer
re.q propter tāto maior esset malicia creatoris i iu
sticia sctōꝝ āgeloꝝ i pte ista qꝫto ipedire bonū alie-
nū maiorꝭ ē neqtie qꝫ illō nō expedire. ¶ Ampli⁹
inūerabilib⁹ expimētꝭ iaꝫ manifestū factuꝫ ē sctōs
angelos mltiplr ꝛ ꝯsulere ꝛ auxiliari hoib⁹mltiplr
qꝫ curā bōi regiminis ipēdere nisdē quēadmodū pdi
xi tibi de istructiōib⁹ꝛ defensiōib⁹/ꝛ religatiōibus
maloꝝ spūum:silr ꝛ deliberatiōib⁹ sctōꝝ viroꝝ de
manib⁹ipsoꝝ. ¶ Ampli⁹.qꝫ et qꝫte ꝓphetie alie ꝛ sa
luberrime reuelatiōes hoib⁹ ablate sunt ꝛ misse ho
mib⁹a creatore ꝑ angelos sctōs qs nō videat.ma-
nifestū igiꭍ est curā regiminis hoib⁹ipēdere sctōs ā-
gelos.iꝫ tota nō appeat cū tot ꝛ tāta eiusdē iudicia
iā manifesta. ¶ Ampli⁹.si hoib⁹ daꭍ ptās i hoies
ꝛ pficiunꭍ eis rectores hoim.ꝛ hoc ꝯtra pturbato-
res publice facit hoies atqꝫ ꝑuate.qꝫto forti⁹ꝯtra
malignos spūs q maxie infesti maxie noxij sunt hoi
b⁹necessarij sunt eis rectores ꝛ defēsores.si igiꭍ cu
ra ē creatori:vcꝫ deo altissimo vt oēs rectores ꝛ de
fensores habeāt siue reges ꝛ ꝓncipes ꝯtra infestato
res ꝛ pturbatores hoies:qꝫto forti⁹cura ē eidē cre
atori bñdicto vt sint eis rectores ꝛ defēsores ꝯtra
infestatores ꝛ pturbatores spūales.vcꝫ malignos
spūs vbi tāto magis iudicētꝭ hmōi regimē ꝛ curā qꝫ
to maiora sunt spūalia ꝛ bona ꝛ mala corporalib⁹et
tēporalib⁹. ¶ Ampli⁹.cū ordinata sit vlis guberna
tio dei altissimi ꝛ nihil vltra gubernationē suā esse
patiaꭍ nihil sinat debito carere regimie.vnūqdqꝫ
igiꭍ ꝙ mō ꝛ ordie suo ꝯgruētib⁹subiecit rectorib⁹
manifestū aūt ē qꝫ hoies hoib⁹nec ꝯgruētes ꝑ toto
nec sufficiētes ꝑ toto rectores existūt.maxie cum
in maiori ꝛ meliori pte regiminis eoꝝ deficiāt vcꝫ cō
tra ꝓncipes malicie spūales.Cōtra eos eni virtu
te sua aut sapia icōpabilr̄ min⁹ pñt qꝫ reqrat cura
gubernatiōis hoim vt igiꭍ pfecta sit gubernatio ei
altissimi q regi totū idiget vniuersuꝫ necesse ē ꝛ sa-
pientiores ꝛ fortiores atqꝫ modis oib⁹meliores eē
rectores hoib⁹.pserti ꝑpter infestatiōes ac pturba
tiōes q hoib⁹ꝛ reb⁹hūanis a spiritib⁹ꝓueniūt.pser
ti cū manifestū sit ꝑ gubernationē rectoꝝ hoc ē re-
gētiū hoies nec essentie nec potētie malignoꝝ spi-
rituū resisti posse.alioqn qd aliō esset de hoib⁹nisi
ꝙ malignis spiritibus tamqꝫ aiaꝫ occisionis atqꝫ
posterioꝝ ib⁹ꝛ custodib⁹dati essent in pdā ꝛ deuora-
tionē qꝫ bōitas atqꝫ benignitas creatoris bñdicti
nullo modoꝝ patitur.

¶ De officio defendēdiꝫ hoies in aduersis
atqꝫ instructiōe eorūdem.

Caplm.ccxi.

Is aūt ita determiatꝭ ꝓsequar tibi de
duob⁹officijs sublimis vtutū istaꝝ vcꝫ
de istructōe atqꝫ custodia hoiꝫ paucis
aū pmissis de officio defen.qꝫ eis cer-
tissime ipediūt.qꝫ igiꭍ iā alibi decla-
ratū ē tibi bella ꝛ clades egritudis ꝛ mortes hoim

ex occultis ac iustissimis dei iudicijs ꝓpter inenar
rabiles vtilitates hoim. In mūdo isto terreno fie=
ri nō dz tibi dubiū videri sctōs istos ac btōs spūa=
les pncipes defensionē hoim a deo altissimo sic su
scepisse ad hoc vt ei⁹ resistāt iudicijs aut vtilitates
eoꝝ ipediāt q̄ antedicta officia nō nisi ꝑpt' dei glo
riā ꝛ vtilitates hoim susceperūt. Quare manife=
stū est nō iputādū esse negligēcie sctōꝝ ac btōꝝ an
geloꝝ ꝙ vna gēs aut ciuitas vna tota det' in gladiū
vel etiam multe. Quēadmoduꝫ enī dei iustissimo
iudicio exercitus egiptioꝝ in mari rubro submer
sus: ꝛ qđ est mirabili⁹ totū gen⁹ humanū. Excepti
octo hoib⁹ diluuiꝙ vniuersalis imersuꝫ ē. sic ꝛ i mul
titudine hoim ꝛ in paucitate: ꝛ etiā in vno plerūqꝫ
silia fiūt ex causis ꝛ vtilitatib⁹ q̄s nouit sol⁹ ispector
oī in ꝛ curator altissim⁹. Iā enī declaratū ē tibi hic
qꝛ equalr̄ cognoscit ꝛ videt vniuersa ꝛ singula. qua=
propter sicut vel effugit cognitionē sic neqꝫ curam
ipsius. Presertim i hoib⁹ ꝛ reb⁹ humanis in q̄bus
q̄tidianis ꝛ innūerabilib⁹ expimētis ꝛ iudicijs ꝓui
dētie sue curā euidenter ostēdit. stult⁹ igit' est sermo
ꝛ oī modo errone⁹ hoiꝫ dicētiū. q̄re pmisit pnceps
ille angelic⁹ ciuitatē illā subuerti aut gētē illā pire
totalr̄: aut virū illū bonū tā iniuste occidi. mors enī
iniustissima q̄ a viris bonis ꝓculdubio nō solum iu
stissimo quāto ꝑ iusticia sꝫ etiā gloriosissime cū ꝓ=
pter dei gloriā sustinet' quēadmodū cū ꝑ lege eius
aut honorificenī. cult⁹ ipsi⁹ nec mors tn̄ est mors q̄
sic suscipit': sꝫ felicissimū cōmerciū q̄ morte hmōi
vitā mercat' ad quā mors nō attigit. nō est igit' mi
ruꝫ si sctissim⁹ ille tā lucrose mercari pmittit viros
bonos q̄re nō eos a mortib⁹ hmōi defēdere i hmōi
casu negligit: sꝫ tā nobile tāqꝫ p̄ciosuꝫ lucrū acq̄re
re eosdē pmittit nec sine gaudio mortē eorūdē taꝫ
p̄ciosuꝫ q̄ꝫ gloriosuꝫ intuet' cadē cā prorsus est. ꝓ=
pter quā isti angelici defensores seuiētib⁹ in inocē
tes ꝛ bonos ipūs plerūqꝫ noi resistūt nisi in tātum
vt ꝓ voto seuiāt: sꝫ quaten⁹ ipsi angeli scti vidēt ex=
pedire. Et qm̄ q̄ ꝓhibet ꝓsequētē ne noceat illi qm̄
ꝓsequit' indubitāter defendit eū manifestū est bea=
tos ac sctōs angelos illos etiā defendere quos oc=
cidi corporalr̄ sustinēt. q̄ꝫto forti⁹ igit' illos q̄s nec
vsqꝫ ad mortē affligi pmittūt.

¶ Q' sicut hebraica gēs ex imēsa creatoris
bonitate tā ingētia/tāqꝫ p̄ciosa dona sortita est. sic
ex ordine iusticie ipsi⁹ nationes q̄ꝫplurime in tene=
bris ignorātie relicte sunt.

Capitm. ccxij.



Ost hoc pmissum incipiā inue=
stigare ac determinare q̄stiōes
q̄ sunt de instructiōe sctōꝝ an=
geloꝝ quā ex officio ipēdere de
bēt hoib⁹ vbi nr̄a occurrit p̄sta
q̄ꝫ ob causam vcꝫ ꝛ qualr̄ tot re
gna ꝛ tot natiōes in erroib⁹ ꝑ=
pessimis vel cecidisse ꝑmiserūt vel pmanere patiū
tur. In hmōi enī hoies exercere nō vident' instru=
ctiōis offm̄ cū de hijs potissimū instruēdi sunt ho=
mines in q̄b⁹ ꝛ piculosi⁹. Cuꝫ igit' oēs ydolatras ꝛ
oēs incredulos ꝛ infideles oēsqꝫ leges in hijs que
dei sunt tā grauiter errare. nō solū ipsos hoies nō
curare. sꝫ ipsa etiā a creatore sibi iniūcta officia. et
ꝓpter hoc seipos negligere manifeste vident'.
¶ Amplius. cū hmōi officia nec eis iniuncta sunt
nec ea ipsi susceperit nisi ꝓpter dei gloriā ꝛ vtilita=
tē hoim quō vel dei gloriā vel hoiꝫ vtilitates curāt
per ista officia cum tantas ipsius cōtumelias tan=
tas hoim pernicies: imo strages spūales nec auer
tant in euidenti est ꝙ vero nec auertere studeant fa
cile est videre cuꝫ nec hmōi contumeliosos puniāt
nec eos vel probatiōibus vel signis ad contrariam
veritatem erudiāt. Cum enim de hijs que dei sunt
sapientissimos ipsos esse dubitari nō debeat. Ma=
nifestum est qꝛ tanta huiusmodi erroneorum fatui
tas atqꝫ stulticia ꝯtra sapientiam eorum stare nul
latenus posset. ¶ Amplius. si per homines validis
simis probationibus destruuntur errores hmōi q̄ꝫ
to forti⁹ ꝑ sanctos angelos hoc facile fieri posset.
Et hoc tanto facilius q̄ꝫto sanctoꝝ ac beatoꝝ an=
geloꝝ sapientia sublimior atqꝫ prestātior est quan=
tacūqꝫ humana sciētia. Manifestum igit' est qꝛ nō
est eis cura auertere hmōi erroneos a tā impijs tā
q̄ꝫ perniciosis erroib⁹. In hoc igitur nec dei glo=
riam nec hoim illoꝝ vtilitates querere vel curare
videntur. ¶ Amplius. prophete cuidam ex ꝓphe
tis hebreorum sicut ipse testat'. Et est creditū hoc
tam in gente xp̄ianoꝝ q̄ꝫ in lege hebreoruꝫ. qꝛ ipse
creator bn̄dictus dixit ei. Annuncia populo meo
pctā eoꝝ ꝛ scelera eorum. Q̄d si annūciaueris san
guinē peccatoris de manu tua requiram. si simile
mādatum receperunt isti principes spūales a crea
tore: scꝫ de instruendo super peccatis suis in natio
nes sibi subditas ꝛ commissas. igitur non implent
hmōi mādatum: vcꝫ non annunciantes hmōi ho
minibus scelera sua ꝛ non instruentes eos de hijs
q̄ dei sunt que ad salutem pertinēt aīaꝝ: ꝛ ex hoc se
quitur patenter ꝙ transgressores sunt diuinorum
mādatoꝝ hmōi angeli: ꝛ inobedientes deo altissi=
mo. Et qꝛ sanguis tantarum multitudinum per=
euntium reqrēdus est a creatore de manibus eoꝝ
quare nō boni angeli sꝫ mali sunt: ꝛ ita de principi
bus hmōi nullus bon⁹ inueniet' cum in oī regno
innumerabiles defectu eruditionis pereant.
¶ Amplius. que pietas ꝛ caritas in eis esse credē
da est q̄ eam miserabiliter pereuntibus nō subue=
niunt. Q̄d si dixerit q̄s qꝛ nō est eis ex hoc defectu
pietatis aut caritatis quod hmōi errores non de=
struūt aut erudiunt. sed ex prohibitione creatoris
qui inscrutabili iudicio prohibet angelos sanctos
preciosissima dona sapientie sue tam indignis cō=
municari. ¶ In hoc siquidem supplaudere sibi
possunt videri iudei cum de eis per vnum ex pro=
phetis eorum dicitur non fecit taliter oī nationi
nō mediocriter igit' honorauit creator altissimus
gētē hebreorum cum eā vt popul⁹ ei⁹ esset pecula=
ris ꝛ sacerdotale regnū ipsi esset elegit: sꝫ etiā ma
gnifice ꝛ sublimit⁹ ipsam dotauit. cuꝫ lege sua ꝛ co
gnitiōe sapiētiali illā inter oēs natiōes singularit'
illustrauit: qđ licet meritis patrū ꝓpopuli illi⁹ nō=
nulli attribuāt tn̄ de ipsis p̄rib⁹ dubitari nō pōt q̄n
gratuita creatoris benignitate sapiētiali ac diuina
li eiusdē cognitiōe prediti fuerūt. Manifestū igit'
est ex hijs qꝛ quēadmodum gēs hebreorum ex pre
larga creatoris benignitate tam preclara tāqꝫ pre
ciosa dona sortita est sic ex ordie iusticie ipsi⁹ tene
bris ignorātie sue natiōes relicte sunt quēadmo=
dum enī per vnum ex ꝓphetis gentis illius dixit
ipse creator ad quēdam qꝛ tu repulisti deū repellaꝫ
ꝛ ego te ne sacerdotio fungaris mihi. Quid ergo
mirum si hijs q̄ honorē creatoris repellerunt no=

lentes ei debite seruitutis culturam impēdere ab
eiusdem scientia repelluntur. Euidentiora autē
iusticia abscondantur eis vel ab eis secreta sancte
istius ac venerabilis scientie si ipse huius natiōes
eam repulerunt et nec doctores de eadem habere
nec ipse ꝑ semetipsis in illis studere noluerunt.
Jam autem nosti qualiter barbare nationes mul
te diuinales atq̧ salutares scientias non curātes
in magicas et maleficas vaneq̧ curiositatis sciē-
tias studia sua totaliter contulerunt: quemadmo-
dum et nostris temporibus multos fecisse mani-
festum est et lucrorum studia id est lucratiuas sciē
tias. vides imediate studētes sola diligere et cura
re. apparet igitur euidēter ex hijs q̄ idignos mul-
tis se fecerunt vel facere potuerunt nobis dono
sapientie ipsius. Et ꝓpter indignitatem suā illud
domo obtinuerunt a creatore: q̄ vero vel repule-
runt illā vel habere non curauerunt repellētes sa
cros doctores vel per semetipsos adiscere vel stu
dere neglexerūt patenter iusto dei iudicio nō eis
dona sunt. Aperte igitur videre potes ex hijs q̄
sine culpa sanctorū ac beatissimorū principū isto-
rum spūaliū erronee nationes scientia dei ⁊ carue
runt et adhuc carent. lex autē xp̄ianorū aperte cō
tinet: quia spiritussanctus ꝓhibuit sacros docto-
res p̄dicare vbum dei in asia quid igitur mirum si
sacri ac veri principes illi interdum ꝓhibentur a
creatore reuelare secreta sapientie sue ipsius reue
latione indignissimis. presertim cum ipse legisla
tor xp̄ianorum discipulis suis p̄ceperat dicēs. no
lite dare sanctum canibus: nolite margaritas ve-
stras spargere ante porcos. euidenter ostendens
sacram doctrinā non esse cōicandam caninis ho-
minibus aut porcinis. Et caninos qdem hoies
intelligo eos qui sacris doctoribus oberrent: eos
q̧ dentibus id est verbis maledictis psequūt. hij
eñi nequissime bonā doctrinam dei repellunt dū
panem sacre doctrine reijcientes eos qui illū por-
rigant canina rabie mordent ⁊ lacerāt. porcos vo
vel porcinos hoies q̄bus sola spurcitia viciorum
sapit querūt. Aromata vo spūalia abhominabili
ter eis despiunt. Eaq̧ instar porcoꝝ qui etiā ea q̄
comedūt pedibus cōculcāt. Si igit legis xp̄iano
rum lator de⁹ et dei filius ꝓhibuit doctrinam suā
cōmunicari talibus. quid mirum si sanctis ac bea
tis angelis ꝓpter eandē causam similē ꝓhibitio-
nem aut facit. non est igitur culpa eoꝝ ꝙ hmōi ho
mines tam ꝑniciose exeant quare manifestum est
eos non negligenter vel alī culpabiliter exerce-
re officium instructionis etiā circa sic errantes.
¶ Amplius. si tales sunt erronei qui doctrinam
bonitatis oblatam sibi respuerent vel receptā nō
seruarent non expedit eis vel recipere vel audire
illam: siue eñi illā respuant siue receptam non ser
uēt deteriores efficiūtur q̄ essent doctrina huius-
modi eis nec etiam ablata: cū manifestum sit grā
de peccatum esse et deo inferens contumeliam
legem eius repellere nec vel etiā audiatur: aut cū
iam recepta recedere siue ꝑ apostasiam siue ꝑ ino-
bedientiam. parcitur igitur hmōi nationib⁹ i hoc
ipso ꝙ sacra ista ⁊ salutaris scientia eidē nec etiā
offertur in hoc inq̄tum parcitur q̄ deteriores alī
is efficerentur. Ex hijs igitur causis vl' ex aliqua
earū ꝓhibendum fuit verbū dei p̄dicari in asia: vi
delicet ne ipsa p̄dicatio occasio esset illi genti de-
teriorationis vt predixi vel ꝓpter hoc vt sacre ac
venerande doctrine debitus honor seruetur: naꝫ
contumelia irrigatur sanctis cum a ꝓphanis vel
pollutis hoibus tradunt aut exponuntur. Si vo
fuerit qs q̄ querat q̄re districte non sit preceptuꝫ
principib⁹ hoibus: videlicet q̄ principatum spūa-
lem obtinēt ꝙ ab instructione subditorū nō cessēt
vt errores impietatis docendo ⁊ disputādo exter
minent: et vt eos etiam igne et gladio prosequan
tur cuꝫ angelis sanctis ꝑmittit errores hmōi su
stinere non solum veteres vt maneant: sed etiā vt
crescant et vt noui suboriunt atq̧ subcrescant.
¶ Respondeo in hoc quia tanta est in quibusdā
nationibus horribilitas et abhominabilitas ac fe
tulentia vicioꝝ et pctōꝝ vt ipsi angeli sancti coha
bitatiouem eoꝝ abhominētur ⁊ horreāt nec mirū
cum ip̄e creator benedictus de gente hebreorum
dixit. Coinquinabor in medio eoruꝫ qđ vtiq̧ non
propter hoc dixit q̄ vlla sit vna inquinamentis et
tingendi ad ipsum: sed qm̄ abstulit se ab eis ac se-
parauit et longe fecit quēadmodum facere cōsue
uerunt timentes coinquinari. fugiunt eñi a sordi-
bus et sordidis et adiuuatur iste sermo meus ex
quo qđ accidit in ciuitate famosisissima therusalē
imminente excidio eiusdem qđ factum est ꝑ impe
ratores romanos. audita nāq̧ fuit ibi vox sancto
rum angelorum dicētū. Trāseam⁹ ex hijs sedib⁹
quo sermone euidenter ostenderunt sedes illas in
dignas fuisse contubernio seu habitatione illoꝝ.
¶ Similis vox audita fuit in quadā domo religi
osi iminente dissipatone ipsi⁹ audita inq̄ fuit ex
ꝑsona beate genitricis filij dei que patrona erat
dom⁹ illius: vtpote q̄ edificata erat i honore ⁊ no
mine ipsius. subsecuta autem patefecit dissipatio
ip̄am dei beatā genitricem iuxta verbum qđ audi
tum fuerat a domo illa recessisse: eidemq̧ consue
tum patrocinium subtraxisse. Ex oibus igit hijs
ostendit tibi sanctos ac beatos istos principes pa
trocinīū ⁊ eruditionum ⁊ alia officioꝝ suorū bene
ficia hoibus ꝓpter antedictas causas non imme
rito neq̧ iniuste aut culpabiliter interdum subtra
here. Et ꝙ nationes que hmōi bñficijs tam indi-
gnas se fecerunt aut adhuc faciunt iustissimo dei
iudicio sceleribus suis et ea amittere et amisisse:
ꝑditionemq̧ suam non sanctorū angelorū negli-
gentie: sed eoꝝ malis meritis imputādū esse. Si
eñi iuxta sermonē sapientis spiritussanctus disci
pline factum effugit: ⁊ aufert se a cogitationibus
q̄ sunt sine itellectu. Quid mirū si scti ac beati an
geli sequentes tantū ac talem ducē effugiunt sce-
leratissimas deoq̧ altissimo ⁊ ipsis abhominabi-
lissimas nationes. quid mirū si creator benedict⁹
relinquit eas cum ipse priores ipsum delinquerit
sibi abijcit eas: q̄ priores eñi abiecerūt si subtrahit
eis p̄cipua beneficia sua que sunt spiritualia. Cū
ipse sacre ac debite sue seruitutis officia eidē sub-
trahere nec timuisse hiti sūt nec adhuc ēt expaue
scūt iustissimū q̄ppe est vt hūsq̄ se ab illo auerte-
rit seipsuꝫ auertat. Admiranda autē est benigni
tas creatoris ꝙ talibus vitam et largitur ⁊ cōser-
uat. aliaq̧ multiplicia dona sua p̄ciosissima largi
tate sua p̄stare non cessat qui non solum vita ista
indigni sunt: sed etiam omni bono p̄sertim cū ipsi
et bonis q̄ ab ipso creatore accepisse illos. manife
stum est non solum execrabiliter abutunt: sed etiā

ipsum creatorem benignissimũ nequissime impugnant: non solũ in semetipsis semetipsos nepharie polluentes: sed etiã in dei cultorib⁹ quos a dei cultu ꝛ honorificentia recedere totis studiis ꝛ viribus atq₃ igne et gladio cõpellere cogantur.

¶ Quatuor modi custodiarũ: impensi hominibus ab angelis
¶ Capitulũ.ccxi.

Post hec de custodia quã hominibus vel adhibent vel exhibẽt sancti ac beati angeli cõueniẽs est vt aliquid iuxta possibile audias. De hoc igit̃ officio custodiendi scʒ testatur vnus ex nobilioribus prophetis hebreorum quia mandatum acceperunt de ipso die altissimo scʒ vt illud exequant̃ in hoies angelis inquit suis deus mandauit de te: vt custodiant te in oĩbus vijs tuis ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ ꝛc. Jam autem vidicisti alibi ex sermonib⁹ ꝓpheticis q̄ custodes dicunt̃ etiam ciuitatum siue ab hominibus siue ab aliis nocũs eã ꝓhibeant ꝛ longe faciant. Jterdum eñ adhibent custodes ciuitatib⁹ contra incendia videlicet ne ignis p̄ l curiã vel volans vel aliter non bene custoditus eas incendat pedagogi etiaʒ pueros ducentes a casibus et offensis pedum id est ad standa custodire dicuntur. nutrices quoq₃ ab aqua et igne pueros similit̃ custodiunt et a porcis ne eos conculcent. ipsi etiam medici egros quoꝝ curaʒ gerunt visitare et custodire dicuntur. ¶ Dico ergo q̄ isti quatuor modi custodiarum impendunt̃ a sanctis et beatis angelis dei dilectis et electis hoibus iuxta sermonẽ propheticum antedictũ excubiunt nãq₃ ꝛ dormientib⁹ illis ipsi vigilant vt fideles vigiles. et auertunt ab ipsis multis modis etiã corporalia ꝑicula seu nocumenta: et hoc vel excitantes vel sollicitos reddentes qui talia ꝓhibeant et auertant ꝓcurãtibus eñ illis fit plerũq₃ vt excitentur a sõpno q̄ occurrant incendio vel vigilent ea hora qua iminent. nonnunq̄ etiã ꝓcurant aquam ꝓparari cõtra incendium qḋ ipsi prescuit imminere licet ꝓpter aliam causam ꝓhauriantur hec ꝛ hiis similia ex istis ꝛ nocumentis malignorum spũum lucidissime innotescere possunt qui ad contrariuʒ hoc est ad nocendũ hominibus cõtraria ꝓcurant. plerũq₃ eñ absentiã eoꝝ q̄ nocumenta ꝓhiberent si adessent somnolentia ꝑ ebrietatem ꝓcurant. incẽdium autẽ spũale summo opere intendunt ab hominibus auertere angeli sancti videlicet incẽdiũ istarũ cupiditatũ et aliarũ hmõi de q̄b⁹ i libris miraculorũ dei ꝛ alioꝝ mirabilium plurima extra legem potes et leges si mihi credideris: sicut est illud de paruulo quẽ occidit sanct⁹ angelus ꝛ sic liberauit parentes ab incendio cupiditatũ ꝛ ab incendio nimij amoris eiusdẽ. eo nãq₃ nato ardore cupiditatis ꝛ auaricie succensi sunt vt in acquirẽdam et ad augendam illi hereditatem congregãdasq₃ eidem diuitias totum studiuʒ suũ ꝛ labores suos conferrent: sed ꝑ mortẽ eiusdẽ paruuli extinctum est vtrũq₃ incendium ab eoꝝ vtroq₃ liberati: ipsiq₃ parentes ad pristina largitatis et pietatꝭ opera ipso mortuo redierunt qui taliter a die natiuitatis illius cupiditatis et auaricie intenderunt seu intendere proposuerunt. sic ꝛ alius bonus vir interfecto nepote suo a quodã ex angelis sanctis de mandato dei a morte quã ideʒ nepos eidẽ inferre cogitauerat liberatus est. et ipse nepos a pctõ ꝛ impietate hui⁹ homicidij. Ex hiis igitur exẽplis patefacere tibi potest q̄ pluribus ꝛ nobis incogitabilibus in omnes a morte tam corporali vel spirituali custodiunt homines angeli sancti de q̄bus plura exempla ꝓlixitatem metuens ponere tibi nolo.

¶ Similitudines adducitur q̄ aliq̄n boni angeli ducunt hoies sicut pedagogi pueros inter homines.
¶ Capitulum.ccxij.

Ad instar quoq₃ pedagogi interdum homines ducunt regẽtes et dirigentes gressus eoruʒ ne offendãt ad lapidem vel lubricũ patiãtur aut cadãt in quodcumq₃ discrimen viarum. hec auteʒ maxime spiritualiter eis quos custodiunt impendunt ꝛ interdum manibus iuxta sermonem ꝓpheticum aliquos ex hominib⁹ portant iuxta planum litteре aut aliis vehiculis quẽadmodum quẽdã prophetam hebreorũ in curru igneo tulerunt in celũ sed et alij rapti sunt per angelos sanctos de habitatione nostra sicut inuenire poteris in libris narrationũ miraculorũ de puulis ꝓiectꝭ ꝛ expositꝭ a matrib⁹ suis quã curã adhibeant custodie illoꝝ angelorum sanctorum cognoscere facile est ex custodia quã eis adhibẽt lupe q̄ q̄uis seuissime sint inuentos rapiũt et ad spelũcas suas deportãt: eosq₃ inibi q̄si humana benignitate ac pietate custodiũt et nutriunt et a deuoratione luporũ defendũt qḋ nisi procurantibus sanctis ac beatis angelis fieri posse non videtur. innaturale eñ est vt lupina rabies humanam pietatem atq₃ benignitatem per semetipsam seruet in hoies quare aliunde ꝛ aduẽticia est lupabus ista benignitas ac pietas. vñ igit̃ vel suaderi eis vel ꝓcurari putanda est nisi a sanctis ac beatis angelis quẽadmoduʒ q̄ corui pascebant quẽdam ex prophetis hebreorũ sicut legitur in libris ipsorũ. vnde ꝓcuratũ est vel quauis opus tam insuetum et a natura coruina tam alienũ nisi ab eisdem sanctis angelis curam de alimẽto prophete illius gentib⁹ sicut in eodẽ libro legit̃ idem creator dixisse q̄ ꝑcepit inquiẽs coruis vt pascãt te ꝑ quos precepit nisi ꝑ angelos sanctos qui eos ad hoc vt implerent voluntatem creatoris modis qui nobis ignoti sunt induxerunt. A periculo igitur famis ꝛ molestia per sanctos angelos liberat⁹ fuit antedictus propheta. ¶ Juxta modum eundem corpus sancti viri ꝓ fide et lege xp̃iana crucíatibus horrificis interfectum custoditũ fuit a coruo ita vt neq₃ alie aues que cadaueribus vescunt̃ neq₃ alia vlla fera appropinquare auderet ad illud nec vllo modo ledere. Contra coruinam q̄ppe naturam euidenter est parcere cadauerib⁹. Et custodire ea ne comedant̃ ab aliis. bene igitur coruo illi fuit istud vt non soluʒ corpori sancti viri parceret sed etiam ne ab aliis feris vel auibus deuoraretur illud custodiret. ¶ Quod etiã qḋ modum

nutricum ab aqua ꝛ igne tam corporalibus q̃ spi
ritualibus hoies custodiant angeli sancti ne in ea
vel cadant vel postq̃ ceciderint in eis pereant. et
ab aliis similiter periculis eisdem caueãt iam inu
merabilibus experimentis declaratum est. Cũ eñ
paruulos sine custode ꝛ incautissime plerũq; reli
querint nutrices quot modis periclitati fuissent
nisi custodes angelici subuenissẽt eis ab ipsis qui
hoc viderint vel ab aliis qui ab illis audiuerũt au
dire facillimuz est. ¶ Audiui tpibus meis viros
magnos cecidisse supra corpora paruulorũ. ꝛ de
sub aceruis lapidum magnis extractos fuisse ille
sos vbi quis eos oino intactos ab omni lesiõe ser
uare non potuit nisi virtus creatoris p sanctorum
ministerium angelorũ. In ipsis autẽ igne ꝛ aqua
multos principatus aut casu mersos incolumes
exiuisse inde in gente xpianoꝝ famosissimum est.
hec autẽ q̃ humana virtute sup nullaten⁹ potue-
runt necesse est vt diuine potentie deputent̃ que
p ministerium sanctorum angelorum cũ tãtis dis
criminib⁹ sola potuit seruare quos voluit a spiri
tualibus vero ignis ꝛ aque periculis quibus mo-
dis et viis angeli sancti custodiant: quos creatorẽ
velle custodiri cognoscunt enarrare vel enumera
re non est impossibile. plerũq; eñ spũales plage ꝛ
egritudines corporibus plagis ꝛ egritudinib⁹ sa-
nantur iuxta sermonẽ sapientis quo dictũ est. In
firmitas grauis sobriam reddit animam: ꝛ iteruz
malicia vnius hore obliuionem facit luxurie ma-
xime. ¶ Leges autem si volueris qđ tibi consulo
q̃tum possum in libris miraculorũ que facta sunt
in gente xpianorum multos a sanctis angelis ver
berantes plagatos etiã mẽbris mutilatos vt sic
corrigerentur ꝛ cessarẽt a viciis suis et peccatis ꝛ
procuidubio sic correcti fuerũt Medicinale nãq;
officium exercent in homines non soluz spũalis
sanationis: sed etiam corporalis sicut apparet ex
libris hebreorũ de archangelo raphaele qui sana-
uit oculos a cecitate quã irrogauerũt stercora pul
dinum calida cadentia supra oculos eiusdẽ. Me-
dicinas vero spũales vltra qđ scire possumus exhi-
bent ꝛ impendunt hominibus quẽadmodũ enim
mali spirit⁹ viciis et peccatis homines ledunt et
vulnerant: sic isti sancti atq; beati eisdem cõtra le
siones istas et vulnera salutaria medicamenta pre
stant: magna quippe lesio ignorantia est eorũ que
dei sunt: et que ad componendã decorandãq; vi-
tam nostram ptinent: ꝛ hanc lesionẽ sanant ipsi p
instructiones ꝛ illuminationes quas hominibus
ipsi vel per ipsos faciunt vel per alios fieri procu
rant. siquidem timores passiones graues sũt qb⁹
medentur confortationibus: eodemmodo vulne
re grauissimo ꝛ lesione desperatiõis dum eos eri-
gunt et animant ad ardua ꝛ magnifica: sic dolori-
bus per consolationes: tristiciis per gaudia: que
vel ingerunt vel promittunt. iras quoq; velut ar
dores febriles freneticos q̃ furores suis allocuti
onibus mitigant et expingunt. his igitur modis
et aliis nobis incognitis seruiunt ꝛ ꝯsulũt hoib⁹.

¶ Cur isti principes celoꝝ tot hoim nationes vi
tam sceleratissimam vt faciunt infideles et praui
xpiani ducẽ patiunt̃: ꝛ ad quem finem post trans
gressiones non statiz puniant̃: sed aliqui tñ: alii
vero non.

¶ Capitulum. ccxiii.

Abet autem questionẽ ꝯtra
homines q̃ psunt hoib⁹ siue
in tẽporalibus siue in spũa-
libus: non solum doctrinis
ꝛ exhortationibus inducãt
subditos suos ad ea q̃ recti-
tudinis sunt et q̃ diuini cul
tus ꝛ honoris atq; ab his
eos aberrare non sinant q̃n
etiam variis penis et etiaz mortis suppliciis his
bonis insistere: ꝛ a contrariis eos cauere cõpellãt
qualiter ꝛ quã ob causam isti sancti ac beati princi
pes tantas nationes multitudines sceleratissimã
vitam creatoriq; contumeliosam ducere patiunt̃
psertim cum adeo facile sit eis q̃tumcunq; q̃tiu-
cunq; robustos viribus q̃tacunq; astucia tollen-
tes virtutes subiicere vel domare absq; vllo effu
gio. potestas eñ humana resistere nõ potest virtu-
ti angelice neq; virtuti fortitudo mundana contra
potestatem huius. ¶ Respõdeo igitur in hoc q̃
sicut in precedentibus audiuisti grãde diuine bo
nitatis beneficium est et gratia imperabilis ipsa
flagellatio peccantium. Quapropter manifestũ
est innumerabiles hoies indignos esse tam salu-
tari beneficio. angeli vero sancti quibus plurima re
uelat deus de consiliis ꝛ secretis suis norunt q̃ tã
to bono digni sunt. Et de q̃b⁹ beneplacituz ei⁹ sit
vt eis impendat̃: nec dubitat aliquis intelligens
quin iuxta dei beneplacitũ omnia in parte ista fa-
ciant angeli scti. Nõ ergo vindicant interdũ iniu
rias creatoris interdum aut non vindicant totuz
est ex beneplacito iustissimi ac sapientissimi crea-
toris. et q̃ insipientes misericordiam vel indulgẽ
tiam reputant in peccatores tanto maior ita ẽ du
riorq; vindicta in eosdez q̃to eternale suppliciũ
gehennalesq; flãmas constat esse suppliciis tẽpo-
ralibus acriores merito obstinatiõis ptinacieq;
sue minoribus suppliciis que ad correctionẽ pie-
tas creatoris irrogari vel iubet vel ꝑmittit incor
rigibiles impii indigni iusto creatoris iudicio re-
putantur. Et maiorib⁹ quibus digni sunt: sceleri-
busq; suis congruentib⁹ iustissime ac cõuenientis
sime reseruantur nec debet vllo modo oppinari
iudicẽ iustissimũ iniq; agere flagello vel virga la-
tronez vel homicidam non percutit. Cum videas
eum hmõi maleficiũ patibulo reseruare. ¶ Am-
plius. si principes isti sancti atq; beati cũ omnib⁹
impiis in principatibus coꝝ cõmorantibus eisdẽ
q; subdictis penis et suppliciis sic agerẽt vt nul-
lum peccare sinerent quin eum statim digna pena
feruent tracta esset vita nostra nõ libera. Vir aũt
iste sanctus et sapiens hac solum in questionis hu
ius determinatione dixit ꝛ scripsit: videlicet quia
I quis autem iuxta nominationes ipsorum per ordines ponere voluerit laborē grādem & superuacuum subibit quoniam nominationes ipsorum ex malignitatis operibus eorūdem consumpte sunt sicut lares ab eo qui laribus preessent & penates eo q̄ horreis vł penitentioribus domorum partibus. fanni vero a fatuitate satiri a saltatiōibus. ioculatores a iocis incubi a concubitu mulierum. Et succubi eo q̄ sub specie mulieris viris se supponunt. Nimphe vero fontium dee striges seu lamie astrione & lamansione quia paruulos laniunt. sic & demon qui pretextu mulieris cum aliis de nocte domos & cellaria dicitur frequentare: & vocant eam satiam a sacietate: & dominam habundiam per habundantiā q̄ eum preferre dicunt domibus q̄s frequentauerit. Huiusmodi etiam demones quas dominas vocant nocte penes quas horror iste remansit: & a quibus solis remāsit: & a quibus solis creditur & somniatur: dicūt has dominas edere & bibere de escis & potibus quos in domibus inueniunt. nec tamen consumptionem aut imminutionē eis facere escarum & potuum: maxime si vasa escarum sint discooperta & vasa poculorum non obstructa eis in nocte relinquantur. Si vero aperta vel clausa illa inueniunt seu obstructa inde nec comedunt nec bibūt. propter quod infaustas & infortunatas relinquunt nec facietatem nec habundantiam eis prestantes. Hinc vero ydolatrie pariter & errori occurrit creator benedictus in lege hebreorum precipiēs vasa omnia habere opercula statuēs immunda esse que non haberent. Ob hanc causam contrarius mos erat ydolatris q̄ vasa eorum carebant clausuris sicut dictum est modo. Si larue & lemures ab horrifica specie in qua apparebāt & a velocitate reptādi vt mures: vel a lesione potius quasi ledētes mures noīati videntur. Et iste quidem denominationes post determinatam ydolatriam apud nos remanserunt nominationes ratione ydolatrie que valde sunt iuona/cloacina/limitanus/priapus/genius/ymeneus/& alie q̄plures huiusmodi nominationes cum ipsis operibus ydolatrie a consuetudine hominum de toto romano imperio abierunt. Istorum autem duodecim que prenominari vel ginus vel maneriorum opera que predixi adhuc extare putantur vetulis facientibus & in errore suo incorrigibiliter persistentibus. Illi vero qui sibi nomina planetarum imposuerunt: nescio si quid apud absconditos ydolatras operari permittuntur. lex enim christiana eos mirabiliter exterminauit: & vbicunq̄ viget eos reprimit & compescit atq̄ imperiose excommunicat & repellit. In his autem que audiuisti non est ordinationis/vel primum/vel mediū/vel extremum inuenire. Nisi forsitan quis rerum ordinem hic attendat: & clarissimam deam. s. cloacarum infimam & innobilissimam ponat pro eo q̄ cloace in humanis habitationibus & rebus vilissime videntur. fatas vero in somnio ordine pro eo q̄ fatire precipuum sic atq̄ diuinus inter omnia que diis attribuuntur fatire namq̄ non solummodo est predicere vel cauere: sed etiam preordinare & vt eueniant que predicantur efficere. In hoc autem in singulis prenominatis. non solum inuenire difficile: sed etiam impossibile videtur. Sicut igitur in malis hominibus: nec querenda est huiusmodi ordinatio qua alii primi/alii infimi/alii q̄ habendi sint nisi forte q̄tum ad malicias sic necq̄ vt in malignorum spirituum ordinationibus nō est tibi laborādū. Iter nisi iam audiuisti presertim cum & idem malignus spiritus diuersis in locis: et diuersis de causis adorari & coli se suggesserat. Et deam enim sapientie: & deam belli/& deam venereorum. Et propterea palladem/& dyanam/& bellonam se procurauit apud homines vocari: in quo igitur colendus erit iste. Ista enim opera bellorum de nationum venereorum & ingeniorum non vnius ordinationis sunt. qui igitur non alia innotuere adhuc nobis q̄ opera quedam que audisti. quedam vero in opinione vetularum solum modo sunt. non est possibile sicut dixi ordines et congruētes assignare. De equitibus vero nocturnis qui vulgari gallicano hellequin: & vulgari hispanico exercitus antique vocantur. nondum tibi satisfeci quia nondum declarare intendo qui sint: nec tamen certum est eos malignos spiritus esse. loquar igitur tibi de his in sequentibus. Quoniam autem in opere illo malefico q̄ maiorem circulum vocant apparere dicuntur quattuor reges demonum a quattuor mūdi partibus cum exercitibus suis comitatu magno venientes. Et ab ipsis quattuor mūdi partibus heu cognominauerunt eos. Ita vt primus vocatus oriēs. Secundus occidens. Tertius rex Austri. Quartus rex Septentrionis. Vide q̄ bene se habet disputare de hoc an secundum veritatem reges sunt & que seu potentie eorum quid inq̄tum possint in subditos. expedientia vero te in sequentibus de sanctis & beatis spiritibus & de prophetis quibus hoc videre datum est absq̄ vlla hesitatione indubitanter credendum est q̄ ipsi posuerunt & scripserunt in libris suis vnicuiq̄ genti prepositum esse rectorem de sanctis ac beatis spiritibus expresse vocauerunt principem grecorum/principem regni deorum iudeorum quem proprio nomine Michaelem vocāt. quē nūc gēs christianorum principē suū & rectorē deputatum sibi specialiter ex altissimo credit ab illo siquidē tēpore ex quo gēs iudeorum ipm sibi specialr repulit ex corpali prītia dei filiū missu negauit/repulit/crucifixit/& occidit idignū se tāto pricipe tātoq̄ rectore reddidit. q̄ propter gēti xpianorum datus est custos et rector gēte illa spreta & derelicta. Merito igitur q̄ritur ab ydolatris illis vtrū illi q̄tuor reges qs a q̄tuor mūdi ptib⁹ se educere posse: & multotiens se adduxisse credunt in ope illo nephario q̄ circulū maiorē vocant sint de sctis spiritib⁹ & btis aut de multitudie malignorū. Q si dixerit de sctis esse ptradicit eis ipm op⁹ne phādissimū q̄ mltiplici ydolatria pstat eē refertissimū. Manifestu aut ē illos sublimes spūs & btōs ydolatriā sūmope detestari. & pp hoc nec illuc nuq̄ itcē eos velle nec p illā aduocari posse sz magis ad iram iplacabilē puocari. Cōtradicit etiā illis ipa figuratio & picturatio demonū q̄ i circulo illo adeo deformis & horrifica describitur i horrorem incutiat spectantibus tn̄ nemo animi capitis dubitet ta

libus figurationibus illos beatos spiritus ac desi
gnari sublimes non posse. Huiusmodi autem de
signationum si quis attemptare presumpserit in
tolerabilem eis contumeliam irrogaret. Jam au
tem tibi dixi pluries q maligni spiritus non per
mittuntur apparere hoibus in qbuscuq spẽbus
vellẽt. sz plerũq in horrificis ⁊ deformib⁹: ⁊ hoc
vtiq diuine bonitatis clemẽtia nõ liceat homies
qui sunt qui tam terribiles apparent. Q si de ma
lignis spiritibus illas esse dixerit quomodo igitur
reges intelligẽtur esse cuz alios reges ⁊ rectores
habeãt singule partes hmõi inferioris mũdi. Di
co igitur qz reges isti quattuor eo reges dicuntur
quo ipse legislator xpianorum vocauit pncipẽ ma
lignorum spũum pncipẽ mundi huius. Et alibi i
eadem lege deus hmõi seculi vocatus est ⁊ sapiẽs
ille antiquus ex psona creatoris dicit: qz ipse ẽ rex
sup omes filios supbie nec prohibiti sunt a creato
re maligni spiritus qn interdum se reges ostẽdãt
⁊ quin de regia potẽtia se iactẽt. vnde ipse dei filio
ausus est dyabolus promittere omia regna mun
di dicẽs. Hec omia tibi dabo si cadẽs adoraueris
me. Jam autem feci tibi scire q nec ipse princeps
malignorum spũum potestatẽ habet nisi pmissio
ne creatoris restrictã ⁊ limitatam nũq eousq am
pliata eius potestas vt omia regna mundi vel dare
vel auferre posset: aliquãdo sanctos ⁊ iustos reges
nunq iste mundus habuisset. ¶ Tu autẽ nõ igno
ras naturã supbie atq ↄsuetudinẽ vanitatis sup
borum ⁊ ostẽdunt se plus que nõ habẽt in illo ope
re nõ malefico ⁊ in multis alijs artis hmõi opibus
scito q opatiões psonarum que ibi fiunt ⁊ rerum
aliarum. nõ scdm veritatẽ fiunt plerũq: sz tãq in
illusione fantasmata ⁊ tãq in somno hi statiz eua
nescũt. ⁊ nullum aliud de prioꝝ eorum existẽtia
relinquit nisi horror in vultibus ⁊ aspectibus eoꝝ
qui talia opati sunt. Facile autẽ est spũalibus sub
stãtijs esse malis in ymaginatioibus eoꝝ qui illis
appropinquãt pingere signa vel ymagines rerum
quas illis voluerunt apparere. Si eñ res corpora
les ⁊ que extra nos sunt p sensus corporeos nobis
appropinquãtes tã facile pingunt in sensibus no
stris ⁊ etiam aiabus ymagines suas. Quid miruz
si substãtie spũales que formis plene sunt iuxta ser
monẽ philosophi q dicit qz ois intelligẽtia plena
est formis. Sz inqãtum aiabus nostris coniungã
tur pingũtur vel in eis vel in ymaginationib⁹ no
stris q effulgere faciunt in eis rerũ similitudines
quas voluerunt prout a creatore nostro oĩpotẽ
tissimo pmittunt: ⁊ de hijs qdem audiuisti supra
latius. De regibus istis si qs dixerit regem oriẽtis
nobiliorẽ ac potẽtiorẽ esse pro eo q inferioris mũ
di pars oriẽtalis nobilior esse videtur ceteris eo q
ab ipsa est initium motus celestis nolo contẽdere
de hoc vel etiam si dixerit q pars oriẽtalis totius
terre nobilior est diuitijs metallorum lapidũ ⁊ aro
matum gẽmaꝝ. i. lapidum preciosoꝝ. Et qz para
disus terrestris in illa parte esse creditur. Fortasse
verum est illum nobiliorẽ esse verum ex causis ex
quibus ponit hoc nullatenus possibile vt sic. quẽ
admodum enim in ditissimis regionibus nihil p
hibet esse pauperrimos aliquos habitatores ⁊ in
gẽte nobilissima nõnullos ignobiles. Sic ⁊ i oriẽ
te qtũcũq sit predita pars illa nichil prohibet: et
illum ⁊ multos alios habitatores eiusdem ignobi
les esse: sicut ⁊ pauperes. lz pluribus diuitijs habũ
re nostis regio illa. Presertim cum neq in motu
celesti in eius initio: neq in complemẽto: neq in
radice ipsius: aut causa qcq habeat potestatis. sic
⁊ de diuitijs respondendum qz cohabitatio nõ fa
cit sz possessio. Ex hoc manifestum est neq reges
illum possidere diuitias neq qcq habere potesta
tis in illis. qz si hoc esset boni viri ⁊ pij dispensato
res diuitiaꝝ nullaten⁹ eos obtinerẽt: qz hmõi ho
mines elemosinis ⁊ vsibus malignos spũs impu
gnãt sicut dicit sapiẽs aqua extiguit ignẽ ⁊ elemo
sina resistit pctis. Et idem sapiens. Sup scutum
⁊ lanceam expugnabit elemosina pro te aduersus
inimicum tuum nec intelligis q adduxeriz sermo
nes istos vt probationum memoris: sed ad hoc vt
scires veritatẽ quã probatioibus intẽdo declara
re fuisse in cordibus sapiẽtum. veritatis huiusmo
di declaratio hec est radix sup quam fundata est p
positio qua dicitur omnia opa bona hoim creatori
placita obsequia eius esse. Omnia autẽ opa nostra
mala creatori displicẽtia obseqa malignoꝝ spũum
sunt. Et propter hoc manifesta impugnatio ipsi⁹
cõtumeliosa ⁊ capitalibus inimici ipsius impensa.
Qui eñ pncipi malignorum spirituum seruiũt si
ue in ipso p se siue in aliquo subditorum siuẽ demo
niorum indubitanter ipsum regem ⁊ pncipẽ ipo
seruitio reputant ⁊ quodam modo confitentur.
Quapropter regno dei altissimi ⁊ glorie subtra
hentes ipsum impugnant: ⁊ qtum in eis est pnci
pem contrarium ex aduerso eiusdem constituunt
vnde regnum ipsius quod vnicum est omnium se
culorum qtum in ipsis diuidunt ⁊ partem illius
altissimo deo auferunt. Hec autem est impugna
tio manifesta creatoris. quare econtrario omnes
illi qui de regno contrario se subtrahunt ⁊ regno
creatoris per sacratissimam ac nobilissimam serui
tutem ipsius se adiungunt regnum illud dyaboli
ce malicie minuunt: et quoniam placitis creato
ri operib⁹ tota ista impugnatio fit: quia malignis
spiritibus resistitur per ipsa ⁊ ab hominibus abs
ciduntur: et regenerare vel dominari in eisdem per
eadem prohibentur. Manifestum igitur q placi
ta creatori seruitute que in bonis operibus inte
rioribus vel exterioribus potissimum consistit: li
cet radicaliter a virtutibus. palam igitur q inten
dam quoniam boni ⁊ pij dispensatores diuitiaruz
hostes sunt: ⁊ impugnatores fortissimi maligno
rum. vnde potestas dandi vel auferendi eas nõ est
penes malignos spiritus. ¶ Quod si dixerit qs
q ad ipsum sic potest dici de creatore q omnes ma
li ⁊ male vtentes inimici eius sunt sicut habet ex
presse lex christianorum quia si quis voluerit ami
cus huiusmodi mundi esse inimicus dei constitui
tur. ¶ Respondeo in hoc. quia bonitas etiam ini
micis. non solum diuitias temporales: sed etiam
spirituales largitur: nec malicia eorum eousq vel
contrahere: vel restringere prelargam bonitatem
ipsius vt non eis multipliciter bene faciens. Eo
vero est malignitas dyabolica vt nec etiam ser
uientibus suis non parcat. Cuius exemplum ip
se legislator in sole ostendit quem non solum su
per bonos: sed etiam super malos lucere facit de⁹
⁊ pater omnium. Verũtamẽ qtum pertinet ad ve
res qcq habeat temporales diuitias atq potesta
tes ⁊ honores. in hoc euidenter ostendit q eos in

dignissimis atqꝫ vilissimis ⁊ inimicis eas etiā ple
rūqꝫ largitur. Electis autē ⁊ dilectis suis frequē-
ter conferre eas dedignantur tanq̄ dignitate ipsa
rum indignissimas. Indubitanter quidē verum
est quia ea est malignitas dyabolica vt si potestas
ei diuitiarum suppeteret eas etiam inimicis suis:
non tamen in bonum eorum daret: sed in malum
ipsorum. Diuitie namqꝫ iuxta sermonem sapien-
tis antedicti aggregantur in malum domini sui.
Illis enim potissimum daret vel dari procuraret
eis quas crederet aduersores ⁊ in malum ipso-
rum ⁊ aliorum hominum ⁊ potissimum in creato
ris contumeliaꝫ conuersuros. Bonitas autē crea
toris intendit ꝙ decet honorem ⁊ gloriam ipsius
atqꝫ magnificentiam largitatis sue etiam cuꝫ sint
receptores beneficiorum suorum in perniciē suaꝫ
⁊ aliorum pessime vsuros. Causa autem in hoc est
certissima qui ipse nouit nequissima abusione hu-
iusmodi a deo bono vti vt multa ⁊ bona magne in
de eliciat ⁊ longe maiora q̄ sint abutentium mala
quod euidentissimuꝫ est in malicia dyabolica qua
tamen bene vtitur bonitas creatoris de qua tot et
tanta bona elicit vt omnem estimationem nostraꝫ
excogitent ⁊ vsurpent sicut in tractatu singulari
de eiusdem prouidentia didicisti. Cum igitur nec
re/nec nomine/nec ratione reges sint maligni spi
ritus cum nec ratione agant/nec ratione agere fa
ciant/vel doceant obedientes sibi manifestum est
eos nomen regum mendaciter vsurpasse quod vti
qꝫ nulli intelligenti mirum videri debet cum ho-
norificentiam cultus soli creatori debiti ⁊ nomen
etiam incommutabile deitatis non expauescit nec
veretur sibi assumere gloriamqꝫ altissimi in se trā
ferre adorari coli ab hominibus tanq̄ deus: ⁊ quā
doqꝫ extorquet per tormenta ministerio videlicet
ydolatrarum vel potius insanissima seuitia eorū-
dem. Iam igitur manifestum est tibi intentio qua
rex vocatus est: scilicet super omnes filios super-
bie. Concedatur autem reges eos esse quemad-
modum latrones habere principes dicuntur. Et
aliquis princeps latronum dictus est non ꝙ eos
ratione ageret vel in aliquo corrigeret. sed pro eo
ꝙ eis in latrociniīs ⁊ rapinis eis principaretur ⁊
preesset. ⁊ obedientiam ei in talibus exhiberent:
nec hoc est decertandum in ꝙ reges quattuor pla
garum terre vocati sunt cum alius intellectus hu
iusmodi subesse sermoni nō possit nisi quia ideo
rex orientis dictus est pro eo solo ꝙ in plaga oriē-
tali malignantibus spiritibus preesse putatur. et
ad hunc modum de aliīs. De potestate autēꝫ ipso-
rum qui preesse dicitur malis spiritibus: ⁊ de po-
testate ipsius principis aliorum in sequētibus do-
ceberis que ⁊ quanta ⁊ qualis sit in subditis: verū
non est pretereundum de hoc ꝙ in nominatis ope
ribus: scilicet duorum circulorum qui vocantur
maior ⁊ minor: ⁊ de ipsa figatur mādari siue abrau
dari atqꝫ aliīs huiusmodi in quibus conuenire di-
cuntur multitudines malignorum spirituum. nec
non ⁊ reges ipsorum cum comitatibus vt eis vide
tur regalibus. ¶ Scire debes ꝙ omnes huius
modi apparitiones in visionibus fantasticis sunt
ꝙ inde manifestum est quia huiusmodi nec coro-
nas hn̄t: nec gestare possunt: nec incedere coro-
nati cum capita non habent. similiter nec mimi
nec saltatores aut ioculatores cum omnia hec ar-
tificia vocibus corporalibus perficiantur. Spi-
rituales vero substantie naturali impossibilitate ⁊
motibꝰ corporalibus prohibite sunt sicut alibi di-
dicisti. ¶ Cythare di autem tybicines esse non
possunt cum huiusmodi instrumenta soli auditui
seruiant ⁊ dignitas aut aliīs instrumētis tangi ne
cesse habeant ⁊ moneri ad hoc vt musicos soni-
tus ad congruum reddant: auditus autem locuꝫ
non habeat apud huiusmodi substantias: sed ne-
qꝫ manus aut digitos habent. Manifestum est
quoniā non nisi deceptis ⁊ scientie naturalis igna
ri illusiones huiusmodi ostensiones faciunt. apud
scientes autem ⁊ rationales non audent fantasias
huiusmodi ingerere vel suggerere scientes sermo
nem sapientis quo dictum est. Frustra iacitur re-
the ante oculos pennatorum. Et intendo facere
te scire in sequentibus causas huiusmodi fantasio
rum viasqꝫ ⁊ modos quibus naturaliter fiunt. naꝫ
⁊ ipsi maligni spiritus per res naturales hec om-
nia faciunt verum ad ea facienda per vias perdi
tionis inducuntur: hoc est per sacrificia nepharia:
oblationesqꝫ ⁊ obseruantias sacrilegas. has igi-
tur vias non speres scire per me/ vel audire a me
contrarie siquidem sunt veritati ⁊ rectitudini phi
losophie: ⁊ ꝙ habet impiissimum ac summo opere
fugiendum. ¶ Declaratio autem per quam sci-
tur: quia hec omnia huiusmodi fantasmata sunt ⁊
nichil veritatis habentia: hoc est si veri equites es
sent qui apparent post dispositionem apparerent
vestigia equorum ⁊ impressiones notabiles in lo-
cis ⁊ impressiones pedum. vbi currus essent no-
tabiles reuolutiones: nichil autem ex omnibus
hiīs apparet pius.

¶ Amplius. spirituales substantias ⁊ imperabi-
les quis equitare cogitari potest fingere. Et vt ad
vnum dicam apparatum illum corporalem siue
armorum ornamentorumqꝫ virtus ymaginatio-
nis aptare potest.

¶ Amplius. si veri equites ⁊ veri currus/⁊ vere
rote/ceteraqꝫ corporalia que ibi apparent vera es-
sent equaliter ab omnibus viderentur. Omnibus
inq̄ qui secundum visum eque bene dispositi es-
sent. non autem apparent nisi hiīs qui intra circu-
lum sunt vel magistro operum ⁊ sociīs eius: vide-
licet qui tam inexecrabilis operis consortes ⁊ coo
peratores sunt. ¶ Amplius. in hmōi magister ꝑ-
cutit terrā ad partē oriētis aīi se cum gladio. ⁊ hec
dicit. exeat hic magicus rex oriētis. vn̄ iubet eum
exire nō nisi de ꝓfundo terre ⁊ ꝑ apturā quā gla-
dio efficit vn̄ nō venit rex ille ab oriente. sꝫ exit vn̄
exire iubetᷣ. s. de loco ꝑcussionis. qualr̄ eīn moriē-
te ꝯstitutus vocē audiret hmōi quē ad tactū lapi-
dis audire nō posset. ¶ Ampliꝰ. qualr̄ inde exire
iubetᷣ vbi nō est. ponā autē tibi exēplū alteriꝰ opis
qḋ est valde famosum apḋ hmōi maleficos de ca-
stro fantastico qḋ facere se simulāt hmōi decepto-
res. Cuꝫ reuera eousqꝫ ⁊ sacrificio ⁊ aliīs tacēdis
nūq̄ nominādis obseruātiīs vt reuera ministerio
eoꝝ castrum portis ⁊ turribus ⁊ muris ⁊ arce mi-
re edificationis ⁊ structure appareat veꝝ ad modi
cū ⁊ ad solā horā opationis hmōi ꝯsummata autē il
la a deo disparētvt nullū oīno vestigiū eiꝰ i loco in
quo apparuit relinquatur. Nāꝫ si verum castrum
esset nec tam paruo circulo claudi posset: nec tam
subito dirui vel euerti vt euersiōes eius ruine nul-

lo appareant: ꝛ nullus cuius sonitus audiretur: quia vero reges eos credere ꝛ nominare ausi sunt malefici: conueniēs est vt detegatur ꝛ declaretur tibi imperitia qua istud fecerunt. ¶ Dico igitur quia manifestum est intelligētibus regiam dignitatē ꝛ potestatē primam ꝛ maximam esse in terrenis seu secularibus potestatibus dignitatibus. Et quia non est ei superior aut compar: vel etiaʒ in regione: alia in gn̄e vel ordine suo. Quapropter secundum verissimam examinatissimamq; rationē suam seu diffinitionem solus nominandus est rex creator altissimus ꝛ omnipotētissimus qui est verus ac solus dominus omnium seculorum. Propter quod lex christianorum congruētissime nominat ipsum regē seculorum ꝙ igitur potētiores reges vocantur nonnullam similitudinem est. huiusmodi enim homines in ordine suo aliis hominibus non subsunt. Propter quod secundum consuetudinem saracenorum potentissimi apud eos soldani vocantur quasi soli domini vel solum modo domini: eo ꝙ sine participe dominantur in partitionibus suis: vel quia puta hoc est sine subiectione est dominatio eorum. ¶ Quod si quis dixerit quia potentes quidem qui imperatores dicuntur presunt regibus ꝛ subiectos habēt reges multos. Respondeo in hoc quia ipsi qui dicuntur imperatores reges sunt: ꝛ regia dignitas vel potestas in vicinitate est ordinis sui: nec vltra. vel supra ipsam est potestas vel dignitas vel dominatio. Quicunq; etiam imperator dictus est rex etiam si monarchiam totius orbis obtineat. Ipse etiam Alexander post regnauit in gratia regesq; ꝛ omnes tyrannos ꝛ strēnuitate perdomauit sibi subiecit rex vocari non indignatus est sciēs nomē istud potestati sue ꝛ dignitati congruere ꝛ per ipsum in nullo honori suo detrahi vel glorie derogari. non igitur rex iste qui alii regi subiectus est quoniam nec vere liber est cum superiori suo ac presidenti seruire necesse habeat: libertas eñ omnium honorum ꝛ dignitatum veri nominis ꝛ rationis fundamentum est: iuxta sermonem sapiētis quo dictum est. q: nō decet seruum dominari principibus cuʒ manifestum sit vere dominationis rationem non posse pati seruitutem ꝛ veram presidentiam seu prelationem siue non admittere subiectionem. quare si veri reges sint illi quattuor prenominati ꝛ a quattuor mundi plagis agnominati. Manifestum est eos non subesse alii regi vel principi: excepto dūtaxat principe vel rege ꝛ domino omnium seculoruʒ Iam autem declaratum est ꝛ notissimum effectuʒ vnum esse principem omnium malignorum spirituuʒ ꝙ nec ipsi malefici inficiari adhuc auditi sunt Si quis autem dixerit quia reges sunt singulariū ciuitatum rectores ꝛ reguli etiam dici consueuerunt qui paruis regnis preerant: Respondeo in hoc quia rectores ciuitatum qui subsunt regibus prefecti seu prepositi ciuitatum nominantur: non reges ꝛ presides prouinciarum proprie nominantur qui sub regibus president prouinciis. Insuper manifestum est quia qui regitur in eo ipso ꝙ regitur non proprie rector dici potest sed rectoris potius instrumentum quemadmodum gubernaculum nauis. nō gubernator nauis: sed gubernatoris organum. Et hoc non est ob aliam causam nisi quia gubernaculum in gubernatione nauis nichil agit ex se vel per se. sed agitur potius ipsum ꝛ agitatur voluntate ꝛ industria solum modo gubernātis. Iam igitur declaratum est antedictos reges a quattuor mundi plagis reges non esse cum super eos. sic ex omni lege nominata ꝛ famosa eos subesse regi qui rex dicitur in sermone sapiētis super omnes filios superbie. Cum autem inspexeris totum illud nephandissimuʒ opus ꝙ nominauimus tibi maioris circuli inuenies causam nullam: fructu nullum propter quē oporteat quattuor illos reges cum tantis suis exercitibus conuenire ad illud. paucissimis eñ atq; paulissimis expediri potest quicq̃ illo opere extenditur. Quapropter dubitari nō debet quoniam malefici ad ostensionem sacrilege artis sue conuentus illos procurent ꝛ ipsi maligni spiritus vanissimo honore ꝛ gloria q̃ sibi ipsis impenditur conueniant ꝛ apparatu. etiam quidem notum tibi esse debet ex eis que precesserunt q̃tum appetunt nomē regie dignitatis ꝛ potestatis: ꝛ alia quoq; appetitū supbia ꝛ inanis glorie suggerunt.

¶ Qualiter maligni spūs vexāt ꝛ decipiūt homines.

Capl'm. xiii.

Post hec autē iuxta ordinē premissionum precedentiū aggrediar locum loqui de vexationibus quas irrogant maligni spiritus ꝛ de arreptiōibus quibus arripere dicūtur homines propter quod ꝛ arreptici dicuntur qui ab eis abreptionē huiusmodi patiūtur.

¶ Dico igitur quia vexatiōes quas irrogāt hominibus. nō solum iuxta: sʒ etiam pia creatoris permissione secundum duos modos sunt. Alii enim sunt a foris ꝛ isti etiam duobus modis videlicet in rebus ꝛ in corporibus. alii vero ab intus sunt siue intus: q: animas hominum multipliciter ledunt sicut audies in sequentibus. nunc a foris vexatus fuit ille sapiens ꝛ sanctus qui non solum in exemplum patientie propositus est omnibus dei dilectis ꝛ electis. Sed etiam in saluberrimum documētū cure siue curationis ꝛ prouidentie dei altissimi ad medendum errorem eorum qui non curari: sed negligi se putant a creatore quotiens vel in rebus suis vel in corporibus affliguntur. Euidenter enim videre potes in exemplo viri istius: quia dei dilecti ꝛ electi maxime curātur a deo altissimo cum ab eodē derelicti neglecti que videntur. huic enim viro quecunq; sathan abstulerat bona temporalia deus instituit duplicata. Rebꝰ igitur omnibus spoliatus fuit a sathan: vexatus fuit etiam ab eodem in corpore suo sicut euidenter legitur in libro ipsius hīs verbis. Egressus igitur Sathan a facie domini percussit Iob vlcere pessimo. id est scabie famosa. per predones autem ouibus suis ꝛ aliis animalibus spoliatus fuit sicut eiusdem libro legitur euidēter. facile autem fuit ipsi sathā cōcitare corda illorum maloꝝ hoīm ad hmōi predaʒ faciēdam qui tot milia predonum ad rapinas concitat q̃q; etiam propria cupiditate ad hoc ipsum

induci potuerunt. ¶ De igne vero qui de celo descendisse dicitur super oues ꝛ pueros ꝛ de vento qui irruit a regione deserti ꝛ euertit domum ipsius. Non est dubium quin eos adducere poterit ꝛ generationē eoꝝ procurare cum in egypto generationem ranarum que per magos pharaonis facta fuit potuerit procurare de hiis tibi loquar in sequētibus. Qualiter autē percussit illum virum sanctum vlcere pessimo a plāta pedis vsqꝫ ad verticē nō est perspicuum ex libro illo. Memini autē multos ex peritioribus medicis opinatos fuisse: quia similis plaga exhausta veneni puenerit an veneno igitur an afflatum tam vehemētis corruptiōis huiusmodi plagam viro illi sancto intulerit sathan liber ille non exprimit sicut de vento ꝛ igne qualiter eos concitauerunt. forsan ob hanc causam tacēs quibus viis vel modis ita virum illum dei vexauerit: ne aperiret viam similia faciēdi maleficis ac veneficis quibus plerumqꝫ non deest voluntas nocēdi hominibus si potestas ei ꝛ sciētia suffragarētur artificium igitur id dyabolicum creatoris pietas hac de causa voluit subiceri nō tam parens hominibus quibus insidiantur ipsi malefici q̄ etiam ipsis maleficis dum ipsis per hoc potestas ꝛ sciētia subtracta est malignandi. Arreptiones vero a quibus arreptici nominanť qui eas a malignis spiritibus patiuntur ab intus sunt ꝛ proprie anime ac per se sic arrepte dicuntur. Ad cognoscendas igitur ipsas necesse habes illud auertere de natura animarum nostrarum quod signa ꝛ passiones que fiunt in ipsis aut in organis virtutum apprehēsiuarum rapiunt eas ad eos quorum signa sunt vel a quibus impressa sunt ꝛ cogunt eas cogitare illa id est apprehēdere generaliter q̄diu in eisdē sunt in effectu. Quēadmodum vides de hiis que oculis impressa sunt a rebus visibilibus: quia quādiu in oculis sunt in effectu tam diu necesse habemus apprehēdere visibilia a quibus impressa sunt nisi forte anime nostre abstracte vel occupate sint quēadmodum accidit nonnunq̄ ꝙ ea que coram oculis habemus etiam apertis oculis non videmus pro eo ꝙ anime nostre aliis intēte in ipsis detineātur ac ab hiis que eorum oculis sunt illa hora auertantur. Inuenies interdum homines sic attonitos ꝛ a sensibus abstractos aut nichil de sensibilibus illa hora apprehēdant. Et si quis eos ad huiusmodi apprehēsiones inducere voluerit necesse habet illos vel impulsu vel voce alta quasi de somno excitare ꝛ ad ea sensibilia que eos apprehēdere voluerit aduocare. Memini enim me ipsum tenuisse librum coram oculis viri litterati intelligētis q sic stupefactus ꝛ raptus fuit vt in eo nichil prorsus legere posset quem cum voce sollicitarem manuqꝫ pulsarem vt in librum intenderet ꝛ legeret vix reuocata est anima eius exteriora sensuum. Timore enī astantis multitudinis ab exterioribꝰ sensuum quasi fugerat formidans vehemēter in conspectu tot ꝛ tantorum legere que ipsi legēda offerebanť. Nec tibi tam dubium est vehemētia timoris tales stupores ꝛ attonitiones sepissime fieri animabus nostris: ita vt deo metuere videantur ab exterioribus vt intra se fugisse non immerito iudicētur. Accidit etiam interdum vt ipsa exteriora mēbra deseruisse videantur cum nec motus nec sensus in eis appareat sicut euidens est in extasi ꝛ spasmo ꝛ in omni etiam raptu. Interdum autem accidit ex vehemētia huiusmodi passionum nulli desertio corporis de qua nō est dubiuꝫ quin sit mors. Cum igitur profundate vehemēter ꝛ fixe fuerint huiusmodi passiones in organis virtutum que dicuntur apprehensiue ab intus. rapiunt in se animam humanam ꝛ subripiunt eam sibimetipsis: ita vt libere voluntatis nichil interdum habeat. Interdum vero valde modicum ꝛ cum ita totaliter liberam voluntatem ei subripuit. firmiter huiusmodi homines sic arrepti non libertate voluntatis sed impetu passionum illarum quēadmoduꝫ bruta animalia que firmiter necessitate passionuꝫ seu impressionuꝫ quas recipiūt a sensibilibus nec habent resistere vel contradicere illis. Et non est dubium iam experiri volētibus quin quidam furiosi in aquam ꝛ in ignem se precipitare conētur. ꝛ in alia quecunqꝫ pericula ita vt nullatenus nisi vi ꝛ violentia ab hiis aduerti possint. Propter qđ ligantur ꝛ recluduntur longe fiunt ab eis arma ꝛ omnia alia instrumenta quibus vel seipsos vel alios ledere possunt. Mirabile autem multis non immerito videtur qua de causa fortiores sint furiosi q̄ tempore furoris q̄ tempore sanitatis cuꝫ egritudo nichil viribus corporis addere videatur ¶ Dico igitur in hoc quia vehementia passionū ex quibus sunt furores adiuuat ꝛ confortat eousqꝫ virtutem imperatiuam motus. vt ex hoc virtutes executiue plurimum inualescant ac si de confortatione ꝛ adiumento huiusmodi videlicet virtutis imperatiue redundet quin sibi coniunctiuas executiuas motus atqꝫ subiectos. Contingit quoqꝫ imminētibus magnis periculis naturam omnem animalium magis euici contra illa et quasi collectis vndiqꝫ viribus contra illa pugnare. Et hoc siue ad euasionem siue refugium siue ad resistentiam atqꝫ victoriam/ꝛ quoniam ex passionibꝰ prenominatis fiunt arreptiones huiusmodi. sunt opinati nonnulli ex peritioribus medicis non operari eos malignos spiritus quod quidem opinari stultissimum est. hoc enim est tanq̄ si quis diceret mortem non irrogari veneno vel gladio. Propter hoc quoniam ex corruptionibus humoruꝫ aut membrorum accidit q̄uis namqꝫ ꝛ a rebus forinsecis ꝛ a vaporibus intus videlicet in corporibus reuolutis ꝛ ad cerebrum ascendentibus organaqꝫ apprehensiua in eadem inficientibus passiones ꝛ impressiones huiusmodi prouenient sic. nichilominus facile est malignis spiritibus ad huiusmodi organa appropinquantibus similes eis imprimere passiones applicatione sua vel coniunctione ad illa. Et iam dixi tibi qualiter ꝛ vnde hoc sit possibile huiusmodi spiritibus. Non enim propter hoc quia homines gladiis occidūt homines minus possibile est de malignis spiritibus gladiis homines occidere cum a creatore optima promittuntur. ¶ Iam autem scitum est quia similitudo aque cum profundata ꝛ fixa fuerit in spiritu ymaginabibili. efficit vt ille qui hoc patitur semper aquam sibi videre videatur. ꝛ ab ea fugiat quasi timens imergi in ipsam. Eodem modo se habet ꝛ de similitudine ignis in eodem spiritu similiter impressa. Et ad hūc modum de aliis hoc est de aliarum rerum similitudinibꝰ: sic in eodē organo se habētibus. Et similitudines quidē iste interduꝫ

a deo ꝓfundãtur vt ipsum patiẽtẽ sic arripiãt τ a=
lienãt a seipso vt nihil aliud se credat esse nisi rem
similitudinis illi⁹ quẽadmodũ accidit in illo q̄ se esse
gallum credebat nec potuit induci vt loq̄retur vel
aliquã vocẽ emitteret vt homo. Sꝫ galli vocẽ tñ
effigiabat ꝓut poterat: hoc tñ nõ erat ei ablatum
quin gallum se diceret esse: τ ꝙ alta vox vel cantus
cum minime deceret. Ego ipse memini me vidisse
hominẽ añ quẽ nõ volabat auicula vel auis magna
quã se esse nõ crederet. Credebat etiã interdum
se esse filium dei. interduꝫ spiritum sanctum. interduꝫ
dyaboli filium: τ antichristum. Scio etiam me vi=
disse mulierẽ que credebat se cognosci ab intus τ
a dyabolo τ alia vix incredibilia se sentire dicebat
De illo vero q̄ credebat se esse auẽ quãlibet ante se
volãtẽ qualiter hoc facile tãqꝫ cito in alienatiões
hmõi incidebat. Dico qꝛ raritas spũs hmõi yma=
ginabilis similitudines τ formas facile recipiebat τ
intime admittebat. ¶ Nõ si qs q̄rat de vaporib⁹
seu fumis resolutis: vel a cibis: vel ab humoribus
corporis humani qualiter similitudines reꝝ tam dis=
similium vel imprimunt vel exprimunt aiabus no
stris. Et cõsideret homo hmõi qꝛ modica albedo
de nocte in pariete similitudinẽ hoĩs exprimit τ ge=
τ acies. τ interdum exercitus magnus videñr. qd
autẽ ex huiusmodi fumis atqꝫ vaporibus τ in vigi=
lantibus: τ in dormientibus apparitiones mirabi
les τ interdum horribiles. Unde manifestum est:
quia cum signa siue impressiones per quas fiunt
ad animas patientium sint hoc est vel in ipsis ani=
mabus eorum vel in organis virium apprehensi=
uarum que apprehensiue ab intus vocantur. necel
sario est eas habere causam agenteꝫ vel a foris vel
ab intus. Et a foris quideꝫ manifestuꝫ est eas cau
sam huiusmodi non habere cum secundum corp⁹
nihil patiantur q̄ signa in primatis huiusmodi. q̄=
re necesse est vt ab intus causa sit agens impressio
nes huiusmodi. ab intus autem non est aliqd singe
re ꝙ eos efficiat nisi vel vapores quos dixi vel spi
rituales substantias quibus est accessus τ applica
tio quam audisti ad animas nostras. Beati autem
ac boni spiritus impossibile est vt istas delirati=
nes τ ab alienationes faciant animabus humanis
cum euidenter sint perniciosissime lesiones earuꝫ
quarum necesse est eas vel a malignis spiritibus:
vel a causis antedictis fieri. Adiuuabit autem ad
hoc te experiẽtia artis medicie si vel modicũ qdẽ pi
tie ipsius habueris. Sequũtur alienatiões huius=
modi naturas humorum ex quibus egritudines
fiunt quemadmodum si ex colera fuerit egritudo
somnia sunt de rebus ad ignem pertinentib⁹ qua=
les sunt fulgores τ ardores. Et ad hunc modum
se habet de aliis humoribus τ elemẽtis ac elemen
torum rebus eisdem congruentibus experimen=
to quoqꝫ certissimo hoc ipsum probabis in ipsis
patientibus qui in semetipsis sentiunt crescere vel
delectari. rarescereqꝫ τ euanescere in nichilum: et
fantasmata vt ymagines proculdubio secundum
ꝙ huiusmodi vapores seu fumi rarescunt τ euane
scunt in nichilum: aut crescentes primum τ dila=
tari per rarefactionem vt predixi. τ quemadmo=
dum preaudiuisti per rarefactionem crescentes.
Nec dubitare potest aliquis intelligens quin qui=
dem ex vaporibus huiusmodi fortioris ac vehemẽ

tioris sint impressionis q̄tum quidam alii. Simi=
liter τ de organis virtutum apprehensiuarum pre
dictarum non est dubium quin quidaꝫ sint facilio=
ris receptibilitatis τ etiam profundationis quã=
busdaꝫ aliis. Quapropter singũtur τ radicantur
secundum magis et impressiones huiusmodi ex
quo accidit ꝙ quidam sunt perhennis fictionis τ
ineradicabilis immania τ melancolia interdum
incurabiles inueniuntur arte medicine. Simili
ter accidit in somniis videlicet ꝙ quedam fixioris
sunt quibusdam aliis. Quedaꝫ vero a deo debilis
impressionis vt cum ipso somno vel etiam antes
euanescunt: τ propter hoc fugiũt a memoria som
niantium. Debes autem attendere cum hũs que
precesserunt. quia impressores huiusmodi videli=
cet somniorum nouerunt ipsos somniantes nisi
virtutes executiue motus ligate essent in eis ꝑ som
nium ꝙ inde manifestum est quia virtutes impe=
ratiuas non minus mouent in somno q̄ mouen=
tur in vigilia. non enim minor delectatio in ipso
somno q̄ esset in ipsa vigilia τ veritate. Exempli
gratia. non minus delectatur qui somniat se co=
medere vel bibere q̄ delectaretur si in veritate co
mederet vel biberet. Similiter nec minus esurit
aut sitit somnians q̄ si vigilaret. Similiter se ha=
bet τ de delectatione cuꝫ mulieribus. non minus
enim delectatur qui se somniat dormire cum mu=
liere q̄ si reuera cum ipsa dormiret. Manifestum
est igitur tibi per hoc qualiter τ propter quidam
exagitantur quocunqꝫ genere furoris furiosi cuꝫ
furia siue furor non sit in eis qui continue vexan=
tur nisi somnium fixum. in eis vero qui facile τ se=
pe arripiuntur arreptio similiter somnium est.
Quapropter causam quam predixi facile profun
ditur τ facile euanescit. Fecit igitur te scire per hoc
quia vera est medicoruꝫ sententia qua sentiunt ar
reptiones τ furores fieri ex vaporibus τ fumis vt
predixi. τ nichilominus verus est sermo quo dici=
tur quia per malignos spiritus fiunt arreptiones
τ exagitationes siue vexationes hominum iuxta
modos quos predixi. ¶ Tu vero ne dubites quia
orationibus virorum sanctorum τ dei amicorum
omnia genera huiusmodi arreptionum atqꝫ vexa
tionum curantur. arte vero medicorum non curã
tur q̄ a malignis spiritibus fiunt. Presertim cuꝫ
potestas eis datur vel imprimendi a deo vehemẽ
tem τ profundam impressionem vel continuan=
di eam quam potestatem sola virtus omnipotẽtis
creatoris que sanctorum viroruꝫ orationibus p̄
ꝓpitissima semper adest sola auertit atqꝫ compesci=
tur. Iam igitur dixi tibi arreptiones τ vexatiões
que fiunt hominibus a malignis spiritibus est qua
liter ab ipsis τ etiam qualiter τ aqua via liberan=
tur homines ab ipsis. Dedi etiam causam propter
q̄ multi errauerũt medicoꝝ i hoc nõ credẽtes ar=
reptiões aliqs aut vexatiões irrogari vel ꝓcurari a
malignis spiritib⁹ q̄ ꝓculdubio nõ alia fuit nisi qꝛ
cognouerunt eas plerũqꝫ esse a vaporibus τ hu=
moribus naturaliter τ arte etiã medicine interdũ
curari. De qua etiam manifestum est. qꝛ contra ma
lignos spiritus nihil potest τ in errore suo certuꝫ
est fuisse Aristotelẽ q̄ malignos spũs esse nõ cre=
didit. et propter hoc nec arreptiones nec vexatio=
nes ab eis aliquis irrogari cũ a non entibus mani
festum est nihil esse posse aut fieri. qm̄ autem cõis

sermo est apud homines malignos spūs itrare in
hoies ⁊ exire ab eis et habitare in ipsis merito in=
uestigandum est vt quid sit ingressus vel exitus et
quid habitatio et vbi. multis enim visum est mali=
gnos spiritus corpora hoim nō intrare neqꝫ ani=
mas eoꝝ sꝫ magis obsessa tenere. Et isti proculdu
bio nō soluūt q̄stionē hāc: sꝫ maiorē difficultatē in
uadūt. Obsidiōes nāqꝫ castrorūꝫ ⁊ vrbium oīmqꝫ
munitionum a foris esse ⁊ fieri ꝯsueuerūt. Et ide
etiā obsidiones noiate sunt: qui eni obsidet castrū
ob illud id est cōtra illud sedet ꝙ est dicere. Sedet
econtra ⁊ hoc magno grādiqꝫ circuitu vel cum ad
hoc est sufficiēs exercitus multitudine atqꝫ forti=
tudine vt ipm ex omni parte circūdet. Qualiter
autem possibile erit vt vnus spiritus circundet
hoc modo corp⁹ hois vni⁹ p̄sertim cū nō possit eē
multis locis sil' in hoc aūt necesse esset si ex oī pte
circūdaretur ipm cū sit substantia ipartibilis. Q̄d
autē si dixerit qꝛ in vna parte sedet a dextris vel si=
nistris vel ante vel retro suboritur statim alia que=
stio: videlicet ꝙ̄ longe sedet ⁊ ad ꝙ̄ longe pōt cor=
pora hoim obsidere. ꝙ si a longe pōt videlicet a lō
gitudine cubiti vni⁹ aliud pedis nihil prohibebit
ipm multa corpora vel obsidere posse. Scitū ē p=
pe est lapidē magnetis sm notā longitudinē fer=
rum vel ad se trahere vel etiam repellere ⁊ sꝫ ma
iorem longitudinem hoc ipm non posse experien
tia sensus euidens est. Quid igit' erit de hmōi sub
stantia spūali cū nullam ex virtutibus ei⁹ vel iuua=
re vel impedire posse videatur ꝓpinquitas vel di
stantia. Uirtutē eni apprehensiuam nobilē hoc ē
intelligentiā non iuuat vel non impedit propinq̄
tas aut remotio corporalis intellecti id est eius qđ
intelligit'. Simil'r vim motiuā nobilem q̄ ē amor
vel voluntas. et indubitanter manifestum est etiā
in nobis qm ipsam virtutē imaginatiuā nostram
q̄ longe inferior est ⁊ oī modo pendēs ex nullo iu=
uat vel impedit ad operationem suam propinqui=
tas vel remotio in quam volumus imaginari. nō
enim meli⁹ imaginat' quis cartaginē vel babilonē
si fuerit ad decē stadia ab ipa ꝙ̄ si fuerit ad decē mi
lia ab eodē: neqꝫ diligit q̄s pl⁹ amicū q̄ ē ad duo sta
dia ab eodē ꝙ̄ si p decē milia stadioꝝ destit' ab ipo
¶ Quacūqꝫ igit' ꝟtute sua obsideat malign⁹ spūs
corp⁹ hūanū qđcūqꝫ eque pōt ipꝫ possidere ab ori
ente in occidētē vt in ipso oriēte. Si ꝓo abint⁹ ac=
cidit in primis abusio ipsius vocabuli intollerabi=
lis. nusq̄ eni vsqꝫ hodie vocata est obsidio ipugna
tio vel vexatio q̄ abintus tm est. ¶ Dicendū igit'
est in hoc qꝛ vexatio hmōi si abintus obsidio ista ē
per silitudinē quā dicā. queadmodum eni obsidio
ꝓhibet egressum et ingressum ciuitatis obsesse et
hūs que in eas obsessa sunt et aliūs qui in eā intrare
vellent ad ferendum obsessis auxilium. Sic mali=
gnus spūs ꝓhibet egressum conuenientiū opatio
num ab aīa sic obsessit. sic ⁊ ingressum opationum
seu impressionum in eandē aīam. neqꝫ eni exhor=
tatio neqꝫ doctrina neqꝫ consilium vlluꝫ salutare
intrare potest ad ipsam: ⁊ ꝓpter hoc couenietius
ipsa obsessa dicent' ꝙ̄ ad corpus illius dicatur ob=
sessum vni qꝛ in corpore sunt sensus velut quadā
parte p quas fiunt ingressus ⁊ egressus hmōi. nō
cōuenienter corp⁹ sit vexati hominis dicit' obsessū
ꝓ eo scꝫ ꝙ p̄dictas opationes vel admittere vel
omittere nō ꝑmittant'. Qꝫ aūt hmōi obsidiās ab

int⁹ vel vniuersaliter vel ex maiori parte fiāt tā ma
nifestum videt' ꝙ in arrepticiis hoibus malignus
spūs interdum loquit': ⁊ sicut p̄dixi tibi aliquādo
vocabulis differentia est inter vocem ipsius hois
arrepticii ⁊ vocē maligni spūs in eo loquētis. Et
dicunt aliqui subraucam esse vocē maligni spūs ⁊
vocē arreptici clarissimā claritate ꝯsueta: ⁊ cām
in hoc esse dixi: qꝛ aīa humana aptis ⁊ aptatis sibi
naturaliter organi liberius ⁊ conuenientius vtit'
ꝙ̄ malignus spūs/ qui p̄ter naturam eadē vsurpat
queadmodum nos longe melius vtimur pedibus
qui nobis naturaliter sunt ꝙ̄ ligni pedibus ⁊ ali=
is instrumentis q̄ in supplementū defectus istru=
mentorum naturalū nobis assumimus ⁊ aptam⁹
nō iprobabiliter. forsitā tn̄ quis dicat qꝛ assistens
a foris malignus spūs obsessum tenet hoiem arre
pticium. Manifestū eni est qꝛ lupus extra domum
existens obsessas detinet oues intus ita vt exire nō
audeant cū eius p̄sentiam sen serint. simul eni sen=
tiunt ⁊ rabiem eiusdem qua in earū deuorationem
seuire paratissimus est. ¶ Quid igit' mirum si aīa
humana maligni spūs seuiciā sentiens ab ea refu
git ⁊ se totā quasi intra colligit nihil suum egredi
ꝑmittens et hoc non sentit nisi sensu nature quo
ouis vel agnus sentit lupinā contra se rabiē: quā
nulla et precepti experientia cognouit. ¶ Inter
dum aūt si demoniacis hmōi credere i forma hor=
rifica malignos spiritus intrent' timoreqꝫ ⁊ terro
re vehementi concussi aspectu eorū qui possunt ⁊
q̄ntum possunt ab eis fugiunt. ¶ Si quis autem
in hmōi dubitatione ptinax fuerit non volens cre
dere animas humanas sensu nature posse sentire
p̄sentiam malignorum spirituū attendat hmōi ho
mo qualiter talpe sentiunt cancros fluuiales sus=
pensos in orto vel in prato in quo ipsi sunt ⁊ qua=
liter ab eis fugiunt quos indubitanter nec vident
nec alio sensu exteriori sentiunt. Sunt etiā de hu
iusmodi alia exempla plurima de quibus multa in
p̄cedentibus audiuisti. ¶ Attendat qualiter fer=
rum sentit lapidem magnetem vel adamantem et
alia hmōi que vel naturali amore vel naturali odio
seinuicē sentiunt attrahunt ⁊ repellūt. Debes au=
tem scire ꝙ in potestate malignorum spūum inter
dum vt in forma gratifica vel se vel intus vel fo=
ris exhibeant vel extendant. Et ꝓpter hoc inter=
dum liberum est eis vel ab intus vel a foris obsi=
dione hmōi hoies obsidere. De eo ꝟo ꝙ queritur si
a foris obsidere possunt in quāta longitudine hoc
possint philosophuꝫ nondum determinauit: quia
neqꝫ naturam malignorū spūum neqꝫ malicia ad
liquidum declarauit neqꝫ ꝙ eos ad ꝑfectum inue=
nitur adhuc ad me ꝑuenit. certum tn̄ est sm legeꝫ
hebreoꝝ ⁊ legem xp̄ianoꝝ ipsis intelligentib⁹ re=
pressam esse atqꝫ restrictam ptātem eorū naturalē
multūqꝫ restrictā maliciam ligatā forsitan q̄ꝫ sic
de potētia eoꝝ ⁊ malicia. sensus nāqꝫ nature limi=
tatus est et terminat⁹ in aīabus n̄ris queadmodū
se habet in igne siue calore et luce. longius eni pōt
aliquā lucē a loco in quo est q̄ntum possis illud vi=
dere. Stelle siquidē ex hoibus nō possunt eas de
terra videre in celo. non est igitur mirum si sensus
nature breuior sit vt ita dicatur in aīabus nostris
ꝙ̄ virt⁹ actiua siue motiua in malignis spiritibus.
Nemo etiā dubitat q̄n rabies lupina interdū lon=
gior sit ꝙ̄ sensus nature quē posuit i ouib⁹ ⁊ agnis

ꝙ est in euidenti cum latet in insidijs: tunc eni nō vi
detur sentiri ab ouibus. Opinor autē qꝛ si multum
ꝓpe oues insidiarenꝑ eisdē ꝙ sēsu nature sentirēt
ipsum. Et ꝓpter hoc quasi territe diffugerent. hec
autem propinquitas ꝛ distantia nec minare nec
impedire videantur virtutes apprehensiuam aut
motiuam in illis malignis spiritibus: sensus ta-
men nature in animabus nostris inde iuuatur vel
impeditur sicut manifestum est ꝙ ex presentia il-
lorū interdū horrorē vehemētissimum patiunꝑ. et
hoc ꝑ sensum vt dixi nature. nec mirū qꝛ ex p̄sentia
ipsorū totus locus horribilis efficiꝑ quēdmodum
sanctorū ꝛ btōꝝ ex p̄sentia sanctorū spūum plato-
rēsꝛ fulgore ꝛ fragrātia reddiꝑ. Notū etiā tibi qꝛ
ipsi arreptici ꝗ demoniaci ex inhabitatione ꝛ momē
taneo horrore despectus ꝑpetuo notabile remane
rent. Et hmōi horrorē tam p̄sentis ꝗ p̄terite iha-
bitationi in eis relinquit ꝛ ad vnū colligā oia q̄ hic
aggregata sunt. ¶ Dico qꝛ ꝛ si limitata longitudi
ne vel ꝓpinquitate non esset potentia vel malicia
malignoꝝ spūum ꝓpinquitate inꝗtum vel distan
tia corporali. sensus tñ nature ꝛ in corporibus que
illo p̄diti sunt ꝛ in aiabꝰ nr̄is limitatus ꝛ terminatꝰ
Et istud ostendi tibi de lapide magnete ꝛ adaman
te. et si creditur magistris imaginū atqꝫ p̄stigiorū
virorūqꝫ virtus limitibus regionum: sup quas vel
in quibus fiunt intra ipsas regiōes artata ē adeo
vt extra illas vel vltra nihil possint. ¶ Amplius
si malignitas diabolica in quosdā hoies solūmō
ꝛ non in oēs posse ꝑmittitur et ꝗsi religio oipotē-
tissima creatoris voluntate ab illis ꝓhibeꝑ. Quid
mirum si et de locis atqꝫ spiritibꝰ siliꝛ se hꝫ vt certa
vtrorūqꝫ spacionū diffinita atqꝫ conclusa creato-
ris beneplacito teneꝑ. ¶ Amplius. de virtute ba-
silici non est dubiū quin limitata sit infra limites vi
sus ipsius. non eñ ad quācūqꝫ longe vidit hoiem
interficiat hoiem. Similiter nec bufo. Quapropꝑ
non mirū si malignitas diabolica non ex oi longi-
tudine ledere pōt vel hoies vel alia aialia: nec opi
neris tu ꝙ ego intendebā equales esse nocendi vir
tutes malignorum spirituū ꝛ hmōi aialium. Sed
reuera similes sunt et hoc mō nocendi qñ appre-
hensione et ira nocēt solummodo ꝗuis ƀm notā
longitudinis iuxta qꝺ p̄dixi vt autē de arreptioni
bus ꝛ vexationibus clarius tibi fiat ƀm qꝺ dixi at-
tende exemplū qꝺ dicā. Ea tibi quidā arrepticius
et ꝑ dies arripiebat eū malignus spūs eousqꝫ de-
mentabat vt credit se esse lupū in diebus aūt arre-
ptionis p̄cipitabat eū diabolus in locū abscōditū
ibiqꝫ relinquebat eū tanqꝫ mortuū. tpe ꝟo hmōi ab
sconsionis intrabat diabolus lupum vel ipsemet
in specie ostendebat hoibus se et faciebat incursa-
tiones terrificas contra homines ꝛ aialia: ita vt a
facie eiꝰ fugerent deuorari timentes ab ipso. Erat
quoqꝫ fama hoiem illū lupum fieri ꝑ dies. Et hoc
ipse homo credebat sicut predixi. Credebat insup
se esse lupū illum qui faciebat incursatiōes hmōi
quo audito venit quidā vir sanctus in regionē illā
in qua hec fiebant. p̄dicauit hominibus non eē ve
rum ꝙ de hoie illo credebant: videlꝫ ꝙ lupus fie-
ret. adductusqꝫ ad locum in quo iacebat quasi mor
tuus ostendit hoiem ꝑplo qui venerant ad hmōi
spectaculum atqꝫ corā hoibus eo excitato ꝛ a vexa
tione hmōi liberato ostendit ei lupum et a stantibꝰ
quē homo ille credebat lupū se esse sicut etiam ip̄e
coram oībus qui aderant confessus est. Uides igi
tur in hoc exemplo qualiter ymago lupi quā in or
gano ymaginationis spūs illiꝰ malignus impres-
serat hoiem illum a seipso abstraxerat ꝛ in ipsum
lupum sic traxerat vt nihil de substātia sua vel esse
suo aliud ipsi credere vel cogitare liceret nisi ꝙ ip̄e
esset lupus ille. Uides etiā maiori parte hoiꝫ quō
adeo a seipsis abstracti sunt ꝛ in corpora sua tracti
atqꝫ demersi vt nihil de ꝑte sua spūali id est anima
q̄ precipua est pars illorū sentiant vel credant aut
etiā cogitent nec aliud se esse credunt ꝗ corpora
qñ non aliud de seipsis vel cogitant vel nouerūt
In hoc quoqꝫ exemplo illud attendere debes ꝙ i
lupo illo erat malignus spiritꝰ q̄ cū p̄dictis incur
sationibus exagitabat. Impressio ꝟo arrepticia q̄
hoiem illum quasi mortuū effecerat ꝛ in illud deli
ramentum rapiebat vt lupum illum se esse credaꝑ
in hoie illo erat in organo scꝫ ymaginationis ipiꝰ
quam impressionē non vt signū ꝓpter vehemen-
tiam ꝛ ꝓfunditatem ipsius sed vt rē ipsam hoc est
et ipsum lupum apprehendebat hoc est ymagina
batur nihil aliud de esse suo vt dixi apprehendere
vel cogitare poterit. Erat igiꝑ in sompno vehemē
ter fixo ꝛ profundo. Si ꝗs autem dicere voluerit
econuerso rem se habuisse videlicet malignū spūs
in hoie illo tunc extitisse impressionem ꝟo fantasti
cam in lupo ꝑ quā predictis incursionibus exagi-
tabat non est opus disputatiōe contendam vtriqꝫ
eñ possibile erat maligno spiritui videlicet et ho-
minem sola impressione fantastica tali sompno et
sompnio sic ligasse et etiā lupū simili impressione
exagitasse. Iam igitur tibi manifestū est quid pos
sint impressiōes hmōi etiā in hoibus sanis quēad-
modum euidenter vides in sompnijs vbi non mi-
nus mouent spūaliter sompniantes ꝗ veritas ip̄a
moueret. Et intēdo motus spūales dolores ꝛ gau
dia: amores ꝛ iras: ꝛ alia hmōi que vocat Aristote
les passiones. non eñ in fantasmatibus se esse vel
cum illis se agere putat sompnians: sed cum ipsis
rebus ꝛ cum ipsa veritate. qñ ipsa fantastica nō vt
fantasmata: sed vt res ipsas considerās intuetur
adiuuabunt te plurimū ad hoc vt ista omnia lucidi
us ꝛ liquidius videas extra sompnioꝝ et tuorū et
aliorum si considerationē in illis feceris diligentē
videꝑ autē mihi qꝛ rebus istis hoc est de arreptiōi-
bus ꝛ vexationibus demonum tibi debeāt suffice
re que audiuisti. qꝺ eñ interdum flagellant hoies
interdum lapidibus obruunt. interdum occidunt
ad vnū ex sequentibꝰ capitulis ꝑtinet. in quo intē
do facere te scire qualiter vel lapides iaciunt vel
gladijs vti possunt vel hoies ipsos portare aut fari
gaudia. Interdum autē ꝛ partes domorūꝫ rapere
et exportare.

¶ Quam potestatē habet princeps ma
lignorum spirituum in eos inquiritur.

¶ Capitulum. xiiij.

Ost hec igitur aggrediar d̄ po-
testate malignoꝝ spūum dispu
tare. quā scꝫ hꝫ in eis p̄riceps
eoꝝ vel maiores eorum in mi-
nores: ꝛ qualiter exerceant eā
in ipsis videlicet qualiter co-
herceant eos aut torqueant si
iussa eorum non adimpleuerint necnō ꝛ de pugna
et modis preliādi quibꝰ sancti ac beati spūs aduer-

sus eos plari dicunt. Et primū q̄ dē illud determi
ti penarū: quas talib⁹ actionibus dum essent ī cor
poribus meruerūt. neq̄ necesse est vt ipse anime ī
essentiis suis vel personis pñtialiter sic appareāt:
queadmodū neq̄ in somniis necesse est vt res ipe
que videri vident p̄sentia sua et veritate appareāt
sed sufficiunt ipsa signa earum somniantib⁹ q̄ p
rerum veritate se illis exhibēt: sic ꝛ in hīs appari-
tionib⁹: sed de hīs poti⁹ tanq̄ de visis p somnia
iudicandū omnimode est. Ubi aūt ī ipsis locis pe-
narum ipsi mortui apparere videntur: et ipsi reue
lant se in locis illis p penas ibi pñtialiter esse du-
bitari nō possunt si de hīs de semetipsis creditur
Et potissimū si opa se agere q̄ aīab⁹ separatꝫ possi
bilia sunt ꝛ cōgrue fateant: queadmodū ī visiōe illa
qua apparuit quidā mortu⁹ in ipso loco termistā/
atq̄ penā se ibi ppeti vt aquas ipas calefaceret ad
opus ibi balneari volentiū. possibile nāq̄ ibi erat
ex creatoris ligna in igne cremari et solo imperio
cōgregare atq̄ cōponere ꝛ nō aliter: sicut sepe au
diuisti nisi virtute creatoris. non eñ pōt alia corpa
hūana mouere nisi p motū pp̄riū creatoris. Qua-
re manifestū est q̄ non virtute sua mouebat ligna
ad cōponendū regnū neq̄ ordinabat eos istrumē
to: sed frustra hāc purificationē eidē iposuisset of
ficiūq̄ eidē hmōi nisi prouidentie iniunxisset vir-
tutē illā qua hic pagere posset pstitisset q̄ si nō ita
nō visio sed illusio fantastica visio illa videbitur.
¶ Ampli⁹. que pena erat anime illi prunas cale-
facere si hoc illo solo imperio faciebat: soloq̄ vi-
ctu pp̄rie volūtatis. In quo rñdeo q̄ pena reuera
grauissima est aīabus separatis vacare opatiōibus
vilib⁹ et indignis se ꝛ fraudant sublimib⁹ ꝛ iocun
dissimis opationib⁹ pp̄ter quas create sunt ꝛ repo
te. Hec aūt sunt bñdictiones grāꝝ actiones col-
laudationes adiurationes ꝛ glorificationes crea-
toris ꝛ alia hmōi q̄ totaliter vocat multitudo diui
tiarū illarū celestiū: hoc est sublimiū ac btōꝝ spūū
Et attēdēdū tibi est ne credas oī generi sōpnioꝝ
et ne vanitatē p visionib⁹ q̄ a creatione enumerāt
amplectaris in memoria semp hñs sermonē sapi-
entis quo dixit. Qꝛ fantasias patit cor tuū nisi ab
altissimo fuerit emissa visitatio. ¶ Qꝛ non tant⁹
verus sanct⁹ ꝛ sapientissimus xp̄ianorū tradidis-
set vere nemini fuisse visionē de calefactione non
facta: de qua primo audiuisti defendit eam vt po-
tuit tant⁹ iperator posset in tante visioni fantasti-
ce credidisse. Quid si quis querat qualiter arma ꝛ
equi in hmōi significet penas quib⁹ ab eis purgā-
tur petis q̄ armis abutendo cōmiserant. Iam di-
xi tibi qꝛ significatio ista est quasi ex cōsequēti iuxta
tropū illū quo instrumētū res q̄ p ipm fieri cōsueuit
similiter ꝛ ars ꝛ opatio q̄ p illū exercet eodēmō ꝛ
illud qđ ex opatiōe siue illud sit culpa p opationez
cōtracta vel cōmissa pena siue pena pp̄ter hoc in
culpā non latā crebērrimū est in rebus humanis
ꝛ in consuetudine hoim maleficos suspēdi vel alio
modo torqueri cū instrumētis q̄b⁹ maleficia ppe-
trant qđ sicut fit ad terrorē vez vt qui hoc viderit
doceat silia deuitare: sic arma ꝛ equi in hmōi visio-
nibus apparēt vt q̄b⁹ hmōi ostendunt a rapinis ac vio
lētiis: aliisq̄ armorū abusib⁹ se cōpescāt. silr et qui
visiones tales audiūt. pp̄ter qđ diuine bonitatis
puidētia nō solū pcurat vt visiones hmōi videan
tur: sed etiā a nō vidētib⁹ audiant. qđ aūt nephan-
de ille dñe nocturne quibus preesse credunt vetu-
le dñam habundantiam vel dñam satiam ab eo qđ
est satis vel satietate dictam. Similiter et ille que
in stabulis et arboribus frondosis apparere dicū-
tur: malignus spiritus sic per hec que dicam tibi
patefiet. ¶ Et primū quidē qꝛ boni ac beati spiri
tus cibos vel pot⁹ sibi preparari vel exponi siue ap
poni nunq̄ expetunt: vtpote q̄ talib⁹ nō indigent.
Quod si aliquando hoc fieri permiserunt nō alia
de causa hoc fecisse putādi sunt: nisi vt deuotio/
ꝛ obsequiū eis apponendum corporales cibos nō
deliranturꝛ vt condignam remunerationem a lar
gissimo creatore reciperent. ¶ Deinde nunq̄ in
locis sanctis apparere consueuerunt: sed loca ha
beri ꝛ cultui creatoris dedicata omnimodo decli-
nant: de quib⁹ locis nulli intelligentia dubiū est
quin a sanctis ꝛ beatis spiritib⁹ frequenter ꝛ quo-
niam eis cara sunt propter gloriam ꝛ honorem cre
atoris. ¶ Tertio qꝛ boni ac beati spirit⁹ quotiens
apparent iussa vel mandata creatoris omnipoten
tis ad homines deferūt atq̄ a malis imminētib⁹

eos premuniunt et ad bona aliqua exhortantur. De hijs ꝟo dn̄ab⁹ nephādissimis nō est adhuc auditū quēadmodū boni ꝯsilij vel salutaris exhortatiōis aut aliq̄ iussa creatoris ad hoīes detulerint. Quarto qꝛ scti ac btissimi spūs nūq̄ nisi in spē viri in mundo: ⁊ nunq̄ in specie muliebri apparuisse auditi sunt. Quinto manifestū est sexū muliebrem eis nō esse vidicisti nāq3 rē alibi: qꝛ mulier in adiutorium viri facta est sicut legis in libro hebreoꝝ lege. parue autē vidicisti qꝛ sex⁹ tā mulieris q̄ viri fact⁹ ē cā gnatiōis ⁊ ꝓlis: apd autē sbās spūales abstractas nō est possibile gnationē esse vel ꝓlē stare neq3 sexū cū sex⁹ cā sit vnica gnatiōis ī hūitib⁹ sexū Euidēs igit̃ est sexuū ista diuersitas vc3 apparitionē q̄ boni angeli in spē viroꝝ solū mō apparēt ⁊ nūq̄ in spē muliebri ꝙ malign⁹ spūs faciūt. Qꝫ si dixerit qs qꝛ sit virilis sex⁹ nō h3 locū apd sublimes ac btōs spūs. Rūdeo qꝛ veꝝ est verū tñ vult⁹ ⁊ fortitudo ⁊ vis actiua locū h3 ī vir ꝫ ⁊ ꝯgruit ista bn̄ substātijs spūalib⁹ vis nō passiua ⁊ infirmitas atq3 debilitas dispositiōes muliebres satis oīn̄i modo incōgruētes hmōi spiritib⁹. Ob cām igit̃ hanc spēs virilis ꝯueniēs est eis nō ꝓpter sexū q̄ nō ē alid nisi vis actiua ī opatiōe gnatiōis a q̄ nature sue nobilitate ꝓhibiti sunt ac remotissimi. Qꝫ si volueris ꝓ se q̄ vel poti⁹ stultitiā vetulaꝝ ac vetuli in errore isto credētiū vc3 qꝛ vere mulieres sunt q̄ sic apparēt interrogabis eas vtrū nūq̄ generent̃ vel vtant̃ sexu muliebri. qd si dixerit qꝛ mīme gnant̃ nec vtunt̃ sexu muliebri nūq̄ vel ad gnationē/ vel ad voluptatē Est eni oīmode ociosus ⁊ inutilis vc3 ociositate ⁊ sterilitate ꝑpetua ꝙ nō potest esse nisi altero duoꝝ modoꝝ vc3 vel natura/ vel vetustate ꝓpter quam certū est tā viros q̄ mulieres interdum steriles fieri ⁊ alio casu ꝙ si natura tūc erit naturalis aliq̄ non ꝑpetue ociosa ⁊ inutilis: ⁊ hoc ꝑ naturam ꝙ indubitāter est verum de impossibilibus vc3 vt virtus vel potētia sit naturali impossibilitate ꝓhibita ab exitu in actū vetustas: ergo apud hmōi substātias locū nō h3 qm̄ si veterascere posset sicut inueterari posset vtiq3 deficere paulatim ⁊ tandem mori. Si vero casu alio aduenit eis sterilitas cu3 pena magna sit sterilitas precessit eā ex necessitate aliq̄ culpa cū omnis pene causa sit culpa in eis q̄ rōne vtūtur. quare penā sterilitatis precedente culpa aliq̄ meruerūt. De bonis ac btis spiritib⁹ manifestum nulliū nunq̄ peccasse: ꝯsequēs est igit̃ istas execrabiles mulieres malignos spūs esse. ꝙ si vis gnatiua in eis nō est ꝓhibita vel natura/ vel ex alia causa ab ope gnatiōis manifestum est eas gnare: ⁊ qꝛ hoc nō possunt ꝑ se necesse est vt hoc faciāt ex cōmixtione substātiaꝝ sublimium. qꝛ igit̃ fet⁹ eaꝝ immortales est necesse est sicut ⁊ ipe sunt ⁊ patres huiusmodi fetuū necesse est gnatiōib⁹ suis eas iā dudum istū orbē repleuisse sicut euidēter vides ī hoībus: qꝛ si mors multitudinē hoim q̄ ꝑ gnationem nō minueret̃ restrigeret multitudinem hoim tota ista terrena habitatio capere nō sufficeret. Qd si forte dixerit qꝛ raro ⁊ paucos fetus gnant̃ . ꝓpter hoc nō quousq3 multiplicant̃ nō effugit hōiste qu multiplicatio ista excrescat in infinitu3 cū filios ⁊ filias hmōi gnatōis necesse sit gnare filios ⁊ filias immortales. Quapropter nō sufficiēt tot habitatores tot ⁊ tātaꝝ gnationū. verū qꝛ multitudo ista nō apparet manifestum est multitudinē hmōi nō esse ⁊ q̄ credunt substātias hmōi comedere ⁊ bibere. ⁊ si in alio gn̄i humano nō nocerēt hoc verū cu3 plurimum noxie gn̄u humano sunt ꝙ magnā partē ipsi necessarioꝝ comedunt ⁊ ꝯsumunt. Qꝫ si dixerit qꝛ l3 comedant ⁊ bibāt: nihil tn̄ de cibis ⁊ potibus minuunt q̄ erroneum sit hoc ex aliqs nosci pene. nō eni comedit̃ aut bibit̃ nisi qꝛ corrūpitur ⁊ mutat̃ atq3 ꝑ corruptionē ⁊ mutationē hmōi nutrimētum comedētis ⁊ bibētis assumit̃. Manifestum igit̃ quia in visione fantastica fit comestio illa ⁊ bibitio illa quā videre se credūt q̄ ab hmōi spiritib⁹ sic ludificant̃. Et hoc ipm testat⁹ est ille sanctus Archanus q̄ filium cuiusdam hebrei viri sancti duxit ⁊ reduxit itinere longo ⁊ apparebat ī spē viri: videbaturq3 comedere ⁊ bibere corporales cibos ⁊ potus: nō autē comedebat ⁊ bibebat: ⁊ sicut ipsemet dixit qꝛ invisibili cibo solum modo vtebatur. quēadmodum oēs sublimes ac bti spūs. inuisibilis autē cibus ille nō erat nisi fruitio ꝯtinua pulchritudinis ⁊ suauitatis creatoris. Silis autē apparitio q̄stionis ⁊ bibitiōis in primo libro legum hebreoꝝ legit̃ facta apud ꝑmum ⁊ maximum patriarchā hebreoꝝ. Cum eni in spē viroꝝ trium apparuit: ⁊ ipse vir esset gr̄a ⁊ largitate hospitalitatꝫ ꝓfusissimū eosq3 viros esse crederet inuitauit eos more solito liberalitatis q̄ angeli sancti ⁊ dei ministri boni acceptauerūt vt eis pararet ⁊ componeret prādium sicut predixi ne opus ⁊ obsequm tāte deuotiōis periret. Et vir ille optim⁹ mercede illi⁹ ꝯgruētia fraudet̃ nō eni erat illa comestio quā scti angeli illi ꝑdicebāt pretēdebāt: s3 exteri⁹ ⁊ apparēter deuotionē viri deseruiebāt cū fm̄ ꝟitatē nec comedere nec bibere possent. De hoc autē ꝙ multi ex sapiētib⁹ opinati sunt spūs ⁊ bonos ⁊ malos assumere corpora iam ex pedit⁹ ī hijs q̄ precesserunt q̄tum nūc possibile fuit verum si aliud: vel per semetipsum: vel per doctorem qui hoc possit etiam declarare. vel alia via creatori aliud certum facere placuerit. Scio me esse minimum de hijs qui hoc addiscere parati sunt ⁊ cum gaudio acceptare: non enim prudentie mee sit ⁊ inuitor vt necnon nichil opinari: verisimiliter possunt certitudinem veritatis per quemcunq3 michi fieri possit repellam. ¶ De nocturno vero demone q̄ phialtem multi vocant scire oportet: quia multi experitionibus medicorum ephialtem demonem esse negant ⁊ oppressionem illam q̄ eos incumbens demonem facere videtur hominibus ex compressione cordis esse dicuntur. q̄ diastoles per quam sensibilis ⁊ motus spiritus a corde ad membra alia disgreditur ⁊ peruiam atq3 diffunditur: cor stringitur vt spiritus illos retineat ⁊ ad membra transire prohibeat. Quapropter ⁊ sensus et motus ꝓhibetur a toto corpore. Et hoc est causa propter quam sede3 anime cor esse posuit Aristoteles quoniam inde sicut audiuisti quasi a fonte tres vite: videlicet/ vita/ sensus/ et motus in totum corpus ⁊ membra singula diminantur. Veritas autem hec est quia et si hoc modo fieri possunt ⁊ plerumq3 fiat huiusmodi compressio vel oppressio. nichil tamen possibile est hanc potestatem dici malignus spiritus vt consimiles oppressiones dormientibus de nocte faciant: ⁊ qsiq3 etiā sufficeret. Qꝫ autē ꝟa sit opinio medicoꝝ iudicium est ꝙ ista passio non accidit iacentibus super alterutrum

latus: sꝫ solū modo ī vsis hoc est sapis dormiētib⁹ ⁊ hoc est q꞉ stomach⁹ distēdit ⁊ extēdit ad partem cordis. Nā si replet⁹ fuerit cōpressionē ⁊ restrictionē efficit quā dicit. Et hoc est aliud ex iudicio veritatis opinionis eoꝝ q꞉ nō accidit nisi post repletionē ex cibo vel potu vt multis visum est iō verū tu dubitare nō debes qn malignus spiritib⁹ interdū prudētia creatoris ꝑmittat compressiōes ⁊ oppressiones facere: necnō ⁊ suffocatiōes ⁊ alteri⁹ modi extractiōes hoīm. Silr ⁊ sctis ⁊ btīs spiritib⁹ ad ipꝫ ꝑmittit: imo ⁊ facere iubent a benignissimo creatore. Et plerūqꝫ in hꝫs manifesta sunt iudicia creatoris. Plerumqꝫ autem sic occulta apparebunt tibi ex libris narrationū q̄ sunt de miraculis q̄ facta sunt ī gēte xp̄ianoꝝ. eis aūt q̄ dormiūt ab hmōi malis vtpote somno ligati tueri se nō pn̄t hoc solū saluberrimū ⁊ tutū vt vigilātes hmōi malis occurrāt vel ꝑ ꝯsiliū medicinale cauēdo sibi a repletiōe ⁊ supflua ⁊ dormitōe supina vel icōꝑabilr meli⁹ si semꝑ ītrēt cubicula sua vt ad mortē corporis q̄ decet purificatiōe ac sctificatiōe creatoris q꞉ debita placatiōe plene sunt. talib⁹ eīn nō timēda est mors corporū q̄ etiā desiderāda tāqꝫ euasio ⁊ de carcere horrido ⁊ vinculis tāqꝫ applicatio ad portū salutꝫ de tēpestate valida tāqꝫ redit⁹ de exilio erūnosissimo ad pr̄iaꝫ opulētissimā ⁊ iocūdissimā. ¶ Ex hꝫs q̄qꝫ patefacta esse tibi dn̄t q̄ audis plerūqꝫ de q̄busdaꝫ hoīb⁹ mortuis q̄ alios de viuis accidūt: cum eīn nō resurgāt ad hec a morte hmōi sꝫ gn̄alē expectēt resurrectionē. manifestū est corporalr eos ⁊ ī ꝓprijs corꝑib⁹ nec appere nec hmōi noxias iferre. Presertiꝫ cū corpora ipsoꝝ illa hora hoc agere vidētur vel ī sepulchris itegra iacēt: vel saltē ossa eoꝝ corporib⁹ q̄ putredo ꝯsumere necdum potuit: aīe q̄qꝫ hmōi mortuoꝝ nō est ꝓ̄ibile q̄ ad hāc vitā redeant ꝓpter tales iterfectiōes efficiēdas: vbicūqꝫ enim sint ī via altera, ⁊ scelera altera, vel nōvelle, vel nō posse eos vacare talib⁹ ꝓ̄ibile est. Si in ꝯsortio fuit btōꝝ ⁊ sublimiū spūuꝫ q̄liter a tāte felicitatꝫ gaudijs ad talia pagēda diuidere. Si xō ī ipō carcere infernali vel in igne purgatorio sic ī vtroqꝫ videntur in potestate exeūdi ligate in inferno q̄dem vsqꝫ ad diē vniuersalis iudicij illa nāqꝫ die astare hꝫ āte tribunal iudicis viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ vt vnaq̄qꝫ caꝝ recipiat ꝓut gessit ī corpore v ꝓpoterit nosci ex fide ⁊ lege xp̄ianoꝝ. ¶ Amplius. hmōi interfectiones faciūt: aut ꝓpria voluntate, aut iussu alieno. q̄d si ꝓpria voluntate: tunc manifestū est eas maioris esse potētie in statu illo post mortē corporum q̄ fuissēt dū essent ī corporib⁹: ⁊ hoc ad corporales oꝑatiōnes. interfectiōes nāqꝫ hmōi corporales sunt oꝑatiōes. Cū aūt erāt in corporib⁹ aīe iste ꝓhiberi possent ab actib⁹ hmōi ⁊ resisti posset eis armis ⁊ viribus corporalibus. Manifestū igit est q̄ nec armis nec virib⁹ corporalib⁹ talia agūt: sꝫ nec virt⁹ est eis cū separate sint ꝑ quā sic agere possit absqꝫ armis ⁊ mēbris corporalib⁹. illā eīn virtutē haberēt etiā in corporib⁹ cum virt⁹ illa. nō ex corporib⁹, sꝫ ex seipsis eisdem. Nā si alieno iussu ⁊ ptāte agūt interfectiōes hmōi. tūc indubitāter q̄ talia iubet p̄stat eis virtutē ⁊ ptātē talia faciēdi. nō est autē ptās vl virt⁹ malignis spiritib⁹ vt aīabus mortuoꝝ prestare pn̄t hmōi ptātē vel etiam adducāt eas ⁊ educāt de locis ī q̄bus sunt. Cognita igit rōne declaratū est tibi ex oībus hꝫs malignos spūs talia more suo in visione efficere nō ipsos mortuos. Et si vulnera in corporibus sic interfectoꝝ apparēt ꝓculdubio verū armis hec facta esse tibi dubitādum nō ē. vera eīn arma vibrare: ⁊ in corpora hominū īpingere posse ex virtute sua naturali habēt abstracte substātie. verūtn̄ ea nō ea virtute sic vti possūt nisi prout moderatur eis bonitas creatoris. nō eīn possunt interficere hoīes ꝓ voto ⁊ libito malignitatis sue sicut sepius audisti. Nō autē de miraculis xp̄ianoꝝ legit q̄ q̄dā miles suscitat⁹ fuisset vt q̄ēadmodū impiū ⁊ blasphemū interficeret potentia ⁊ virtute creatoris hoc factum esse manifestum est qm̄ ipsa sacratissima filij dei matre iubēte miles suscitatus est q̄ sicut oīpotēti filio dei facile nequaqꝫ difficile fuit sic ⁊ gloriose genitrici ipsi⁹ hoc denegare possibile nō fuit. nec pretereūdum est tibi in loco isto de ꝓpheta quem mulier phitonissa suscitasse legitur a mortuis in libris hebreorum. In quo facto qm̄ nōnullos errare grauissime scio cōueni⁹ appꝛenter ꝟitatem facti hmōi tibi declarare q꞉ reformare corpora humana iam putrefacta ⁊ aīas eis reddere ⁊ denuo applicare solius est oīpotētis virtutis creatoris. manifestum est ꝓphetā illum non ꝯm veritatē suscitatum fuisse: ⁊ maxime ꝑ mulierē phitonissam vtpote blasphemā ⁊ creatoris adeo inimicā vt tales in lege hebreoꝝ interfici iusserit. Malignus igitur spūs q̄ in spē mulieris suscitare ꝓcurāte muliere illa apparuit nec mirari debes si malign⁹ iste spūs responsa aliqua regi hebreoruꝫ de his que interrogabat dedit. multa nāqꝫ de occultis hominuꝫ maligni spūs cognoscunt. Quid igitur mirum si in spē ꝓphete aliqua de occultꝫ ipsius regis interrogatus illi respōdit q꞉ igitur nec virtute nec meritis bonis mulier ipsius: nec etiam virtute phitonice. i. cū possibilis veram mortui suscitationē fieri possibile fuit. manifestuꝫ est nō ꝯm ꝟitatē. sꝫ ꝯm visionē tm̄ illusorie ꝓphetā illuꝫ regi apparuisse: sꝫ malignum spm̄ in spē ipsius.

¶ De demonibus incubis ⁊ sucubis cū alijs ad coitum ꝑtinētibus.

Capitm. xxiij.

Ostq̄ autē iaꝫ prediximus tractatū istū quisqꝫ vt iā ꝯuenientissim⁹ sit ꝑscrutari de malignis spiritib⁹ q̄ vsualr icubi vel sucubi noīant incipiā hic cū auxilio dī ⁊ dicā q꞉ cū eoꝝ ꝯcupiscētiā eoꝝ libidinos: necnō ⁊ gn̄ationē ab eis esse famosaꝫ atqꝫ credibilē fecerūt testimōia virorū ⁊ mulieꝝ q̄ illusibiles ipsoꝝ molestiasqꝫ ⁊ iprobitates: necnō ⁊ violētias libidis ipsoꝝ se passas fuisse testificati sunt ⁊ adhuc asserunt. Accedunt ⁊ ad hoc hystorice narratiōes ꝑ q̄s augetur nō mediocriter hmōi credulitas. Presertiꝫ cū gētē hunoꝝ ab huiusmodi demonib⁹ esse euidēter asserat gn̄atā hystoria regnoꝝ occidētaliū tibi īsulā cipri totā ppłatā esse ⁊ inhabitatā esse a filijs icubaꝝ demonū fama ꝑdicet. cū ipa etiā lex hebreoꝝ expsse habeat q̄ vidētes filias hoīꝫ filij dei q̄ essēt pulchre acceperunt eas sibi ī vxores ex oīb⁹ q̄s elegerāt. Et iterū postq̄ igressi sunt filij dei ad filias hoīm: illeqꝫ genuerūt. isti sunt potētes a seculo ⁊ viri famosi. aīus ꝟo lra hꝫ expsse. Cū vidētes autē angeli dei ⁊ ipsa ꝟo lex xp̄ianoꝝ ⁊ doctria euidēter hꝫ q꞉ mulier oꝫ velare caput suum ꝓpter angelos malos. s. demo

nes icubos quoꝝ libidinē pulchritudo criniũ mu-
lierũ vehemēt ꝓuocare ⁊ iflãmare opinantur. In
ſmone ħo legis hebreoꝝ qdã dr filios ⁊ ãgelos dei
electos ⁊ dilectos hoies itelligēdos putãt nolen-
tes credere ꝯcupiſam libidinoſam i ſpũalib⁹ ſubſtã
tiis. pſertim cũ lex ipã dei filios ⁊ dei angelos eui-
dēter cognouerit. Durũ eñ ē a ꝯſuetudie ſmonũ
ꝓpheticoꝝ recedere. alienũ ei vi ſũ eſt ꝙ filij vel an-
geli dei ſiliter vel mali hoies vel mali ſpũs noient
et ꝙ libidinoſa ꝯcupia et gñatio quarum vtraqꝫ ꝑ
carnē eſt: poſſit eſſe in hmõi ſubſtãtijs vijs multis
et ꝓbationib⁹ patefieri pōt. Primũ. qm ſpũs car-
nē ⁊ oſſa nō hȝ: nec qꝫ iſtrumēta gñatiõis ꝑ q̄ ſola ⁊
voluptas ꝯcupiſcētialis ⁊ conatio carnalis explet
Spũales ei ſubſtãtias inuptibiles eē mãifeſtũ ſit
¶ Ampli⁹. cũ gñatio ois ꝑ ſilitudinē: ſic neceſſe
eſſet ex cõmixtiõe ſpũuȝ hmõi ⁊ mulierũ nec hoies
nec ſpũs gñari: ſed medias q̄ſdã ſbãs q̄ nec ſpũs
eēnt nec hoies. Manifeſtũ aũt eſt gñatiõeȝ hunoꝝ
et gētē cypri: de qb⁹ ploqut⁹ ſum veros hoies ⁊ ve
ras mulieres totalr ⁊ eſſe ⁊ fuiſſe. Impoſſibile eſt
igit alterutrũ illaꝝ gētiũ ex ꝯmixtiõe ſpũum ⁊ viro
rũ ⁊ mulierũ gñatã eſſe. Hmõi aũt rei exēplũ eui-
dētiſſimum eſt gñatio q̄ fit ex aſina ⁊ equo: vbi nec
equ⁹ nec aſin⁹ eſt: aliud eſt qđ ex coꝝ cõmixtione ge
neratũ eſt: ⁊ ad hũc modũ ſe hñt de aliꝗs diuerſarũ
ſpẽrũ ꝯmixtionib⁹. ¶ Ampli⁹. ex ſolo ſeie mulie-
bri nō eſt poſſibile gñationē eſſe ſꝫ naturã. ꝑpte ãt
hmõi ſpũum nihil ſemis diffundit in vaſa gñatõis
cũ ſemen hmõi nō niſi in carne ⁊ ex carne ſit: ⁊ nō
ſit niſi ſupfluitas tertie digeſtiõis ſicut docuit Ari
ſtoteles. Nō eſt igit ꝯmixtio inter hmõi ſpũs ⁊ mu
lieres: nãlr iqꝫtũ ꝯmixtio a pte ſpi. uȝ cũ vna ſit ex
pte illoꝝ ſemis gñatio in vas gñatiõis tranſfuſio.
¶ Ampli⁹. q̄ ꝯcupia libidinoſa pōt eſſe hmõi ſpũ
um in ſubſtãtijs alteri⁹ ſexus: ⁊ lõge in nobiliores
q̄ ipſi ſint: abominabiliores idubitãter ſunt qꝫ ſit
ſodomia. i. ſodomica ſtulticia. Nꝫ ſi qs dixerit q2
hmõi ſpũs nō ex ſemine gñatiõis emittũt: ſꝫ aliun
de afferũt ⁊ illuſorie ⁊ fantaſtice emittũt: nō ſꝫ ve-
ritatē cũ ex ipſis nō exeat: vtpote ꝙ nec in ipſis eē
pōt. Dico in hoc q2 vna eſt voluptas coniũctionis
hmõi cũ voluptas ꝯcubit⁹ potiſſimũ ꝯſiſtat i effu-
ſione ſeis: hmõi vna eſt voluptas libidinoſa i trãſ-
latione ſeis quã ꝓcurãt. ¶ Ampli⁹. ſi eſt eis ꝯcu-
piſcētia ⁊ tãt⁹ ardor carnalis voluptatis ꝙ non in
ꝓpriã ſpēm magꝫ iardeſcũt qꝫ in alienã. Cũ ⁊ ap-
pareat ꝙ pulcritudo ſit tã in ſpē ꝓpria qꝫ in ſpecie
mulierũ ⁊ viroꝝ. Nō eñ cõparabilis eſt pulchritu
do corporalis ad pulchritudinē ſpũalē. Nꝫ ſi dixe
rit quis q2 feminē⁹ ſexus nō inuenit apud eos cui
ꝯmiſceri poſſint: aborrentes aũt maſculi ſexus cõ
mixtionē ad mulieres ſe tranſferũt. Rñdeo in hoc
q2 in ſpecie muliebri multotiēs ſe ſupponũt hoib⁹
et ab eis illuſiõe ſimili cognoſcunt. Quapropter
ſi apud eos veriſſiꝰs ſexus eſt ⁊ muliebris apd eoſ-
dē. nō eñ magis credēdũ illuſoribꝰ qb⁹ i ſexu virili
apparētes illudãt mulierib⁹ qꝫ illis quib⁹ in ſpecie
muliebri illudũt viris. ¶ Ampli⁹. ſi tanto ardore
libidinis inſanirent quo a ſodomitica libidine im-
muneſceſſent: vt nō vel in viros nr̃os vel in maſcu
los ſuos cõcupiſcētia inſaniret. Benedict⁹ autē
altiſſim⁹ qui virilē ſpēm in hoibus a flagicõ totus
vſqꝫ hodie ſic ſeruauit vnus virorum iſta nepha-
ria libidine pollut⁹: nec adhuc audit⁹ ſit. Nec igit

pterenundũ eſt ꝙ vel ipſi inuicē iſtã abominationē:
videlicet ſodomiticã exercere vel nunqꝫ exercuiſ-
ſe dicti ſunt: in quo non mediocriter confunditur
ſodomitarum flagicioſitas cũ vt ab ea ſe ꝯtineant
ipſi maligni ſpũs totis ſtudijs inuigilare: ⁊ totis vi
rib⁹ elaborãt. Sciēdũ etiã tibi q2 gigãtes opinati
ſunt nonnulli ab huiuſmodi demonib⁹ generatos
eſſe: ⁊ ex huiuſmodi generatione fuiſſe eis in tan-
tam magnitudinem corporũ ⁊ tantã fortitudineȝ
nō nȝ aũt te mouere ſmo legis hebreoꝝ aũdit⁹ ad-
huc vt credas mrimonia fuiſſe iter veras mulieres
⁊ eos q̄ viri nō veri erãt. Nō eñ pōt marit⁹ q̄ nō eſt
vir. ¶ Ampli⁹ quõ ꝯtracta fuiſſent mrimonia illa
qb⁹ viceȝ teſtib⁹ ⁊ vbi cũ hmõi ſpũs inuiſibilis fuit
nec ab ipſis mulierib⁹ videri potuerit nec audiri ni-
ſi illuſione atqꝫ fantaſtice. quapropt nuptie hmõi
nō poterũt eſſe niſi ſicut nuptie ſolũmõ i ſõpniãte
¶ Ampli⁹ cũ nō eſſet adhuc nec poſt modũ ceſſat
iſta illuſoria ꝯmixtio demonũ incubarũ. quõ ceſſa
uit gñatio gigãtũ iã. i. a mille. ccc. annis ⁊ ãplius
nō ē viſus gigas ſup terrã: ⁊ i britãnia maiore mul
tis plijs iterfecti ſunt ꝑ Brutũ ducē: quēadmodũ
troianoꝝ. Cũ tãta multitudo gigãtiũ ibi fuiſſet vt
terra eoꝝ regio iſta diceret. ¶ Amplius. qlr eſſet
eis magnitudo iſta ⁊ fortitudo corpal lõge maior
aliꝗs hoib⁹ qꝫ a pte hmõi genitoꝝ: cũ nec ipſis ge-
nitorib⁹ eſſet vllo modoꝝ magnitudo aut fortitu-
do hmõi. Manifeſtũ igr eſt ex oib⁹ hijs veri nois
gñationē ⁊ recte rõnis cõcubitũ ſup ꝯmixtionē nō
eſſe poſſibile iter hmõi ſpũs ⁊ veros viros veraſqꝫ
mulieres. ⁊ ꝓpter hoc nec verã gñationē qua vel
veri pr̃es vel vere matres poſſint vel debeant no-
minari. Et id ipm qđ dixi de gigãtib⁹ pōt ⁊ dici de
gēte hunoꝝ. ſ. q2 ſi potuit cõcupiſcentia incuborũ
in gñationē gētis cuius ⁊ tãtē qꝫtã fuiſſe ꝯſtat gē-
tem hunoꝝ hiſtoricis narrationib⁹ quõ patres il-
lius nō reparauerũt ſemē ꝑ repetitam gñationē in
aſſiduos cõcubit⁹ an forte effugiũt in eis calor ille
gñatiuus ⁊ ſenectute deficit. Hoc autē dicere non
poſſunt q̄ ſic ponũt cũ eos imortales ⁊ ipaſſibiles
afferãt. Dicat aliꝗs forſitan ꝙ mulieres ille ſicut
narrat in pſētis hyſtorijs mulieres malefice fue-
rũt: ⁊ ꝓpter maleficia magica ſubtracte de medio
hitatiõis hoim: quã ob cauſam fugiētes ad deſer-
ta ad nemora ibi habitauerũt atqꝫ demonib⁹ qb⁹
familias fuerãt familiari⁹ ⁊ facili⁹ adheſerunt: et
familiaritate ſubſecuta eſt cõſuetudo libidinoſa et
cõmixtiones ex qb⁹ ꝓceſſit gñatio tota gētis illi⁹.
Mortuis aũt mulieribus hmõi nō ſucceſſerũt eis
alie mulieres: ad quã tam facilē tãqꝫ familiarē ac
ceſſum haberet hmõi ſpũs. Reuertar igit ad radi-
calē q̄ſtionē: ⁊ cui⁹ explicatione oia hec declarant
Dico igr q2 nec vere gñare nec veri pr̃es eſſe pñt
ꝓpter dictas cauſas. gñationē tñ poſſe eos ꝓcura
re opinabile eſt: neqꝫ op⁹ eſt aut neceſſe ꝙ oē quod
ꝓcreat gñationē vere pr aut mr valeat nominari.
¶ Dubitare ſiqdē nō pōt ſup oēs medicos ⁊ phiſi
cos hmõi ſpũs noſſe naturã tã virilis ſemis qꝫ mu
lieris. ſilr. Et alioꝝ aĩaliũ atqꝫ differētias coꝝ ad
inuicē: ſilr ⁊ adiutoria qb⁹ adiuuari pñt ipſa ſemia
ad accelerationē gñatiõis ad maioritatē ⁊ fortitu-
dinē fetuũ ⁊ ad alias multas diſpoſitiões ſicut ad
colores ⁊ pulchritudines fetuũ: quēadmodũ audi
uiſti noſcere pr̃eȝ hebreoꝝ ex lege ipoꝝ artificium
quo varijs vellerib⁹ fecit eſſe fet⁹ ouiũ q̄s paſcebat

¶ Debes etiā scire q modico ꝛ leui adiumēto ad
iuuat semē femineū vt ex eo fiat gñatio in q̄busdā
aīalib⁹ quēadmodū fieri ↄsueuit ī isula portugalie
vbi eque vēto fanonio flāte absq; masculoꝝ ↄmix
tione īpregnant: natura nāq; masculi semis hec ē
q plus h; spūs caloris q̄ femininum: ꝛ q: calore
coagulat frigiditate nō dissoluit. Et ē aliquo mō
ad semē femineū sicut coagulū lactis ad lac: iuxta
smonē sapiētis quo dixit ī smone suo ad creatorē
Nonne sicut lac mulsisti: ꝛ sicut caseū me coagula
sti. Apparet igit ex hꝰs: q: qd̄ sufflat in matrices
equarū ꝛ vēto fanonio ad semē femineū qd̄ est in
eis. Et sicut spūs q̄ est in semie masculino ī eisdē
cū euidēter opet id ip̄m qd̄ iste spūs opat in semie
feminino equarū si semē masculinū in eis effunde
ret. Nō igit dubiū est q̄n possibile ymo ꝛ facile sit
demonib⁹ siles aliquas inspiratōes aut insufflatio
nes in matrices feminarū facere: tū illos fantasti
co illo cōcubitu illudūt. De seminib⁹ aūt q̄rūdam
aīaliū cū hūano semine cū ↄueniēter se applicent
ad gñationē vno exēplo notissimo faciam te scire
¶ Scito igit q: in ꝓuincia saxonie vrsus quidā
rapuit vxorē cuiusdā militis: ꝛ detulit in speluncā
in qua inhabitabat. ibiq; habuit eā dieb⁹ multis ꝛ
annis. genuitq; ibidē filios ex ea: q̄ postmodū re-
cuperata muliere illa restituta viro suo vixerūt cū
eadē muliere: ꝛ facti sunt postmodum milites. Et
cū essent veri hoīes de natura vrsina hoc appare-
bat in eis q vult⁹ eoꝝ in silitudinē vrsinoꝝ vultu
u; aliquātulū declinabāt. cognominationē aūt acce
perūt a pr̄e. s. Urso a quo geniti fuerant: ꝛ vocati
sunt vrsini. Tu aūt scis q: vrsus in duob⁹ assimilat
hoīb⁹: vc; in hoc q coeunt sicut ↄiugati sunt. Et
cū decorticati sunt tota figura corporis silis appa-
ret hoīb⁹. ꝓpter qd̄ ꝛ multi esum carniū suarū ab-
horruerūt: vc; tanq̄ esum carniū humanarū. Nō
igit mirū est si semē vrsinū est tanta silitudine hūa-
no semini appropinquet vt ei etiā ad gñationē cō-
uenienti ↄmixtione applicet. Cui aūt intelligenti
nō est nomē. Hmōi spiritib⁹ facile esse subito exhi
bere ꝛ adhibere mulierib⁹: quas sic ludificant seia
aīalium q̄ cognouerunt ad gñationē ↄuenientia.
Presertim cū in libris narrationū de q̄b⁹ sepe pre
diximus cū ab hoīb⁹ eīciebant multa fetulentia:
feda vestigia relinquisse narrēt. Quō igit sordes
istas quas ex se exīstūt nō valebant. facile erat illis
subito afferre: ꝛ ac si eas oparent posse relinquere
Sic de hmōi liquore vel humore quo ad min⁹ sile
est vel forte verū semē alteri⁹ aīalis. Cur nō eadē
facilitate possibile est eis subito ip̄m afferre ad hu
iusmodi ludificationē exprobandā. ¶ Amplius.
manifestū est ex lege hebreoꝝ q ex vlū hoīm testi-
moniꝰs quā ī egypto ꝓcurauerūt ↄuersionē aqua-
rū in sanguine. Quapropter gñatio sanguinis ex
aquis non videt aūt difficilior esse gñatio hūani
seminis ex aqua vel ex alio liquore q̄ gñatio sāgui
nis ex eodē. Manifestū igit est in eis possibile esse
ꝓcurationē gñationis hūani seminis de oblatiōe
nō eiusdē ad ludificatiōis locū nulli dubitatio est
q̄n sit eis possibil atq; facilima sicut scire te feci ī
p̄cedētib⁹. ¶ Ampli⁹. sicut ex testimonio scīe cu
iusdā mulieris scire potuit q̄dā ex hmōi demōib⁹
cū sic ludificasset eam: vc; cōcubitu fantastico tā-
to fluxu seminis inquinauit eā: vt mille hoīes nō
emitterent tm̄. Aggregata igit rōcinatione mani-

festū esse tibi d; ex hmōi: q: possibile est de demo-
nibus incubis: nō quidē gñare hoīes: sed gñatōes
ipsorū iuxta qd̄ p̄dixi ꝓcurare. Nec mirū cū tam at
temptatū sit ab hoīb⁹ vt credūt ab eis hoīes p aliā
viā efficere q̄ p viā ↄsuete gñationis: sicut ī libris
experimentorū poteris inuenire siles etiā ludifica
tiones mulierū eis q̄s agunt īcubi demones q̄dā
malefici et attemptauerūt et scripserūt posterisq;
reliquerūt tm̄ si eis de talib⁹ creditur. Scripserūt
eñ experimētum ludificatoriū quo apparere di-
cebant se mulierib⁹ multa pluries cognosci q̄ co-
gnoscerent. Uerbi gratia. cū nō cognoscerēt nisi
semel vel bis ab eo qui experimentū illud oparet
appareret eis se quadragies aut sexagesies cogno
sci. Quapropter cū nō esset nisi vnus verus cōcu
bitus: aut duo reliqui oēs essent ludificatorij ꝛ tā-
q̄ illusiones quas dormiētes in somp̄nis patiunt
Erāt igit siles ludificationib⁹ demonū incuboꝝ.
Attendēdū etiā tibi q: nunq̄ impregnare vident
mulieres a demonib⁹ incubis et intumescūt vehe
menter ventres earū. Cūq; tēpus pt⁹ aduenisse
credūt sola emissione multe ventositates detume
scunt. Jā aūt audiuisti de ouis formicarū q cū in
potu sūpta fuerūt ab aliquo incredibile vētositatē
et tumultū intollerabile generāt in ventre illius.
Silr nō ignoras de granis catacutii: ꝛ de granis
arboris q̄ dr̄ ingrapin⁹ q siles ventositates toni-
truaq; ī vētrib⁹ hoīm opant. Nō si hoc de tribus
hꝰs rerū gñib⁹ tam hoīb⁹ innotuerūt quō dubitat
aliq̄s intelligēs q̄n et hec ꝛ multa fortiora atq; oc
cultiora ad hmōi tēpestates ꝛ tonitrua generāda ī
ventrib⁹ mulierū seu virorū demonib⁹ innotescāt
q̄ facile sit eis vel viris vel mulierib⁹ talia ingere
re nemo q̄ virtutē earū ꝛ astuciā nouerit ignorat.
Ex hꝰs igit oīb⁹ colligere potes nō taliter sermo
nem famosum opinioni vulgatu; de quodā q̄ igit
ī minori britānia fili⁹ demonis incubi fuisse dicit
nō esse īpossibile. qd̄ aūt ꝓpheta ī eadē regione ha
bit⁹ est eo q multa de futuris vaticinat⁹ fuisse visus
est ꝓ facto ex instructiōe vel doctrina pr̄na hoc ac
cepisse nō īmerito credi pōt. multa eñ de futuris
et aliꝰs absconditis certū est nosce demones. ꝛ in-
terdū aliꝰs necd ī filꝰs reuelare. potuit quoq; adiu-
uari hō hmōi ad p̄missionē futuroꝝ bonitate com
plexionis ꝛ primoꝝ gñantiū: ad quam pr̄is astucia
multipliciter potuit suffragari. Uerū nō memini
me audiuisse q signa aliqua ille hō fecerit vel q ho
mines de hꝰs q̄ dei sunt ꝛ ad salutem eoꝝ ꝑtinent
docuit q̄ duo verorū sunt ꝛ a deo altissimo missoꝝ
officia ꝓphetarū. ꝓpter qd̄ inter ꝓphetas sāctos
nō est ab hoīb⁹ alicui⁹ legis adiudicatum adiuuari
debere. Qꝫ si q̄s q̄rat quā ob causam incubi demo
nes mulierib⁹ pulchris hn̄tib⁹ crines magis īfesti
sunt. Et in easdē vehemētiori libidine inardescūt
non aliqua causa mihi occurit ad p̄ns nisi istarum
quas dicā: vc; aut q: in cultu ornatuq; atq; tinctu
ra crinīū cura nimia intendūt hmōi mulieres vel
q: pulchritudine illa q̄ inflāmare scriptātes in suā
libidinē conari consueuerūt: vel q: in eis insolent
mulieres gloriant. Propter hoc igit demonū il-
lusoriā patiūt libidinē. Et forsitā ad terrorē diuie
bonitatis ꝓuidētia hāc tēptationē a malignis spi-
ritib⁹ easdē pati sustinet: et ab hmōi cultu desistāt
timentes viros ad suā libidinosam cōcupiscētia;
inflāmare dū ipsos demones ad eā instigare ꝛ ꝓuo

care videntur incredibilis si quidem cura et sollicitudo est mulieribus huiusmodi de speciositate et apparatu crinium suorum plurimumqz atqz grauissime sicut peccant in illo dum crines in laqueos inuenit ac iacula ignita cordium humanorum inuertere tanto opere tantoqz studio se conatur. Alibi autem didicisti qualiter sic peccans hoc est studiose et voluntarie quantum in eis est et potestate et laqueos malignorum spirituum se non solum credant: sed etiam se iniiciant et immutant. Ego quoqz tempore pueritie mee audiuisse certissime recolo mulierem tunc defunctam que tingendis et ornandis crinibus suis dum viueret dampnatur intenderet apparuisse post mortem crines suos pectinentem et ornantem et iterrogatam dixisse qz pectinatio illa intollerabilis cruciatus erat eidem et pecten ipsum immensitate ponderis grauabat eam et deprimebat intollerabiliter. Placuit igitur bonitas creatori insinuare quantum displiceat ei superflua studiositas in huiusmodi apparatu. vt autem ea que predicta sunt tibi faciam certiora. Addam eis qz si vera concupiscentia veraqz libidinis voluptas esset demonibus incubis possent huiusmodi libidinem et facilius explere inter semetipsos et inuicem et maiori incomparabiliter voluptate cum facile sit eis virorum et mulierum speciosissimas species vel assumere vel effigiare. Et quia coniunctio huiusmodi longe magis naturalis esset quam cum viris nostris aut mulieribus nostris etiam ex necessitate longe maioris voluptatis sicut apparet ex diffinitione voluptatis. Non igitur ardore libidinis commiscentur viris nostris aut mulieribus cum necesse sit eas inuicem inardescere longe magis propter nature similitudinem antedictam. neqz enim antedictam inuenitur hoc in animabus vt in alienas species libidinem exardescant. Presertim cum copiam habeant propriarum: vt quid igitur viris vel mulieribus huiusmodi in tanto ardore et contra naturam concupiscent commisceri. ¶ Nec pretereundum est tibi de paruulis quos vulgo cambiones nominant de quibus vulgarissimi sunt sermones aniles: videlicet qz filii demonum incuborum sunt a demonibus mulieribus suppositi et ab eis tanquam proprii filii nutriantur propter quod et cambiones dicuntur id est cambiati commutati et mulieribus parentibus pro filiis propriis suppositi. Hoc dicunt hos maledictos semper emulantes et lactis eousqz bibulos vt quattuor nutrices vna vbertate lactis vnum lactare et pascere lacte sufficiant hii cum nutricibus annis multis morati sunt: et postmodum euolasse vel potius euanuisse. Hic igitur dico non esse imitandam sententiam antedictam. facile enim est malignis spiritibus in specie huiusmodi paruulorum apparere et videre conuersari cum hominibus quotiens diuina bonitas huiusmodi permittit. Et si vaccat inspicere libros de narrationibus miraculorum que facta sunt in gente christianorum leges ibi aliquam in specie serpentis malignum spiritum cum viro quodam sancto habitasse aliquando cum alio sancto in specie seruientis. Nec igitur huiusmodi paruuli tandiu et pene insatiabiliter vbera nutricum exsuggisse vel alia alimenta supressisse. Visio tamen fuit illusoria et non veritas propter quod euanuerunt nostrum iudicium prioris existentie relinquentes: vtpote vera fantasmata et non veri paruuli quemadmodum in aliis duabus apparitionibus: nec verus serpens erat qui apparebat nec etiam verus famulus qui seruire videbatur nec te remoueat aut conturbet vllatenus vulgaris illa hyspanorum nominatio quam malignus spiritus qui in armis ludere ac pugnare viderit consueuerunt exercitum antiquum nominant magis enim a multis et delirantium vetularum nolatio quam veritatis. de hiis quoqz que in specie mulierum vel crinis earum: vel in aliis apparatibus circa fontes vel flumina apparere non aliud neqz aliter quam iuxta ea que precesserunt video sentiendum.

¶ Utrum demones habeant propria nomina cum aliis.

Capitulum. xxiiii.

Ostquam hoc loquar de propriis nominibus seu nominationibus quibus nominantur et nominati seipsum dicunt. non enim verisimile est ipsos habere posse propria nomina neqz enim ab ipsis imposita sunt eis cum non loquantur nec voces aliquas exprimant per se et apud se: sed neqz ab hominibus cum ab eis singulariter cognosci non possunt. nomina autem propria certis et singulariter positis notis personis solum modo imponuntur: ab hominibus autem communio modo nunqz cogniti sunt cum nec visibiles nec attractibiles sint. Nec si dixerit quis qz ex quibusdam factis singularibus singulariter cognosci poterunt. Exempli gratia ex hac reuelatione vel ex hoc opere magicorum. Dico quia istud non est verum quia illam reuelationem vel illud opus magicum potuit alius forte facere quam ipse qui fecit. Quapropter a nullo malignorum spirituum distinguit reuelatio illa vel operatio facientem. presertim cum nesciat ille cui facta est de quocunqz eorum quis vel non fecerit vel facere non potuerit.

¶ Amplius. si esset in merito totius multitudinis malignorum spirituum qualiter dignosceret factorem huiusmodi operis. Manifestum igitur est ex omnibus hiis qz ab hominibus non potuerunt eis imponi propria nomina cum non esset ex hominibus propria vel singularis cognitio eorum vel etiam ista ex ipsis. Nec si dixerit quia ipsis malignis spiritibus est propria et singularis cognitio eorum vel etiam alicuius ex ipsis et de vnoquoqz genere. Et propter hoc potuerunt sibi imponere propria nomina. Respondeo in hoc qz superuacua et omnino inutilis esset quantum ad ipsos huiusmodi nominum impositio. Primum qz per illa nec essent nec esse possent noti quam aliis. et propter hoc est quoniam nomina illa signa sensibilia essent. s. audibilia. Auditus autem non est huiusmodi spiritibus quare non esset cognitio nominum istorum apud eos. et propter hoc nec per ipsum possent cognosci ab illis per nomen ignotum non potest eidem fieri notum sicut in logicis didicisti.

¶ Amplius. nomina non imponuntur nisi tribus de causis. primum vt per illa noscantur que per illa nominantur: deinde vt per ea se vocari intelligant cum illa audierint. Tertio vt per ipsa cognoscantur et cognitio eorum per ea retineatur. Quia igitur nec vocare se possunt ad huiusmodi spiritus cum voce et vocandi virtute omnino careant nec audire illa possent vtpote spirituales. Et propter hoc non solum auditu sed omnino etiam alio sensu carentes propter duas causas priores omnino inutile fuit eis imponi nomina et ma-

rime ab ipsis: sed neq3 propter tertiam causam: videlicet propter cognitionem ipsorum cum in eos nõ cadat oblivio. ¶ Q si dixerit qr ppter homines utile fuit eos habere propria nomina ut per ea vel vocarent vel invocarent illos ut denominationibus z invocationibus istis careant que indubitanter omnes notie sunt. Dico q nhilominus supuacua sunt huiusmodi nomina. cum enim aliquis ex hominibus vel vocat vel invocat aliquem ex ipsis non forte venit vocatus vel invocatus. ignorabat enim venisse cum ipsum singulari z propria cognitione non cognoscat. poterit enim alius pro illo venisse. Q si dixerit quis hoc cognoscat vacans per ipsum. Respondeo quia per istud non cognoscet ipsum nisi per verbum aut testimonium ipsius. qualiter autem crederet testimonio maligni aut falsissimi spiritus a mendace verum dicitur: ut ait sapiens. ¶ Amplius. bene scire poterit quis eis loquitur sc3 an ille quẽ vocavit an alius cum vocũ z sermonum apud eos nulla distinctio vnq3 sit discretio quẽadmodum est apud hoies ut sola voce propria vel smone cognoscibiles sint. Et tu ipse multorum hoim auditis vocibus vel sermonibus statim cognoscis qui ipsi sunt apud autem huiusmodi spiritus. non est sic cu3 nulla vox sit alicui eorum propria nullus sermo sit. ¶ Respondeo igitur in his qr in sermonibus pphetarum aliqui ex sanctis et beatis spiritibus nominati inveniunt. Verumtñ coibus noibus appropriatis: tamen eisdem sz officia propter que missi fuerunt sicut Raphael vocatus fuit archangelus quod propter officiũ medicandi q exercuit in quodam viro sancto quẽ a cecatione liberavit. Et ad hunc modum se habet de aliis que in huiusmodi sermonibus nominantur. Et de his omnibus facile est cognitionem sufficientem habere ex libris expositionum quos sapientes et sancti xpianorum scripserũt. Nomina vero que in libris ymaginum et aliis maleficiis legũtur et per ea invocari spiritus in eis iubentur vel etiã scribi ab ipsis dicentibus imposita esse nõ dubites Alioquin nec vocari nec invocari potuissent ab hominibus. Quapropter deperisset eis pars non modica culture sue: quẽadmodum si nullũ nomen creatoris esset nobis notum perijsset omnis invocatio qua invocamus ipm invocatiões creatoris qs non minima sunt honorificentie ipsius. Forsitan autem nomina demonu3 q vtiq3 barbara sunt interpretationes. habẽt forsitan que sonant in honorificentiam ipsorum demonum sicut nomẽ quo creator nominatur vel rex et dominus. Et propter hoc cavendum est tibi a pronunciationibus huiusmodi nominũ nc honorare malignos spiritus videaris. nomina vero planetarum imposuerunt sibi quidem ex malignis spiritibus: sicut iupiter venus et alii tibi notissimi per nominationes istas. Causa autem in hoc fuit ut homines in culturam suam facilius inclinarent cum utilitates que a planetis mundo isto inferiori proveniunt ab eis credunt pvenire: utpote quos vel esse planetas credũt vel preesse planetis. Alias aũt nominationes gentes ydolatre et statuis et demonibus quos credebant iposuerũt sicut doceberis ex libris hystoriarum. Verumtamen in idem inconveniens recedunt: sc3 in ignorãtiam eorum quibus nomina huiusmodi sic imponere credunt. Omnino enim ignorat q huiusmodi spũum an phebus sit vel Mars vel venus z ad hunc modum de aliis cum nulla opatio sit appropriata alicui eorum: ita ut aliqua illaz exercere possit. Q si dixerit qs qñ vocãt venerẽ cũ q solus potest in opa venerea: hoc est i opa luxurie z lascivie Scito igitur in hoc qr vehemẽter errant q sic credunt artatas potẽtias hmõi spũum ut ille q vocat Mars non possit nisi in ea que belli sunt. z ille qui vocat Mercurius nõ possit nisi in ea que eloquentie z mercãtie sunt: z de aliis iuxta appropriatiões quas de planetis scripserunt iudicio astronomie. Et hoc apparet p ipsos modos apparitionum vel q p naturam nõ est eis ista artatio vel appropriatio cum enim non operetur nisi p intellectum z voluntatem. Iste autem due vires artate nõ sunt naturaliter iuxta dictos modos manifestũ est ex his artatiõibus non esse nomina eis imposita naturaliter. Q si dixerint q huiusmodi apparitiões peccati sunt eis ex voluntate creatoris vel eiusdem permissione: z hoc ipm necesse est eos ignorare qui sic ponunt. Sed neq3 ex hoc ipse cognoscere possũt quis spũs Mars z Venus nominetur: ita de aliis quemadmodum que est in britania. licet audiẽt regem esse in india: ignorare tamen necesse hab3 qs homo sit rex in india nisi alias q̃3 p administrationem ipsius cognovit. ¶ Amplius. per hoc q regit indiam nõ potest ei proprium nomen imponi cum hoc ipsum regẽ i Indiam sive regnare i India commune sit z multis communicabile. nomẽ autem proprium communiter sive unitate aptari non possit pluribus.

¶ Amplius. potest creator singulis momentis mutare z aliter describere huiusmodi officia: z hoc ipsum aliqñ mittere: aliqñ in aliis spiritibus communicat huiusmodi officia. Manifestum est eos ignorare qui hoc ponunt quare quemadmodum ignorant qui in britãnia sunt quis homo regnet in India. Sic z isti erronei ignorant qs modo mars nominetur spũs: z quis vocabitur cras vel postq̃3 cras eodem nomine.

Q impossibile ẽ scire qs spũum sic vel sic nomiet q̃3 vis q̃dã habeãtur nois ex officiis eorũ iposita.

¶ Amplius. sm hoc Mars non erit nomen proprium sicut ista agnominatio Rex Indie vel Rex Persis. Ratio enim nominis z nomen equalia sunt semper. Post hoc potes scire semper: quia huiusmodi nominationis sit ignoranter z omnino incircunspecte imposite aliquando ab ipsis auctoribus ydolorum videl3 qui ea fieri fecerunt ab ipsis ydolis ad demonia sicut ab ydolis babiloniorum z Baal z Baalin. Quidam vero ex regibus romanorum demonem quẽ credebant habere familiarem z a quo sibi revelare multa opinabatur eidem honore z temeritate egregiam vocabat quia ut putabat egregie ei idem revelabat abscondita multa sed neq3 ipse sciebat an unu tm modo an multi eisdem nomen in istud posuisset neq3 utrum ille spũs qui revelationem fecerat ei aliqua die sequenti die illa eidem fieret an alius ad similitudinem pons. non enim sciebat singularem z appropriatam cognitionem de aliquo eorum per quam dignoscere posset cui unus multotiens loquens istas revelationes faceret: aut multi successive ve3 unus post alium. Propter quod evidenter apparet ipsu3 imposuisse. i. nomen illud adeo insipienter ut cum illud imponeret penitus ignoraret. Et q est maioris insanie: an uni: an multis illud imponeret prorsus

sus nesciret. Manifestum igitur est ex his q nec ista agnominatio delphic⁹ appollo: neq ista phie-nis appollo agnominatio est certe figtionis cum non sit certus/an vnius/an multo agnominatio est. silr neq hoc nomē appollo certe an voce sz rō-nis est. quia sicut vnius ignoratur cuius nomen sit ꝛ si etiam multorum nescitur quorum. Sed neq hoc cert i est an vnius aut multorum nomen sint ne scietur an vniuocum aut equiuocum sit.

Quapropter manifestum est si certam ꝛ propriaz nominationem nomen ꝓprium est. tamen nullus huiusmodi nouum certe ꝛ ꝓprie nominet aliquez ex hmōi spiritibus nulla ex eis nomen ꝓprium ha-bere: vel certam nominationem. Et hoc est q per omnia hec intendebam te facere scire.

Auctoris peroratio. Et hic fi-nem facio tractatus istius obsecrans te. vt qcquid minus recte dictum in eo cognoueris defectibus meis ꝛ ignorantijs multiplicibus imputes. qcqd autem bene ꝛ ꝓut habet se veritas auctorum bo-norum omnium deo attribuas: cum actionibus gratiarum. Deo gratias.

¶ Summa hic finem capiunt Guillermi Pari-siensis episcopi Gallorum doctoris facile pricipis librorum materiarum sententia-rumue numerus inexhaust⁹. opus inq preclarū. tum noua ipressiōe magne partis: tū adviuū reintegrata com-pressione alteri⁹. ꝓmissa oim li brorum ꝛ materiarum: idice alpha betico: nō modic sūptib⁹ honestissimi atq ꝓbiri Frācisci regnault librarij iurati vni-uersitatis Parisi ane vigilātissi mi: sol' luce v. Julij. A b incarnato dño Anno. xvi. supra Millesimū qngentesimū.

¶ Finis.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google